

ALPHONSI
TOSTATI
HISPANI.


EPISCOPI ABVLENSIS,
PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

COMMENTARIA IN DEUTERONOMIVM:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.


AD PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS. M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sefsam, fratres.

3-a-1-6



170 170

2 400 40
MADE IN SPAIN

esta confirmacion del libro
de el Copulacion de
el año de 1749.

Por comision de los señores
liquidadores cony se
libro confirmacion de expu-
torio del año de 1632.
En Granada 29 de Abril
1632. J. de medrano


Del cat[al]og[us] de la Com[un]id[ad] de los libros de la Real Academia de la Historia. N.º 38
7-1054

ALPHONSI TOSTATI HISPANI

EPISCOPI AVLENSIS,
PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Juris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

COMMENTARIA IN DEUTERONOMIVM:
Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.


Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS. M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Selsam, fratres.

3-a-1-6



esta condicione que el libro
a el expurgatorio de
el año de 1742.

Por comision de los señores
Inquisidores conyuxes
libro con firmas de expurga-
torio de el año de 1632.
En Granada 27. de Abril
1632. N.º de mediana

170 170



ALPHONSI
TOSTATI
EPISCOPI
ABVLENSIS,

COMMENTARIORVM
In Deuteronomium

P R A E F A T I O.



DEMONSTRAVIT Legislator historias populi Dei per vastas deser-
ti solitudines vagantis, & ad terræ promissæ terminos accedentis, huc-
usque præceptorum multiplicatam interserens, prout locorum &
temporum necessitas exigebat. Post hoc autem currentis temporis
historia nulla sequitur, nisi de Iordanis transitu, & acquisitione, & di-
uisione terræ sanctæ. De quibus in libro Iosue perfectæ historia te-
xitur. Sed quia hic Legislator morte sua populum relicurus erat,
deciuit in vitæ termino illos salubri admonitione imbuere, quos magis quam vitam pro-
priam diligebat, vt clarissimis innotuit argumentis. Vltimum ergo vale faciens populo
sibi cõmissio totius Legis præcepta ingeminat, vt melius, & profundius, atque tenacius eo-
rum memorijs imprimantur. Conscribit ergo eis Deuteronomium legis huius, in quo to-
tius legis obseruantia ponuntur ad plenum: ideo licet alios quatuor ipse conscripserit, hunc
solum omnibus eis præponit tanquam tantum, & amplius, quantum illi omnes, continens
in virtute: & sic hunc mādāt memoriter retineri, vt patet per totum, & maxime infra 4. cap.
Hunc etiam coram nouiter regni sedem intrantibus legi iubet, vt discant timere Deum, vt
habetur infra 17. cap. Hunc etiam post quoslibet septem annos remissionis anno, coram
toto populo legi imperat, vt legis Dei doctrinam suscipiant salutarem, vt patet infra 31. cap.
Ad huius voluminis conscriptionem multiplex eum potuit inducere ratio. Primo quia
multa in alijs libris, quæ ad legem pertinent, non dicuntur, quæ hic adduntur. Secundo
quia multa in alijs libris ponuntur dispersa, multis permixtis historijs, quæ difficilem ordi-
nem habent, ita vt ignoretur, quid cui attineat: hic omnia dispersa, quo decet ordine, con-
iunguntur. Tertio quia in alijs libris aliqua obscure dicuntur, quæ hic clarius aperiuntur,
vt merito iste liber aliorum quatuor sit summa, & suppletio: vnde satis consone Deutero-
nomium à Græcis nomen accepit, id est lex noua. Deuteron secundum, vel nouum si-
gnat. nomos vero regula vel lex. Sic enim suo modo liber iste totam priorem legem

iste liber
continet
in virtute
oēs qua-
tuor præ-
cedentes
vel saltem
tres: quan-
tū ad præ-
cepta quia
hic ponit
summa om-
nium.

Alph. Tost. super Deuter. A declarant,



Iudæi quō
obcæcari.

declaravit, vt lex noua quæ in spiritu est, legem veterem, cuius veritas literæ absconde-
batur in cortice, vt patet 2. ad Corinth. 3. cap. & 4. adueniente Spiritus sancto penitus il-
lucidauit: licet Iudæi obdurato animo, & obcæcatis oculis non intelligant, sicut ait Apo-
stolus 2. ad Corinth. 3. & nunc sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non
intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum vsque
in hodiernum diem: id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuac-
latum, quoniam in Christo euacuatur: sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moy-
ses, velamen est positum super cor eorum. & hoc eis euenit, quia veri Iudæi non sunt. Non
enim qui in manifesto Iudæus est, nec quæ in manifesto circumcisio, sed qui in abscondito
Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, & non litera, cuius laus non ex hominibus sed ex
Deo est, ad Roman. 2. cap. Isti sunt semen Chanaan, & non Iuda, vt Daniel 13. qui decli-
nauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, nec recordarentur iudiciorum iustorum, ve-
rum Messiam ex inuidia morte iniustissima condemnantes. Quorum venenum pestife-
rum, & immanissimum odium in nephandissimas proles, quasi ex traduce dilapsum est, vt
citius homines esse, quam Christum odio habere desinant: & huiusmodi exitialis & diu-
turni erroris fomentum est, quia quandocumque Moyses coram eis legitur, velamen in cor-
dibus eorum positum est, vt patet ad Corinth. 2. cap. 3. vt prædictum est.



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI AVLENSIS, IN DEUTERONOMIUM Commentaria.




CAP. PRIMVM.

A Quis scripsit librum Deuteronomij, Moyses an Esdras, vel Iosue. *Quest. I.*



Mec sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem, in solitudine capestri, contra mare Rubrum inter Pharan, & Thofel, & Laban, & Aferoth: vbi auri est plurimum: vnde decim diebus de Oreb per viam montis Seyr vsque Cadesbarne. Quadragesimo anno, vndecimo mense, primo die mensis, locutus est Moyses ad filios Israel omnia, quæ præcepit illi Dominus, vt diceret eis: postquam percussit Seon Regem Amorrhæorum, qui habitauit in Efebon: & Og regem Basan: qui mansit in Aferoth & in Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cæpitque Moyses explanare legem & dicere. &c.

Quis hunc librum scripsit apud multos in dubium vertitur. Alij volunt quod Moyses tota verba ista, protulerit, post autem Iosue scriptura redegit. Pro quo inducitur, quia in principio libri dicitur. Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses: non dicitur quod scripsit, sed quod locutus est, quasi alius post scripsit. Sed hoc friuolum est: tunc, ne sequeretur, quod multa quæ sunt in Exodo, Leuitico, & Numeris, Moyses non scripsit, quod est eodem opinionem est: quia in eis dicitur hæc locutus est Moyses ad omnem Israel. Idem arguitur secundo, quia si Moyses scripsisset, non loqueretur de se in tertia persona sed in prima, sed hoc nihil est, quia nunquam fuit modus referendi aliquid de se in prima persona sed in tertia loqui, patet in processu precedentium librorum, quia nunquam dicit locutus est Dominus ad me, sed locutus est Dominus ad Moysen: nisi forte referret factum, quod congerat cum his, quibus tunc loquebatur, vt patet j. in littera huius c. cum dicitur dixitque vobis in illo tempore non possum solus sustinere vos & j. c. accessistis ad me omnes principes tribuum, & maiores natu, atque dixistis. & hoc fit quia istis non potuissent conuenire in tertia persona verba de se referre. Sic loquitur B. Ioan. in Euangelio de seipso vt hinc 21. c. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his & scripsit. & in principio primæ canonice ait. Quæ vidimus oculis nostris, audiuique, & propinquimus de verbo vite. ibi namque de seipso inter alios loquitur. Idem arguitur tertio, quia dicitur trans Iordanem: Moyses autem non transiit Iordanem, vt patet j. 3. c. Rædet quod hoc nihil est: quia trans aliquid signat citra, aliquid ultra. non significat hic ultra sed citra sicut Nu. 35. vbi nominat ciuitates trans Iordanem ille, qui ante ingressum terræ promissionis erat, in quibus habitauerunt duæ tribus & dimidia. sic dicit j. 4. c. De eis tunc separauit Moyses trans Iordanem tres ciuitates ad orientalem plagam. Et istud argumentum se concludit, & arguit potius contra litteram: quia si in littera diceretur, hæc verba scripta sunt trans Iordanem, adhuc videretur militare: sed hic dicit locutus est: ideo manifestum est.



Hæc sunt. Iste liber diuiditur principaliter in duas partes, scilicet in proœmiū, & in tractatum. secundum ibi. Cæpitque Moyses. Et illud subdividitur, quia primo numerat facta. secundo ponit præcepta. secunda in principio quarti cap. & ultra. & capitulum illud totum habet partes, quot facta distincta narrantur, de quibus in prosecutione videbitur. Hæc sunt verba.

est. quod loquatur de Moysse. Item quarto arguunt quia in fine huius libri describitur mors Moysi, quam ipse scribere non potuit. Ad hoc potest responderi dupliciter. uno modo quod Iosue descripsit ultimum cap. huius libri. Alio modo, quod Moyses scripsit per spiritum prophetiae cognoscens antequam fieret, sicut omnes prophetae cõiter scribebant: sed primum verius videtur. Magister scholasticae historiae tenet, quod Moyses totum librum scripserit, sed principium & finem Esdras apposuerit. De scriptoribus autem librorum sacrae scripturae videbitur Deo dante ultimo cap. istius libri. Secundum veritatem Moyses librum istum scripsit, ut patet infra 31. c. bis. primo scripsit Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus. deinde in fine cap. postquam scripsit Moyses verba legis huius in volumine. *Hæc sunt verba.* Aliqui volunt quod hæc demonstrat ea quae dicitur ab illo loco, cepitque, usque ad ultimum cap. Alii volunt quod hæc demonstrat ista, quae hic ponitur usque anno. 4. quid autem sit verum infra declarabitur exponendo. *Quae locutus est Moyses.* Et hoc volunt aliqui quod hic sunt leges duae, una quam Deus tradidit Moysi, alia quam Moyses tradidit populo. & adducunt ad hoc, quia iste liber vocatur lex nova: ergo videtur quod alia vetus praecessit. Item quia in alijs libris dicitur, quod Moyses locutus est: in ista dicitur quod Moyses locutus est ad populum. Respondetur quod ista non est alia lex ab illa, quae data est in omnibus alijs libris: sed est quedam additio & declaratio ad ea, quae dicta sunt in alijs libris: ideo vocatur lex nova, non quod alia sit hic nova, & alia vetus. sed ista est tota una, quod patet tam ex nominatione Hebraica, quam Graeca. Hebraei enim quinque libros Moysi thoratae, id est legem vocant & non leges: & nos Graeco nomine eosdem quinque libros Pentateuchum appellamus, quasi unius rei congeriem, & non multarum. Vocatur tamen ista lex Moysi tota, quia omnia his quinque libris contenta de Moysse dicta sunt: vocatur etiam tota lex Dei, quia Deus eam totam instituit, & Moysi dedit: nec potest vocari lex Moysi, quasi Moyses eam cõfecerit, ut patet Mala. 3. cap. mementote legis Moysi serui mei, quam dedi ei in Oreb praecipua, & iudicia. ibi namque non solum dicitur de Deuteronomio, immo principaliter de his, quae ponuntur in Exodo, & Leuitico, quae omnia in monte Synai dicta sunt, ut patet Exodi 24. quia ibi ascendit Moyses in montem, & audiuit a Deo omnia, quae ponuntur usque ad finem Exodi de fabricatione tabernaculi, & omnium vestimentorum eius. quod autem ea quae in Leuitico continentur, dicta fuerint in monte Synai patet Leuiti. ult. c. cum dicitur, in fine totius libri. hæc sunt praecipua, quae mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Synai: Moyses enim solum erat famulus referens populo, quae dicenda erant, ut habet ad Hebr. 3. cap. *Trans Iordanem.* Id est citra Iordanem, sicut dicitur tribus & dimidia dicuntur habere possessionem trans Iordanem, ut habet Num. 32. Et tamen non dum transferant Iordanem: & illam Moyses distribuit, ut patet infra 3. & 4. cap. Vel quia istae prepositiones trans & ultra dicunt respectum situs, & est respectus adueniens extrinsecus, sicut esse dextrum & sinistrum: sicut accidit isti colinae quae proprie non habet dextrum aut sinistrum, quod dicatur dextra aut sinistra respectu aliquorum in quibus reperitur proprie dextrum & sinistrum. In respectu autem alii. sic ultra & citra siue trans dicuntur respectiue: itaque id quod est respectu unius citra, sit respectu alterius ultra, ideo respectu eorum qui morabantur in terra Chanaan, terra in qua manebant duae tribus & dimidia, & in qua ista locutus fuit Moyses dicebatur trans vel ultra Iordanem: & respectu eorum qui morabantur in civitatibus duarum tribuum & dimidiae. In terra Balaan, aut in monte Galaad, vocabatur illa terra citra Ior-

Doctis opinio.

Trans & ultra quid significat.

F danem. hoc autem modicum est, & facit magnam errorem nisi attendatur situs loci. *Ad omnem Israel.*

An Moyses locutus fuit omnibus Indaeis simul, vel tantum principibus populi: quia Principales in populo sunt in virtute totus populus. Quæst. 11.

ALIQUI volunt quod dicatur ad omnem Israel, id est quod licet pauci de Israel audierint, & tamen ad instructionem omnium dicebantur: ideo omnes obligabantur ad custodiendum verba libri huius, & qui futuri erant: ideo mandauit Moyses, quod narrarent ista post filijs suis, ut habetur infra 6. cap. Aliqui volunt quod dicebat ad omnem Israel, id est ad principes & maiores natu, qui erant eminentes totus Israel. sic patet Exo. 12. cap. quia cum mandasset Deus Moysi & Aaron ut loquerentur ad totum populum filiorum Israel, cum dicitur. loquimini ad vniuersum ceterum filiorum Israel: postea Moyses solis senioribus populi locutus est cum dicitur. Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos. & cum hic locutus fuisset ad seniores solum, dixit se immediate locutum fuisse ad totum populum, quasi seniores essent totus populus cum dicitur infra eod. cap. incuruatusque populus adorauit: quod refertur solum ad seniores audientes ista, ut habetur ibidem in litera. Idem dicitur Exo. 4. cap. quia primo dicitur, quod Moyses vocauit omnes seniores Israel ad audiendum verba Domini, & videndum signa quae facturus erat Aaron. & subiungitur immediate. locutusque est Aaron omnia verba, quae dixerat Dominus ad Moysen, & fecit signa coram populo: quasi populus & seniores idem sint. Et ratio eorum est, quia non poterat tanta multitudo audire Moysen: erat enim sexcenta millia septingenti & triginta de solis viris pugnatoribus praeter pueros, senes, & mulieres, quae faciunt multitudinem infinitam, ut habetur Num. 26. cap. Rab. Sal. dicit quod omnes ibi stabant, ut viderent si aliquis vellet dicere eis, quae dicebantur a Moysse, ut post mortem Moysi repugnare vellet. Dicendum est quod omnes filij Israel congregati erant coram Moysse ad audiendum, ut componerent fedus cum Deo hic, sicut composuerat in Oreb. & sic habetur infra 29. cap. vos statis hic hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores, omnisque populus Israel liberi, & uxores vestrae, & aduenae qui morantur in castris, exceptis lignorum caloribus, & his qui cõportant aquas. Et si dicas quomodo vox Moysi audiri poterat? Respondetur quod Deus fecerat eam sonoram, ut cunctus populus audiret: nec hoc multum erat, quia alia maiora fecerat Deus pro Moysse ad utilitatem Israel. scilicet per 80. dies non comederet loquens cum Deo, ut patet infra 9. cap. & quod facies eius radijs cornuta esset, ut habetur Exo. 34. cap. *In solitudine campestri.*

An expositio Caldaica hic & Rab. Sal. possit stare. Q. III.

ISTAE litera usque ibi anno 40. potest dupliciter exponi sicut supra diximus. Secundum Caldaicam translationem ista verba quae locutus fuit Moyses, fuerunt verba dura reprehensoria totius Israel, quae ponuntur hic implicite. & tunc est sensus. *Hæc sunt verba quae locutus est Moyses ad Israel trans Iordanem.* Id est Moyses quando erat trans Iordanem. scilicet citra ipsum locutus fuit istas redargutiones, quae sequuntur ad Israel, scilicet. *In solitudine campestri.* Id est retulit eis mala quae fecerant in solitudine campestri. *Et contra mare Rubrum.* Id est redarguit eos de malo, quod fecerant circa mare Rubrum inter Pharan, etiam redarguit de malo, quod fecerant apud desertum Phara: & sic apud Thofel & Laban ut infra magis declarat. Et tunc est intentio quod

quia Moyses in temporibus praeteritis non redarguerat Israel de malis suis, nunc videns se propinquum morti, ut patet infra 31. cap. voluit eos redarguere, ut peniteret de malis suis. sic redarguit Iacob filios suos, cum mors ei immineret, ut patet Gen. 49. cap. & Samuel totum Israel, ut patet 1. Reg. 12. cap. *In solitudine campestri.* Id est quod Moyses redarguit Israel quod in solitudine campestri Moab fornicati fuerunt cum puellis Moabitarum, & Madianitarum, ut habetur Nu. 25. cap. *Contra mare Rubrum.* Id est etiam redarguit eos quod murmurauerunt apud mare Rubrum, quando viderunt exercitum Pharaonis prope se, dicentes. nuncquid non erant sepulchra in Aegypto, ut moreremur in hac vasta solitudine? ut habetur Exo. 14. cap. *Inter Pharan.* Desertum Pharan magnum est, in quo multae murmuraciones factae sunt, scilicet murmuratio, quoniam venerunt exploratores, ut habetur Num. 13. & 14. cap. & murmuratio ad aquas Iudicinis in Cades, quae est in deserto Pharan vel Syn quod idem est, ut habetur Nu. 20. cap. & istud desertum incipit circa illam mansionem, quae vocatur sepulchra concupiscentiae, ut patet Nume. cap. 13. vbi postquam exierunt de sepulchris concupiscentiae & Aferoth, fixerunt tentoria in deserto Pharan. idem patet Num. 33. cap. in catalogo mansionum. *Thofel, & Laban.* Thofel idem est quod murmuratio. Laban idem est quod album, scilicet murmuratio facta propter manna quod erat album, scilicet coloris bdelij, ut patet Nu. 11. c. & ista murmuratio fuit, ut habetur Nu. 21. cap. cum populus locutus est contra Moysen, & ait. cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? deest panis, non sunt aquae: anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. *Et Aferoth.* Etiam murmurauerunt in Aferoth, scilicet Maria & Aaron contra Moysen, ut habetur Nu. 12. cap. *Vbi auri est plurimum.* Id est reprehendit eos de adoratione vituli, & fabricatione istam expositionem sequitur Rab. Sal. *Vndecim diebus de monte Oreb.* Id est impropere eis beneficii a Deo datum, quia ingrati erant, quod erant vndecim diebus a monte Oreb usque Cadesbarne: & tantum ambulauerunt in tribus diebus. quod sic probat vigesimo die mensis secundi recesserunt filij Israel de Oreb, vel monte Synai quod idem est, ut patet Num. 10. cap. & venerunt in Cadesbarne 29. die mensis tertij. manet ergo intermedij triginta novem dies: a quibus si abstrahantur viginti novem qui faciunt unum mensem completum sicut in Hebraeos, quia uno mense integro comederunt carnes coturnicum in sepulchris concupiscentiae, ut habetur Nu. 11. cap. manebunt decem dies: a quibus si excipiatur septem quibus Maria fuit leprosa, & non motus est populus de loco suo, ut patet Nu. 12. manebunt tres dies, in quibus totum hoc iter ambulauerunt. Id est Oreb usque Cadesbarne. pro hoc tamen ingrati fuerunt, quia immediate murmurauerunt in Cadesbarne, ut habetur Num. 14. cap. Sed ista expositio multum est distorta, quia tota ista litera est una clausula: ipsi autem faciunt diversas clausulas, & satis evidens est quod omnia ista denotant locum, in quo aliqua verba Moyses dixerit: maxime quia exponendo, ut supra dictum fuit, multum est disconnexio ordo narrandi: quia nec sequitur narrationem a principio rerum gestarum ad finem, vel a fine ad principium, sed intermiscendo. est enim error, quia cum dicitur in solitudine campestri, illud casuale cum prepositione notat habitudinem loci in quo aliquid fit. nam non convenit dicere. *In solitudine campestri.* Id est quod Moyses redarguit Israel de his quae fecerant in solitudine campestri: cum ista prepositio in nunquam dicat habitudinem eius, de quo aliquid enunciat, sed habitudinem loci in quo aliquid fit. Item *Contra mare Rubrum.*

Alph. Toft. super Deuter.

A Manifestum est quod dicitur habitudinem situs. Etiam *Inver Pharan Thofel & Laban.* Non est dubium quin ista prepositio inter dicat locorum interpositionem, aut distantiam, & non contineat sententiam perfectam alicuius orationis. Item cum dicitur. *Vbi auri est plurimum.* Manifestum est quod ibi dicitur locum. quod in istis locis est magna copia auri. Valde ergo distorta est ista dicitur, vbi auri est plurimum. quod redarguit eos fecisse vitulum, quia habebant multum aurum. Item quia si teneatur ista expositio, non apparebit ex litera vbi dicta fuerint ista verba: nam ipsa litera valde confusa erit, quae dicitur trans Iordanem: quia si nihil ultra adiciatur ad certificandum locum, poterit vocari Aegyptus trans Iordanem, quia citra Iordanem est, cum Iordanis sit magis septentrionalis quam Aegyptus. etiam omnia quae Moyses dixit in deserto, dicitur dixisse trans Iordanem, cum desertum esset citra Iordanem. & sic ista additio loci determinatiua. scilicet trans Iordanem nil determinat, cum conueniat omnibus mansionibus filiorum Israel. Dicendum ergo quod ista omnia dicunt determinationes locales: & sic ista determinatio generalis trans Iordanem limitabitur per alias speciales, & non ponetur frustra: ideo dicendum quod ista verba quae locutus fuit Moyses sunt ista quae incipiunt ibi. *Cepitque explanare.* Et ista verba vel plurima illorum dixerat eis Moyses veniendo de monte Oreb usque in Cadesbarne: sed quia iam viginti novem anni erant quibus dixerat, repetit hic ut memorie imprimantur, pro rationibus assignatas in proemio: & sicut istud modum est sensus. *Hæc sunt verba quae locutus fuit Moyses trans Iordanem.* Id est antequam accederet ad Iordanem: & ly hæc demonstrat omnia verba, quae continentur in toto isto libro: & est sensus quod omnia quae in hoc libro continentur, aut plurima eorum, dicitur Moyses Israeli, dum venirent de monte Oreb per campestrum solitudinem, & circa mare Rubrum, & Thofel, & Laban, usquequo accederet in Cadesbarne. *In solitudine campestri.* De monte Oreb usque Cadesbarne, tota terra inter media est campestris solitudo. *Contra mare Rubrum.* Licet enim transierant mare Rubrum, quando recesserunt de Oreb, tamen iterum venerunt prope mare Rubrum, quia mare multos sinus habet, & diuersis terrarum flexibus arcuatur: & sic habetur Num. 33. vbi dicitur quod postquam venerunt Israelitae de Helin, castrametati sunt super mare Rubrum, & tamen iam transierant tres mansiones, postquam exierunt de mari Rubro. Mare Rubrum inchoationem suam incertam habet, ut habet Aristot. in libro de inundatione Nili, tanquam fluit de partibus Iudaeis: quia Nilus fluitus terminas Indiam a parte occidentis mari Rubro absorbetur, deinde fluit iuxta latus septentrionale contingens a parte meridiana Arachusiam, Parthiam, Persidem, Assyriam, Mediam, plerasque alias provincias magnas, quae habent a septentrione montem Caucasum, ut ait Paulus Orosc. libro primo de Ormesta mundi: deinde flestitur versus meridiem, & tangit desertum Arabicum, in quibus multoties arcuatur: ideo illi qui per desertum illud veniunt de Aegypto in terram Chanaan, frequenter contingunt mare Rubrum: unde Israelitae venientes de Aegypto ter fuerunt apud mare Rubrum. Primo cum transferunt illud apud radices deserti Ethan, ut patet Exo. 14. cap. Secundo deinde interiecit duabus mansionibus, nam post mare Rubrum venerunt in Marath: deinde in Helin, post castrametati sunt super mare Rubrum, ut patet Nu. 33. cap. Tertio fuerunt apud mare Rubrum, cum peruenissent ad illum locum, vbi Moyses dixit ista prepositio, scilicet in campestribus Moab, quia circa illa campestra versus partem orientalem erat mare Rubrum: & de hoc dicitur hic. *Inver Pharan desertum.* Pharan est post mansionem Aferoth, in quo est Cadesbarne.

Sinus maris Rubri, & eius ortus.

Pharan situs.

A 3

Et

Et Tophel, & Laban. Ista duo noīa sunt locorum quæ inter mansiones nō computantur, quia ibi non fixerūt castra, sed transierunt per illa: sic ponuntur Nu. 20. multa loca, quæ mansiones nō sunt, sed per illa transierunt. Vel potest dici q̄ Tophel & Laban nomina mansionum sunt, sed non nominantur sic in catalogo mansionum, sicut Nume. 33. cap. & ponunt ista duo loca inter Aseroth & Cades, inter quæ fuerunt decemotto mansiones, ut patet Nume. 33. cap. & est ordo situs istarum mansionum, quia Pharan magis distat a monte Oreb contra terrā promissionis, deinde Tophel, deinde Laban, Aseroth autem minus distat quam omnes istæ mansiones a monte Oreb. *Vbi auri est plurimum.* Id est quod inter illa loca deserta sūt multe aurifodinae, & mineria aliorum metallorum. *Vndecim diebus de monte Oreb vsque Cadesbarne.* Id est q̄ mons Oreb distat vndecim diebus a Cadesbarne inter quæ loca ista verba Moyses primo locutus fuerat: si autem hoc spacium vndecim diebus ambulauerint, vel pluribus non constat euidenter. Et non est intelligendum q̄ Moyses diceret eis ista dum ambularet, quia non possent conuenienter audire, nec etiam si audirent, attendere possent laborantes in motu: nam labor in motu tollit animæ attentionem ad intelligendum: & hoc ex duabus rationibus quas assignauimus: Gen. 19. cap. & ibi vide: sed quando castra figebant inter ista loca loquebatur eis Moyses: quia duo menses, vel amplius transierūt a tempore, quo recesserunt de monte Oreb vsque Cadesbarne: sed non toto isto tempore ambulauerūt, sed morati sunt vno mense in sepulchris concupiscentiæ, & sic aliquoties in alijs mansionibus. *Per viam montis Seyr.* Mons Seyr dicitur Idumæa, quia ibi habitant filij Esau, qui Seyr dicitur. Et non est intelligendum q̄ ista via, qua veniebant isti de monte Oreb in Cadesbarne, esset in monte Seyr, vel inter montes Seyr, patet quia mons Seyr, vel Idumæa est vltra Cadesbarne, ut habet Nu. 20. cap. quia de Cades miserunt Iudai nuncios regi Idumææ, & circueverunt montem illum, in quadagesimo anno, ut patet infra 2. c. sed est sensus. *Per viam montis Seyr.* Id est veniendo de monte Synai ad Cadesbarne venit per viam per quam venit ad Idumæam. *Vsque in Cadesbarne.* Id est ista quæ infra ponuntur dixerat Moyses inter montem Oreb, & Cadesbarne: & hoc totum fuit in secundo anno exitus de Aegypto: & sic nihil horum dictum fuit post inter secundum & quadagesimum annum. Vnde dicit Rab. Abenez. quod solum fuerunt prophetiæ Moysi in primo & secundo & quadagesimo anno, in tempore autem intermedio non legitur, quid dixerit, nec etiam si aliquid dixerit. Quantum ad istos vndecim dies Nicolaus videtur aliquoties adhaerere expositioni Rab. Sal. Sed ipsa impossibilis est, & repugnat textui Nu. 33. cap. quia si in tribus diebus totam terram, quæ est inter montem Oreb & Cades ambulauissent, sequeretur q̄ in vna die decemotto vicibus castrametati fuissent: hoc impossibile erat eis, quia fixio castrorum, & tabernaculi requirebat vnum diem vel forte magis, ut probauimus Nu. 7. cap. & dato q̄ hoc Deus potentia sua facere vellet, tamen verisimile nō est: ad quid enim opus erat toties eadem die castrametari? quia si Deo hoc facere vellet, ut velociter desertum transierent, non oportebat facere eos toties castrametari: consequentia autem patet: quia de Oreb veniūt in sepulchra concupiscentiæ, vbi etiam ignis vorauit magnam partem eorum, quia murmurauerunt propter laborem itineris: de hoc Nu. 11. cap. & manserūt ibi diebus multis, & sic est vna dies: deinde mouerunt vsque in Aseroth, & manserunt ibi vltra septem dies propter percussione Mariæ a lepra, ut patet Nu.

Via de monte Seyr.

An Iudæi ambulauerint a monte Oreb vsque Cadesbarne in tribus diebus.

12. cap. & sic est secundus dies: si ergo in tertio die venerunt vsque Cades, oportet q̄ illa die ambulauerint per decemotto mansiones, & decemotto vicibus illa die castrametati fuerint, quia tot mansiones sunt inter Aseroth, & Cades, ut patet Nu. 33. cap. Sed adhuc ista expositio superior non valde videtur sic literæ conuenire: quia secundum istam expositionē verba ista dicta fuerunt inter ista loca: quæ hic ponuntur, cum castrametarentur in eis: & tunc queritur an ista omnia verba dicta fuerint in aliquo vno loco simul, ut volunt quidam, vel non dicta sunt in vno loco. Si autem dicas q̄ partialiter dicta sunt in multis locis, & non in vno loco: tunc loca in quibus dicta sunt, erunt ista quæ ponuntur in litera, sed falsum est: quia in secundo anno exitus de Aegypto ambulauerunt ista loca: nam omnia ista loca sunt inter montem Synai & Cades: sed in primo anno venerunt in montem Synai, deinde secundo anno mense secundo recedentes de monte Synai in tertio mense anni eiusdem, vel in principio quarti miserunt exploratores in terram Chanaan a deserto Pharan, ut patet Nu. 13. ca. postea quia non crediderunt verbis Domini, incurrerunt sententiam manendi in deserto quadraginta annis: ut patet Nu. 14. c. sed ista verba quæ hic dicuntur, dicta sunt in quadagesimo anno, ut patet infra in litera cū dicitur, quadagesimo anno mense vndecimo, prima die mensis locutus est Moyses ad omnem Israel. Item quia in isto libro tenetur ordo actorum, ita ut primo ponantur res gestæ, deinde præcepta, & caremonia: in historijs autem narratur occisio regis Seon, & regis Og: qui quadagesimo anno mortui sunt ab exitu de Aegypto: sed in nulla mansione prædictarū in litera stetit Israel post mortem istorum duorum regum: nam iam erant extra Cades cū reges isti occisus sunt: Cades tñ ponit inter istas mansiones vltima: oīa tñ quæ ponuntur in hoc libro dicta sunt post occisionem istorum regum: sic enim dicitur in litera: postq̄ percussit Seon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Efebon, & Og regem Basan, qui mansit in Aseroth, & in Edrai. Item non potest hoc stare: quia ista verba oīa quæ infra continentur dicta fuerunt in campestribus Moab, & non in diuersis locis: sic patet infra 29. cap. cū dicitur: hæc sunt verba fæderis, quod pepigit Dñs Moysi, ut faceret cū filijs Israel in terra Moab, præter illud fædus quod cum eis pepigit in Oreb. Item ad auditionem istorum verborum totus Israel conuocatus fuit, ut patet infra 29. c. cum dicitur, vos estis hic hodie cūcti coram Dño Deo vestro principis vestri, ac tribuni, maiores natu, atque doctores, oīs populus Israel, liberi, & vxores vestre, & aduenæ que tecū morantur in castris, exceptis lignorū cesoribus, & his qui comportant aquas: sed in alijs mansionibus non cōgregabāt totus Israel ad audiendū aliquid: ergo ista verba nō sunt dicta in aliqua prædictarū mansionum, sed in terra Moab simul dicta sunt. Itē verba quæ dixit Moyses in alijs locis discurrendo, non vocantur lex: sed ista vocatur lex: ergo nō fuerūt dicta in alijs locis, sed specialiter per se in vno loco: antecedens patet: quia infra 17. c. dicitur, q̄ postq̄ aliquis de regibus filiorū Israel acciperet sedē regni, faceret sibi describi Deuteronomiū legis huius, istā legē nouā, & faciet corā se legem: ut discat timere Deū: etiā infra 31. c. dicitur, scripsit Moyses legē hanc, & tradidit eam sacerdotibus filijs Leui, qui portabāt arcā fæderis Dñi. Si autem dicas q̄ ista verba dicta sunt in vno aliquo loco: querēt q̄ sit ille locus: & nō poterit patere ex litera s̄m istā expositionē: quia ista quæ hic ponuntur sunt diuersa loca, & nō dicuntur aliquid vnū locū specialē: hoc tñ inconueniens est, sed nō conuenit ista expō, quæ quicūq; ponunt determinationes alicui facti, aut dicti, q̄ tñ ad ipsos & locū, oportet ut illæ determinationes cōueniāt inter se. ut determinatio loci

Expositio verissima auctoris.

Solitudo campestris quid sit.

loci non repugnet determinationi temporū, vel econtrario: sed hic repugnant: quia istæ mansiones diuersæ sunt, in quibus ista verba dicta sunt, sicut determinatio loci: tēpus autem quod infra ponitur, scilicet anno quadagesimo est temporis determinatio: nūc autem ista duæ determinationes inter se repugnant: quia non stetit Moyses in istis mansionibus in quadagesimo anno mense vndecimo, sed in secundo anno: ergo non sunt istæ diuersæ mansiones, in quibus ista verba dicta fuerunt: sed oportet dari vnam mansionem in qua steterit in quadagesimo anno. Item si Moyses narraisset ista procedendo per mansiones istas, quæ hic ponuntur, ordinarentur recte secundum ordinē, qui est inter ipsas, procedendo de monte Oreb versus terram Chanaan secundum ordinem, quem Moyses tenuit in ambulando ista loca: sed hic non ponitur sic: quia mansio quæ dicitur trans Iordanem post omnes istas est, sed hic ponitur in principio: etiā Aseroth prius est quam desertum Pharan, ut patet Nu. 13. c. videtur ergo q̄ non sint istæ diuersæ mansiones, per quas transeundo dicta fuerint ista verba. Est ergo verissima sententia huius literæ, & nulla alia vera potest dari: q̄ ista oīa verba quæ dicta sunt in hoc libro, & vocantur lex secunda siue noua, dicta fuerunt a Moysi in vno loco, scilicet in campestribus Moab, siue in valle quæ est q̄ Phanum Phegor, ut patet infra 3. cap. & hoc cōgregato oīi populo ad audiendū, & non ambulando per diuersas mansiones. & est sensus. *Hæc verba.* Id est omnia verba quæ continentur in isto libro ab illo loco. *Dominus Deus noster locutus est.* Vsq̄ ad finem libri vbi agit de sepultura Moysi cap. vltimo. quia illum dicit scripsisse Iosue a quibusdam. *Quæ locutus est Moyses ad omnem Israel.* Congregatum ad audiendum, ut patet infra 29. cap. *Trans Iordanem.* Id est in terra Moab apud Iordanem, quā tunc erāt iuxta Iordanē, cum illa esset vltima mansio, & immedie ingressuri erant in terrā Chanaan transeundo Iordanem. *In solitudine campestris.* Id est in quodam deserto quod non est nemorosum, habet arbores, & ligna: nec hñs mōtes altissimos, sed est campestre, i planum desertum, sicut capus: & ista solitudo campestris vocatur campestris Moab, ut patet Nu. 33. c. & est vltima mansio. *Contra mare Rubrum.* Id est ista mansio erat q̄ mare Rubrum: quia quadā arcuatio maris Rubri venientis per deserta arabica fit ibi. *Et inter Pharan.* Solitudo Pharan valde magna erat, & attingebat circa illum locum. *Inter Tophel, Laban, & Aseroth.* Id est ista loca sunt etiam in circuitu campestris Moab, in quibus tunc erat Moyses: & ista loca erant in circuitu ad orientē, occidentem, boream, & austrum. *Vbi auri est plurimum.* Scilicet in campestribus Moab, vbi tñ manebat Moyses: quia sunt ibi mineria. *Vndecim diebus de Oreb per viam montis Seyr vsque Cadesbarne.* Id est q̄ iste locus in quo tñ Moyses manebat cū ista dicebat, distat vndecim diebus, id est vndecim diebus a monte Oreb, i q̄ campestris Moab in quibus ista dicta fuerunt, distat vndecim diebus a monte Oreb: & hoc. *Per viam montis Seyr vsque Cadesbarne.* Id est q̄ Cadesbarne est in via veniendo de monte Oreb in campestris Moab: & ad illum debet veniri per viam montis Seyr, id est per viam qua venit de monte Oreb vsque in montem Seyr, id est vsq; in Idumæam quæ vocatur mons Seyr: deinde vsque ad campestris Moab est alia via: tota tamen continet solum vndecim diebus. *Anno quadagesimo.* Dixit supra q̄ Moyses ista verba iam dixerat in secundo anno, nunc autē repetit ea in quadagesimo anno: iste fuit vltimus annus, quo in deserto steterant. *Vndecimo mense.* Qui apud nos est Ianuarius: quia ipsi a Martio incipiunt, & in Februario finiunt: sic etiam Romani Alph. Tol. super Deuter.

A antiquissimi habuerūt, ut in Martio inciperent, ut ait Ouidius primo Fastorum.

Qui sequitur Ianum veteris fuit vltimus anni, Id est Februari⁹, qui sequit post Ianū fuit vltimus mensis anni veteris. Postquā Moyses contumaciau verba ista mortuus est, ut patet infra 32. cap. Et voluit eis dicere ista circa mortem suam: quia magis retinēt, quæ magni viri circa mortem dicūt, q̄ in vita, quia ex maiori desiderio dicere creduntur, & quia mos fuit antiquorum parum prope mortē corrige. Mos fuit antiquorū patū prope mortē corrigere. sic Iacob Ruben, & Simeon, & Leui in morte increpauit, ut Gen. 49. cap. & Iosue Israelitas in morte admonuit, ut habetur Iosue vlti. & Samuel in fine dierum totum Israel increpauit. 1. Reg. 12. licet Samuel post magis vixerit, quia vnxit Dauid, ut patet 1. Reg. 16. cap. *Postquam percussit Seon.* Prius enim omnes tumultus bellicos transire permisit, ut populus totaliter quietatus legē Dei toto attēderet animo. *Qui habitauit in Efebon.* Ista erat metropolis regni sui. *Qui mansit in Aseroth.* Ista est Astaroth Carnayn, in qua habitauerunt Raphayn, i. gigantes, quos percussit Chodorloamor, ut habetur Gen. 14. cap. erat. n. Og de genere istorum gigantum, ut patet infra 3. c. *Capitque Moyses explanare.*

Narrationis postio. Et cur Israelita magno tempore errauerunt per desertum. Quæst. IIII.

Hic incipit tractatus, & primo narrationem ponit. Secundo historiā apponit in c. vlt. Prima in tres. Primo narrat facta. Secundo ordinat mandata, ibi in 4. cap. & vltra. Tercio imprecatur, & pronunciat bona 33. cap. In principio facta narrantur demonstrando Dei manum adiutricem, & eorum semper durā ceruicem: ut per hoc ad obediendū Deo humiliores reddantur. *Capitque Moyses explanare.* Explanatio est duplex: quædam per additionem, ut si aliqua lex obscura erat, & post per additionem alterius notificatur. Secundo si aliquid dubium nullo apposito interpretatur: vtrumque fecit Moyses, quia aliquid addidit, & aliquid interpretatus est. *Dominus Deus noster.* Hic narrat quomodo rebelles fuerunt non credendo verbis Dei de intrando terram promissionis. *Dominus Deus noster locutus est.* Ex hoc peccatum eorum aggrauatum est, quia Deo loquenti non crediderunt, cum Deus veritas sit per essentiam, nec falli potest, quia sciens est: nec fallere vult, quia bonus est: fidelis enim permanet, & seipsum negare non potest. ad Timo. 2. cap. *Sufficit vobis quod in hoc monte mansistis.* Id est satis magno tempore mansistis in hoc monte, non est opus vos magis morari: & potest esse alius sensus: sufficit vobis, quia stetitis in hoc mōte, nec opus est, quod discurretis magno tempore per solitudinem, sed ite cito, & possidete terram promissam, q. d. disposuerat Israelitas captiuos teneri in Aegypto, & inde liberari in manu valida, & transire mare Rubrū, & dari māna in solitudine ad laudem potestatis & bonitatis Dei: & q̄ in monte Synai essent, ut ibi per legis susceptionē efficerentur populus Dei: postq̄ ergo legem ibi receperant, & sacerdotiū, & tabernaculum cū ornamentis fecerant, egocti sufficienter in ceremonijs istis, quātum erat ex Deo nihil supererat, nisi ut intraret terrā pmissam. ideo. *Sufficit vobis quod in hoc monte mansistis.* Id est necesse erat, ut vos vsq; huc veniretis, ut cōplerentur oīa q̄ de vobis disposuerat: quæ ergo hic stetitis oīa cōpleta sunt, nec aliqd̄ superest nisi ut intretis in terrā vestrā. *Reuertimini ad montē Amorrhæi.* Innuuit eis Moyses, q̄ accedete vsq; ad mōtē Synai cogebant ex Dei dispositione: & hoc sufficiebat: si autē post magno tpe errauerūt in deserto, ex culpa ipsorū fuit: Deus. n. immedie post legē datam

Duplex est explanatio.

Mons Amorrhæi quare vocatur terra promissionis.

datam eos introduxisset, nisi ipsi obuiaffent. Reuertimini & venite ad montem Amorrhæi. Mons Amorrhæi vocatur terra promissionis: quia in ea habitabant Amorrhæi: in terra Chanaan habitabant septem populi de quibus saepe ponitur in Exodo: aliquando tamen nominantur ab aliquo de populis illius terræ qui inter eos est principalis: sicut vocatur aliquando Chanaanæ solus, vt patet Gen. 24. cap. cū dixit Abraham ad Eliezer: non accipies filio meo vxorem de filiabus Chanaanæ, inter quos ego habito: aliquando vocantur omnes Amorrhæi, sicut dicitur Gen. 15. cap. nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus: sed manifestum est, qd non vocatur illic Chanaanæ solus illi, qui erant de illo populo speciali, qui vocabatur Chanaanæ: quia non solum volebat euitare Abraham filias illorum, sed etiam filias Ethæorum: & Iebusæorum, & sic de cæteris. Etiam alia auctoritas non potest solū intelligi de Amorrhæis, vt sunt vnus populus: quia ibi loquebatur Deus Abraham de traditione actuali terræ Chanaan ei, & semini suo, quæ erat tradenda, cum eā perderent illi populi propter peccata sua: sed manifestum est, quod propter sola peccata Amorrhæorum non erat perdenda: ergo ibi intelliguntur cæteri populi sub nomine Amorrhæorum: sic hic vocatur mons Amorrhæorum terra Chanaan quæ erat mons, idest montuosa, vt patet infra 6. cap. cum dicitur: terra ad quam ingredieris possidendum, non est sicut Aegyptus, in qua iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: sed montuosa est & campestris de celo expectans pluuias: quam Dominus Deus tuus semper videt, & oculi eius sunt super eam a principio anni vsque ad finem eius: vel accipitur mons, vt infra dicitur: & possunt accipi hic Amorrhæi pro illo populo speciali tenendo istam secundam sententiã quæ verior est, s. qd mons Amorrhæorum dicatur pars terræ, quæ est ante Iordanem, in qua habitabant Seon & Og, qui vocantur duo reges Amorrhæorum, vt patet infra 3. cap. cum dicitur, tulimusque illo tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum: est autem mons in terra istorum, scilicet mons Galaad, qui cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse & Gad, vt patet infra 3. cap. & ista sententia est melior quam prior, vt retineatur proprium signatum vocabuli: & non coincidat cum inferioribus, scilicet cætera quæ proxima sunt campestria atque montana.

Cuiusdam opinio de monte Amorrhæi an sit positus pro tota terra Chanaan. Quest. V.

ALiquis volens tenere primam sententiã dicit: quod ponitur hic mons Amorrhæi pro tota terra Chanaan: deinde declaratur cum dicitur, montana & campestria atque humilia: ita quod sit vt magis cõe, & minus cõe, vel vt totum & partes. Sed non potest stare: quia inter totum & partes: exponens & expositiũ: magis cõe, & minus cõe: nunq̃ ponitur relatiuũ diuersitatis: sed hic ponitur cū dicitur, reuertimini ad montem Amorrhæorum, & cætera quæ sunt proxima campestria: impossibile est ergo qd mons Amorrhæorum stet hic pro tota terra Chanaan, & sic secunda expositio est bona: prima autem non potest stare: sed quomodo reuertitur poterant in terram de qua nunq̃ venerant? respondeo: qd isti dicebantur venisse de terra promissionis, quia Iacob, & filij sui, qui patres istorum erant, venerant de illa in Aegyptum, in quibus isti originaliter venerant: & de istis dicitur Gen. 15. signatione quarta reuertetur huc: est, n. iste mons Amorrhæorum pars terræ promissionis, vbi erant Og, & Seon duo reges Amorrhæi: ad quam primo

F venerunt, vt habetur Num. 21. cap. Et cætera quæ sunt proxima campestria. Post terram istorum regū Amorrhæorum circa terram campestris est quam obtinuerunt Israelitæ. Aque montana. Terra promissionis versus Septentrionem montuosa & alta est: est enim in ista parte ascensus scorpionis, qui sunt montes alti & Libanus, de quibus Nu. 34. cap. Et humilia loca contra Meridiem. Planior & humilior est terra ista circa Meridiem ad ingressum Aegypti quàm contra alias partes mundi: ideo de parte illa semper ascendere dicuntur. Et iuxta littus maris. Idest iuxta littus maris magni Mediterranei quod est ad Occidentale plagã: in qua parte habitabat Chanaanæ vt habetur Nu. 13. cap. ideo dicitur in litera terram Chanaanæ. Terram Chanaanæ. Possunt accipi Chanaanæ hic dupliciter. Vno modo pro quodã populo speciali, qui est vnus de illis septem: & tunc est sensus qd ista terra quæ est iuxta littus maris est terra tota supra nominata, s. mōs Amorrhæorum: & campestria proxima, atque montana, & humilia loca, sed prima sũtia melior est: quæ textus vult facere differentiam inter mōtem Amorrhæorum & terrã Chanaanæ. Item quia dicitur immediate terram Chanaanæ, & Libani vsque ad flumen magnum Eufratem: quasi terra Chanaanæ sit distincta a terra Libani, & contra Eufratem: sed falsum est si accipiantur Chanaanæ pro omnibus septem populis: quia tunc terra Libani & vsque ad Eufratem eadem est cum terra Chanaanæ: quia cum Deus promitteret istas populorum terras Abraham: promisit ei terram vsque ad Eufratem, vt patet Gen. 15. cum dicitur, semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vsque ad flumen Eufratem. Et Libanus est mons iste contra Septentrionem in regione Tyri, & Sydonis, vt diximus Num. 34. cap. vsque ad flumen magnum Eufratem. Iste fluuius est contra Septentrionem versus Babylonem. En inquit tradidi vobis. Idest ita certam habetis eam tanquam iam actualiter possideretis: nec oportet pro ea plus laborare nisi solum, vt non peccetis, ne mereamini nõ intrare, vel ferro intrare: sicut factum est. Ingrederimini & possidete eam. Non dixit, ite & pugnate contra gētes illas, sed ite & possidete, quasi nullũ haberent aduersariũ: nec oportebat eos multũ vexari laboribus, quia Deus pugnat pro illis tacentibus illis, vt habetur Exodi 14. Super quam iurauit patribus vestris. Vt patet in Gen. 22. cap. & Exo. 50. & interponebatur iuramentũ Dei in his promissionibus, non qd verbũ Dei magis certũ esset cum iuramento quàm sine iuramento: quia Deus quocunq̃ modo promittat, mentiri nescit: sed quia imitabatur modum humanum: stabiliora enim sunt humana promissa quæ iuramento firmantur, quàm quæ sine iuramento interposito constant: de iuramento Dei quas vires habeat, & quomodo aliquid specialius sit, quàm quando non iurat, diximus late Gen. 22. c. & ibi vide. Vt daret eam illis & semini eorum. Non data fuit terra ista Patriarchis quantum ad actuale possessionem, sed quantum ad titulum ex donatione Dei, quæ omnium rerũ dominia mutare potest, proprietatem cõsecuti sunt: possessione autem magno tempore caruerunt: vnde licet Abraham & Isaac in terra promissionis habitarent, non dicebantur habitare, sed peregrinari, vt patet Gen. 20. & 26. & multis locis: licet enim peccata gentis illius demererentur priuari dominio, non tamen adhuc merebantur priuari possessione, donec vltra peccata concreuerent, & sic habetur Gen. 15. nondum impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus ad expellendum eos, s. de terra illa: cū autem peccata eorum sedissima cõsummata sunt: Dñs expulit eos euomẽte eos terram, vt patet Leui. 18. c. cum dicitur: ne polluamini in quibus

Chanaanæ dupliciter accipi possunt.

Terra promissionis quomodo est data Patriarchis.

quibus contaminata sunt vniuersæ gentes, quas ego eieciam ante conspectum vestrum, & infra subdit oēs abominationes fecerunt accole terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam: caute ergo ne & vos similiter euomat cum paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Dixique nobis. Hic probat impletam promissionem Dei de multiplicatione seminis, de qua Gen. 15. cap. Illo in tempore. Ex hoc videtur, qd primo data est lex, quàm veniret Ietro ad Moysen, & quàm ordinaretur principatus, de quibus hic: sed ibi videtur Exo. 18. secundum ordinem literæ, qd primo venit Ietro, quàm daretur lex, quid autem sit non multum refert: ibi magis dictum fuit. Si tamen vellemus tenere, qd venit Ietro, & ordinata sunt ista ante datam legem, non probabitur hic contrarium, quia ista determinatio, scilicet in illo tempore nõ solum refertur ad illud tempus quo Deus mandauit eis recedere de Oreb, sed ad quod steterunt in Oreb, & tunc bene stat, quia in Oreb steterunt ante datam legem, & post datam legem. Non possem solus sustinere uos. Propter multitudinẽ subiectõrum, quia erant plures quàm sexcenta millia, vt declarauimus Exod. 1. & 2. cap. & propter multitudinem curatum, habebat enim temporalem iurisdictionem & spiritualem, vt habetur Exo. 18. & satis euidenter colligitur ibi ex litera: curabat etiam qd comederent, & quid biberent ipsi, & iumenta sua, & qualiter hostes euaderent: vnde non solum erat Moyses iudex eorum, sed dux, mater, & pædagogus, vt colligitur Num. 1. i. cap. cum dicitur, cur assilisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me: nunquid ego concepì omnem hanc multitudinẽ? vel genui eam, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut solet portare nutrix infantulum, & deser in terram pro qua iurasti patribus eorum? Multiplicauit uos, sicut iurauit patribus vestris, & estis sicut stellæ plurimæ. Quia sicut nullus hominum stellarum multitudinem numerare potest, sed Deus solus, vt patet Pl. 146. qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat: sic populus Israel videbatur innumerabilis, ut habetur Nume. 23. cap. quis numerare potest puluerem Iacob, & nosse numeram stirpis illius?

Quare aliqua stella a nobis non possunt uideri, nec numerari. & quando vnus hemisphærij stella omnes possunt uideri. Quest. VI.

VTRUMQUE tamẽ numerabile est, & stirps Iacob, quia numerauit eam Moyses, & stellæ quidem numerabiles sunt: sed nullus hominum eas numerare potest, ppter multitudinẽ, & propter non apparentiam: aliqua enim non sunt visu notabiles, quæ eademmodum illæ, quæ sũt in galaxia: et propter oculi indispositionem, quia cū vnã partem aspiceret, alteram partem perderet: nesciens vbi reliquerat. Item quia orbis semper mouetur, & aliqua occultantur, & alia oriuntur. Item quia horizon noster nusquam est totaliter planus, sed aliqua altitudo terræ occupat, ne videamus aliquas stellas. Item quia solum nobis hemisphærij patet: stellas autem alterius hemisphærij numerare non possumus, nisi terram in gyro circuiremus, quod impossibile est: Si autem aliquis stet in aliquo horizonte semper, non solum omnes stellas numerare non poterit, sed etiam nec videre poterit, nisi in triginta sex millibus annorum, in quibus secundum motum propriũ

A redibit pars tota horizontis, sicut totum oppositũ hemisphærij super caput hora nocturna: patet hoc ex suppositione motus proprii stellarum secundum Ptolomeum. Nisi forte fieret totalis eclipsis solis, ita qd apparent omnia astra: & tunc si aliquis in medio noctis præcedentis vidisset hemisphærij plenum stellis, si in meridie sequenti fieret eclipsis, videret totum oppositum hemisphærij stellarum. Hoc quod supradictum est aliqui putauerunt, sed falsum est, quia in quocunq̃ hemisphærio simus, in vno anno omnes stellæ nobis oriuntur ortu eliaci, quia cum sol faciat stellas in hemisphærio in quo est, inuisibiles propter sui splendorem: solum apparet hemisphærij inferius oppositum, & aliud dimidium occultatur: sed illud in medio anno sol transit: ideo post dimidiũ annum videbimus omnes stellas oppositas: si enim aliquis iuxta medium Aprilis respiciat in principio noctis, videbit sex signa ab ariete vsque libram: si autem in medio Octobris respiciat, videbit sex signa a libra vsque arietem per aliam, & ista occupant totum cælum, & patent ista, quia secundum positionem Ptolomei quæ est satis nota, vbicunq̃ simus semper sex signa apparent, & sex occultantur: in qualibet ergo nocte oportet, quod sex signa apparent, cum quibus apparet dimidium cælum siue hemisphærij, quod idem est: si ergo simus in medio Aprilis intrat sol, tunc in taurum, & in illa die est in primo gradu, & oritur totus primus gradus, vel quasi in illa die: quando ergo sol occubuerit, ita quod sit in puncto horizontis, erit supra horizontem primus gradus tauri quem illa die perambulauit sol, & post illum aries, & pisces, & aquarius, cuius primus gradus erit in angulo cœli: deinde descendendo versus punctum ascendentis in oriente erit capricornus, sagittarius, & scorpius, cuius primus gradus erit in puncto orientis, & vocabitur ascendens. Et sic simul videri possunt tunc ista sex signa, quæ faciunt hemisphærij, & omnes stellæ in illa parte hemisphærij: occultantur autem tunc alia sex signa, scilicet libra, & virgo, & leo, cuius primus gradus erit in angulo terræ, deinde cancer, & gemini, & totus taurus usque ad primum gradum, quem illa die sol perambulauit, & oriri incipit in principio noctis ortu eliaci: si autem in illa nocte aliquis cõsiderare voluerit ortum stellarum, & ascensionem, videbit quasi omnes stellas cœli: quia antequam sit dies, ascendet libra, quæ erat sub puncto orientis, quando sol occubuit illa die, & virgo, & leo, & cancer, & gemini, & aliqua pars tauri, reliqua autem videri nõ potest, quia licet sol ortus non fuerit, tamen lumine suo facit diem clarum quasi per horam, & dimidiam antequam oriatur, & tunc incipiunt occultari stellæ ex maiori lumine oriente, & sicut dicimus de illo, qui considerat in die, quo est Aprilis medius, ita dicimus de illo qui considerat in medio Octobris: nam tunc intrabit sol in scorpionem, & ambulabit illa die tota primum gradum scorpionis, qui eadẽ nocte incipiet oriri super horizontis punctum in occidentem ortu eliaci per recessum solis ab illo gradu, & tunc manebunt in principio noctis sex signa super horizontem in toto hemisphærio, scilicet libra, virgo, & leo, cuius principium est in angulo cœli, deinde cancer, gemini, & taurus, & manebunt sub horizonte alia sex signa, q̃ in medio Aprilis in principio noctis erant super horizontem, & sic in duabus noctibus anni potest videre quilibet totum cælum, scilicet quod in vna videat medietatem stellarum, & in alia aliam medietatem.

Si autem obijcias de gibbositate terræ impediẽte, ne videatur totum medium cœlum. Respondet qd illa pars, quæ occultatur impediẽto gibbositatis terræ, modica est: cum terra videatur esse respectu cœlestis

Vbicunq̃ simus semper sex signa apparent & sex occultantur.

Quādo & quō quis poterit uidere omnes stellas celi, sed non numerare.

celestis magnitudinis instar puncti, vt dicit Boerius de consōlib. 2. pro. 7. & idem pro nihilo reputatur. Si tamen aliquis secundum veritatem velit videre hemispherium, expectet valde modicum spacium in quali de illarum noctium, in quo orietur tantum de coelo, quantum occultabatur propter terræ gibbositatem, & sic vere videbit omnes stellas eius hemispherij: numerare tamen secundum, q̄ litera vult hic, & Pl. 146. impossibile est cuiuslibet mortalium, dum adhuc viuunt. Postea autem perfecte cognoscat numerum, sed etiā cuiuslibet earum specialem virtutem: daemones etiā & angeli ista nūc cognoscunt, quia eorum cognitioni omnia naturalia subduntur. Concluditur ergo q̄ aliquis nullo modo omnes stellas eius numerare potest: ideo Aratus astrologus qui in Aegypto floruit iuxta tempora Ptolomei, quia dixit se omnium stellarum numerum comprehendisse, ab omnibus irrisus est, vt ait Lucas Tuden. & Eusebius in chronicis, & Aug. de ciui. Dei lib. 16. & 18. de hoc meminit Marcus Tullius Cicero in dialogo Academico ad Hortensium, qui incipit: magnam ingenium Lucij Luculli. *Addat ad hunc numerum multa millia.* i. ad numerum filiorum Israel qui sunt boni: signantur enim boni nomine stellarum, & mali nomine pulueris, cuius causam assignauimus Nume. 23. cap. ideo precabatur Moyses bonos filios Israel crescere: malos aut non. *Et benedicat vobis.* Benedictio semper importat augmentationem bonorum, siue spiritualium, siue temporalium. *Vestra negocia suscipere.* i. causas civiles, quæ sunt proprie pecuniaria negocia. *Pondus.* i. ministrandi vobis necessaria, quia vnus petebat carnes, alius vinū, & sic aggrauabatur multum talibus curis, & de hoc ipse conquestus est, quia ipsi petebat ab eo panem, & carnes, & pisces, & plorabāt coram eo, sicut paruuli coram nutricibus, vt habetur Nu. 11. & Exo. 16. *Ac iurgia.* i. rixas vestras, & dissensiones, vel. *Negocia.* i. spiritualia orando ad Deum, & querendo ab eo responsum. *Pondus.* In temporalibus ordinandis sine lite. *Ac iurgia.* i. lites, vel forales causæ. *Date ex vobis.* Hoc dixit Moyses per consilia Ietro, vt patet Exod. 18. cap. viros sapientes, qui multa per doctrinam cognouerūt *Et gnaros.* Qui multa experti sunt, vel experimento cognouerunt: vel. *Sapientes.* In diuinis. *Gnaros.* In humanis. *Quorum conuersatio sit probata.* Ita q̄ sciat eos non esse auaros, per pecuniam corruptibiles, vt dixerat Ietro Exod. 18. cap. *Ponam eos principes vobis.* Idest vt vos regant, & isti dirigebant populum conseruando in pace, & quilibet de suis subditis curabant, & iudicabant in causis paruis. Et ideo quando diximus Numeri 11. quod isti non iudicabant, sed solum dirigebant, & conseruabant, verum est principaliter, quia hoc ad 70. seniores pertinebat, sed in paruis iudicabant, & illi 70. erāt aliqui de tribunis in qualibet de tribub. de veritate huius diffusius dictum est Exod. 18. & ibi requiratur. *Bonares est quam uis facere.* In hoc omnis populus cōsensit ei, quia vidit manifeste, q̄ erat bonum, & propter hoc multum honorabant Ietro, qui tale consilium dederat, vt habetur Nu. 10. c. cum dixit ei Moyses: noli nos dimittere, tu. n. nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster: cumque nobiscum iueris, quicquid optimum fuerit ex omnibus, q̄ daturus est nobis dñs; dabimus tibi. *Nobiles.* Idest de maioribus natu.

Quare nobiles Moyses constituit principes potius quam plebeios. Et nobilitas quid est, & ad quid nobiles tenentur.

Questio. VII.

ET hoc propter multa, quia magis noti sunt mores nobilium quàm ignobilium, quia propter generis altitudinem famosiores sunt.

F Item quia nobilitas quandam necessitatem videtur imponere hominibus, vt strenuos mores sui generis insequantur, sic enim ait Boerius de consōlib. 3. pro. 5. videtur namque esse nobilitas quædam de meritis veniens laus parentum, & postea concludit, q̄ si quid in nobilitate bonum est id arbitramur esse solum, vt imposita nobilibus necessitudo uideatur, ne a maiorum virtute degenerent. Item quia facilius homines tolerant aliquem nobilem genere eis dominari quàm aliquem plebeium, & maiori reuerentia tenentur, quod requiritur in principatu: nihil enim princeps prodest quem subditi non verentur. Etiam quia cum homines parua conditionis magnæ multitudini dominantur: aliqui animosi dominatiui se subijci non ferentes dissensiones faciunt, & plerumque vrbium dissidia, & legum violatio causatur, nisi ille qui parua conditionis est, ita virtute excellat, vt omnibus de politia de eius bonitate cōplaceat, quod rarissimum valde est. *Constitui eos principes & tribunos.* Princeps nomen generale est continens in se omnes hic nominatos: ideo non ponitur hic proprie, sed pro idest quia non communicatur genus contra species suas. *Tribunos.* Habentes sub se mille. *Centuriones.* Qui præsumt centum viris. *Quinquagenarios.* Qui præsumt quinquaginta. *Decanos.* Qui præsumt decem. De modo subordinationis istorum principatum diximus Nume. 11. cap. *Qui docerent vos singula.* Causas sententiabant, quia non poterant dari in lege regulæ circa omnia agibilia, quæ sub narratione vel sub arte cadunt vt habetur 2. Ethic. & 5. vir autem sapiens vidēs casum poterit secundum materiam subiectam dirigere, quia ita iudicasset legislator si omnes circumstantiæ ei ponissent offerri. Et ad hoc oportet esse in talibus prudentiam politicam, vt licet leges non condāt cum de casibus non scriptis in lege ita iudicent, ac si legem conderent. *Audite illos.* Idest vt tranque partem: non enim debet iudex inaudita parte procedere, nisi in notorijs, vbi vocatio partis non requiritur ad faciendum processum iuris, quia talis processus fit ad inquirendam veritatem: in notorijs autem veritas euidens est, sed solum debet vocari ad audiendum sententiam. *Sine cuius sit, siue peregrinus.* Iste leges dabatur posteris in quibus non debebat intercedere maior fauor pro ciue quàm pro peregrino, tunc autem nullus cuius erat, quia cuius a ciuitate dicitur: ciuitatē autem nullam tunc habebant, cum non ingressi fuissent in terram promissionis, ideo tunc nec Israelitæ, nec alij alienigenæ, cum eis ascendentes ciues erant: vocatur peregrinus, qui peregre transit per aliquam regionem, vel qui de alio loco est, & in iudicio comparatur extra locum suum. vel ille, qui de alia terra ad aliquem locum, vt ibidem moraretur, aduenit: quī proprie aduena dicitur, & de istis loquitur hic in littera, quia multi de istis inter Hebræos futuri erant, cum conuerterentur ad iudaicum ritum, & Deus specialiter dicebat iustitiam esse tenendam in peregrinos, quia sciebat Hebræos crudos atque immiseriores, & conuersos de Gentilitate tanquam seruos, oppressuros, & abominaturos eos, quod occasionem præstaret, vt nulli de Gentilitate ad iudaicum ritum conuerterentur.

Idem enim quidam & plurimi modernorum nostrorum patiuntur ad conuersos de iudaismo, detestātes, vilipendentes, atque contristantes eos, sed fieri nō debet, vt patet extra de rescript. vbi dicitur de quodā quem episcopus in canonicum recipere nolebat, quia conuersus erat, & Papa rescribit dicens, pro eo vero, quod Iudæus extiterit eum dedignari non debes. Vel potest accipi ciuis non pro illo qui participat lege & dignitate in aliqua ciuitate, ut patet 3. Poli. cap. 1. sed

pro

Plures sūt casus quā leges.

Quis sit peregrin⁹.

In iudicio non magis diues quā pauper est honorandus.

pro illo qui de Israel descendens erat, & patet hoc, quia in deserto vbi dicta sunt primo, nullus erat ciuis accipiendi primo modo, sed pro naturali de Iacob. *Nulla erit distantia personarum.* Idest non facietis differentiam in iudicando, vt sententiam proferatis contra diuitem vel pauperem, dum tamen secundum legem detis sententiam, neque in iudicio magis diues, quàm pauper honorandus est, ideo infra dicitur, q̄ si duo viri diues, & pauper iudicio cōtenderint, vterq; ante iudicem stabit, nec faciet potentem vel diuitem apud se sedere, & pauperem stare, quia ista in animo pauperis magis suspensionem causarēt contra se, crede ret enim aduersarium acceptum esse iudici, ideo ius suum proponere formidaret, dato quod iudex nō intenderet per hoc fauori personarum adherere, sed nō solum a malo, sed etiam ab omni specie mali abstīndum est, extra de vita & hon. cle. cap. cum ab omni. *Ita paruum audietis, ut magnum.*

Quare iura minus puniunt nobiles quàm ignobiles. Deus autem in inferno econuerso. Et quid agendum in multitudinis delicto. Quest. VIII.

QUIA aliquando nobiles & ignobiles non habent eandem legem, sed plura concesserunt iura nobilibus quàm ignobilibus, & alio modo pro eodē delicto puniuntur isti quàm illi: in inferno autem non obseruabuntur ista priuilegia, sed potentes poterunt tormenta patierentur Sapien. 6. cap. & ibidem dicitur: iudicium durissimum fiet his qui præsumt: ratio diuersitatis est, quia Deus qui ad voluntatem suam potest cuncta regere, cum sit ei idem velle quod posse, & facere, cōsiderat merita vel demerita cuiuslibet in se, & secundū illa puniuntur vel gaudet, ideo dicitur scrutator cordiū, quasi ex his, quæ in homine sunt, quemlibet iudicans, & non curando de alio: hoc verum est post mortem, sed in vita aliquando puniunt aliquos, qui nihil peccauerunt ad aliorum castigationem, vt in furto Achar ipse cum filijs & filiabus & omnibus combustus est, vt patet Iosue. 7. cap. filij tamen & tora domus nihil peccauerant, quia huius furti conscij non erant, nec fauorem dederant: in hoc tamen secretum Dei iudicium latet, quia licet illi pro illo crimine nihil mali mereantur, cum malum nō egerint, tamen ex aliquo alio crimine meruerunt, vel licet non mereantur in se, propter patres iniquos puniuntur, vt patet infra 7. cap. & Exod. 34. & Num. 14. c. & ibidem clare posuimus qualiter ista poena inflicta filijs pro patribus interdum proficit ad eorum magnum meritum, aut aliquorum criminum deletionem. In politia humana quæ imperfecta est, & difficilis conseruari, quia subditi non subijciuntur totaliter rectoribus, non consideratur semper meritum, vel demeritum alicuius, vt sic æqualiter puniatur, sed consideratur pax & bonus status politię. Quando ergo in puniendo aliqua vitia scandalū oriuntur, punitio dimittitur, ideo quia scandalum esset nobiles in penis ignobilibus comparari, iura sanxerunt eos minus puniri, licet forte in eodem actu plus peccauerint. Item si magna pars ciuitatis peccauerit, non punitur propter scandalum discessionis a politia: vnde delicto multitudinis parcitur non solum in pure ciuilibus, sed etiam in spiritualibus, vt extra de clerico excommunicato vel deposito ministrante. c. Iatores, vbi dicitur quod si illi clerici, qui post excommunicationem & interdictum officia diuina celebrauerunt, si sint 40. solum aut pauciores in hoc peccantes deponantur perpetuo ab omni sacerdotali officio, si autem fuerit magna multitudo, aliqui pauci qui magis peccauerunt, ab officio perpetuo deponantur: om-

nes alij minus peccantes ab officio tēporaliter suspenduntur: hoc autem verum est, quando in punitioe multitudinis timetur magnum periculum, aut scandalum, vel fractio legum, repugnante multitudine correctioni: si tamen ipsa multitudo libenter correctionem recipiat, punienda est, vt habetur 3. 1. quæstio. 4. cap. non potest in fine & de penitentijs distin. 7. cap. fin. Et sic quando Moyses vidit populum coluisse vitulum constabilem, accinctus ense cum alijs Leuitis transiit per medium castrorum a porta vsque ad portam, & occidit viginti tria millia virorum, quæ erat factis magna multitudo, vt patet Exod. 32. cap. hoc autē fecit propter duo. Primo quia a Deo inspiratus fuit, q̄ posset punire illam multitudinem, & quod reliquus populus non infurget contra eum. Secundo quia delictum valde magnum erat, quia nihil Deus magis abominabatur quàm cultum idolorum, tanquam aliquid quod directe est contra ipsum: reliqua autem peccata licet eum offendant, non tamen ita directe, quia ad proximum sunt, sic etiam mandatur infra 13. ca. quod si in aliqua ciuitate habitatores peruersi fuissent, vt saltem semel colerēt idola, totus Israel pugnare debebat contra ciuitatem, & occidere viros, feminas, senes, & paruulos usque ad pecora, & omnem supellestem cum tota ciuitate comburere, & muros atque adificia super habitatores mortuos deicere subuertendo usque ad solum, vt esset tumulus sempiternus, & postea adificari ibi nihil debebat, quia erat anathema.

Item tempore Iosue cum Rubenitæ, & Gaaditæ, & dimidia tribus Manassæ reuenterentur in possessiones suas, & confluxissent altare apud tumulos Iordanis, reliqua multitudo Israel conuenit in Silo, & ibi consilium initum fuit, vt pugnarent contra duas tribus & dimidiam, quæ erant quasi quarta pars Israel, & occiderent omnes, sed postea mansueti responderunt, ut patet Iosue. 2. 2. cap. Deus autem de scandalō non curat, quia apud eum scandalum esse non potest: est enim scandalum propter defectum potētiæ rectoris, q̄ si aliqua ciuitas, immo si omnia regna contra Deum peccarent, omnia damnarentur simul ad gehennam, sic habetur Luc. 13. cap. nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis, idem patet in destructione Sodomorum, quia cum ibi 4. ciuitates principaliter peccassent, omnes quatuor igne & sulphure destructæ sunt, vt patet Gen. 49. cap. habitatores tamē illarum ciuitatum magnam multitudinem faciebāt: idem patet de occisione omnium primogenitorum in Aegypto, quæ fuit plaga incomparabilis, cum non esset aliqua domus in tota Aegypto, in qua non esset mortuus aliquis, vt patet Exod. 12. cap. & multa domus erāt, in quibus multi mortui erant, vt ibidem declaratum est: idem patet de submersione Aegyptiorum in mari, qui erant quinquaginta millia equitum, & ducenta millia pedum armatorum, vt dicit Iosephus: idem patet in morte exercitus Senacherib, vbi erant centum octuaginta quinque millia, vt patet 4. Regum 19. cap. apud Dei correctionem scandalum nullum est, quia correctioni eius nullus resistere pōt, sicut disciplina politicæ.

Aliquando etiam de iure humano aliqui non peccantes puniuntur propter pacem politię: Deus autē propter nullam pacis occasionem puniret innocentem in inferno, ideo dixit Abraham Deo volenti destruere Sodomam Genes. 18. cap. nonne perdes iustū cum impio? non est tuum hoc, qui iudicas omnem terram. q. d. ad reges temporales hoc pertinet hostes suos iustos siue iniustos delere, vt sint in quiete: ad te autem non. *Nec accipietis cuiusquam personam.* Accipere personam opponitur iustitiæ distributiue, quæ est in distri-

Nota qñ iudex proprie est acceptor personarum.

distribuendo dinerfis equaliter secundum proportionalitatem dignitatum, qui ergo in distribuendo honorem, penam, vel absolutionem, quæ ad iudices pertinent, non considerat dignitatem, id est merita personarum, sed solas personas iniustus est: unde aliqui considerantur personæ propter causas, aliquando solæ personæ: quando enim respicimus personam cum causa non est acceptio personarum, sed iusta distributio, ut si duo pauperes petant, & aliquis det magis indigentibus & non alteri, non est accipere personam: sic si duo petant beneficium, & episcopus honestiori & sapientiori eorum concedat, non accipit personam, sed causam, qui enim personam & non causam respicit, acceptor personarum dicitur, & iniustus, ut si duo iudicio contendant, & iudex pro vno sententiet, non quia iustam causam fouet, sed quia Petrus vel Martinus est, personam solum accipit: igitur ille causam considerat, qui curat de iusto & bono, siue iste, siue ille sit: ille personam accipit, qui de isto curat, siue iustus, siue iniustus sit, & si recte attendatur iustus accipit solam personam, sed semper accipit conditionem personæ, quia si aliquis iudex iniuste sententiat pro aliquo, non sententiat sic, quia ille est iste homo, sed quia diues est, vel potens, vel consanguineus, vel amicus, & sic de alijs: ideo in omni acceptio personarum oportet conditionem interuenire personæ: impossibile est enim aliter fieri.

Quando aliquis est acceptor personarum, & quando non. Et quot modis fit acceptio personarum. Et an fiat in bonis proprijs. Quæst. IX.

Ad sciendum ergo quando persona accipitur, est notandum, quod conditionum personarum aliqua sunt pertinentes ad meritum rei quæ datur: aliqua sunt impertinentes. Quando autem aliquis aliquid cõcedit, vel distribuit propter conditionem personæ impertinentem ad meritum, personam accipit: si autem conditionem personæ ad meritum pertinentem respiciat, personam non accipit, ut si aliquis episcopus det alicui beneficium, quia potens, diues, vel consanguineus, siue dilectus, licet conditiones personæ sint, quia tñ non pertinent ad meritum rei collatæ acceptor personæ est: si autem conferat, quia bonæ conuersationis, & scientiæ conuenientis est, quia ista ad suscipiendum habilitat, causam & non personarum acceptor est. Si autem obijciatur, quod in moralibus oportet personam cõsiderare, quia est vna de circumstantijs. s. cui. Respondetur, quod persona non est circumstantia actus accipiendi simpliciter, sed referendo personam ad conditionem personæ meritoriam, vel demeritoriam; pertinentem vel impertinentem. Sciendum autem, quod acceptio personarum fit solum duobus modis, vel si reperiantur alij modi, reducuntur ad istos. Primus est, quando potestas distribuentis penam, vel absolutionem, damnum, aut lucrum, vel honorem, aut infamiam, est ligata per aliquam legem taxantem quantum quali dari debeat. Secundus modus est, quando distributio superabundans in vno præiudicat alteri de primo, ut si lex determinat talem honorem, aut dignitatem, vel beneficii debere dari homini habenti talem conditionem, aut talem, & princeps dispensans bona reipublicæ distribuat honorem illum, aut dignitatē alicui, in quo non reperitur conditio determinata a lege, dato quod etiam ille cui datur honor alijs bonus sit, ille qui distribuit ei honorem personarum acceptor est. i. quod propter solam personam sine causa determinata in lege ei honorem distribuit. Secundus modus est, quod distributio superabundans in vno præiudicat alteri, ut si iudex qui est

Duobus modis fit solum acceptio personarum.

persona publica distribuens litigantibus damna, & iura, honores, & penas, vni parti de litigantibus plus de honore, aut lucro distribuat, quam mereatur, personam accipit, & alteram partem grauat, cuius iuri illud subtrahit quod alteri supererogatur. In bonis autem proprijs non potest fieri acceptio personarum, quia nullus istorum modorum intercidit: non primus, quia in bonis proprijs non obligatur aliquis ad certum modum, vel quantitatem distributionis per aliquam legem taxantem: ideo potest distribuere quantum voluerit, & cui voluerit: etiam quia non determinatur persona cui dare debeat, sed potest dare indifferenter cui voluerit. Secundus modus est non interuenit: quia nullam iniuriam quis facit alteri dando cuiuscunque quod uoluerit, siue magis, siue minus. Ex quibus infertur, quod si aliquis det de rebus suis alicui viro, qui non est bonus, non est acceptor personarum, vel si det alicui qui non est pauper, & non det ei qui est pauper: vel si det minus pauperi, & non magis pauperi, quia lex non obligauit eum ad dandum alicui istorum: et dando vni nullo modo grauat alterum, quia nihil ei debet, aut de suo tollit, nisi forte vnus de pauperibus esset in extrema necessitate, quia tunc obligabatur illi dare. Ex hoc et patet, quod ille pater familias, qui conduxit operarios in vineam suam, ut patet Matth. 20. ca. & dedit extremis operarijs tantum, sicut primis, non fuit personarum acceptor, quia nihil tollebat primis de iure suo, cum pepigisset dare eis denarium pro labore diurno, & postea dedit in nocte, & tñ merebantur: postremis autem dedit plus merebantur. s. vnum denarium cum sola vna hora laborassent: superabundans tñ distributio in posterioribus non grauabat priores, ac si nihil posterioribus datum esset: ideo respondit pater familias tanquam malum non egisset, amice tolle quod tuum est, & vade in pace: nonne licet mihi facere quod volo? quod licet cum liberam partem habeam in rebus meis. Et subiunxit, si oculus tuus nequam est: ego autem bonus sum. s. videtur tibi, quod ago tibi iniuriam dando isti tñ sicut tibi, sed non ago: quia bonus sum. Si tñ iste pater familias disponderet bona reipublicæ, & de eis distribuisset mercedem operarijs, non liceret ei tñ dare posterioribus sicut prioribus: quia licet non graueret priores, tñ dando posterioribus sicut eis, tñ grauabat reipublicam cui subtraherat id, quod illis operarijs supererogabat, & sic faciebat iniustum, sibi autem iniustum facere non potest, quia qui iniustum patitur semper est nolens, ut patet 5. Ethic. Quia Dei iudicium est. Quia qui iudicat locum Dei obtinet dirimendo litigia: debet ergo Deum in iudicijs imitari quantum finit politice humane conditio. Quod si difficile aliquid vobis visum fuerit. Quia quid iuris esset nescirent. Referte ad me. Quia ego determinabo, vel si ignorauero consulam Deum, ut patet Num. 36. c. de ratione filiorum Manasse. Et hoc intelligitur de causis ciuilibus, quia causæ spirituales, vel rationes legis ad solum Moysen referebantur, ut hñ Exo. 18. c. & sic Moyses in utroque foro præerat. Dicit Ra. Sal. quod ideo Moyses aliqui ignorauit rationem aliquarum rationum, quia gloriatus fuerat se rñdere in magnis rationibus, sicut Samuel non cognouit quem dñs elegisset de filijs Isai ut habetur 1. Reg. 16. c. quia dixerat se esse videndum, ut 1. Reg. 9. ca. Sed non est verisimile, quod tanti viri gloriarentur in talibus nominibus, quia hoc mortale esset. Sed etiam aliqui Deus deprimat aliquem, vel ei magna non reuelat: quia non dedit laudem Deo forte ex inaduertentia, vel ut conuertatur ad considerationem propriæ fragilitatis, ne extollatur, ut habetur de Paulo. 2. Corin. 12. cap. Et de Ezechiele, quem postquam Deus magnis reuelationibus exaltauerat: vocabat filium hominis, ut se infimum esse conspiciens in his non superbi-

In bonis proprijs non potest fieri acceptio personarum.

Mansiones deserti quot & ubi.

ret, ut ait Gregorius super Ezechielem. Præcepitque eis omnia que facere deberent. Quæ potuerunt tunc Moysi occurrere, vel Deus dignatus est ei reuelare. Alia autem magis particularia in regentis prudentia relinquunt. (Profectique) narratis diuini beneficijs in dispositione populi hic agitur de murmuracione propter exploratores. Profectique de Oreb. Id est de monte Synai: vocatur multis nominibus. Et sic forte alia mansiones: ideo difficultas intelligendi oritur, quia aliqui his, aliqui alijs nominibus vtitur. Transiuimus per eremum terribilem. Id est per desertum Pharan: & vocatur terribilis, quia ibi serpentes erant adurentes statu, scorpiones, & similia, & nulla aque, ut habetur infra 8. vocat ista solitudo maxima: quia maiori tempore ambulauerunt Iudæi per istam quam per alias solitudines: nam in ista morati sunt ab anno. 2. vsque ad principium anni 40. in alijs autem modico tempore manserunt. Item quia plures mansiones fecerunt in deserto Phara in alijs: nam filij Israel steterunt in deserto Etha siue in deserto Sur quod id est: steterunt in deserto Syn, & postea in deserto Phara. in deserto Sur, siue Etha ambulauerunt filij Israel tribus diebus postquam ingressi sunt illud, ut patet Exo. 15. ca. & Num. 33. deinde fecerunt tres mansiones in eodem deserto. Sin Mara & in Helim, & super mare rubrum, ut patet Exod. 15. & Num. 33. cap. in deserto Syn et fecerunt mansionem filij Israel, ut patet Exo. 16. ca. & est istud desertum inter Helim & desertum Synai: hic autem fuit vna sola mansio, ut patet Num. 33. quia cum dictum fuisset, quod Israel venit de Helim in desertum Syn, subiungitur imediate, inde profecti venerunt in Aluo, vel Dephca, qui primo est, & sic videtur, quod quando venerunt in Dephca, quæ est mansio sequens, iam recesserant de solitudine Syn: dato autem quod mansiones, quæ sunt inter desertum Syn, & motem Synai computantur intra desertum Syn: solum erunt quatuor. s. mansio in deserto Syn, & in Dephca, & in Aluo, & in Raphidin: in deserto Pharan ambulauerunt, ex quo recesserunt de Aferoth vsque quo venerunt in Cadesbarne, quia ibi inceperunt applicare se extremis finibus Edon, ut patet Num. 20. cap. sunt autem inter Aferoth, quæ est apud Pharan, ut patet Num. 13. vsque ad cades, siue montem Hor mansiones. 19. vel 20. ut patet Num. 33. cap. ergo ista solitudo fuit maxima. Per uiam montis Amorrhæi. Id est per viam qua venitur ad montem Amorrhæorum. i. in quo morabantur Og, & Seon duo reges Amorrhæorum: ad illam terram primo uenerunt, & vocatur illa terra mons, quia montuosa & alta est. Sicut præcepit Dominus Deus noster nobis. Ut patet sup. in litera sufficit, quod in monte hoc stetit: reuertimini ad motem Amorrhæi. Cumque uenissetis in Cadesbarne. De qua missi sunt exploratores in secundo anno exitus de Aegypto Dixi vobis uenistis ad montem Amorrhæi. Quia iam erant iuxta terram promissionis, quia Cadesbarne est in confinibus terræ illius, ut patet Num. 34. cap. qui autem alicui loco vicinus est, iam ad eum uenisse dicitur. Ista uerba. s. uenistis ad motem Amorrhæi dixit Moyses filijs Israel. in 2. anno modico tempore postquam recesserunt de monte Synai, quia uelociter ambulauerunt illas mansiones peruenientes in Cadesbarne, & in ipso loco cum coniuncta terra Amorrhæorum & terra promissionis sit, videbantur esse in ea, & tunc transiituri erant in eam secundum mandatum domini. s. reuertimini in motem Amorrhæorum, nec aliquid aliud restabat, & sic volebat Moyses, ut nulla mora facta transirent in eam in ipso. 2. anno, sed ipsi increduli noluerunt, nisi pramissent exploratores, & illi peruerterunt eos. Quod autem in illo anno Hebræi peruenerint usque ad confinia montis Amorrhæorum, patet quia uenerunt in Cades, ut

habetur Nume. 13. cap. nam exploratores redeuntibus 40. diebus postquam missi fuerant, iuerunt Israel in Cades, ut patet eod. cap. & ista Cades est in finibus terræ Edon, & Amorrhæorum, ut patet Num. 20. & 21. cap. quia Cades est circa Arnon, & Arnon est in finibus terræ Amorrhæorum, ut patet Num. 21. ca. & ista est Cadesbarne, in qua manserunt multo tempore, ut patet infra in litera, deinde ambulauerunt vagi per desertum vsque ad principium anni 40. retrocedentes de Cadesbarne versus terram illam, de qua uenerant: deinde completa morte omnium, qui peccauerant, ut patet infra 20. cap. uenerunt in Cades deserti Syn, siue in Cadesbarne, ut intraret terram Amorrhæorum, ut patet Num. 20. cap. & tunc miserunt legatos ad regem Edon, deinde ad regem Seon, ut permitteret eos intrare per terram suam, & non permisit.

Nonnullorum error, quod ista uerba sint Moysi dicta in principio anni 40. siue in fine 39. Quæst. X.

Ex hoc falluntur aliqui putantes, quod ista uerba Moysi dicta sunt in principio anni 40. siue in fine 39. quando uenerunt in Cades mense septimo anni 39. quia tunc dicitur Nume. 20. quod uenit omnis multitudo filiorum Israel in Cades deserti Syn, & mortua est Maria: sed hoc non potest stare, quia ista uerba dixit Moyses Israelitis antequam mitterent exploratores, quod pater ex eo quod sequitur in textu cum dicitur, & accessistis ad me atque dixistis, mittamus viros qui considerent terram, sed missio legatorum fuit in 2. anno, ut patet ex his, quæ dicuntur Num. 13. & 14. cap. nam post missionem legatorum manserunt in deserto, donec omnes qui peccauerant consumpti sunt morte, & hoc fuit spatium 38. annorum, ut patet sequenti cap. quibus ambulauerunt de Cadesbarne usque ad torrentem Zareth. Vide terram. Quia ex illo loco poterat uideri aliqua pars terræ promissionis licet indistincte. Ascende & posside eam. Id est sine difficultate eam habere poteris: uoluerat enim Moyses, quod immediate nullo impedimento posito ascenderent, ipsi autem modicum confidentes in diuina protectione recurrentes ad humanum auxilium miserunt exploratores, quia ergo infideles fuerunt Deo, permisit eos Deus ab exploratoribus falli, & sic non ingressi sunt terram illam. Sed statim arguet aliquis, quod quilibet in negocijs suis agere debet quantum uia humana fieri potest, post recurret ad Deum, aliter tentaret Deum.

Respondetur quod aliter agere debemus in his, quæ mandato Dei agimus, aliter in his, quæ uoluntate nostra, quando enim aliqua nobis bona uidentur, quæ Deus nobis specialiter non mandauit, oportet quantum uia humana possumus dirigere. Cum autem non possumus sic ad Deum recurrere, & sic non tentabimus. Si autem aliquid Deus nobis specialiter mandat, in quo modum agendi declarat, si forte modus ille nobis non securus esse uideatur, & uiam humanam tutiorem inquirimus, increduli Deo sumus. Si enim quod mandat per magna pericula agere, magnis periculis, & supra hominem agendo nos exponamus, Deum non tentamus, sed fideliter obedimus: tentatio est uelle accipere experientiam de incognito: hic autem manifesta est nobis uoluntas Dei: isto modo peccauerunt Iudæi, quia Deus mandauerat eis quod intrarent ad possidendam terram promissionis, & declarauerat eis modum dicens: nolite timere, quia protector uester ego sum: ipsi autem non credentes uerbis Dei securitatem humanam quaesierunt: unde multum errauerunt. Ne quicquam pauca. Id est non affligaris in corde tuo, ut patet in litera Hebraica.

Quid sit tentatio.

Et accessistis ad me omnes. Importune petendo mitti exploratores: ideo omnibus repugnare non poterat. Et patet hoc, quia si Moyses conuenerat immediate, sicut ceteri peccauerat diffidendo verbis Dei, & magis peccasset quam ceteri, cum ipse esset propheta Domini. & ipse dixisset eis, quod immediate intrare poterat in terram Amorrhcorum: sed ipse repugnauit, & non consentientibus Hebraeis verbo eius, sed importune petentibus mitti exploratores, ipse ad ultimum inuitis consentit toti populo, quia prohibere non poterat. *Mittamus viros qui considerent terram.* Scilicet utrum sterilis an fertilis: in cunctuosa an plana: murata an sine muris, & quales habeat habitatores, ut patet Num. 13. cap. *Et renunciet per quod iter ascendere debeamus.* Scilicet ut sciant quae pars facilius est ad intrandum, & magis vacans ab hostibus: valde in hoc increduli erant Deo, quia habentes angelum in columna, qui eos dirigebat, ut habetur Exo. 14. cap. magis ad debile humanum adiutorium confugerunt. *Et ad quas pergere ciuitates.* Scilicet quae sunt faciliores capi, ut ad eas primo eamus. *Cumque sermo mihi placuisset.* Id est cum consensissem in dicto vestro, quia tota multitudo dicebat, sed non placebat ei, & si ipsi non infligissent multum, Moyses non misisset exploratores, & pater: quia primo ipsi petierunt exploratores, & Moyses dubitabat in id repugnabat mittere, sed Deus sibi mandauit, quod consentiret populo, ut habetur Num. 13. cap. *Duodecim viros singulos de tribubus suis.* Ut non videretur aliqua tribus esse peioris conditionis quam aliae. *Peruenerunt usque ad vallem Betri.* Iste viderit fuisse ultimus locus, in quo steterunt exploratores: quia inde duxerunt palmitem pendentem cum vna sua inter duos viros, ut patet Num. 13. cap. & ista Vallis Betri est ad meridiem, & pater: quia ipsi intrauerunt per partem meridianam, ut patet Num. 13. cap. & cum totam terram intrassent, necesse erat redire per terram meridianam, per quam intrauerant: etiam quia non poterant ducere illum palmitem, nisi de loco ultimo terrae Chanaan, ut non viderent Chanaanai eos portantes, quia non permitterent, & cum ipsi essent ad partem meridianam terrae illius, necesse erat locum illum esse meridianum. *Ut ostenderent vbertatem.* Et sic dixerunt exploratores terram quidem quam iustrauimus, melle & lacte fluit, ut ex his fructibus quinci potest: *Bona est terra quam Deus daturus est nobis.* Si ergo exploratores terram laudauerunt, quomodo populus illic ire noluit?

Respondetur, quod non laudauerunt totaliter terram exploratores, sed solum quantum ad fructuum vbertatem, vituperauerunt autem quantum ad aeris dispositionem: dixerunt enim, terra illa deuorat habitatores suos, scilicet peste consumendo, ut habetur Num. 13. cap. dixerunt etiam, quod tantum erat murata, & tam fortes habitatores habebat, quod eis impossibile erat eam acquirere: sed Iosue, & Caleph in hoc contradixerunt, ut patet Num. 14. dicentes quod cum Dei adiutorio gentes illas, ut panem deuoraret. *Sed increduli verbis Domini.* Qui promiserat emittere angelum suum; & dispergere omnes illas gentes, ut patet Exod. 23. & 34. cap. *Sed murmurati estis.* Ad incredulitatem secuta est desperatio, ad desperationem nimia tristitia: vnde tota nocte qua venerant exploratores, fleuerunt: ut habetur Num. 14. cap. & murmurauerunt. *Odii nos Deus.* Hoc enim omnium pessimum erat: ingratos fuisse Deo valde malum erat: non obedire Deo mandati malum quoque: Dei autem manifesta beneficia in malum interpretari omnium pessimum est, nec aliquid maius esse potest, quia repugnat de directo bonitati diuinae: vnde maledicti sunt a Domino dicentes, bonum malum, & lucem tene-

bras, ut Esa. 5. cap. Etiam quia falsum erat manifeste: nam Deus nullam gentem odio habet, ut patet Sap. 11. c. cum dicitur, sed miseris omnium, quia potens es, & peccata hominum diffimulas propter penitentiam: diligis. n. omnia quae sunt, & nihil odisti eorum, quae fecisti: nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti. *Idcirco eduxit nos de terra Aegypti, ut traderet nos in manu Amorrhai.* Mendacem & impotentem Deum faciebant: mendacem quidem, quia Deus vocauit eum populum peculiarem, & electum ex cunctis populis terrae, ut infra 4. & 7. c. impotentem quidem, quia putabant, quod ad destruendum eos in deserto eduxisset eos, quasi non posset eos in Aegypto delere: nunquid. n. non viderant quanta mala Aegyptiis intulerat in percussione primogenitorum? & in mari rubro? nunquid angelus qui exterminabat primogenita Aegyptiorum non poterat occidere omnes Hebraeos? poterat quidem: immo omnes occidisset, nisi Deus videns sanguinem in postibus domorum vetaret eum intrare ad percutiendum: nunquid etiam Aegyptij non poterant destruxisse Hebraeos ante mare rubrum, cum inquirerent eos a tergo? potuissent quidem etiam Deo nihil agente: immo omnes accepissent & interemissent, nisi angelus qui praecedebat in columna, conuertisset se ad posteriorem partem exercitus illuminans Hebraeos, & obscurans Aegyptios, ita ut ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent castra Aegyptiorum, & Hebrcorum, ut patet Exo. 14. c. metiebatur ergo valde ingratiissimi isti Hebraei contra dominum, in quo grauissime delinquebant. *Nuncij terruerunt cor nostrum.* Id est, quia Caleph & Iosue magis confortabant, ut habetur Num. 14. cap. *Ad caelum usque murata.* Hyperbole est. *Filios Enachin.* i. gigantes: Enach appellatum nomen est, & signat gigantem: Enachin plurale Hebraicum est. *Vidimus ibi.* In Ebron ciuitate, quae dicitur Tariathe: ibi enim habitauerunt gigantes, ut habetur Num. 13. & Iosue. 15. ca. pro vobis ipse pugnabit mittendo angelum suum, qui disperdat gentes illas, ut promissit Exo. 23. cap. sicut fecit in Aegypto. i. inferendo omnes plagas, quia Pharaon affligebat populum, & post in mari rubro Aegyptios fluctibus inuoluendo. *Videntibus cunctis.* Videbant enim Aegyptij, & confitebantur, quia Deus pugnabat pro eis, ut patet Exo. 14. fugiamus Israel, quia dominus pugnat pro eis. *Et in solitudine ipsi uisistis.* Hoc fuit quando pugnauerunt contra Amalechitas Exo. 17. c. & orante Moyse cadebant aduersarij. *Ipsi uisistis.* i. hoc non viderunt Aegyptij, sed vos uisistis: ideo si beneficia ista negare uelitis, Aegyptij restabuntur contra vos, quia uiderunt, & vos ipsi negare non poteritis. *Sicut solet homo gestare paruulum filium suum.* Sicut. n. homo portans filium ei omnia, quae uult tribuit; ne ploret: ita uobis cibum, potum, & uniuersa sufficienter largitus est. *In omni uia per quam ambulastis.*

Licet peccaret populus, & Deus ei irasceret, tamen Manna nunquam abstulit. *Questio. XI.*

LICET enim peccaret populus, & Deus ei irasceret, tamen manna nunquam abstulit, quia misericors est, pluit super bonum & malum, & facit solem suum oriri super iustos & peccatores. Matth. 5. & nubem suam non abstulit Exod. 13. cap. *Et metatus est locum.* Id est assignauit locum in quo tentoria figere deberetis, ubi nubes quiescebat, castra metabantur, ut patet Num. 9. cap. per mandatum Domini figebant tentoria, & per uerbum eius proficiscebantur. *Ostendens nobis iter per ignem.* Sicut in die columna nubis ostendebat uiam, & obibat a sole: sic columna ignis in nocte splendebat, ut non

ut non indigerent lucernis, & si per noctem proficisci deberent, mouebatur columna ignis, sed non legitur aliquando eos nocte ambulasse, nisi quando intrauerunt mare rubrum, quasi in media nocte ambulauerunt per illud Exo. 14. cap. *Cumque audisset.* Hoc ponitur murmurantium dura sententia. *Non uidebit quisquam.* Id est non intrabit in terram promissionis, sed uiderunt eam de Cadesbarne, ut supra diximus. *De hominibus generationis huius pessima.* Homines pessima generationis uocantur homines mali, nec uocantur homines generationis pessimae filij maiorum si boni sint, & mali etiam si a bonis generentur: tamen generatio pessima uocantur, & accipitur generatio pro genito. *Ipsa enim uidebit eam.* Scilicet Caleb. & ipsi dabo terram quam calcauit, scilicet Ebron, ad Ebron enim Caleb. solus accessit, & orauit super sepulchra patriarcharum. I. Adam, Abraham, Isaac, & Jacob cum vxoribus suis, ut patet Iosue. 14. cap. & fit hic magis mentio de Caleb. & Num. 14. quia Iosue fuit dux populi post mortem Moyfi. & introduxit eos in terram promissam: ideo de eo dubitari non poterat, quin intrasset: poterat tamen dubitari de Caleb, quia non erat uir ita famosus. *Nec miranda indignatio in populo.* Id est non erat mirum quod Deus irasceret contra populum, quia contra eum peccauerat, sed etiam propter eos contra me iratus est, qui in hoc non peccaueram, quod signat magnum fuisse peccatum subditorum, quia in subditos non solum puniuntur, sed etiam in praetatum transfuit. Non est intelligendum, quod propter illud peccatum Deus Moyfi iratus est, nec litera hoc dicit, sed quod propter subditos ei iratus sit: fuit enim istud peccatum occasio ire Dei contra Moysem: hoc modo Deus iratus est Moyfi, quia non benedixit eum ad aquas contrahendas, ut patet Num. 20. & 27. & 32. occasio non benedicendi Deum fuit rebellio subditorum, debuerat enim Moyses benedicere Deum loquendo ad Petram, ut patet predictis. c. sed tantum mouebatur zelo contra contumaces, ut magis eos redarguere, quam Deum benedicere curauerit: iuste ergo conqueritur Moyses de populo Hebrcorum, cum peccatum eorum fuerit occasio peccandi ei. *Ipsa intrabit pro te.* Id est exercebit ea, quae tu exercere debes eos dirigendo: ideo antequam moreretur Moyses Deus dixit ei de Iosue, cum dicitur: Dominus dixit mihi non transibis Iordanem istum: Dominus igitur Deus tuus transibit ante te, & ipse delebit omnes has gentes in conspectu tuo, & possidebis eas. & Iosue iste transibit ante te, & infra subditur: uocauit igitur Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel, confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram, quam se daturum patribus eorum intrauit Deus, & eam forte diuides: Dominus qui ductor est uestrum ipse erit tecum: non dimittet te, nec derelinquet: noli timere, nec paues, ut patet Deuteron. 31. cap. *Hunc exhortare.* Persuadendo ei, quod populum regere uelit. *Et roborare.* Certificando eum, quod in actibus suis prosperaretur: timebat enim Iosue, quod sicut Deus iratus fuerat Moyfi propter populum, magis irasceret sibi, quia non erat tam sanctus: ideo Moyses mandato Dei certificauit eum de his, quae euenire debebant, scilicet qualiter Iosue certissime introduceret eos in terram promissionis, & quod debellatis hostibus terram eorum caperet, atque Hebrcorum tribubus diuideret, ut patet Deuteron. 11. cap. *Paruuli ueltri.* Data sententia contra patres peccatores subiungitur consolatio circa filios minores. *De quibus dixistis, quod captiui ducerentur.* Hoc dixerunt Num. 14. cap. paruuli uocantur pueri, infra 20. annos, qui tamen rationis usum habent. *Et filij qui hodie.* Refertur ad tempus murmurationis. *Ignorant boni ac mali distantiam.* Id est pueri teneri non

adum habentes usum rationis. *Isti ingrediuntur.* Non tamen omnes isti: quia aliqui murmurauerunt propter Manna, & mortui sunt: aliqui fornicati sunt in Belphégor Moabitum, & mortui sunt: de his Num. 21. & 25. cap. *Vos autem reuertimini.* Id est non procedatis directe contra terram promissionis, scilicet quia non ero uobiscum, & egredientur hostes uestri, & delebunt uos de sub caelo, ut patet immediate, quia Chanaanai & Amalechitae percuri sunt eos multos occidentes. *Et abite in solitudine.* Iam erant extra solitudinem in confinibus Amorrhcorum, & Idumcorum, scilicet Pharan, quae erat terribilis, sed talis eis decebat, quia terra illa vacabat ab hostibus: nam quando ista sententia data fuit, erant Hebraei in Cadesbarne, quae est in fine deserti, & apud terminos Idumcorum, ut colligitur Num. 20. cap. & intraturi erant confestim in terram Amorrhcorum, sic enim dixerat Moyses supra, uenistis ad montem Amorrhcorum quem Dominus Deus uester daturus est uobis: uide terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, ascende & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus uestris: noli metuere, ne quicquam paueas: nunc ergo quia propter peccata uestra: 8. annis mansuri erant quasi sine aliqua locali transmutatione, & quia si tanto tempore fuissent inter hostes, scilicet inter Amorrhcos, uel Idumcos, hostes forte insurrexissent contra eos, ideo non mandauit Deus post peccatum istis procedere ultra ad terram habitam, sed reuerri, scilicet ad terram deserti Pharan, in qua nulli aut rarissimi habitabant: ideo licet multo tempore ibi morarentur, nullus inquietaret eos. *Peccatumus Domino: ascendemus, atque pugnabimus.* Excocabat eos peccatum graue, ut priori inobedientiae nouam inobedientiam super adderet: prius mandauerat Deus ascendere, & noluerunt: nunc mandabat non ascendere, & ascenderunt: ecce facti sunt filij contradictionis, & ut arcus praui conuersus contra tenentem se, & tamen uidebantur moueri aliquo bono zelo licet indifferetio, scilicet Deus mandauerat eis ante, ut ascenderent immediate in terram promissionis, & quia non confidentes Deo non ascenderunt, sed miserunt exploratores, peccauerunt: nunc ergo ut istud uirium purgarent, uolebant plus agere, quam Deus mandaret immediate ascendendo contra terram promissionis, sic enim faciunt milites, qui si in aliquo regem suum offenderint, postea se magnis periculis obijciunt, ut amorem prouocent iam elapsam, & sic innuebant isti cum dixerunt, ascendemus atque pugnabimus, sicut praecipit nobis Dominus Deus noster. *Volebant ergo nunc supplerere mandatum Dei quod ante non compleuerant, sed iste zelus fuit ualde indiscretus: nam si Deus nihil dixisset bene staret, quod ipsi mouerentur ad supplendum quod ante defecerant, sed nunc Deus mandabat oppositum, cum dicebatur nolite ascendere, nec pugnatis: non enim sum uobiscum, ne cadatis coram inimicis uestris: uelle ergo contra Dei mandatum pugnare non erat complere praecipitum, in quo defecerant, sed ueteri inobedientiae nouam super addere, & hoc innuit in litera sequenti, cum dicitur, *Locutus sum & non audistis.* Sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia. *Ascendistis in montem.* Magis ergo iudicandum hoc factum fuisse ex quadam passione, quam ex Dei amore. *Nolite ascendere, non enim sum uobiscum.* Immensa Dei clementia, licet eis iratus sit, eos tamen conseruare uult: si enim eis nihil dixisset introcuntes ad ulteriorem regionem omnes perissent. *Non enim sum uobiscum.* Scilicet uos ab hostibus liberans.*

Quomodo Deus est in omni loco quo ad essentiam & potentiam. Quæst. XI.

Deus enim in omni loco est, cum loco nulli desit: ipse namque virtute sua conferuat locum, & cum omnia conferuet, in omni loco est, sic enim habetur Hierem. 23. cap. nunquid non celum & terram ego impleo: dicit Dominus. q. d. sic: licet ergo Deus ubique secundum essentiam sit, quia nullus locus est, de quo non sit verum dicere hic est essentia diuina: Deus etiam ubique est per potentiam, scilicet quod in omni loco potest operari, licet non semper ubique operetur saltem operatione cognita nobis: dicitur ergo in illo loco esse in quo operatur, quia ergo Deus non erat nunc liberaturus Iudæos si ascenderent contra hostes, ideo prædicitur. Non enim sum vobiscum. Id est licet ego sum inter vos, sicut inter alias gentes, non tamen sum inter vos ad liberandum vos. Egressus est Amorrhæus. Num. 14. ca. vocantur Chanaanæ & Amalechites: dicitur quod hic non fit mentio de Amalechitis, sed solum de Chanaanæ, sed ille qui vocatur Chanaanus ibi, vocatur hic Amorrhæus. Chanaanæ aliqui generaliter ponitur pro omnibus descendētibus de Chanaan, & cum Amorrhæi descenderint ab eo, ut habetur Gen. 10. cap. vocantur Chanaanæ: de hoc magis diximus Num. 21. cap. Sicut apes solent prosequi. Apes enim cum impetu contra aliquem veniunt & multæ, sic illi populi irruerunt in Iudæos non inuenientes aliquam resistentiam. Et occidit. Id est occidit, & est hic penultima longa, quia non est præteritum de cado, sed præteritum de cado pro occidere. De Seyr. Id est de Idumæa, quia tunc erat apud fines Idumæorum, patet Num. 20. c. quia quando iterum in 40. anno reuersi sunt in Cades, miserunt nuncios regi Idumæorum dicentes: ecce in finibus terræ tuæ sumus, & hoc manifeste sequitur, quod eadem fuit Cades in qua steterunt in 2. anno exitus de Aegypto, & in qua steterunt in 40. anno, vbi mortua est Maria, quia vtraque dicitur in finibus Idumææ. Cumque reuersi ploraretis coram domino. Id est coram tabernaculo, ut adiuuaret eos contra hostes, & introduceret in terram promissionis. Voluit acquiescere. Scilicet ut introduceret vos in terram illam, quia sententia erat non comminatoria, sed diffinitiva. Sedistis ergo in Cadesbarne diebus multis. Id est multis diebus transierunt, quibus non transierunt ultra. s. 38. anni, ut patet sequenti. ca. Dicitur hic, quod sederunt in Cadesbarne diebus multis. Non est intelligendum, quod steterint illis. 38. annis, de quibus infra 2. cap. in Cadesbarne, ita quod non moti fuerint, quia Numeri 14. cap. dicitur contrarium. s. mouerunt castra: nam dicitur ibidem, quod Amalechites, & Chanaanæ habitabant in vallibus: cras moue castra, & reuertimini per viam solitudinis maris rubri, sicut ergo ibi mandatum est, ita fecerunt: quia non est verisimile, quod mandato Dei nunc repugnauerint, quia tunc non subiceret scriptura, cum exprimat primam & secundam repugnantiam ad Deum, quæ minores erant, cum peccata sint maiora, atque maioris contumaciæ cum sepius iterantur. Nec valet si dicas id, quod habetur sequenti cap. s. quod totum tempus quo ambulauerunt de Cadesbarne vsque ad torrentem Zareth, fuit 38. anno. nam si reuersi fuissent citra Cadesbarne, non computarentur isti anni a Cadesbarne, sed ab alio loco, ad quem vltimo deuenerunt reuertentes per desertum. Respondetur quod quando inceperunt in fine. 39. anni completa iam poena reuertendi ad terram promissionis, non inceperunt reuertendi a Cadesbarne, sed ab vltimo illorum locorum, in quo tunc erant, recedentes per desertum vagando. Cum dicuntur hic ambulasse in 38. annis a Cadesbarne vsque ad transitum

torrentis Zareth: dicendum quod non computatur tota via, sed solum via recta, quæ habuerunt ex Aegypto vsque in terram Chanaan, & quia ab exitu de Aegypto vsque in Cadesbarne, licet postea redierint. i. quod ipsi iuerunt contra solitudinem, quæ ducit in mare rubrum, ut patet Num. 14. cap. & sic ambulauerunt. 29. annis vacando ocio vel quieti, deinde redierunt in Cadesbarne, sed quia ambulatorio intermedia nihil agebat ad rectum iter, id non computatur illi circuitus, sed solum a Cadesbarne ad quam venerunt in secundo anno ad torrentem Zareth, qui satis propinquus est. In Hebræo habetur magis sedistis in Cadesbarne. Diebus multis iuxta dies quibus sedistis. Id est iuxta dies quibus stetitistis in deserto. q. d. toto tempore quo in deserto stetitistis ibi stetitistis. s. in Cades: quia solum ibi steterunt. 38. annis, respectu quorum alij duo anni qui supersunt, pro nihilo habentur, & ista est sententia. Ra. Aben Ezra. Sed Ra. Sal. exponit. Iuxta dies quibus sedistis. Id est tanto tempore stetitistis in ista mansione sola, sicut in omnibus alijs: vnde vult quod in Cades steterunt 19. annos, & in alijs mansionibus simul alios. 19. ut sint. 38. anni quibus sunt vagati propter peccatum. Sed non videtur multum consonum literæ, quod in mansione illa tanto tempore manserint, quia Deus mandauit eis, quod reuertentur contra mare rubrum, & quia noluerit cessi sunt ab hostibus: verisimile ergo est, quod immediate redirent contra mare rubrum, ne Deus eos magis traderet in manu hostium: deinde in anno 39. quando ibant directe in terram promissionis, venerunt in Cades mense septimo. 39. anni, & deinde in 5. mense anni 40. steterunt in monte Hor, vbi mortuus est Aarō, ut habetur Num. 33. c. ergo non manserunt ibi vno anno.

C A P. II.

PROFECTIOVE inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus, & circuiimus montem Seyr longo tempore. Dixitque Dominus ad me. Sufficit vobis circuire montem istum. Ite contra aquilonem. &c.

PROFECTIO. Continuat hic Moyses narrationem præteritorum, & postquam narrat hic beneficia collata a Deo placato, & in ca. isto & sequenti solum narrat beneficia: licet enim tempore quo ista gerebantur, aliqua mala passus est Israel, ut patet Num. 21. & 25. tamen hic subteritur, quia beneficiorum collatio incitat ad gratias agendum, & obediendum collatori, poenarum autem infusio ad aliquam aliam non ita pertinentem ad persuasionem magis incitat passionem.

Et tanguntur hic quatuor. Primum de transitu per Idumæos. Secundo de transitu per Moabitas ibi. Cumque transissemus. Tertio de transitu per Ammonitas ibi. Postquam autem reuersi. Quarto de transitu per Amorrhæos ibi (surgite & transite.) Profectioque inde. Id est recedentes de Cadesbarne. Venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum. Quia stantes in Cadesbarne miserunt nuncios ad regem Edon, ut permitteret ingressum per terram suam, qui noluit: ideo mandauit Deus, quod ascenderent contra partem Orientalem versus mare rubrum: quia etiam circa terram illam habet mare rubrum sinum,

66. dist. e. ieiunium. 2. ibi iussu sunt non ascendere.

sinum, qui vocatur Arabicus: & infra contra occidentem est idem sinus Arabicus. Et circuiimus montem Seyr. Id est Idumæam sicut dicebat supra motu Amorrhæi.

Iste circuitus Israelitarum per Idumæam quomodo fuit factus. Quæst. I.

ISTE circuitus fuit ascendendo contra partem orientalem, & patet, quia per terram Edon erat via directa in terram Chanaan: ideo namque petebat Hebræi dari sibi transitum per terram illam, & quia non datus fuit, dixerunt se circumdedit montem Seyr, id est non ambulasse directe: cum ergo isti venissent a parte meridiana. s. ab Aegypto, ut patet Num. 13. cap. si via directa erat per terram Edon, oportebat quod ipsa esset in parte meridiana: & quia ut patet in descriptione situs terræ Edon in lib. de diuisio. terræ sanctæ, & in Solino cap. de ostracina regione: Idumæa est ad meridiem terræ Chanaan: & patet hoc clarius Num. 34. cap. cū describuntur termini terræ Chanaan: & dicit pars meridiana eius incipit a solitudine Sin quæ est iuxta Edon: cum ergo declinauerint a rectitudine via terræ Edon venientes de terra meridiana, oportebat vel quod descenderent versus occidentem, vel ascenderent contra orientem: non potest dici quod descenderent versus occidentem, quia tunc ingressus filiorum Israel in terram Chanaan non fuisset per partem orientalem, sed per meridianam, aut occidentalem, intrauerunt tamen per orientalem, quia intrauerunt per Iordanem & Hierico, quæ sunt ad orientem terræ illius, ut patet Num. 34. cap. Item quia post transitum per terminos Idumæorum transierunt per Ammonitas & Moabitas. s. apud terram eorum: & istæ sunt ad orientem terræ Chanaan, & patet quia transierunt iuxta montem Moab, vbi voluit maledicere eos Balaam, ut patet Num. 22. & vsque ad 25. cap. sed iste motus est coniunctus valli Sodomorum, ut patet in lib. de diu. terræ sanctæ, Sodomam autem mare Sodomorum, quia iam Sodoma non est, dicitur esse ad orientem terræ promissionis: sic dicitur Num. 34. cum dicitur inde peruenient termini contra orientem ad mare Cenereth, & tendent contra Iordanem, & ad vltimum salissimum claudens mari, sed mare salissimum vocatur mare Sodomorum ut ibi declaratum est. Itē quia Hebræi intrantes apud Moabitas transierunt per terram regū Amorrhæorum, & ceperunt illam, ut patet infra 3. c. cum dicitur vltimus in illo rpe terræ de manu duorum regū Amorrhæorum, sed ista terra est ad orientem terræ Chanaan: ergo intrauerunt per orientem terræ promissionis: antecedens patet, quia duæ tribus & dimidia cū petiissent, & accepissent terram illam regum Amorrhæorum in possessionem, confessi sunt se habere iam hereditatem ad orientem terræ promissionis, ut patet Num. 32. c. cū dicitur nec quicquam intras Iordanem: quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga: patet ergo quod circuiuerunt montem Seyr ascendentes versus orientem. Item quia mandauit hic Deus quod irent contra mare rubrum: sed mare rubrum est ab oriente terræ huius, cum veniat de partibus Indiæ per latus motus Caucasi, interiectis inter vtrumque quibusdam gentibus: ergo superius est quam ista terra, per quam nunc ambulabāt Hebræi: nam mare Rubrum intrat per solitudines Arabicas in orientali parte earum: & vocatur mons Seyr, quia Idumæa est terra alta & montuosa: vnde dicitur de filiis Elau Abdiæ vnicō cap. quod morantur in scissuris petrarū, & montibus. Longo tempore. Sed non fuit vnus annus, quia hoc in 40. an. contingit: nā ut patet Num. 33. cap. venerunt filij Israel in montem Hor: & ibi mortuus est Aarō mense quinto 40. anni: & postea in mense vndecimo eiusdem anni castrametati sunt

Per quam partē intrauerunt Iudæi in terrā promissionis.

in campestribus Moab, apud Iordanem, quæ fuit vltima mansio: vbi locutus est Moyses ad totum Israel ea quæ continentur in hoc libro: ut patet in principio cap. præcedentis & sic a monte Hor, qui est in extremis finibus terræ Edon, vsque ad vltimam castrametationem fuerunt sex menses: si autem velimus computare istum circuitum motus Seyr a Cadesbarne ex qua misit Israel legatos ad regem Edon, ut permitteret eos transire per terram suam, ut patet Num. 20. cap. erit iste circuitus maioris temporis. s. anni & dimidij: nā venerunt in Cades mense septimo anni 39. ut patet Num. cap. 20. ut supra declarauimus: magis tamen videtur incepisse iste circuitus a monte Hor, cum ponatur in extremis finibus terræ Edon: ut patet Num. 33. cap. Sufficit vobis circuire montem istum. Id est satis magno tempore laborastis in circueundo istum montem: nunc eatis contra aquilonem, id est descendatis appropinquando terræ Idumæorum: sic aliqui volūt: sed non est verum, quia cum Hebræi venirent de terra meridiana contra aquilonem, deberent transire per montem Seyr: sed non fecerunt ascendentes versus orientem, ut supra declarauimus: si ergo ad terram Edon declinare deberent, non erat declinare ad Aquilonem, sed ab oriente ad occidentem: ire autē ad Aquilonem erat ire contra terram Chanaan quæ Aquilonaris erat respectu Aegypti, & terræ Idumæorum: & sic isti transibant per latus terræ Edon non declinantes ad eam, sed euntes contra terram Chanaan: tunc Deus miseris eorum placavit Idumæos, ut concederent eis transitum per terram suam in finibus regni. Transibitis per terminos fratrum vestrorum. Id est Idumæorum qui erant fratres Israelitarum: quia erant filij Elau, & nunc faciam vos transire, licet ante ipsi noluerint. Et timebunt vos. Putabant quod volebant inuadere terram eorum: & ratio timoris erat, quia audiebant mirabilia, quæ faciebat pro eis Deus. Ne moueamini contra eos. Scilicet committendo pugnam.

Nec enim dabo vobis de terra eorum. Hic excludit causam belli, si enim contra eos pugnare deberetis hoc esset propter habendam terram eorum: sed nihil dabo vobis de terra eorum: ergo non oportet pugnare: quia Deus dederat istam terram in possessionem Idumæis ex merito Abraham. In possessionem Elau tradidi monte Seyr. Cum habitaret simul Iacob & Elau, & terra eos ferre non posset, recessit Elau a Iacob in terram Seyr: ut habetur Gen. 36. cap. & hæc terram confirmauit Deus in possessionem Elau: quia licet reges Israel ut Dauid affligerint Idumæos subijciendo eos tributis: tamen nunquam eos de terra expulerunt. Cibus emetis ab eis pecunia. Scilicet si volueritis cibos aliquos comedere, emetis pecunia, sed non indigebant: quia semper habuerunt manna vsque in terram Chanaan transito Iordane, ut habetur Iosue 5. cap. Aquam emptam haurietis & bibetis.

Ratio probans Iudæos transisse per terram Idumæorum, contra Rabbi Salomonem & Nicolaum. Quæst. II.

EX hoc manifeste patet, quod Iudæi transierunt per terram Idumæorum, siue multum intrauerunt, siue paucum quod est contra Rabbi Salomonem, & Nicolaum, qui volunt quod Idumæi solum asportarent cibos venales Iudæis extra fines regni sui: & patet sic quomodo poterant Iudæi emere aquam ab Idumæis, ut essent in terra eorum: de cibis quidem poterat esse, quod Idumæi adducerent extra fines regni ad vendendum, quia in deserto non inueniebantur, sed de aquis non poterat esse: non est enim verisimile quod terra, per quam transibant Israelitæ apud Moabitas, et

Alph. Toft. super Deuter.

set inaquosa: & dato quod esset inaquosa omnes Idu- megi & Moabit ferentes aquas non sufficerent tanto populo, pecoribus, & iumentis: si autem esset terra aquosa, non oportebat dare regulam de aquis bibendis pro pecunia: quia aque que erant extra Idumaeam non erant in potestate Idumeorum; nec eas vendere poterant. Concluditur ergo quod transierunt per terram Idumeorum, & quia erat populus multus indigebat aqua multa de puteis, quos foderant & parauerant Idumaei: ideo rationabile erat quod darent pecuniam pro aqua.

Et si forte adhuc velles dicere, quod Idumaei portabant aquas ad castra Israel extra fines regni sui. Non potest stare: quia dicitur in litera. *Aquam emptam haurietis*, id est quod ipsi Israelitae emerent aquam, & haurirent eam de puteis: hoc autem impossibile erat, ut ipsi traherent per Idumaeam in qua ipsi aquam emerent, & extraherent de puteis: quia si extra Idumaei portarent ad castra, non haurirent eam Israel ut dicitur in litera. *Dominus Deus tuus*. Ponitur generale beneficium ad inducendum eos ut prompte obediant. *Benedixit tibi in omni opere manuum tuarum*, id est multiplicauit te; & adiuit te in omnibus bellis, quae fecisti, scilicet contra Amalechitas. Exo. 17. cap. contra Chananeum regem Arad Nu. 21. contra Seon & Og reges Amorrhoeorum: vt hic & infra 3. cap. contra Madianitas vt Nu. 31. cap. *Et nouit iter tuum*, id est benefecit tibi in itinere tuo dando magna, & dirigendo in columna ignis, & nubis. Deus illos cognoicere dicitur quos adiuvat vel approbat: ab eis autem abscondi, quos non adiuvat, vel non approbat, sic habetur infra 31. cap. & sic dicuntur peccata abscondita Deo, quia ea non approbat vt patet Psal. 16. scilicet de absconditis tuis impletus est venter eorum. *Quando transieris solitudinem hanc*. Tota terra quam transierunt ex Aegypto vsque ad Iordanem solitudo dici potest: quia licet aliquando accederent ad terras habitatas, modicum intrabant per eas, sed proprius est solitudo vsque ad terminos Idumeorum scilicet solitudo Pharan, & alie precedentes.

Nihil tibi defuit. Ad conueniens sustentamentum tamen multum deerat secundum eorum inordinatum appetitum, ideo petierunt carnem, pisces, & alia similia vt habetur Exo. 16. Cum murmurauerunt, atque dixerunt, vti nam mortui essemus in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comede- bamus panem in saturitate: cur induxistis nos in solitudinem, vt occideretis omnem multitudinem hanc fame? & Num. 11. cap. murmurauerunt dicentes cum flagrarent desiderio carnium, quis dabit nobis ad vescendum carnes? recordamur piscium, quos comede- bamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, cepe, porri que, & allia, anima nostra arida est: nihil aliud vident oculi nisi man. & Nume. 21. cap. locutus fuit omnis populus contra Moysem dicens: cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine: deest panis: non sunt aque: ani- ma nostra iam naufragat super cibo isto leuissimo. Et sciendum tamen quod licet hic dicat, quod nihil de- fuit Hebraeis per desertum, aliquando tamen deficie- bant aquae vel cibis: & hoc vt tentaret eos dominus quales essent: sic patet infra 8. cap. cum dicitur adduxit te dominus, 40. ann. per desertum, vt affligeret te: atque tentaret, & nota fuerunt quae in tuo animo ver- sabantur: en quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo, quod sicut homo erudit filium suum; sic dominus Deus tuus erudiuit te: ideo dicendum quod licet ista aliquando deficerent ad rationem hebreo- rum, tamen non deficiebant simpliciter: quia cum in- ciperent esse necessaria, Deus illa dabat, sic patet infra 8. cap. afflixit te penuria: & dedit tibi cibum, quem igno-

rabas tu & patres tui. *Cumque transissemus*. Hic ponitur, secundum scilicet de transitu per Moabitas. *Cumque transissemus fratres nostros*. Prius deuenerunt post transi- tum solitudinis in terram Idumaeorum quam Moabi- tarum: quia magis est coniuncta solitudini.

Quomodo Iudaei prius circueverunt montem Seyr quam ter- ram Moabitaram. Quast. III.

AD sciendum autem quomodo prius circue- rint Hebraei montem Seyr quam terram Moabitaram: & ad alias terras Ammonitarum at- que Amorrhoeorum accesserunt, consideran- dum est quod terra Edom, & terra Moab, & terra Ammō, & terra duorum regum Amorrhoeorum est in circuitu terrae Chanaan: sed terra Edon est ad latum meridianum terrae Chanaan, terra Moab est magis ad Orientem, licet aliquo modo attineat ad latum meridianum terrae duorum regum Amorrhoeorum: & Ammō est directe orientalis terrae promissionis, siue terrae Chanaan vt patet Nu. 32. quia Hebraei intraverunt per illam in terrae Chanaan per Iordanem & Hierico, quae sunt ad Orientem terrae Chanaan, vt patet Nu. c. 34. cum ergo venisset Hebraei de terra Aegypti quae erat meridiana terrae Chanaan, transire debebant per terram Edon siue montem Seyr, quia ista terra est meridiana terrae Chanaan: vt patet Nu. 34. c. sed quia non permiserunt eos Idumaei transire per terram illam, vt patet Nu. 20. c. coacti sunt circuire montem Seyr, & hoc fuit ascendendo ad Orientem, vt supra declaratum est, & in toto isto circuitu non accesserunt ad terram Idumaeorum: nam postquam circueverunt terram istam ascendissent ad Orientem, dixit Deus ad eos sufficit vobis circuire montem istum, ite ad Aquilonem: & transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in monte Seyr, & timebunt vos. q. d. quod ante haec non accesserant ad terminos filiorum Esau. i. intrando aliquid in terra Edon: deinde cum ambulauissent modicum per latum Orientalem terrae Edon aliqualiter intrando in eam, ceperunt intrare viam deserti ascendendo ad partem superiorem ad Orientem, & transierunt torrentem Zareth, & applicantes se terminis terrae Moab transierunt inter Moab & Ammon: nam Moab erat eis ab Occidente, Ammō autem ab Oriente: mediū autem per quod transierunt erat terra duorum regum Amorrhoeorum: nam illa terra erat inter Ammon ex Ori- ente, & Moab ex Occidente: populus tamen Israel transibat per angustum terrae Amorrhoeorum, in quo coniungebatur Moab, & Ammon: & mandatum fuit eis ne pugnarent contra Moabitas, aut Ammonitas: si autem Ammonitas aut Moabitas distantes essent a loco transitus eorum, non mandaretur eis quod non pugna- rent contra Moabitas, aut Ammonitas: superfluum naq; es- set, vt si alicui existenti in Hispania diceretur non pugnes contra Indos, quia etiam si non diceret ei, non posset pug- nare contra Indos, cum sint in distatissima parte orbis. habet ite autem sic ista terra quod qualibet earum tangit terram Chanaan, & intrat in Arabiam quantum ad partem meridianam: sed terra Edon magis intrat in Arabiam: ideo quam accesserunt ad confinia terrae Edom a parte meridiana, & ascen- derunt ad Orientem per latum meridianum Edom; nondum accedebant circa confinia Moab, donec ambulauerunt contra Aquilonem, scilicet dimittendo circuitum contra Orientem: & intrando directe in terram Chanaan: & tunc ambulantes per terram desertam, & transierunt torrentem Zareth accesserunt ad confinia Moab in Arnō intrantes inter terram Moab & Ammō se coniun- gentes ibi, & magis intrantes Arabiam per mediū earum, i. inter eas, i. per terram duorum regum Amorrhoeorum, & satis hoc apparet esse verum: nam magna pars regni regis Seō olim erat in terra Moab, vt patet de ciuitate Esēbō

qua

quae erat de terra Moab, vt patet Nu. 21. c. tñ ipsa tunc erat metropolis regni regis Seon; & ista magis erat orientalis quam terra regis Og: qui dominabatur habens montem Galaad, & circa Iordanem, & montem Hermon: sed vt situs istarum terrarum melius intelli- gatur, & introitus filiorum Israel, subiiciatur hoc in fi- gura sequenti. *Qui habitabant in Seyr*. Sic vocatur terra illa in qua habitabant Idumaei. *Per viam campestrum de Helat & de Afiogaber*. Afiogaber mansio est ante Cadesbarne immediate, vt habet Nu. 33. c. vnde post- quam in principio. 40. an. venerunt iterum in Cades, quia noluit eis rex Idumaeorum concedere introitum per terram suam per partem Cades, quia hoc erat per me- dium terrae suae, conuersi sunt retro ad Afiogaber, vt circueverunt montem Seyr: & hoc est quod dicitur, supra quod profecti de Cades venerunt per solitudinem, quae ducit ad mare rubrum: & sic circueverunt montem Seyr. Nam Afiogaber est apud mare rubrum; vt patet 3. Reg. 9. c. cum dicitur Salomon quoc; fecit rex Salomon in Afiogaber, quae est iuxta Ahilam in littore maris rubri in terra Idumaea: ex quo etiam concluditur quod supra dicebamus, scilicet quod Israelitae transierunt aliqua liter intra terram Edon, cum dicitur hic quod Salomon per viam de Afiogaber in desertum Moab, sed Afiogaber est in terra Idumaea vt patet 3. Reg. c. 9. sed licet intrando per Afiogaber intrarent in terram Edon, tñ quia via de Afiogaber vsq; ad desertum Moab est de- ferta, ideo non dicebantur intrare in terram Edom donec pertransita tota ista via de Afiogaber, quae est campe- stris, venerunt declinantes ad aquilonem vt supra de- clarauimus, *Per viam campestrum*, id est per quosdam campos qui adiacent finibus Idumaeorum. *Veniunt ad iter quod ducit in desertum Moab*. Postquam exierunt ter- ram Idumaeorum. *Tradidi in possessione*. Moabitas erant filij filij Loth ex maiori filia, vt patet Gen. 19. c. & me- ritis eius non expulsi sunt de terra illa, immo Deus adi- uit eos, vt expellerent inde alias gentes. *Emim primi fuerunt habitatores*. Emim hebraice terrenus dicitur, quia magnitudine stature suae alios terrebant. *Vt de Enachim stirpe viderentur*. Iste gentes non erant de stirpe Enachim. i. gigantum: sed tanta erant magnitudinis quae gigantes vi- debantur. *Denique Moabitas appellant eos Emim*. Non fuit istud nomen proprium illarum gentium, sed vocave- runt eas sic Moabitas ab effectu timoris. *In Seyr autem prius habitauerunt Horrhoei*. Non solum Moabitas meri- tis Loth possederunt terram Emim: sed etiam Esau cum fi- lijs suis meritis Abrahae deleuit Horrhoeos, & habitauit in terra eorum. i. in monte Seyr. *Sicut fecit Israel in terra possessionis suae*, i. sicut nos expulim; & occidimus duos reges Amorrhoeorum: quia Deus assignauerat illam ter- ram Israeli in possessionem: ita Idumaei expulerunt Hor- rhoeos, quia illa terra data erat eis in possessionem.

Nonnullorum opinio dicitur de huius libri scriptore, ea- que refellitur. Quast. III.

ALIIQUI volunt quod Esdras scripserit librum istum propter istam clausulam. *Sicut fecit Israel*, quia viuente Moyse nondum acqui- sieraat Israel terram promissionis suae: ideo Esdras qui acquisitam vidit, hoc dicere potuit. Sed non est verisimile dato quod Esdras librum istum scrip- sisset, quod ausus esset dicere aliquid quod non dixisset Moyse; maxime quia ista clausula erat inductiua filiorum Israel ad non pugandum contra Idumaeos signifi- cando eis non esse ex voluntate Dei, tempore autem Esdras non erat necessarium dicere hoc: quia iam scie- bant Israelite distincte possessionem suam. Et nam ad hoc posset aliquis aliter dicere, quia licet nondum acqui- sieraat Israel possessionem suam, quia tamen Moy- Alph. Tost. super Deuter.

ses erat propheta domini, & maximus: vt patet infra ultimo. c. poterat scire quid euenturum erat: ideo sci- ret certissime quod Israel habiturus esset terram ei promi- sam: & sic de illo tanquam de preterito propter certitudi- nem loquebatur: nam in prophetis tempora frequen- tissime mutantur: sic patet Esa. 53. c. qui cum de Christo venturo prophetaret per modum preteriti locutus est, cum dicitur: *verba linguas nostras ipse portauit; & liuore eius sanati sumus*. omnia tñ ista multo post tempore facta sunt. Sed hoc non potest stare, quia Moyse suade- bat populo Hebraeorum ne pugnarent contra Moabi- tas, & Idumaeos dicens: quod Idumaei acceperant illam ter- ram a Deo in possessionem, sicut filij Israel acceperant suam: sed sic erat quod Idumaei tenebant actualiter ter- ram Seyr contra quam pugnare non debebant: ergo ipsi deberent tenere terram suam quam habituri fue- rant iam, sed non erat sic: quia nondum transierant vi- tra Iordanem: ergo non poterant dici isto modo tenere terram possessionis suae. Dicendum ergo aliter, quod Deus non loquebatur hic de tota terra, quam Israel possessurus erat; sed de illa parte quae erat trans Ior- danem, quam iam acquisierant, sicut Idumaei suam ter- ram tenebant: sed adhuc non est hoc verum, quia quando admonuit Moyse Israelitas ne pugnarent contra Edon, nondum acquisierant aliquam partem ter- rae duorum regum Amorrhoeorum: & patet quia pri- mo circueverunt montem Seyr, deinde accesserunt ad terminos Idumaeorum, & transierunt aliquantulum per terram eorum, deinde transierunt torrentem Zareth, & intrauerunt viam deserti, quae ducit Moab: & cum accesserunt ad Moab aliquantulum transierunt inter eos, & Ammonitas, postea applicuerunt se terrae duorum regum Amorrhoeorum: patet autem hoc ex ordine literae in toto isto. c. maxime quia quando misit Moy- ses nuncios ad regem Seon rogauit, vt daret eis transi- tum per terram suam, sicut filij Esau, & Moabite: ergo quando accessit ad Amorrhoeos iam transierat Iordanem: non potest hoc etiam esse verum, scilicet quod quando prohibiti sunt pugnare contra Idumaeos, quod iam possiderent terram duorum regum Amorrhoeorum trans Iordanem: dicendum necessarium quod quando Moyse primo dixit ista verba Israelitis, ne pugna- rent contra Idumaeos, non dixit totaliter sic, vt est in litera: sed dixit quod non pugnarent contra Idumaeos, quia Deus dederat eis in possessionem montem Seyr, sicut filij Israel promiserat dare possessionem: ideo erat contra Dei voluntatem pugnare cum Idumaeis: postea pertransitis omnibus mansionibus cum essent in campibus Moab super Iordanem, Moyse cito moriturus repetiuit omnes actus eorum, secundum quod hic continentur: & dixit ista verba quae sunt in litera. i. quod Deus dederat filijs Esau possessionem in monte Seyr, sicut eis dederat terram possessionis suae, id est terram duorum regum Amorrhoeorum: & tunc ve- rum est, quod quando Moyse ista recitabat, iam deni- cerant duos reges Amorrhoeos: sic enim ipse refert in isto. cap. & in sequenti: ad istum ergo modum re- spondendi recurrendum est. *Sur entes ut transiremus torrentem Zareth*. Torrens iste est apud Moabitas inter solitudinem, quae respicit Moab & Arnō: vt habetur Nume. 21. cap. *Tempus quo ambulauimus de Cadesbarne usque torrentem Zareth*. 38. annorum. Hoc computatur a prima vice qua steterunt in Cades: bis enim steterunt in ea scilicet in 2. anno ab exitu de Aegypto quando miserunt exploratores, vt patet Nu. 13. & 32. c. & iterum in monte primo. 40. anni: vt habetur Nu. 20. c. Et demō- stratur sic, in primo anno exitus de Aegypto venerunt, vsque in montem Synai, & steterunt ibi vsque ad 20. dies secundi anni: vt habetur Nume. 10. deinde vene- runt in Cades de qua exploratores miserunt, expectan-

Doct. opi.

Quos dicitur Deo cognoscere.

aliud simile tempore Ezechie regis, vt patet 4. Reg. 20. & Isa. 38. ca. Et hoc verū est, q̄ maior fuit mora Solis stando tempore Iosue, quā fuit retrogradatio facta tempore Ezechie, & sic cōcluditur necessārio, q̄ licet in bello cōtra Seon regem Amorrhæorum fuerit statio Solis, q̄ non fuerit rāta quanta illa, quæ accidit tempore Iosue, non tamen inferitur ex hoc, q̄ non fuerit tunc statio Solis. Dicendum tamen est, quod non stetit Sol, vt patet ex rationibus assignatis supra. *Vt in morem parturientium contremiscant.* Timore, tremore, & dolore, & significatur magnitudo timoris, & interioris doloris, parturientes enim maximum dolorem sentit. Psalm. 47. sicut dolores parturientis in spiritu. *De solitudine Cademob.* Quæ vocatur alio nomine Mathana: & est in introitu regni Seon post torrentem Arnon, vt patet Nume. 21. capitu. *Regem Efebon.* Erat Seon rex Efebon quam acceperat a Moabitibus, & constituitur Metropolitim regni sui Numeri 21. capitu. quia ista ciuitas erat maior, & melior omnibus ciuitatibus regis Seon: ideo constituitur eam metropolitim, & sedem regni: & sic vocatur rex Efebon, & habitans in Efebon, vt patet sequenti capitu. cum autem esset ista ciuitas olim de terra Moabitum per prodicionem nobilitum ciuitatis tradita fuit regi Seon, vt patet Nume. 21. & ibi ponuntur dicta prouerbialia, siue in carminibus de captione Efebon per illam prodicionem facta. *Verbis pacificis dicens.* Volebat eum tradere in manus Israel, sed misit ei Moyse pacem ad demonstrandum alijs gentibus, quod rationabiliter contra eum bellum gerebat. Nam licet Deus sciat, quod aliqua malis profutura non essent, quæ bona sunt tamen dat eis, vt iustior videatur sua damnatio, sicut in illo quem ex malitia sua in malo actu finitutum, & gehennæ mancipandum videt, admonitores, tamen ad bonum dat, & prædicatores. Sic et patet de Aegyptijs quos sciebat Deus sua malitia obduratos, tamen per Moyse frequentissime admonerat, vt non peccarent in Deum, & dimitterent populum, & Deus eos benigne corripiebat infligendo plagas, quæ ad medelam, & non ad mortem tuiscent, si ipsi disciplinam susceperint: nunc Deus sciebat, quod Amorrhæi non conuerterentur a malo concepro propter istam petitionem pacis, permisit tamen eam fieri ad eos, vt iustius viderentur puniri ab omnibus, qui audirent. Dicit Nicolaus, quod ideo misit eis pacem, quia dicitur infra 20. capitu. q̄ cum pugnare vellent q̄ aliquos extra terram promissionis, quod mitterent eis primo conditionem pacis, si autem esset de terra promissionis non mittebant pacem, & isti erant extra terram promissionis: ideo missa fuit pax. Sed non potest tenere hoc per illud cap. immo ex opposito: quia ibi dicitur, q̄ qn̄ pugnatur q̄ ciuitates, q̄ non sunt de possessione sua, solum viros occidere debebant, mulieres autem & paruulos reseruare: hic autem tam mulieres q̄ paruuli gladio perierunt, vt patet infra in text.

Item falsum est, quod terra istorum regum non esset de terra promissionis, quia Gen. 15. cap. ubi promissio facta est distincte etiam terra Amorrhæorum promissa est, patet etiam Exo. 3. & 23. capitu. & in multis alijs locis.

Si autem arguas, quod ista terra est extra terminos terræ promissionis, vt patet Num. 34. quia est ab oriente terræ Chanaan, vt patet Nume. 3. sed terram promissionis habet ab oriente Iordanem, vltra quæ est terra ista. Respondetur, quod ibi ponunt termini terre nouæ tribuū, & dimidia: sed nō tota terra promissa. Et rō, quia Moyse ponebat istos terminos, vt scirent quantum terram possessuri erant, & ne vltra terminos illos cum aliqua gente pugnarent, quia autem terra ista erat

F acquisita, nec erat de possessione aliarum tribuum, non clausit eam sub terminis terræ illius. Si arguas, q̄ Moyse non intrauit in terram promissionis, & tñ intrauit terram istam: ergo non est ista terra promissionis. Rñ dēf, q̄ Moyse intrauit in terram promissionis, sed non in totam & j. c. 3. non dēf non intrabis terram promissionis, sed non transibis Iordanem istū. i. nō peruenies ad terram aliarum tribuum. Et Nu. 27. ubi dēf non intrabis terram quam daturus sum filiis Israel, sed videbis eam: non intelligitur de tota terra promissionis, sed de illa quam daturus erat Deus. Illam, quæ erat vltra Iordanem, iam. n. dederat quandā partē trās Iordanem, vt patet ex ordine historiae, quia illa terra acquisita fuit, vt hñ Nu. 21. & ista dicta sunt post, vt patet 17. c. Et sic verū, q̄ non erat visurus terram quam Dñs traditurus erat, quia tunc solum terra trans Iordanem tradenda manebat, terrā autem alteram iā viderat, quia ipse q̄ reges terræ illius pugnauerat. Et dēf, q̄ non erat visurus terram illam. i. q̄ non erat intraturus in eam, sed bene visurus eam erat, quia Deus demonstrauit ei totam illam terram ante mortem suam: vt patet j. 34. cap. de Aaron est verum, q̄ nullo modo intrauit in terrā promissionis, nec vidit, quia mortuus est in mōte Hor antequam accederent ad Amorrhæos, vt patet Num. 20. cap. fuit mortuus Aaron ante Moyse mensibus sex, quia Aaron mortuus fuit anno 40. mense quinto prima die mensis, vt patet Nume. 33. cap. Moyse autem mortuus fuit in principio mensis vndecimi: nam prima die mensis vndecimi anno 40. locutus fuit Moyse verba libri huius ad omnem Israel, vt patet supra 1. cap. & his finitit ascendit in montem Abarin, & mortuus est, vt patet infra 32. & 34. capitu. Maria autem soror Moyse mortua fuit 4. mense primo quàm Aaron, quia Maria mortua fuit anno 40. mense primo in Cadefbarne, vt patet Num. 20. cap. Aaron autem in eodem anno mense quinto. Et fuit diuersitas moriendi istis secundum varietatem peccatorum: nam Maria magis peccauit quàm Moyse, & quàm Aaron, murmurando q̄ Moyse: & ideo in ea Deus specialiter iratus est, & perfudit eam lepra, vt patet Num. 12. cap. ideo autem mortua est, nec vidit aliquod bonum de his, quæ Deus promiserat: nā non intrauerat in aliquam partem terræ promissionis, nec eā vidit, nec vidit aliqua bella piperā Israel: Arō autem licet min⁹ peccauit q̄ Maria, magis tñ peccauit quàm Moyse, ideo magis vixit q̄ Maria 4. mensibus, & minus q̄ Moyse sex mensibus, ad aquas. n. dictionis in Cades vterque peccauit, quia non benedixit Dño, vt ibi declaratum est. minus tñ peccauit Moyse, quia Aaron aliquomodo peccauit non credendo verbis Dei: Moyse autem non peccauit non credendo, sed q̄ non sanctificauit Deum ad educationem aquarum, & hoc fuit, quia tantus fuit zelus eius q̄ rebelles Dño, q̄ non benedixit Deo, sicut ipse mādauerat: sed incepit acriter redarguere, rebelles, & increduli, nunquid de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Et ideo Scriptura attendens hæc facit tres gradus in peccato Moyse, & Aaron: nam aliter loquitur de peccato Aaron, aliter de peccato Moyse: aliter de peccato vtriusque: nam de peccato Moyse loquitur mansuete, de peccato Aaron per se loquitur acerrime: de peccato amborum simul loquitur grauiter solum, & patet: nam de peccato vtriusque simul dicitur Nume. 20. capitu. dixit Dominus ad Moyse, quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis, de eodem peccato vtriusque simul sic loquitur infra trigefimosecundo. Iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus, quia præuaricati estis contra me in medio filiorum Israel: de peccato

Moyse intrauit aliquam partem terræ promissionis, sed nō in totam.

Diuersitas mortis, & peccatorum Maria, Aaron, & Moyse.

cato Aaron acerrime loquitur solum de eo per se loquendo, vt patet Num. 20. cap. cum dicitur pergat inquam Aaron ad populos suos: non enim intrabit in terram quam dedi filiis Israel, eo q̄ incredulus fuerit ori meo ad aquas cōtradictionis: ecce qualiter vocat eum incredulum, q̄ acerrimum est, & non dicitur de Moyse: cum autem loquitur de solo peccato Moyse loquitur mansuete, vt patet Nume. 27. cap. cum dicitur ascendere in montem istum Abarin: & contempla re, & vide terram quam daturus sum filiis Israel: cūque videris eam, ibis ad populum tuum, sicut iuit Aaron frater tuus: quia offendisti me in deserto: ecce qualiter dixit solum, q̄ offenderat eum Moyse nihil aliud exprobandum: offendere autē valde largum est, potestque accipi pro quolibet peccato omissionis, vel commissionis quantumcumque paruo. Etiam preter hoc Aaron offenderat Deum murmurando contra Moyse, vt patet Nume. 12. Moyse autem nunquam murmurauit, quia mitissimus erat, etiam quia Aaron ad petitionem populi confluuit vitulum, quæ adorauit populus, vt patet Exo. 32. ca. & ob hoc Deus ei valde iratus fuit, vt patet infra 9. cap. cum dicitur, aduersum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum contere, & pro illo similiter deprecatus sum: Moyse autem in nullo horum peccauit: ideo multa gaudia habuit Moyse, quæ non vidit Aaron: nam Aaron non intrauit aliquam partem terræ promissionis, nec vidit eam, nisi confuse aliquam partem: non vidit etiam bella Israel feliciter gesta: Moyse autem vidit immediate post mortem Aaron bellum, in quo deleuit Israel regem Chanaanum Arad, vt patet Nu. 21. & fecit bella magna contra duos reges Amorrhæos, & occidit illos, vt patet Nume. 21. & j. in litera, & sequenti. cap. & possedit totam terram eorum, quæ erat pars terræ promissionis, deditque eam duabus tribubus, & dimidia in sortem: vt patet Num. 32. & infra sequenti cap. vidit etiam, & fecit bellum magnum q̄ quinque reges Madianitarum, quos occidit Israel, vt patet Nu. 31. c. vidit et distincte ceteram partem terræ promissionis antequam moreretur, vt patet infra 34. cap. Aaron autem solum vnum gaudium habuit magisquam Maria soror eius, quia ipse vidit filium suū Eleazarum antequam moreretur, indutum vestibus suis, & factum sacerdotem magnum, vt patet Num. 20. cap. Maria autem nihil boni vidit. *Publica gradietur via.* Non declinantes per agros, aut vineas, nec facientes nouā viam. *Alimenta precio vende.* Id est, non intelligas, q̄ volumus violentem, vel sine pecunia sumere cibos in terra tua, sed omnia precio comparabimus. *Sicut fecerunt filii Esau.* Quia licet in principio noluerunt, vt patet Num. 20. & ideo coacti sunt circuire montem Seyr, tamen post Deo mādante declinauerunt ad eos, & transierunt intra terminos Idumæorum, vt supra euidenter patuit. *Et Moabita, qui morantur in Ar.* Ar est ciuitas Moabitum per cuius confinia transierunt filij Israel, vt patet supra in textu, & Moabita etiam a principio repugnauerunt dare transitum apud fines suos, sed post permisit: nec fit mentio supra in libro Numerorum, quod petierint transitum a Moabitibus Israelita sicut dicit de Idumæis. 20. ca. & de Amorrhæis. 21. cap. Ratio, quia si non transirent per intra terram Idumæorum, vel Amorrhæorum, cogebantur multum declinare: sed etiam si non transirent intra terram Moabitum non declinabant. Et patet, quia veniendo directe a meridie versus aquilonem de mari rubro, & deserto Synai per mansiones alias vsque in Cadefbarne: transitus erat per terram Edon, q̄ est in latere meridiano terræ Chanaan: ideo primo petierunt ab Idumæis, vt concederent eis transitum, vt patet Nume. 20. cap. illis autem nolentibus circunde-

Alph. Toft. super Deuter.

derunt per latum meridianum terræ Edon ascendentes contra orientem eius, cum autem fuerunt in oriente illius, mandauit Deus, quod declinarent contra aquilonem, vt patet in isto cap. scilicet, per frontem orientis Edon transuersaliter transeundo quasi a meridie contra aquilonem, & tunc intrauerunt aliquo modo in terram Edon, vt dicit litera, & supra declaratum est: sed adhuc Idumæi timentes Israelitas non dederunt eis licentiam transeundi per terram suam in terram Chanaan, sed cum modicum transissent per terram illam coacti sunt ascendere magis ad orientem, etiam mandante hoc Deo, ne esset eis occasio pugnandi contra Idumæos, tunc transierunt torrentem Zareth, & iuerunt per viam solitudinis contra Moab ad Arnon.

Quando & quomodo accesserint filij Israel ad Moabitas, & qualiter tollitur contradictio, quæ videtur esse in litera. *Quæst. VIII.*

S E D magna valde dubitatio videtur de Moabitibus magis quàm de Idumæis: quomodo ad illos accesserint, & quando, nam manifesta contradictio videtur esse in litera, nisi ei occurrat, quia hic vult litera, quod primo accesserint Israelita ad Moabitas quàm ad Amorrhæos cum dicitur: tantum est, vt concedas nobis transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seyr, & Moabita, qui morantur in Ar: ergo prius venerunt ipsi ad terram Moabitum quàm ad terram Amorrhæorum, sed contra videtur Nume. 22. cap. nam cum sit posita in cap. 21. mors duorum regum Amorrhæorum infligita ab Israelitis, & captio terræ eorum, subiungitur in cap. 22. videns autem Balac filius Sephor omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod pertimuisse eum Moabita, cuiusque imperum ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian: ira debet populus iste omnes, qui in nostris finibus commorantur, sicut solet bos herbas vsque ad radices carperet: ergo rex Moab timuit Israelitas postquam factum fuerat bellum contra Amorrhæos: ergo ante non pugnauerat contra eos: nec dederat eis licentiam transeundi per terram suam, & sic videtur manifesta contradictionis implicatio.

Respondetur, quod ad concordandum ista duo loca sacre Scripturæ, in quo impossibile est reperiri veram contradictionem, considerandus est situs, quem tenet terra Moab in cōparatione ad terram Amorrhæorum.

Et sciendum, quod quando Israelita transierunt modicum per terram Edon, & ascenderunt per viam deserti contra Moab, deuenerunt ad locū illū, ubi coniungit terra Moabitarū, & Ammonitarum, & per illam coniunctionem, vel quasi transituri erant Israelita: & propter hoc vetitum fuit eis ne pugnarent contra Moabitas, aut Ammonitas, si tamen Ammonite distarent ab eo loco per quem transituri erant ipsi, superfluum esset, quod diceretur eis ne pugnarent contra ipsos, & ad istam terram accesserunt, antequam transirent torrentem Arnon, qui diuidit inter terram Moab, & terram Amorrhæorum: tenditque contra aquilonem, vel potius contra occidentem ad lacum asphaltidem, ubi est nunc mare mortuum, & prius fuit Sodoma: & tota Pentapolis, quæ est in oriente terræ Chanaan, & in ista extremitate terræ Moab est ciuitas Ar: de qua hic dicitur, & tunc Israelita stantes apud terminos Moabitarum, & Ammonitarum petierunt transitum per terram Moabitarum, quia per eā rectior erat via q̄ per terrā Ammonitarū: nam multū ascēdebāt q̄ orientē p̄ terrā

B 4 Ammo-

Ammonitarū transeundo, & istū tranſitū petierunt a Moabitibus, quæ erant in Ar, qui primo noluerit cōcedere tranſitū, nec cibos, aut aquas, nec ipsi Ammonite, ut patet Deut. 23. c. cum dicit Ammonite, & Moabites et post decimam generationem non intrabit in Ecclesiam Domini in eternū, quia noluerunt vobis occurrere cū pane, & aqua in via, quæ egressi estis de Aegypto. Quod autem sequitur de cōductione Balaam nō fuit tunc, sed post, ut declarabitur: deinde ipsi Moabite pacificati sunt, & dederunt eis tranſitum, sicut fecerant Idumei, qui prius dare volebant, ut patet Num. 20. sed dixerūt se obuiam exituros cum armis, sed postea cōcesserunt tranſitum per quandam partē regni, ut patet in isto c. Et isto modo intelligitur, quod Moabite, qui morantur in Ar dederunt eis tranſitum, cum autē tranſiuiſſent modicum per terram Moabitarum apud ciuitatem Ar, accesserunt vsque ad torrentem Ammon, qui diuidit terram Moab, & Amorrhæorum, & quæ tranſiunt torrentem Ar exierunt de illa parte terræ Moab, & intrauerunt ad terram Amorrhæorum, & cū essent in finibus istius terræ Amorrhæorum miserūt ad regē Seon dicentes, ut cōcederet eis tranſitum per terram suam, vsque ad Iordanem, sicut concesserāt Idumei, & Moabite, qui morantur in Ar: tunc enim verū erat quod Moabite dederāt eis ingressum non per totum regnum suum, sed per partem, scilicet per quandā extremitatem terræ eorum, ubi coniungitur terra illa terræ Ammonitarū, & est ibi ciuitas Ar: & ad notandum hoc dixerunt Iudæi, quod Moabite, qui morantur in Ar dederunt eis tranſitum, & nō dixit simpliciter, vel absolute, quod Moabite dederunt eis tranſitum: & deinde nolentibus concedere tranſitum Amorrhæis pugnavit Israel cum eis, & totam eam terrā accepit, & per eam tranſierunt, & quando iam essent in extremitate eius occidentali, quæ est principium orientis terræ Chanaan, accesserunt iterum ad extremitatem terræ Moab in duabus mansionibus vltimis, scilicet in cæpstribus Moab, & in planioribus locis Moab super Iordanem, & hoc facta strage duorum regum Amorrhæorum: in toto enim tempore, quo ambulauerāt per terram Amorrhæorum Seon, & Og, nō accesserāt ad aliquam partem terræ Moab: cum autē exire debuissent terram Amorrhæorum, ut tranſirent Iordanem, accesserunt ad terram Moab, & tunc rex Moab Balac timuit, quod Israelite vellet intrare terram suam, quæ erant ad confinia eius: ideo tunc misit pro Balaam Arioliū, ut eos malediceret, & ad illud tēpus refertur id quod habetur Num. 22. cap. cum dicitur. Videns autem Balac filius Sephor omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod pertimuerat eum Moabite, & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian, ita debet hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quemadmodum solet bos herbam vsque ad radices carpere. Et sic istæ duæ auctoritates, quæ videbantur contrariæ, nullo modo cōtradiciunt, quia referuntur ad diuerſa tempora, secundum quod bis accesserunt Israelite ad Moabitas. Primo antequam accederēt ad Amorrhæos; & hoc fuit quando tranſierunt per Moabitas, qui erant in Ar. Secundo postquam exierūt de terra Amorrhæorum; & hoc fuit quando steterunt in campstribus Moab, & planioribus locis Moab in valle contra Phegor. Et ista duplex accessio ad terrā Moab cōtingit per duas extremitates terræ Moab: nam terra Moab in suo latere, quasi Septentrionali arcuat, & per vtrāque extremitatē arcus, vel semicirculi tranſierunt Iudæi, & nō per medium, ut directē procederent. Vna extremitas arcus, & orientalis erat in Ar, per quam primo tranſierunt Iudæi. Secunda erat, & occidentalis in planioribus locis Moab in valle cōtra Phanum Phegor apud Ior-

danem. Vt autem hæc melius intelligantur ponendus est situs terræ Ammon, & Moab, & regum Amorrhæorum. Et sciendū quod terra Moab, & Ammon, ut supra diximus se contingunt: nam terra Moab est Meridiana ad terram Ammon, & terra Ammon est Septentrionalis ad terrā Moab, & extremitas vtriusque est orientalis ad terram Amorrhæorum: nam extremitates Moab, & Ammon circumflexæ in parte orientali coniunguntur, & claudunt frontem orientalem terræ Amorrhæorū, ita quod ille, qui venit a parte meridiana, scilicet de terra Edom, vel de parte orientali cōtra terram Amorrhæorū, necesse est vt intret aut per terram Ammon, aut per terram Moab; ideo Hebræi venientes aqualiter de parte meridiana ad terrā Amorrhæorū intrauerūt per terram Moabitarum, qui sunt in Ar. Deinde tranſitis istis extremitatibus Moab, & Ammon, & intrando in terram Amorrhæorum per frontem orientalem, terra Ammon arcuatur versus aquilonē, & terra Moab aqualiter versus meridiē, & inter istas duas arcuationes extenditur terra regum duorum Amorrhæorum vsque ad Iordanem, ubi extremitas arcus terræ Moab redit versus Aquilonem, & ad hanc extremitatem accesserunt Israelite. Vt autem hæc melius intelligantur subiiciatur hic figura si placet.

Quare Israelite non tranſierunt totaliter per terram Moabitarum. Quæst. IX.

Sed queritur cum Israelite antequam intrauerint terram Amorrhæorum tranſierint per Moabitas, qui erant in Ar, quare non totaliter per terram Moabitarum: nam necesse erat iter eorū arcuari cum intrauerint per Moabitas, qui erāt in Ar, ubi erat extremitas orientalis, & postea deuenirent ad extremitatem occidentalem: ipsi autem volebant arcuare, sed tramite recto procedere. Item quia dato quod Israelite peterent a Moabitis, vt darent eis tranſitum per totam terram suam; ipsi nolent quia timerent, quod vellet accipere terram. Si cum modicū tranſitum per extremitatē concedere volebant, quanto magis per totum regnum? maxime quia ista fuisset occasio pugnandi contra Moabitas: Deus tamē prohibuerat eis ne pugnarent cum Moabitis, quia nihil de terra eorum habituri essent, cum illa esset data in possessionem filiis Loth, vt dicitur in litera: contra Amorrhæos autem non fuerat eis vetitum bellum. Item quia Deus intendebat tradere terram Amorrhæorum Israelitis propter peccata Amorrhæorū: ideo misit eos per terram Amorrhæorum, vt sic saltē occasionem pugnandi contra eos haberent: alia autem rationes esse possunt, quas poterit quilibet diligenter textum perscrutans reperire. Nicolaus dicit quod Moabite non dederunt tranſitum, sed dederunt alimenta precio; sed contra hoc dicitur infra 23. capitu. quod Moabite noluerunt occurrere filiis Israel cum pane in via. Ad hoc respondet ibi Nicolaus sequens quosdā Hebræos, quod Moabite viri nō iuerunt cum pane, sed foemina eorum.

Sed non videtur bene dictum, quia nihil refert, quod viri Moabite facerent per se, vel per vxores, vel famulos. Item, quia ibi 23. c. dicitur, quod Moabite occurrerunt armati contra Israelitas. Si ergo ipsi erant hostes Iudeorum, quomodo permittēt etiam vxores vendere alimenta eis exeundo extra fines Regni? Et ad hoc sumant causam verisimilitudinis, quod ideo Moabite non possunt contrahere cum viris Iudæis. Sed ista non est causa specialis, quia non solū mulieres Moabite, sed et mulieres aliarū nationum poterāt copulari in matrimonium Iudæis. & patet de Sālone quæ accepit vxorē

Descriptio situs terræ Moab Ammon, & regni Amorrhæorum.

Nemo potest bene operari sine gratia Dei.

de filiabus Philistinorum, vt patet Iud. 14. ca. Item quæ prohibitu fuit accipere vxorem de alienigenis, fuit ne ipsi inducerent viros & filios ad idolatriam, ut patet Exod. 34. c. si ergo aliquis poterat accipere vxorem de alienigenis, quam conuerteret ad iudaismum, bene licebat: ideo inf. 2. r. c. dicitur quod quando irent ad bellum & acciperent aliquas puellas virgines, poterāt eas ducere in vxores & Leui. 2. r. c. dicitur de sacerdotibus magnis, quod acciperent in vxores puellas de populo suo, ergo videtur quod aliis licebat accipere vxores de alienigenis. *Donec veniamus ad Iordanem.* Quia post Iordanem est terra quam acceperunt nouem tribus & dimidia. *Ad terram quam dominus Deus daturus est vobis.* Non quod solum illam terram Deus eis daturus esset: quia etiam terram Amorrhæorū daturus erat, quia promiserat, sed illam iam dudum merebantur perdere donec tranſitum denegassent. *Noluitque Seon rex Esbon dare vobis tranſitum.* Erat enim positus custos introitus terræ illius contra hebræos: & dabatur ei tributum vel pensiones ab aliis regibus pro conseruatione. *Quia indurauerat dominus Deus spiritum eius.* Id est quia non dederat ei gratiā ad beneficiendum. nemo autem potest bene operari sine Dei gratia: quando ergo alicui Deus gratiam non elargitur, non potest bene operari, sed in malis induatur, & ad bonum difficilis fit.

Quare male faciendo peccatum cum gratia simpliciter non sit in potestate nostra, quam cum Deus subtrahit, non tamen est causa mali.

Quæst. X.

Sed dices. ergo non peccauimus malefaciendo quia non habentes gratiam quæ a Deo libere donatur imposita est nos bene operari iuxta illud Io. 15. sine me nihil potestis facere. ergo non erit in potestate nostra bene facere.

Respondetur, quod sicut habere vitam eternam nō est totaliter in nostra potestate iuxta illud Mat. 19. c. cum diceret discipuli, quis ergo saluus erit? respondit Iesus. apud homines quidem impossibile est, apud Deum autem omnia sunt posſibilia: & ad Ro. 9. c. non est currentis nec uolentis, sed Dei miserentis. ita bene agere nō est totaliter in potestate nostra; quia ista necessario se cōsequuntur bene agere semper & uita eterna. qui ergo in potestate sua habet totaliter bene operari, in potestate habet vitam eternam: licet ergo bene operari nostrum principalem sit a Deo date gratiam, quia tamen cūlibet facienti, quod in se est, Deus dat gratiam: ita male operantes poenam merentur. sicut enim Deus est causa naturaliter influens in omnibus naturalibus effectibus, nec propter malitiam vel bonitatem inferioris agentis desinit influere: ita in gratuitis est principium inuariabiliter se hñs, ita quod impossibile est alicquem agere quantum in se est, & Deum gratiam non apponere: sed gratia non cogit liberum arbitrium, quia aliquis gratiam habens potest peccare: sed per illud peccatum immediate perdit gratiam. Itē quia sicut Deus naturaliter in qualibet re omni tempore influit conseruando: ita in cordibus nostris semper influit ad bonū nos incitando; sed huic pulsationi non omnes aperiunt.

Deus dat nobis pro peccatis nostris duplices poenas.

Sed quantum ad subtractionem vel non appositionem gratia dicitur, quod pro peccatis Deus duplices dat poenas, quasdam corporales, alias spirituales. corporales autem sunt damna, vel punitiones illatæ pro peccato: poena spiritualis est subtractio gratia: aliquis enim peccauit in aliquo peccato magno vel multoties iterato, propter quod demeretur, quod Deus non apponat ei gratiam, & tunc bene agere nullo modo poterit.

Et si dicas quod in isto actu non videtur iste culpabilis, quia Deus non conseruabat cum ipso ad bene agendū ex se autem bene agere non potest.

Respondetur quod iste relictus a Deo bene agere non potest, tamen poenam meretur pro isto malo actu, quia per priorem malum actum demeritus fuit, vt nunc relinqueretur a Deo, & consequenter male ageret, quia sicut pro aliquo peccato temporalis poena datur, ita pro aliquo magno spirituali. quod permittatur cadere in alicui. Erigatur culpa sequens præcedentis culpe poena: & consequenter redundabit maior poena, quia pro primo peccato poena, & pro secundo similiter. Et hoc modo homines præciti qui erant scripti in libro uitæ secundum præsentem iustitiam obſtantur & impenitentes moriuntur, quia licet nunc bene operentur, quia gratia repugnare possunt, post male operantur, & per illa mala opera demerentur subtractionem gratia: quod Deus non concurrat cum illis ad cauſandum bonum opus, ideo in articulo mortis confiteri non poterunt, quia ante demeritus est ne Deus ad talem actum cum eis concurreret. Quæ autem sunt uitia vel quoties iterata, per quæ demeremur in alia cadere, uel Deum nobiscum non concurrere, penitus homini incognita sunt. Vidit enim Deus quod talia scire iatori non expediebat, vt sic ex timore cautiore & uigilantior esset, sufficere nobis debet quod qui saluantur non ex meritis saluantur, vel electi sunt, sed quia Deo placuit ad vitam eternā ab æterno illos eligere. Qui autem damnantur ex propriis demeritis hoc habet. *Et obfirmauerat cor illius.* Scilicet eum a malo concepto per gratiam non reuocando, vel vt malum non conciperet non iuuando. *Vt traderetur in manus tuas.* Vt non reuocatur causatiue sed consecutiue. non enim ideo Deus illi gratiam subtrahit, vel non apposit, ut traderetur in manus Moysi, vel vt peccaret, sed ad subtractionem gratia: consequitur istum non bene agere: si enim Deus alicui gratiam subtraheret, & male ageret, Deus diceretur formaliter auctor mali, sed subtrahit gratiam vt quandam poenam debitam pro peccato, quia sicut alicui aliquam poenam temporalem in peccati satisfactionem infligit, ita alicui secundum altitudinem sui consilii pro alio peccato gratiam subtrahit.

Et si arguas cum ad subtractionem gratia sequatur mala operatio, quid magis refert Deum subtrahere nobis gratiam, vel facere nos peccare, vel subtrahere gratiam vt puniamur, vel ut per subtractionem peccemus? quia idem sequitur per quodlibet illorum.

Respondetur quod multum distat ista, & patet in iudicio, si enim iudex aliquem torqueret, ut per hoc Deum blasphemaret, vel ut aliquē odio haberet, etiam si tormenta illa ex aliqua causa mereret, peccaret valde mortaliter. Si tamen dat aliquam poenam pro aliquo delicto, quam lex imponit, etiam si sciat quod per hanc poenam afflictus iudicem odio habebit, uel aliquod peccatum mortale incurret, non peccat dum pro ista intentione cruciatum non irroget: sic iustitiæ Dei multum congruit secundum suum altum consilium aliquem subtrahendo gratiam punire: sed bonitati eius valde repugnat gratiam subtrahere, ut aliquem faciat peccare. In ista questione siue dubij solutione multa tacta sunt, quæ in alijs locis magis explicuimus: nam agitur de prædestinatione & præcipientia. De his autem qualiter non tollat libertatem arbitrii diximus late Gen. 50. ca. tangitur et de induratione alicuius, qualiter Deus sit causa indurationis, aut positua aut priuatiua, directe, aut per accidens. de his autem magis diximus Exo. 4. ca. tangitur etiam de ista dictione vt, quæ facit magnas difficultates in intelligentia sacrarum scripturarum, vtrum teneatur finaliter uel consecutiue, de quo magis diximus Exo. 9. cap. *Eccce cepi tibi tradere Seon.* Id est iam apud me demeritus est,

Nota pro materia prædestinationis.

est, propter quod immediate eum tibi tradam. Egressus que Seon. Licet esset vicinus regis Og, tamen non vocauit eum in auxilium ad bellum, quia se fortissimum reputabat, & quia Israelitas contemnebat, & quia singularem de victoria gloriam habere volebat. Percussimus eum cum filiis suis. Quia multos filios habebat, quorum aliquos secum ad bellum adduxerat. In hebraeo habetur. Cum filio suo. Scilicet vno gigante & forti vt pater eius, ut ait Rabbi Salomon sed potest poni singulari pro plurali, ut in multis locis, & Exo. 8. venit musca grauissima, sed plures erant.

Rab. Sal. opinio. Doc. opinio.

Potest autem dici & forte melius, qd accipiuntur hic filij non pro filiis carnalibus quos genuit: sed pro subiectis suis, pro populo. & iste modus frequentatus est in scriptura, nam subditi regis Emor qui dominabatur in Sichem vocantur filij sui, ut patet Gen. 33. c. cum dicitur, emiteque partem agri in quo fixerat tabernacula a filiis Emor patris Sichem centum agnis. ibi non uocantur filij ipsi carnales, quia immediate declaratur cu subditur patris Sichem. q. d. qd non erat pater eodem modo Sichem, & aliorum: nam Emor erat pater Sichem, quia eum genuerat, & pater vocatur alioru quorum dominus erat. idem patet Iosue. 24. c. cum dicitur ossa quoq; Ioseph que tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob a filiis Emor patris Sichem centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem Ioseph & omni populo. Dicit Iosephus qd multi de Amorrhæis siti bello mortui sunt, alii uerentes ad fluium Arnon iaculis confixi sunt, alii ad menia fugientes a fundibularis praeventi vsque ad internecionem delati sunt. Mulieribus ac paruulis. Quia Deus mandauerat omnes gentes quarum vrbes possessuri erant totaliter delere. inf. 20. c. Absque inuentis que in partem uenere praedantium. Id est praedantes non habuerunt inde seruos, vel seruas, vel puellas in vxores, sed solum iumenta, & spolia vrbium. supellectilia, aurum, & argentum, & alia preciosa. vel aliter. Que in parte uenere praedantium. Id est ista que rapta sunt in bello, non fuerunt diuisa euntibus ad bellum & manentibus in castris, sicut in bello contra Madianitas ut patet Num. 31. c. Et ratio est quia in bello Madianitarum nullam uilitatem consequiebantur manentes in castris, nisi aliquid haberent de praeda: in bello contra Seon & Og consecuti sunt ciuitates ad manendum: ideo non indigebant vltioribus spoliis, & rationale erat qd labore maiori ipsi bellantes sortirentur iumenta, & supellectilia Amorrhæorum in preogratiam ad non pugnantes. etiam quia in bello contra Madianitas non equaliter habuerunt manentes, & euntes ad bellum: nam omnibus manentibus data fuit medietas spoliorum, & reliqua medietas euntibus ad pugnam, tamen illi qui ierunt ad pugnam erant solum duodecim mille, vt patet Num. 31. cap. illi autem qui manserunt in castris erant plures, quam sexcenti mille accipiendo senes & iuuenes potentes pugnare. nam inter omnes spolia diuidebantur: immo essent omnes isti qui manserunt plures quam mille milia, & sic data medietate spoliorum pugnantibus. f. 12. mille viris, & ceteris manentibus alia medietate concessa: magis ueniet vni pugnantibus, quam forte centum non pugnantibus secundum portionem, quam habent duodecim milia ad mille milia uel plura. Item in alio fuerunt melioris conditionis pugnantes contra Madianitas, quam manentes in castris: nam de illa parte quae ueniebat pugnantibus dabatur de quingentis ouibus una, & sic de asinis, hominibus, & ceteris rebus, de medietate autem que contigit manentibus in castris, accipiebat sacerdos de quinquaginta capitibus. vnum: & sic manentes cogebant dare in decuplo magis sacerdoti quam euntes ad pugnam. Ab Aroer que est supra ripam torrentis Arnon. Fluius Ar-

non transit inter Moabitas & Amorrhæos ex parte fluminis. in terra Moabitarum est ciuitas nomine Ar. ex parte Amorrhæoru est Aroer ambe super Arnon. Vsq; que Galaad. Incipit regnum Seon in Aroer, & finitur in terra Galaad. Nec fuit vicus. Id est locus non muratus. Absque terra filiorum Ammon. Mandauerat Deus quod non pugnant contra eos, quia nihil accepturi erant de terrarum. Et cunctis que adiacent torrenti Ieboch. Ieboch fluius est distans a iordane per vnam leucam, apud quem luatus fuit Iacob cum angelo vt patet Gen. 32. capit. apud istum torrentem est terra Ammonitarum. apud torrentem Ieboch qui est circa Iordanem est extremitas occidentalis terre Ammonitarum, sicut super Iordanem est extremitas occidentalis Moabitarum. sed differunt quia extremitas Ammonitarum tangit Iordanem a septentrione, & extremitas Moabitarum tangit a meridie, extremitas autem orientales Ammon, & Moab coniungunt ad orientem terre Amorrhæoru claudendo eam ut supra declarauimus. A quibus uos prohibuit dominus. Id est totam illam terram post torrentem Arnon vsq; ad Iordanem accepimus preter terras a quibus prohibiti sumus, scilicet ab Idumæis, Moabitis, & Ammonitis.

Ieboch fluius fuit.

C A P. III.

TAQUE conuersi ascendimus per iter Basan. Egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Aedrai. Dixitque dominus ad me. Ne timeas eum, quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua; faciesque ei sicut fecisti Seon regi Amorrhæorum qui habitauit in Efebon.

Num. 21. c.

ITaque conuersi. Dicto de pugna contra Seon subiungitur de pugna contra regem Og. Et tangunt. 4. Primum bellica congressio. Secundo terrae acquisita diuisio ibi. Terramque possedimus. Tertio duab; tribubus & dimidie ad bellandum facta admonitio ibi. Praecipue uobis. Quarto pro transitu Moyfi vltra iordanem deprecatio ibi. Precatusque sum. Itaque conuersi ascendimus per iter Basan. Id est postquam pugnauius contra Seon iuimus per iter Basan.

An Basan sit nomen regni vel ciuitatis. Quest. 1.

NON est Basan nomen ciuitatis, sed regni vt patet Num. 32. c. quia ibi numerantur, & diuiduntur ciuitates munite principales, inter quas non ponitur Basan.

Item quia inf. dicitur vniuersam terram Galaad, & Basan. ergo in Basan ciuitates sunt. & sic non erit ipsa ciuitas, sed terra in qua sunt ciuitates.

Item quia inf. dicitur. reliquam partem Galaad, & omnem Basan. ecce qualiter ibi ponit plures partes in Basan cum dicitur. omnem Basan, si autem vna ciuitas esset, non diceret, & omnem Basan, quia ibi faciebat diuisionem terrarum.

Item postea subditur ciuitas Basan vocabatur terra gigantum, si autem una ciuitas fuisset non diceretur ciuitas Basan, sed solum Basan, etiam non uocaretur terra Basan, sed ciuitas Basan.

Item quia postea dicitur qd Iair vocauit nomine suo, Basan

Basan Auothair. i. villas Iair, ecce ibi vocauit Basan villas, & non villam. ergo non erat vnus locus sed multi. scilicet quadam terra magna. Et est ista terra altioris status quam terra Seon, quia est magis in montanis, id dicitur ascendimus. Egressus Og. Ab hoc non periuit Moyses transitum sicut a Seon rege, quia iste cum sciuit Israelitas venire contra terram suam, exiuit eis obviam, & mouit contra eos bellum, antequam sciret vtrum ipsi transire vellent per terram suam, an non: & forte hoc faciebat, vt vindicaret mortem regis Seon. nec enim timuit Israelitas etiam si sciret Seon fortissimum regem victum, & mortuum. vel forte quia iste sicut Seon defendebat introitum terrae suscipiens tributa ab aliis regibus, ut Seon. Ne timeas eum. Erat Og de stirpe gigantum, ideo terribilis erat. vnde gigantes emim. i. terrificantes vocabantur, ut patet praecedenti. cap. vnde poterat Moyses vel populus eius timere eum. de Seon non fuit dictum hoc, quia licet fortis esset, non erat gigas: ideo non ita terribilis. Cum omni populo suo ac terra sua. In quo notabat qd in terra illa moraturi essent, unde aliquando Deus tradebat solum populum in manu eorum vt in Madianitis Num. 31. c. & Chanaanem regem Arad Nume. 21. c. quia solum Madianitas occiderunt, sed terram eorum non possederunt: hic autem vtrumque fuit: gentem occiderunt, & in ciuitatibus dederunt habitationem tribui Gad, & dimidie parti tribus Manasse vt patet Num. 32. c. & inf. Qui habitauit in Efebon. Quia ista erat ciuitas principalis regni sui Percussimus vsque ad internecionem. Aliquando bellantes percutiuntur, & moriuntur, & tunc non est percussio vsque ad internecionem, hic autem totaliter eos occiderunt, internecio mors est de interneco. i. occido. Vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. Id est vno impetu, ita qd non cessauimus ab incepto bello donec omnes accepimus, & dicitur hoc ad differentiam terrae promissionis quae est trans iordanem, quae non capta fuit vno tempore. i. simul, sed primo acceperunt quandam magnam partem sufficientem genti israelitice quae tunc erat, & sic successiue vsque ad tempus David, & Salomonis filii sui, quo regnante totaliter acquisita est, ut patet. tertio Reg. cap. 9. cum dicitur, & vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis, Ethæis, & Pherezis, Euæis, & Iebusæis, qui non sunt de filiis Israel, horum filiorum, qui remanserant in terra, quos, non potuerunt filij israel exterminare, fecit Salomon tributarios vsq; ad diem hanc: idem patet 2. Paralip. c. 8. per eadem verba totaliter, & fuit causa vt filij israel si omnem terram accepissent, tantam pacem habuissent, qd ocio marcerent, ideo ut haberent cum quibus pugnarent, reseruauit Deus multos de illis, sic dicitur Iudi. ca. tertio hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis israel, & omnes qui non nouerant bella Chanaanorum, & postea discerent filii eorum certare cum hominibus, & habere consuetudinem praeliandi.

Og erat de stirpe gigantum.

Cur terra promissionis non fuit capta vno tempore.

do se ad idola, Deus mittebat super eos aliquos hostes prementes eos ualde, ut patet iudi. tertio quando dedit eos in manus Cusanrafathaim regis Mesopotamie, deinde in manus Eglon regis moab: deinde in manus iabin regis Chanaan, ut patet iudi. 4. cap. & sic patet frequentissime in libro iosue. Item fuit alia rō pp utilitatem israelitarum, quia terra Chanaa erat satis magna, ipsi autem non sufficiebant ad populandum medietatem eius: si ergo totam in uno anno tradita fuisset, non possent eam replere israelitae, & implerentur serpentibus, & aliis bestiis, id non decuit, nec expediuit tota simul capi, & sic dixerat Deus, ut patet Exo. 23. & inf. 7. c. non euicua eos a facie tua in vno anno, ne terra in solitudine redigat, & crescant qd te bestiae, sed paulatim expellam de conspectu tuo donec augearis. Sexaginta vrbes. Omnem locum munitum urbem vocat siue paruus siue magnus sit. Et omnem regionem Argob. Argob nomen aliquis terrae specialis in terram Og est, vel est nomen appellatiuum, & signat pulchritudinem, & tunc vocatur regio Argob aliqua terra fertilis, & bene murata in terra hac, quae alias terras regni sui excederet. Regni Og in Basan. Non signat Basan totum regnum Og, sed maiorem partem regni. i. aliquam terram per se. Cunctae vrbes. f. 60. s. dictae. Disperdentes omnem ciuitatem. i. depopulantes eam, non intelligit qd destruendo muros, & omnem munitionem, nec hoc facerent nisi aliqui repugnantibus habitatoribus deicerent aliquam partem muri, ut per eam intrarent, vt probauimus nu. 32. ca. De manu duorum regum Amorrhæorum. Quia Og & Seon amorrhæi erant de genere Chanaan. A torrente Arnon. Quia ibi incipit regnum regis Seon in aroer ciuitate ut patet. c. pced. arnon non est torrens sed ciuitas, ut probauimus. c. pced. sed apud istam ciuitatem transit torrens quae diuidens terram Moabitarum & amorrhæorum, & descendit ille torrens de montibus arabiae tendens contra occidentem terrae illius per latus Moab, & terrae amorrhæorum vsq; lacu asphaltidē qd est in oriente terrae Chanaan. f. vbi olim fuit Sodomā: & in occidentem Moab & terrae amorrhæorum, nam ista duo regna tenent frontem orientalem terrae Chanaan. de terra amorrhæorum qd sita ad orientem terrae Chanaan, patet nu. 32. c. de moab qd sit orientalis terrae Chanaan, dicitur aliquantulum in libro de diuisione terrae sanctae, & patet in multis locis in libro Numerorum: & Deut. nā Nu. 26. dicit qd moyses & Eleazar numerauerunt filios israel in caestribus. Moab super iordanem qd Hierico. Iordanis & Hierico sunt ad orientem terrae Chanaan, ut patet nu. 34. ergo Moab regio quae est orientalis ad iordanem, & Hierico, est orientalis terrae Chanaa idem dicitur Nu. 33. c. profectiq; de montibus. Abarin transierunt ad caestria moab super Iordanem qd Hierico. apud istum torrentem arnon sunt aliqua loca, quae concordant cum uoce, nam est ibi ciuitas arnon in terra moab in extremitatibus eius, qd principium terrae amorrhæorum, ut declarauimus praeced. c. & patet nu. 21. c. est etiam ibi ciuitas ar, quae est in terra moabitarum, antequam accedat ad terram amorrhæorum, & de hac dictum fuit. sup. qd moabitarum qui morant in ar dederunt transitum hebraeis, est et ibi ciuitas qd uocat aroer, & hoc est in terra amorrhæorum, & patet. 7. cu dicitur terrae; possedimus in tpe illo ab aroer qd est. s. ripas torrentis, arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad; arnon. n. moabitas & amorrhæos diuidit nu. 21. c. vsque ad montem Hermon. Qui uocat hebraice hermo. Quem Sydonii Sanirion uocant Amorrhæi Janir. Iste mos appellat hic tribus nominibus. ga tangit tres regiones, dimittit in parte septentrionali terrae promissionis, & ibi coniunguntur extremitates regni Amorrhæoru regno Sydonioru, qd terra uocat phenicia, id cu tangat quodlibet regnum istorum ea inter se diuidens a quolibet nomen accipit. Et vniuersam terram Galaad. i. omnem terram qd adiacet monti Galaad, est enim Galaad

Argob qd sit.

Situs ciuitatis Ar.

Galaad qd sit.

Galaad mons quidam vt pater J. & Gen. 31. c. quem vo-

Quo tempore inceperunt gigantes, et quanta tempore durarunt...

S T I R P S gigantum paulo ante diluuium ince-

Et si arguatur qd adhuc remanebant gigantes in E-

Respondetur qd gigantes qui erant in Ebron no e-

Sed hoc non pot stare, quia sequeretur, qd Og esset tunc

F gressu Abrahe i terram Chanaa, uel a tpe captionis So-

H Quolibet forma de-

I Sed hoc falsum, & impossibile est, quia nullus h et i

K Et si dicas qd amplior erat lectus Og quam ipse.

Ideo dicendum hos cubitos esse de communibus,

Babylon duplex.

tudine. Item quia si isti cubiti intelligerentur de cu-

Quid per Og moraliter intelligatur hebraice. Et est pulchra mo-

S I vis moraliter dicere Og hebraice coaceruans

lucta illud intravit mors per fenestras nostras, & o-

A nis firmitas fiat, tunc lectus sit ferreus, ut a nullo bono

B T erramq; possedimus. Hic ponit sm. l. terre acquiri

C dicuntur vrbes regni Seon inter quas enarratur caria-

E Argob quid sit. Quia ipse pugnavit qd habitatores terre illius,

Argob quid sit.

Non probas hanc verba non esse Moysi sed EIdre.

diem. Ista non sunt verba Moysi sed EIdre, & patet ratio, quia a tempore quo ceperat lair illas villas, & nominaverat noie suo vsq; quo Moyses ista dixit, & mortuus e, non traheret tres menses, patet: qa ista fuerunt facta circa finem 40. anni. sed dicere. Vsq; in presentem diem. Magnum tempus preteritum notat, sic illa verba sup. polita. f. Monstratur lectus eius ferreus in Rabab filiorum Ammon. Magis videtur esse EIdra probantis magnitudinem Og contemporaneis suis, qui non viderat quam Moysi: quia totus exercitus tempore Moysi vidit Og: nec est verisimile, qd Moyses magnitudinem Og probaret argumento non concludenti. s. per lectum quem Israelite non videbant, cum ipsi maius argumentum haberent: quia ipsum Og viderunt, maxime quia Moyses nunquam stetit in terra Ammonitarum, is nec testimonium dare sufficienter potuit. qd Moyses non steterit in terra Ammonitarum, patet, quia ipse nutritus fuit in terra egypti, & non exiit de illa nisi quu iuit in Ethiopiam ad pugnandum qd civitatem Sabab, de quo diximus in chronica temporum breui posita in principio Exo. & postea iuit in terram Madiam, & fuit ibi pastor per annos. 40. cum Ietro socero suo, vt patet Exo. 2. c. & magis actu. 7. c. deinde reuersus in Aegyptu anno. 80. vitq; suq; vt patet Exo. 7. exiit eodẽ anno de egypto cum toto isracl, ut dclaramus Exo. 2. & 11. c.

Sed dicentis qd in his medijs temporibus Moyses potuit ire in terram Ammonitarum.

Respondetur qd non potuit ire in terram illam, si inisset oportebat cum ire per desertum, quia a terra Madiam, vel a terra egypti non est aliqua via ad terram Ammon, quae est in extremitate Arabici nisi per, deserta arabica, sed Moyses nesciebat viam versus terram Moab & Ammon per deserta arabiae: ergo non ambulauerat per illa: anis, patet, quia dicitur Num. 10. c. qd Moyses locutus est ad Obab cognatum suu dicens: nolite nos relinquere: tu. n. nostri in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: & eris ductor noster: si in Moyses cognouisset vias deserti, non peteret Obab tanquam directorem dicens illum scire loca deserti: sed non nego propter hoc Moysen scripsisse librum istum, scriptu. n. vt diximus sup. 1. c. sed post destructionem & combustionem librorum legis per Babylonios EIdras scriba legis, & propheta spiritu diuino afflatus legem rescripsit, & ista & similia addidit, & qd diximus sup. ca. 2. qd EIdras non ausus fuisset addere ad verba Moysi, dicens de talibus clausulis qualis ipsa est, quia si ipsam EIdras addidit, necesse esset etiam praecedentem, qd non conuenit: quia ad tempus Moysi ipsa refertur. Machir quoque dedit Galaad. Id est filius vel nepotibus Machir: quia non videbat tunc Machir vt probauimus Nu. 32. c. l. quia Machir fuit nepos Ioseph filius Manasse, vt patet Gen. 50. c. & cum videret Ioseph iam habebat filios Machir: vt dicitur eodem c. l. filii quoq; Machir nati sunt in genibus Ioseph. ergo quando moreretur Ioseph ad minus esset Machir. 25. uel 30. annorum, & cum maior uita sua posset esse ad centum viginti, vel centum triginta annos, manerent post mortem Ioseph, ad magis centum anni, sed Ioseph mortuus est ante exitum de egypto quasi centum, & quadraginta vel plures annos, ergo necesse erat qd Machir mortuus fuisset annis ad minus. 40. ante exitum de egypto, ergo non poterat sup. uicere tempore quo Moyses diuidebat terram Amorrhcorum regum. Dedit Galaad. Non totam Galaad, quia pars eius fuit data duab. tribub. ut sup. patet & inf. Et tribubus Ruben, & Gad dedit terram Galaad. s. aliam partem terre post montem Galaad contra Moabitas, & patet quia dicitur. Vique ad torrentem Arnon. Arnon dicitur Moabitas, & Amorrhcos. s. Moab & regnum Seon vt patet Nu. 21. c. Vsq; ad torrentem Iaboc qui est terminus

Arnon dicitur Moabitas, & Amorrhcos

F filiorum Ammon. Est istud regnum Amorrhcorum ex una parte coniunctum Moabitis apud Arnon, ex alia parte Ammonitis apud torrentem Iaboc magis contra orientem, & istos duos terminos tempore Amorrhcorum tenebant duae tribus. coniungitur etiam ista terra terra promissionis in planicie Iordanis.

Ponuntur hic duo termini laterales terrae regum Amorrhcorum: nam ista terra est ad orientem terrae Chanaam, ut patet Num. 32. ubi tribus Ruben, & Gad & dimidia pars Manasse accipientes hereditatem in terra duorum regum Amorrhcorum, contentur se habere sortes suas ad orientem terrae Chanaam, ita qd frons occidentalis terrae Amorrhcorum est ad frontem orientalem terrae Chanaam, ab oriente autem, ut declaratum fuit praecedenti. cap. habet ista terra Amorrhcorum extremitates regni Moab, & Ammon, quae coniuncte claudunt frontem orientalem terrae Amorrhcorum, deinde latus septentrionale terrae Amorrhcorum coniungitur terrae Ammonitarum, & locus meridiano eius coniungitur terrae Moabitarum, & sic inter utramque clauditur: cum autem perueniatur ad occidentalem frontem terrae Amorrhcorum per latus meridiano finitur in Iordane, & ibi diuiditur terra Chanaam a terra illa, & terra etiam Moab ibi finitur & coniuncta est ibi terra Amorrhcorum. patet quia in ultimis mansionibus haebtorum circa terram Chanaam ipsi procedentes per terram regis Seon accedebant ad caepetria, & planiora loca Moab, ut patet Nu. 33. c. deinde redeundo per idem latus meridianum directe a fronte occidentis usq; ad orientalem partem terrae eiusdem est torrentis Arnon, quae traheret hebrei qui intrauerunt in terram Amorrhcorum, ut patet praeced. c. & ibi late declaratum est: sed hic non accipitur sic, sed qd torrentis Arnon sit in latere meridiano terrae Amorrhcorum diuidens eam & terram Moabitarum, & ille torrentis licet sit in oriente terrae Amorrhcorum, tamen eum hebrei transierunt, quia fluit de arabicis desertis in parte septentrionali, & circuiens frontem orientalem terrae Amorrhcorum labitur per latus meridianum eius inter terram Moabitarum & Amorrhcorum, & peruenit per illud latus, usque ad occidentem terrae Moab & Amorrhcorum, nam ut ait Iosephus torrentis vel fluminis Arnon veniens de montibus arabicis ad lacum asphaltidem terminatur.

Quid sit & ubi lacus asphaltidis. Et de Iordane, & mari Tiberiadis. Quae. IIII.

EST autem lacus asphaltidis in valle Sodomorum & uocatur mare mortuum. Quod autem mare mortuum sit apud terram Moabitarum satis declaratur hic in littera, & patet in libro de diuisione terrae sanctae, ubi dicitur, qd in descensu Arabie ad terram promissionis Carnayn spelunca est super montem Moabitarum apud asphaltidem lacum, id est mare mortuum, in qua sedet Balaam ariolus ad maledicendum filios Israhel, de quo Num. 23. & 24. capit. tenet ergo fluminis Arnon totum latus meridianum terrae Amorrhcorum, terra autem ammonitarum tenet totum latus septentrionale terrae Amorrhcorum usque ad occidentem, ita qd qui uellet uenire de fronte orientis terrae Amorrhcorum per lineam lateris septentrionalis, necesse est qd ueniat per terminos terrae Ammonitarum usque ad occidentalem frontem, ubi autem finitur latus septentrionale in fronte orientis est torrentis Iaboc distans duobus miliaribus a Iordane, ut patet in libro de diuisione terrae sanctae, & apud illum iuctabatur angelus cum Iacob, ut patet Gen. 32. cap. qd aut sit apud terram Ammonitarum patet ex hoc, quia cum Iacob ueniret de Mesopotamia in terram Chanaam

est. qb snt contermini & Ammonitz.

Ex quo loco nascit Iordanis flumen.

De situ galilee.

nam transtulit per torrentem Iaboc, nam Mesopotamia est ad septentrionem terrae Chanaam, ut declarauimus Nu. 24. cap. & patet in hoc, quia Mesopotamia est trans Eufratem fluium magnum sicut habet Ioseph. 24. c. Eufrates autem ad partem septentrionalem terrae promissionis, ut colligitur Gen. 15. & Num. 34. cap. ueniendo ergo de parte septentrionali respectu terrae promissionis bene erat transitus per terram Ammonitarum quae est septentrionalis terrae Amorrhcorum, & consequenter aliquo modo septentrionalis terrae Chanaam: sicut ergo torrentis Arnon accedit vsq; ad finem lateris meridiano terrae Amorrhcorum, ita torrentis Iaboc est in fine lateris septentrionalis terrae eiusdem apud terram Ammon. sunt ergo isti termini terrae Amorrhcorum a tribus lateribus. s. ab oriente a meridie a septentrione. manet ergo solus occidentalis terminus in quo tangit terra Amorrhcorum orientem terrae Chanaam, & ponuntur hic multa loca in quibus tangit terra Amorrhcorum terram Chanaam, & primus est planicies solitudinis: ista planicies est apud terram Ammon post torrentem Iaboc declinando per frontem occidentalem terrae Amorrhcorum quasi a septentrione in meridiem, & est illa pars terrae campestris & planies: sed tunc inhabitata, quia non conuenientis soli erat ad habitandum. Post istam terram declinando per illam frontem occidentalem a septentrione versus meridiem est fluuius Iordanis, nam Iordanis nascitur a Libano monte, qui est in latere septentrionali terrae Chanaam, deinde conuertitur contra orientem, & circuit per terminos terrae Chanaam donec mari salissimo absorbeat, & patet quia antequam Ioseph cum populo Israhelico intrare posset in terram Chanaam transierunt Iordanem, ut patet Ioseph. 3. & 4. c. deinde ponit terminus Cenereth. i. maris, quod nunc, & tempore Christi uocabatur mare Tiberiadis a quadam ciuitate ibi existente sic dicta. Est autem mare istud, Cenereth quidam lacus ualde magnus, qui quasi mare uidetur, & sunt in circuitu eius multa loca. & sit ibi magna nauigatio: nam ibi Christus sepe nauigauit, & discipuli eius piscati sunt, ut patet Io. 6. & 21. ca. Vocatur autem mare Cenereth, & ponitur in fronte orientis terrae Chanaam, ut patet Num. 34. c. non est autem intelligendum qd descendendo per frontem occidentalem terrae Amorrhcorum quasi a septentrione in meridiem prius sit finis Iordanis quam mare Cenereth, quia tunc oportebat quod mare Cenereth esset magis declinatio ad meridiem quam mare mortuum uallis Sodomorum cu Iordanis absorbeat mari mortuo, ut patet Io. 3. c. sed falsum est quia ultra uallem Sodomorum declinatio ad meridiem nihil est de terra Chanaam, sed ponit hic Cenereth. i. ciuitas illa existens apud mare illud partium, quia apud Iordanem non reperiebatur aliqua ita coniuncta orientali fronti terrae Chanaam quae nominaretur sicut ista, est tamen intra ambitum Iordanis in terra Chanaam, & est in quadam terra quae uocatur Galilee, sic patet Io. 5. cap. quia ibi dicitur esse idem mare Tiberiadis & mare Galilee. Est autem Galilea in sorte Iudae, & per consequens in parte meridiana terrae Chanaam, quia illam tenebat Iudas, ut patet Ioseph. 14. & 15. c. deinde dicitur, qd descendendo per istam frontem occidentalem Amorrhcorum a septentrione versus meridiem est mare salissimum sine mare Sodomorum & hoc ponitur ultimum in ista frontis occidentalis ritudine, quia ultra mare Sodomorum versus meridiem nihil manet in parte terrae Amorrhcorum, aut terrae Chanaam, & hoc mare dicitur esse ad radices montis Phasga contra orientem, id est quod mare Sodomorum habet ab oriente immedie coniunctum montem alium filiorum Moab, qui dicitur mons Phasga. i. in quo est collis altus, & hoc est quod dicitur in libro de diu-

A sione terrae sanctae. s. qd apud lacum asphaltidem siue mare mortuum est contra orientem mons Moabitarum, in quo uoluit Balaam maledicere Israelitis, qd aut iste sit mons patet quia Num. 23. c. ubi agitur de Balaam uolente maledicere dicitur, qd Balac duxit Balaam super montem Phasga, sic enim dicit littera, cumque dixisset eum in locum sublimem super verticem montis Phasga edificauit Balaam septem aras: et patet. j. 34. c. quia Moyses quando mortuus fuit, erat in planioribus locis campestrium Moab, s. in ultima mansione, & tñ ad moriendum ascendit in montem Phasga, sic enim dicitur in littera ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo in verticem Phasga: est ergo sensus huius litterae qd Machir nepos Ioseph, & tribus Gad, & Ruben possederunt terram istam a torrente Arnon qui est in latere meridiano illius terrae Amorrhcorum usque ad torrentem Iaboc qui est in latere septentrionali. q. d. totam terram possederunt in terra Amorrhcorum a meridie usque ad partem septentrionalem, & totam frontem occidentalem huius terrae est descendendo a parte septentrionali versus meridiem scilicet per partem planicie solitudinis, & Iordanis, & Cenereth uique ad mare salissimum, & hoc est dicens a parte septentrionis ad meridiem, quia iste descensus terminatur in mari salissimo, cum dicatur vsq; ad mare salissimum, sed mare salissimum est in parte meridiana terrae Chanaam, & Amorrhcorum ut supra patuit: ut autem omnia supradicta melius intelligantur subiecta figura sensibiliber inspiciant. Et terminos Cenereth. Est ciuitas in Iudaea quae tempore Christi Tiberias uocabatur a Tiberio imperatore, cuius tempore Christus passus est, qui Octauiano successit, & fuit tertius inter imperatores Romanos, apud istam ciuitatem est quada magnus lacus, qui uocatur mare Tiberiadis, uel Galilee, siue Genezareth in qua Christus sepe stetit, & predicauit, & multa miracula fecit, de hoc diximus Nu. 34. c. Vsq; ad mare deserti quod est salissimum. Mare istud uocatur mare mortuum siue lacus asphaltidis, ubi sunt subuerse ciuitates a domino scilicet Sodoma, Gomorra, Adama, & Seboyn, ut patet Gen. 19. c. uocatur mare deserti, quia est in angulo orientis & meridiei, a quo incipiunt solitudines Aegypti, ut aliqui uoluerunt, sed falsum est quia apud mare mortuum, quod est in ualle Sodomorum, nulla solitudo Aegypti incipit, & patet quia si consideremus orientalem partem maris salissimi non est aliquod desertum ibi sed coniuncta est illi ualli terra Moabitarum, & est ibi mons altissimus super illud mare, & pertinet ad terram Moab in quo Balaam uoluit maledicere Israelitis, ut declarauimus supra, & de hoc dicitur hic in littera, qd mare salissimum est ad radices montis Phasga ad orientem, nec habet deserta Aegypti mare salissimum a parte meridiana, quia apud illud mare in confinio lateris meridiani, & septentrionalis est Idumaea descendens per latus illud meridianum versus occidentem terrae Chanaam, ut patet Num. 34. c. Idumaea autem populata est, nec possunt assignari deserta Aegypti, uel Arabie versus septentrionem aut occidentem terrae Sodomorum, quia istae duae partes sunt intra ipsam terram Chanaam, Vocatur ergo istud mare deserti, quia in circuitu huius maris non est terra habitata, nam est hoc mare in ualle Sodomorum, & in illa ualle erant quinque ciuitates cum alijs uiculis, omniaque fuerunt propter peccata gentis illius coelesti igne consumpta, ita quod terra illa quae olim irrigata Iordane fertilissima erat, & pulchra sicut paradus domini, ut patet Gen. 13. ca. postea totaliter cinerem fauillaq; soluta frugum & fructuum exers est: ideo in illa terra nullus habitat nec circa illam & sic uocari potest mare deserti. uocatur salissimum quia grossius est ceteris aquis, & sulphureum est, & uictuosum

Cenereth quae ciuitas.

vnctuosum quasi oleum, de hoc Nume. 34. c. *Ad radices montis Phasga.* Id est montis altissimi, Phasga appellatum est, & signat collem contra orientem, non contra orientem terræ istarum duarum tribuum, sed contra orientem terræ nouem tribuum & dimidię, nam terra Amorrhęorum in qua acceperunt sortēs duę tribus, & dimidia, est magis orientalis, quam terra Chanaam, in qua acceperunt sortēs nouem tribus, & dimidia: nam frons orientalis terræ Chanaam continuatur fronti occidentali terræ Amorrhęorum, dixit autem hic mare salissimum habere ad orientem montem Phasga, quia hic ponitur quidam terminus qui sunt intra terram Amorrhęorum scilicet planicies solitudinis torrens Iaboc, & torrens Arnon, sunt alii termini intra terram Chanaam. s. Iordanis, Cenereth, & mare salissimum sine mare deserti, cum ergo sit istud in terra Chanaam, & mons Phasga in terra Moab, quę est ei orientalis, necesse est vt dicatur mare salissimum habere ab oriente montem Phasga, nā Iordanis est ad orientem respectu terrę nouem tribuum, & ad occidentem respectu terrę duarum tribuum, & dimidię: sic constitentur filii Gad & Ruben se suscepisse possessionem suam ad orientalem plagam possessionis aliarum tribuum, Num. 32. c. coniungitur etiam ista terra Amorrhęorum terrę Sydoniorum in monte Hermon, ut suprascriptum est, & forte illum finem tenuit dimidia tribus Manasse, quia non computatur inter terminos, quos tenuit tribus Gad & trib. Ruben, sicut aliqui voluerunt, sed falsum est: nam duo falsa hic dicuntur, primum quod dicitur est, quod non computatur hic terminus terrę dimidię tribus Manasse.

Secundum quod inter ista loca in quibus accedit terra Amorrhęorum ad terram Chanaam non computatur hic cui euenerit. primum falsum patet, quia dicitur hic quod terra Basan regis Og, & terra Argob, & pars vna montis Galaad, data fuit dimidię tribui Manasse, & quia ista terra non accedit ad aliquam de extremitatibus nominatis terrę Amorrhęorum, & Chanaam, uidetur non computatus terminus eius si computatus est dicendo terras quas inhabitauerunt scilicet Basan, & Argob, & dimidia pars montis Galaad, nam termini harum sunt termini habitationis suę: secundum autem falsum est scilicet quod non ponatur hic terminus terrę Amorrhęorum ad montem Hermon, nam mons Hermon est ad partem occidentalem terrę Amorrhęorum in contactu lateris septentrionalis, & occidentalis, & licet non ponatur debuit, tamen ponitur implicite cum dicitur, vsque ad planiciem solitudinis atque Iordanis: nam planicies solitudinis est pars vltima in parte lateris septentrionalis terrę Amorrhęorum, quod patet euidenter ex suprascriptis, nam post planiciem solitudinis sequuntur omnia loca frontis occidentalis terrę Amorrhęorum, quasi declinādo a septentrione contra meridiem, vt in superiori figura declarauimus.

Pręcepitque vobis. Hic ponitur tertium scilicet duabus tribubus & dimidię ad bellum facta admonitio. *In tempore illo.* Id est quando petiistis a me terram istam. *Expediti.* Id est sine vxoribus, & filiis, & pecoribus, solis armis bellicis vrentes. *Pręcedite fratres vesteros.* Pręcedebant istę duę tribus, & dimidia quę acceperant possessionem terrę Iordanem alias ne retrocedere possent, vel quia expediti erant, poterant melius resistere hostibus, & ideo non poterat seruari ordo castrametationis, vel motus qui seruabatur in deserto scilicet qd' Judas, Zabulon, & Isachar primo mouerent castra, ut patet Numer. decimo capitulo & secundo, quia Ruben, Gad & dimidia pars Manasse pręcedebat, & forte alię tribus cum ibant ad bellum, non seruabant eundem ordinem, nisi cum mouerentur omnia castra, &

F & arca domini. *Donec requiem tribuat dominus fratribus vestris.* Id est donec terra diuidatur, & detur eis in possessionem, & sic factum est ut patet Iosue 22. capitulo.

Quando dicitur aliquis habere requiem in possessione. Et de duplici admonitione per Moysem facta Iosue.

Quest. V.

R **EQVI**ES autem in possessione dicitur, non quando aliquis deuicit detinentem eam: sed quādo eam ipse accepit, & pacifice possidet: sic enim fuit in Israelitis quę illę tribus, quę trans Iordanem possessionem accepturę erant, primo deuicerunt populos Chanaęorum non quidem omnes, ut patet Iud. 3. capitu. sed tot quot sufficiebant ad habitationem ipsorum, & hoc fuit per septem annos, vel quasi, deinde deuictis hostibus incepit Iosue mittere viros, qui considerarent omnes terminos terrarum captarum, & diuiderent eos in partes æquales pro singulis tribubus, & factis sortibus, atque datis cuiuslibet tribui, multis temporum incidentibus intermediis, transferunt alii septem anni vel quasi, & sic transferunt 14. anni postquam rediret tribus, & dimidia in possessionem suam, si tamen rediisset immediate ut deuicti sunt populi Chanaęorum, solum steterunt septem annis, sed tunc non steterunt vsquequo Deus daret requiem aliis tribubus, quia victis hostibus adhuc non quiescebant, cum nullus eorum haberet possessionem, donec singulis tribubus daretur sua fors, & inciperet possidere: tunc enim erat quies maxime quia duę tribus & dimidia debebant facere pro reliquo populo, sicut totus populus fecerat pro eis, sed totus populus Israel pugnauerat contra duos reges Amorrhęorum, ut illam terram acquirerent, ut patet Numero 21. & supra secundo & in isto, & non solum pugnauerunt, sed etiam expectauerunt, quousq; Moy ses dedit istam terram duabus tribubus & dimidię, ut patet hic, etiam infra quinto capitulo, & Iosue. 18. & 22. capitulo, ideo rationabile erat vt expectarent duę tribus & dimidia, vsquequo sortēs earum diuisę essent, & actualiter tradite, & sic fecerunt, ut patet Iosue 22. cap. & in fine: 21. *Iosue quoque.* Ponitur commonitio facta ad Iosue. duplex fuit facta commonitio Iosue per Moysem. Vna quę fuit ante tempus mortis Moy si. Alia quę fuit quando mori debuit Moy ses. De prima patet Num. 27. capit. cum Deus dixit Moy si postquam mortem ei pręnuuciauit. tolle Iosue filium Num. 1. quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & oī multitudine, & dabis ei pręcepta cunctis videntibus, & partem glorię tuę: ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israel, pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat dominum, ad verbum eius egredietur, & ingredietur ipse, & oēs filii Israel, & cętera multitudo, & iungunt de cōplentione huius. fecit Moy ses quę pcepit dñs, cumq; tulisset Iosue statuit eum coram Eleazaro sacerdote, & oī frequentia populi, & ipositis capitibus eius manibus cuncta replicuit quę mādauerat dñs. De scđa cōmonitione fit mētio. 31. c. cū dñs vocauit ergo Moy ses Iosue, & dixit ei corā oī Israel, confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istū in terrā, quę daturus patribus eorum iurauit dñs, tu eā sorte diuides: dñs enim qui ductor est noster, ipse erit tecū, & non dimittet te, nec derelinquet, noli timere, nec pauere, quia autem istę duę admonitiones totaliter diuersę sunt, patet, quia nō eadē verba dñs in una & in alia. Itē quia iste liber Deuter. est qdā recapitulatio, & enarratio omnium, quę acciderunt populo, & enarrantur eo ordine quo gesta

Stetit mō-
nis Hermō.

gesta sunt. Et primo narrat Moy ses ea, quę facta sunt vsque ad diem illum, in quo ista incepit dicere: deinde ponit ea quę dicta sunt ab eo ante suā mortem, & inter ista ordo fuit, vt patet infra, in princip. sequi. capit. cum dicitur, & nunc Israel audi pręcepta, atq; iudicia, id est, postquā vidisti oīa ista quę suprascripta sunt, nunc audi pręcepta domini pro tantis beneficiis tibi collatis, sed post omnia ista in fine Deuter. quasi. sc. 31. dñs: quo modo Moy ses statuit Iosue coram omni Israel, & dedit ei regulas, aut leges ad regendum Israel, & vt confortaretur contra dominos terrę Chanaę: si enim nō poneremus Iosue bis coram populo a Moy se fuisse statutum, necesse est, vt dicamus ordinem huius libri permutatum esse, quia cum ponatur hic de Iosue, quod fuerit admonitus a Moy se coram populo: & postea sequatur recitatio istius totius libri a principio 4. c. vsque ad 31. in quo agitur iterum de confortatione Iosue, si eadem fuisset ista confortatio, & illa, oportebat confortationem istam pręcessisse recitationem. omnium istorum verborum, sed nō vt verum, quia vt patet inf. 31. c. qñ Moy ses dixit, quod nullo modo poterat ipse pręcedere Israel, quia mādauerat ei Deus mori, constituit Iosue coram omni Israel, & confortato eo atq; admonito, & dato libro legis, quem recitauerat sacerdotibus, & dicto immediate cantico, & benedictione singularium tribuum, ascendit in montem, vt moretur, si tñ esset hic mutatio ordinis, oporteret, vt postq; Iosue confortatus esset, ista omnia recitarentur, quod nō vt verum, quia satis magna mora esset, vt patet ex multitudine dictorum. Sed forte dices, quod ista confortatio, de qua hic dñs, & illa de qua infra 31. c. sunt eadē, & facta fuit ista confortatio recitatis omnibus verbis libri huius, vsq; ad c. 31. sed tunc eodem modo fieri anticipatio in hoc libro, si quod cum hic dicitur de confortatione Iosue, quod non fuerit facta ante omnia ista quę sequuntur, sed postea dictis oībus, vsque ad cap. 31. ista autem bene sequuntur, si nolumus ponere anticipatiōnem, vel recapitulatiōnem in hoc libro, quod sępe dicitur, & notat ista litera sequentis ca. cum dñs. *Et nunc Israel.* Id est oī Israel, postquam hęc omnia vidisti, & audisti, audias pręcepta Dei. si tñ aliquo modo velimus ponere aliquam anticipatiōnem, bene stabit, quod Iosue semel fuerit confortatus a Moy se coram Eleazaro sacerdote, & omni populo, & fuerit facta ista confortatio post recitationem istius totius libri, vsq; ad c. 31. Et ratio huius vsq; quia si velimus ponere duas confortationes Iosue, oportebat primam eam esse istam, de qua fit hic mentio, & de qua tangitur, Nume. 27. ca. & secundam esse illam, de qua agitur infra 31. c. sed non videtur conuenienter dictum, quod fuerit facta duę confortationes Iosue in tam breui tempore, quantum iactate credere possent inter vnā, & alteram: nam ista confortatio necessario facta fuit, postquam terra Regum Amorrhęorum diuisa fuit duabus tribubus, & dimidia, vt patet ex ordine literę, sed post istam diuisiōnē recitauit Moy ses immediate verba libri huius, & mortuus est, ergo si duę confortationes fuissent, necesse erat vnā esse immediate post alteram, quod supersuum valde erat, si vnā immediate ante recitationem huius libri, & aliam immediate post recitationem libri, & hoc idem declaratur Num. 27. vbi de ista confortatione agitur, quia quando illud fuit dictum Moy si, ipse erat apud mōtem Abarin in quo mortuus est, & patet, quia dicitur in litera, ascendit in montem istum Abarin, & contemplare, & vide inde terram quam daturus sum filiis Israel, & subsequitur in litera quomodo Moy ses confortauerit, postea Iosue coram Eleazaro sacerdote, & toto populo, & sic vsq; in eadem māsione ista duo contigerunt, s. confortatio quę prima dicitur Iosue, & mors Moy si, in eadem autem māsione Alph. Toft. super Deuter.

ne, tam in breui tempore fieri duas confortationes seu persuasum valde videretur, idem patet hic in litera, quia quando dñs, quod Moy ses confortauit Iosue mādauit ei Deus ascendere in montem Phasga, ergo coniunctus erat locus in quo ista cōfortatio facta fuit loco, in quo Moy ses mortuus est. Et si forte aliquis arguere velit, quod istę fuerint duę confortationes, eo quod de vnā fit hic mentio, & postea 31. c. fit mentio iterum de confortatione Iosue, & primo Num. c. 27. secūdo hic recitatio infra 31. c. sed nullus diceret tres fuisse confortationes, maxime quia omnes pertinent ad eundem locū, ergo nec duas. Si autem velimus tenere istam positionem, quę satis rationabilis est, facile est responderi ad suprascripta, quia illa fundantur in hoc, quod non detur anticipatio, nec recapitulatio in isto libro. Et licet forte generaliter verum sit in isto tamen deficere nō est mirabile. *Oculi tui viderunt.* Quia ipse Iosue iuit ad pugnam contra illos reges, & vidit eos vinci, & mortuos cum gentibus suis, & forte ipse fuit prępositus belli, sicut fuit contra Amalechitas, vt patet Exod. 17. c. *Dominus Deus pugnabit pro vobis.* Vt patuit in Hierico, quia ipsis nihil pugnantis cornuerunt muri, vt patet Iosue 6. cap. & in pugna contra reges, quando stetit sol, vt patet Iosue 10. cap. *Pręcatus que sum dominum.* Hic ponitur quartum, scilicet Moy si deprecatio. *Tu capisti ostendere seruo tuo.* Id est mihi Moy si, & sic vocatur Moy ses seruus Domini in multis locis scripturę veteris, & nouę, vt patet Iosue 1. & 3. capit. & Malachię vltimo. & ad Hebręo. 3. ca. *Magnitudinem tuam.* Faciendo coram populo tuo mirabilia; diuidendo mare rubrum, & dando manna. *Manumque fortissimam.* Debellando hostes nostros reges, Amorrhęos, Amalechitas, & regem Arad. Et quia Deus promiserat populo suo multiplicationem, sicut puluis terrę, & terram fluentem lacte & melle, & de istis aliquid demōstrauerat Deus Moy si, scilicet liberationem de Aegypto, mortem Aegyptiorum in mari rubro, gubernationem populi in deserto, & mortem Amorrhęorum, & possessionem pacificam terrę eorum, & nihil restabat, nisi vt Deus faceret Moysem transire Iordanem, & videre totam terram illam in tranquilla possessione gentis suę expulsis hostibus, ideo dicebat. *Dominus capisti ostendere.* quasi dicat, rogo quod perficias ostendendo mihi cętera quę desunt.

De modo petendi aliquid ab auaro, & magnifico. Et quomodo vidit Moy ses totam terram promissionis.
Questio. V. I.

ET vult persuadere Moy ses hoc Deo narrando beneficia quę ab eo receperat, & est optimus modus persuadendi. Si quis ab auaro, vel liberali aliquid recipere velit, oportet obligationem ad persuasionem adducere, dicendo ea, quę petit sibi deberi, & vltiora. Si autem a magnifico, vel magnanimo aliquis beneficium recipere velit, persuadere poterit dicendo se ab eo iam alia beneficia suscepisse, quia magnanimus libenter audit se dedisse, & non se accepisse, vt patet quarto Ethicorum capit. de magnanimitate, vnde Thetis a Ioue petens beneficium, & etiā Lacones, plura beneficia iam se ab eo suscepisse dixerunt, vt patet eodem cap. Deus autem magnanimus, & magnificus nimis est.

Nec comparari fortitudini tuę. Quia destruxit Aegyptios, & Deos eorum: nec poterunt ei resistere aliqui dii gentium, vt patet Exodi duodecimo capitu. & Numeri 33.

Transibo Iordanem. Id est rogo, quod dimittas me transire Iordanem. *Et videro terram hanc optimam trans Iordanem.* Quia iam vidi aliam terram, quam nobis

etra Iordanem demonstrasti. Et montem istum egregium Libanum. Hic nominat duos montes, (Libani, & quendam alium montem, cuius nomen non ponit, & iste mons innominatus prope Iordanem erat, quia dicitur.

De situ montis Libani.

Montem istum. Libanus autem mons est in parte Septentrionali, tamen extra terram promissionis, vt diximus Numer. 34. cap. hos desiderabat videre Moyses, & terram intermediam, quia Deus laudauerat istam terram vocans eam terram lacte, & melle fluentem. Et non erat hoc carnale desiderium alicuius curiositatis, sed desiderium videndi, quod patribus suis promissum extiterat, & in hoc inducebat populum ad desiderandum terram illam, & gratias reddendum Deo pro illa ne contemnerent promissa Dei, vnde quidam eorum vituperantur, quia pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, Psalmo 105. ideo Deus in hoc puniuit eos. Rabbi Salomon, dicit quod Moyses petiuit hic videre Ierusalem, & templum: per primum montem signatur Ierusalem, qui pro parte magna in monte est, per Libanum signatur templum factum de lignis montis Libani, vt patet 3. Regum. 5. ca. sed falsum est, quia Moyses non desiderauit videre templum Salomonis, vel si desiderauit non petiuit, quia per tantum tempus post factum, quantum pro vita Moyses perire non audeat, si autem dicas, quod visione imaginaria, vel intellectuuali videre desiderauit, etiam falsum est, quia ad hoc non erat necesse transire Iordanem, sed ipse instanter petebat transire, & videre montem illum.

Iratusque est mihi propter vos. Supra cap. 1. expositum fuit: sufficit tibi, scilicet, quod iam vidisti vindictam de Og, & Scou. Et terrarum pacificam possessionem filiorum Israel.

Nequaquam ultra loqueris mihi de hac re. Ab aeterno enim Deus Moysen peccatum cognouerat, & non iraturum terram promissionis trans Iordanem, ideo illa sententia data contra Moysen non fuit retractata, quia non fuit data solum secundum exigentiam demeritorum eius, sed etiam quod erat in Dei scientia futurum. Sed Moyses non cognouit vtrum daretur secundum exigentiam demeritorum, vel secundum scientiam Dei, ideo orabat dimitti hanc penam: si enim scivisset sententiam istam ex diuina determinatione fuisse latam, non rogasset contra Dei voluntatem quicquam, quia magnum peccatum esset obistere rogando diuinam voluntati cognita.

Irem quia dato, quod non esset peccatum, sciret se non posse proficere, ideo non laborasset in cassum, vnde licet Moyses Propheta esset sciens etiam istam sententiam a Deo fuisse prolata, nesciebat tamen quali modo procederet, sic etiam Ioeli a domino reuelatum est, quod brucus, locusta, & erugo consumerent totam terram duarum tribuum, tamen post consuluit populo, quod petierent dicens, quis scit si conuerteretur, & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionem: de hoc diffusius diximus Nume. 22. cap. Ascende cacumen Phasga. Idest altitudinem istius collis, s. Abarim, vt patet infra 32. & 34. cap. Et oculos circumfer ad Orientem, & Austrum. Idest ad omnes partes terrae promissionis, contra omnes partes mundi, totam terram nonem tribuum, &

Quo Moyses vidit totam terram promissionis.

dimidia vidit, vt patet infra 34. Et hoc non, quod ille motus esset talis, quod videre posset inde totam illam terram, & etiam si ita altissimus mons esset, tamen non posset inde videre distincte terras quas in eodem c. distincte nominat, tum propter obstaculum mediorum vaporum directe visum non finitimum fieri visionem. Item propter debilitatem speciei multiplicata a longinquo non valentis immutare potentiam visiuam: ideo dicendum, quod Deus super naturaliter eleuauit potentiam visiuam eius, vt distincte videre posset, sicut eleuauit beatum Bened. cum semel, & vidit totum mundum, vt patet 2. Dialogorum per Gregorium, & non vidit Moyses istam terram vltimam, licet per aliquod tempus ante sibi hoc praenunciatum est, vt patet 1. vlt. c. Nec enim transibis Iordanem istum. Ista fuit sola pena data Moysi pro peccato suo, s. vt non transiret Iordanem, sed in hoc fuit minus punitus quam Aaron, quia Aaron non vidit saltem a longe terram promissionis, nec victorias contra Amorrhoeos, & Madianitas, & acquisitionem terrarum citra Iordanem, quae oia vidit Moyses, non fuit punitus Moyses, vel Aaron, nisi in hoc solo.

dum, vt patet 2. Dialogorum per Gregorium, & non vidit Moyses istam terram vltimam, licet per aliquod tempus ante sibi hoc praenunciatum est, vt patet 1. vlt. c. Nec enim transibis Iordanem istum. Ista fuit sola pena data Moysi pro peccato suo, s. vt non transiret Iordanem, sed in hoc fuit minus punitus quam Aaron, quia Aaron non vidit saltem a longe terram promissionis, nec victorias contra Amorrhoeos, & Madianitas, & acquisitionem terrarum citra Iordanem, quae oia vidit Moyses, non fuit punitus Moyses, vel Aaron, nisi in hoc solo.

An sit pena alicui transenti de hac vita ad vitam beatam, quod non videat aliqua delectabilia, quae visurus esset si superueneret. Quest. VII.

SED nunquid poena est alicui transenti de hac caeluca, & lamentabili vita ad quietem, & certitudinem vitae beatae, non videre aliqua quae secundum hominem delectabilia sunt, sicut videre terram promissionis? Rndetur, quod in Moyses, & Aaron manifestum est, quod puniti sunt, quia cito mortui sunt, & transferuntur ad limbum Abrahae, in quo licet non sit poena sensus punitiua, sicut in inferno damnatorum, nec ignorantiam intellectus causatiua, sicut in limbo puerorum, tamen est quaedam expectatio, & desiderium gloriae debite inesse, quae multum videtur anxiant, sicut amantes qui amatum longe esse considerant, sola expectatione torquentur, quia omnis mora breuis, magna videtur amari: qui enim in vita ista sunt licet boni sint, tamen istam anxietatem non habent, quia nondum venit hora fruendi, licet aliqui ex magna charitate cupiunt dissolui, & esse cum Christo, vt patet ad Phil. primo, & hoc scientes, quia quandiu vitimus, peregrinamur a domino. 2. Corinth. 5. cap. sed hoc raro, quia anima nondum exuta luteo carcere Deo frui non potest, cum autem anima sancta soluitur carne immediate frui Deo potest, si autem a fruendo retardetur, expectanti quaedam anxietas est, qui ergo ad habendam illam anxietatem citius immittitur, magis punit, & et bonum honestum sibi valde, de quo viuens preguistare potuerat, sibi ablatum est. Sed argues ex hoc, quod sic magis anxietetur, & puniretur sanctus Abraham, qui magno tempore ante passionem Christi, quasi per duos mille annos mortuus est, & magis affligitur in expectatione illa, quam aliqui sanctus parue perfectionis, qui paulo ante mortem Christi defunctus fuit, quod vt inconueniens. Rndetur, quod sicut ait Salomon in proverbijs: longa expectatio affligit animam, magis ergo longa magis affliget, & maxime longa, maxime affliget, per regulam Phil. 2. Top. si simpliciter ad simplicia, & magis ad maxime, quantum ergo est in expectatione, qui maiori tempore sperat magis cruciatur: ideo Adam, & Abel, qui ante oes homines in sinu Abrahae fuerunt, magis cruciati, & anxii esse deberent, sed in hoc differunt, quod qui sanctius in seculo vixerunt, in limbo illo plures a Deo reuelationes & Angelicas consolationes recipiebant, vnde minus anxiantur. De anima autem quae soluta carne euolat in vitam beatam, si talis poena sibi daretur, esset aliter respondendum, scilicet, quod licet anima sancta per visionem Deo coniungatur, qui eam replet omnibus bonis: tamen anima solum ibi laetatur, non homo qui non est. Potest ergo aliquis per mortem aliquo bono, vel delectatione priuari: sicut enim esse substantiae compositae non est esse vnius partis, ita operatio hominis non est operatio vnius partis suae, licet ergo anima delectetur in Deo, alterius generis delectationes recipit quam ipse homo, cum & aliam statum habeat, & alium modum intelligendi, anima namque separata nullo organo ad intelligendum vit: homo autem nisi operatio organorum praecedat, intelligere non valet: sicut

Ex careria sola gloriae magis cruciant qui sunt in limbo patrum, quam qui sunt in vita superstiti.

Alio modo delectatur anima in Deo quia homo.

Moyses viro perfectissimo Deus se clare ostendebat.

sicut dicit Philosophus primo Posteriorum, quod illa scientia caremus, cui sensus ad obiectum eius in nobis deficit, vt qui cecus est, nunquam habet scientiam de coloribus, quia intellectus licet non vtatur organo, praesupponit organicam operationem. Et non solum est delectationis animae, & totius hominis, sed totaliter delectationes hominis deficit, quia homo deficit: iste autem magnus dolor est, quod aliquis qui erat, efficiatur non ens, cum nihil sit magis delectabile quam esse, super quam cetera beneficia fundantur. Et non solum homini qui scit se venire ad non esse dolor est, sed etiam animae iam seiuuctae, quia cum ipsa non sit se se suppositum, nec nata, vt contineat perfectam rationem speciei, vt Angelus qui non est vnibilis, sed sit nata esse pars speciei humanae, habet naturalem inclinationem ad corpus, cuius forma est, & quod perficiendo complet rationem speciei, quod est esse, & status eius perfectissimus, ideo anima cum a corpore eiecit, violenter educitur: nollet enim demittere maiorem, postquam autem separata est, semper desiderat redire ad corpus, ideo licet beata sit in vita aeterna, tamen gaudium suum perfectum non habet, donec reassumat corpus. Si autem aliquis viuens transferretur ad vitam aeternam, non posset ei talis poena infligi, quia in applicatione ad fontem purae bonitatis oem delectationem perfectam recipit, quam in mundo recepturus erat. Etiam corporaliter intueri potest, quia sanctis cum corporibus manentibus in vita beata, nihil horum quod infra sunt occultabitur: concluditur ergo, quod Moyses, & Aaron in duobus puniti sunt. Primo, quia cito ad finem Abrahae missi sunt. Secundo, quia delectabile, quod viuens preguistare potuerant, non gustauerunt: ideo quia Aaron magis quam Moyses deliquit, in vtroque magis punitus est. Primo, quia citius ad limbum missus est. Secundo, quia nihil de terra promissionis videre permixtus est. Praecepto Iosue. Vt recipiat regimen, & curam populi. Et corroborata cum. Assuetudo de prospero euentu, quia Deus cum in omnibus ad quae manum miserit conseruabit: timebat enim Iosue, quod populus faceret eum incurrere iram Dei, sicut fecerat Moysen magistrum suum: multum decebat ergo, quod Moyses Iosue corroboraret, nam licet Moyses posset mandare Iosue quicquid bonum ei videretur, quia praelatus eius erat, & Iosue tenebatur ei simpliciter obedire, maxime quia Moyses non dicebat ista, vt praelatus solum iudicans, quid sibi videretur, sed vt Propheta denunciatus Dei voluntatem, ideo ei tanquam Deo praesentialiter imperanti obedire debebat, tamen quia praelatus non solum debet mandare subdito quicquid bonum ei videatur, sed etiam declarare subdito, quod hoc non est sibi periculosum (nam res duras aliter aggredi non audent, & quia Deus istud mandatum dabat) voluit tenere istum modum, quia istud, quod mandabat facere Iosue, erat valde graue, cura tanti populi, & periculum nimis, quia vt dictum est posset formidare se peccatum occasione populi rebellis, cum magister eius Moyses qui perfectissimus vir erat illo tempore, cui Deus se clare ostendebat, vt patet Nume. 12. c. occasione populi deliquerit contra dominum, & punitus fuit in hoc, ne intraret in terram Chanaan trans Iordanem. de hoc autem dubio Deus eum per Moysen assecurauit, s. quod ipse deuinceret hostes, & diuideret terram, sic patet hic, & clarius infra 3. ca. cum dicitur: vocauit ergo Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel, confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram quam se daturum patribus eorum iurauit dominus, & tu eam sorte diuides, & dominus qui est ductor noster ipse erit tecum, & non dimittet te, nec derelinquet, noli timere, nec paueas. his autem confortatus Iosue si regimen populi assumere nollet, ei ad infidelitatem iudicaretur, si autem ante talem assecurationem Alph. Toft. super Deuter.

nem non susciperet, non videretur vituperabilis, cum vidisset Moysen tantum virum defecisse. Et diuidet ei terram. De hoc certificauit eum Deus per Moysen, quod ipse diuideret terram populo, vt hic, & infra 3. ca. & Nume. 34. & quia diuisio fit post acquisitionem, certificabat eum de acquisitione terrae, & victoria contra aduersarios: poterat enim verifimiliter timere Iosue, quod populus ille durae ceruicis erat, quod propter aliquam culpam traderet eos in manus hostium ad mortem. Et mansimus in valle contra Phaanum Phegor. Idest factis, & dictis omnibus supra narratis. Mansimus in valle. Idest in planioribus locis Moabitarum super Iordanem. Contra Phaanum Phegor. Idest contra templum in quo colitur Phegor, ista est vltima mansio quae vocatur Belsethin, vt patet Nume. 33. cap. in qua fornicati sunt Iudaei cum Madianitis, & Moabitibus, Nume. 25. cap. Et apud Iosue cum illum erat mons in quo erat idolum Phegor, sicut habetur Nume. 23. duxit eum ad excelsum Phegor, & in isto loco docuit Moyses eos omnia, quae sequuntur vsque ad finem libri.

C A P. III.

T nunc Israel audi praecpta, & iudicia, quae ego docco te, vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram, quam dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.

ET nunc. Postquam Moyses disposuit populum narrando poenas inflictas, & beneficia data eis: hic incipit declarare mandata legis. Et quia inter omnia vitia, idolorum seruitus maximum est, quia nullum ita Deo opponitur, & quia populus ad hoc pronissimus erat, Primo, circa hoc maximas facit exhortationes, & prohibitiones. Et tanguntur tria principaliter.

Primum quaedam generalis totius legis laudatio. Et de recolendo eam commonitio. Secunda idolatrie nimia, & multis rationibus prohibito, ibi. Custodi igitur temetipsum. Tertio ciuitatum refugij separatio, ibi. Tunc separauit. Et nunc Israel. Idest iam vidisti Israel quanta bona Deus tibi dedit, quando obseruasti mandata eius, & quanta mala euenierunt tibi, quando non obedisti. Audi ergo nunc praecpta, & iudicia.

Litera Hebraica, quam distinctionem hic in nominibus faciat. Quest. I.

IN Hebraeo habet. Caeremonias, & iudicia. Sepe enim ponit Hieronymus praecpta, sive pro moralibus, sive pro caeremonialibus: in Hebraeo autem magna distinctio fit inter ea in nomine, & cum iste liber sit totius legis quaedam repetitio, de omni genere praecptorum, scilicet morali, caeremoniali, & iudiciali, in eo dicitur, sed de iudicialibus magis, quia caeremonialia in Leuitico plenissime enumerata sunt, moralia autem simpliciter enarrantur. Vt faciens ea viuas. In hoc demonstratur legis nobilitas. Vt faciens viuas. Non quidem simpliciter, sed in eis, sicut habetur Leuitic. decimo octauo capitulo. & ad Rom. decimo, quia praecpta, quae proprie pertinebant ad veterem legem, scilicet caeremonialia, & iudicialia obseruata, quantum ex se erat, faciebant hominem viuere in eis, ideo per opera eorum merebantur, vt daretur ei vita, &

C 2 tran-

Noni testa-
mentifinis
est Chrs.

tranquillitas ab hostibus, vt magis posset, & iterum illa complere precepta noui testamenti, quorum finis Christus est, vt ad Ro. 10. c. simpliciter aliquem viuere faciunt, s. vita aeterna, de his magis diximus Exod. 18. c. vnde licet hic dicatur viuas simpliciter, tñ intelligitur de vita corporali quæ est per conseruationem ab hostibus, & alijs nocuentis, paret quia subiungitur. Et possideas terram. Possidere autem terram promissionis de qua hic dñr, non est consequens ad viuere simpliciter, s. vitam æternam habere, sed ad viuere temporaliter. Si enim morerentur ante transitu Iordanis, non possent possidere terram promissam: ideo dicit eis Moyses, qd si voluerint seruare mada data Dei, viuere non corrupti peste, nec mortui ab hostibus, & intrabunt, & possidebunt terram promissam. Non addetis ad verbum, quod loquor, nec auferetis ex eo. Hic commendatur lex ex perfectione, quia perfecto, nec addi potest, nec auferri det, vt patet 2. Ethic. Operibus bene se habentibus dicunt qd non est auferre, nec apponere: sic Apoc. vlt. ca. quia tota reuelationum series claudatur, dicitur, si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas i libro isto, & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & ciuitate sancta.

Quare nihil potest addi, vel diminui in scriptura Canonica, & quare potius sacra scriptura assentire debemus, quam his que oculis intuemur. Quest. 11.

Quod autem alicui scripturæ canonice, nihil detrahi, vel diminui debeat, manifestum est, quia omnis Scriptura sacra Spiritu sancto dictante cõscripta est, qui infallibilis veritas est, vt secunda Petri. ca. 1. omnis prophetica scriptura propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt Sancti Dei homines, qui autem aliquid de scriptura tollit, ideo tollit, quia verum non esse putat, qui autem tale facit nõ solum infidelis, sed etiam ð Deu præsumptor est, vnde auferet Deus partem eius de libro vitæ, & ciuitate sancta: Apoc. vlt. ca. Deo manifeste contradicere audeat, & sic Arriani rale runt de Euangelio Ioann. 1. 4. ego in patre, & pater in me est, & illud de Canonica prima Ioan. c. 5. & hi tres vnium sunt, dicentes, hoc non esse de sacra Scriptura, quia cõtra eorum infandissimum errorem militabat, sed quod filius esset pura creatura: intellectus enim, & verum conformantur, vt mensura, & mensuratum: semper enim mensuratum ad modum mensuræ recipitur, vnde in veritatibus quæ non sunt in sacro Canonice intellectus noster mensura est, vt ille veritates esse, vel dici possint, quæ intellectus nostri lumini non repugnant, quæ autem repugnare videntur, pro euidentibus falsitatibus repellantur: vnde ait Aug. cõtra Vincentium Donatistam, huic generi scripturarum, quæ canonice nuncupantur, tantam reuerentiam exhibere didici, vt nullum auctorem earum mentiri potuisse crediderim, ceteros autem ita lego, vt quantacumq; polleant sanctitate, non vt iõ ita fit, qd ipsi sic senserunt. Ea enim quæ ab hominibus solum dicuntur, ita sunt, quia ita se res habet, vel quia sic noster intellectus intelligit: In scripturis canonicis ipse scripturæ mensura sunt, & intellectus noster mensuratum: dicit enim intellectus concipere ita esse, quia ita dicitur, & nõ solum in intellectu, sed etiam in rebus non debet argui veritas canonice scripturæ: ex veritate rei, sed magis veritas rei ex veritate scripturæ. valet enim consequentia: sic dicitur in sacra Scriptura, ergo sic est. Et patet ista consequentia, quia verbo domini celi firmati sunt, & omnia, Psal. 32. & quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, Psal. 148: si ergo verbo domini,

tunc res creatæ de nihilo sunt, ergo verbo dñi, nunc aliter esse possunt res, quàm sunt, si ergo diceretur in scriptura res se aliter habituras, licet nunc naturæ earum repugnare videamus, tamen confitebimur eas post sic futuras esse, quia sic sacra Scriptura nunciavit esse futuras, vnde si scriptura dñm diceret alicuius, quod nos videmus, confiteri debemus nos phantasma, & non rerum veritates contemplari. Et satis cõforme in natura exemplum reperitur, si quis videret hominem subito conuerti in asinum, diceret se non res, sed falsas rerum imagines intueri, quia proculdubio sciebat illud naturæ esse dñm. Cum ergo verbu Dei natura constantius sit, quia per ipsum natura facta est, si aliquam rem naturalem videremus contra scripturæ veritatem, diceremus potius illam nihil esse, quàm scripturam negare, quia cælum & terra, quæ in tota natura stabilia sunt, transibunt, sed verba sacre Scripturæ non præteribunt, vt patet Matth. 24. c. nihil mihi in naturalibus euidentius est, quàm me esse substantiã suæ hominem, sed citius negarem me esse, quàm Deum negarem mundum creasse. Et valet consequentia formaliter, Deus nõ creauit mundum, ergo ego nõ sum neque homo, neq; aliqua alia res, quia impossibile est res potentialiter existentes sine primo principio ad esse prodijisse, quod posset satis bene deduci, sed alterius est negocij. Et hoc idem dicit beatus Petrus secunda canonica. c. 1. s. qd magis assentit his quæ a prophetis dicta sunt, quam his quæ oculis intuentur, confitetur ibi se vidisse Christum transfiguratu in monte Tabor, vt patet Matt. 17. c. sed dicit, qd firmior est sermo propheticus, quàm quod ipse oculis suis vidit. Cauendum ergo est ne aliquis demonis fraude tantum insolescat, qd aliquid de sancta scriptura tollere, aut radere audeat. Sed quãtã ad additionem sacre Scripturæ aliter est dicendum, quia aut ille qui addit, addit ranquam aliqd de textu, vel necessarium, sicut alia quæ sunt in textu velut dictum a Spiritu sancto, & hoc vocatur proprie addere, & qui talia agunt, mortem æternam incurrunt. Et isto modo hñci, vt fulcissent aliquos errores suos ex sacra Scriptura, multa falsa in suis libris sacre Scripturæ addiderunt. Et sicut Ecclesia nostra orthodoxa Spiritu sancto dictante quatuor Euangelia recipit, ita ipsi alia falsa Euangelia in aliorum Apostolorum nomine condiderunt, s. Euangelia Andreæ, & Barnabæ, & Thadæi. Quæ tanq non a Deo data, sed ab humano errore cõfecta, sancta damnauit Ecclesia. Et de his dñr Apoc. vlt. ca. si quis apposuerit ad verba hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro hoc. Alio modo fit additio sacre Scripturæ per modum interpretationis: est enim sacra Scriptura obscura, & in quibusdam locis humanum ingenium excedens. Quis. n. omnia Apocalypsis mysteria digne exprimere valeat? nullus inquam, nisi cui a Deo specialiter hoc datum sit: sicut enim sacre Scripturæ eloquia spiritu dictante conlata sunt, ita in quibusdam locis eo solo supra humanum ingenium supernaturaliter instructe declarata sunt: sic enim dixit Propheta de profunditate scripturæ loquens, tenebrosa aqua in nubibus aeris, idest obscurus intellectus in Prophetis: deinde subiungit, quomodo aquæ istæ tenebrosæ diuino spiramine illustrantur, dicens: misit sagittas suas, idest interiorem illustrationem, quæ se intellectu humano infigit, quia penetrabilior est omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, ad Hebræos quato capit. Et sequitur, & apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum, idest spiramine Dei sacre Scripturæ, quæ quidam fontes aquarum viuentium sunt, reuelatæ sunt. Taliter ergo in sacra Scriptura addentes, quantum Spiritus sanctus, vniciquque largiri dignatur, vituperandi non sunt.

De additione sacre Scripturæ.

Conclusio i sacra Scriptura potest aliquid fieri additio ali quando nõ diminutio nullatenus fieri potest.

sunt, cum eos ipsa, & scriptura commendet, non paruum laboris premium ponens, s. qui elucidant me vitam æternam habebunt: Ecclesiastici 24. ca. Et ista interpretatio non vocatur proprie additio, quia additio facit in re magis esse, interpretatio autem non facit aliquid magis esse, vnde non accreuit Scripturæ sacre ex multiplici expositione omnium doctorum catholico rum, qui ab exordio primitiue Ecclesiæ fuerunt vsque hodie, vnus apex, nec iota vnum. Et sic tanta erat sacra Scriptura, cum nulles eam adhuc exposuerat, quãta in fine mundi, quando super eam quasi infiniti libri confecti fuerint, vt Ioann. 21. cap. vbi dicitur, non arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. per primum modum additionis nimium scriptura fiebat, vt secundum hæreticorum additionem septem iam Euangelia haberemus: iste modus derestabilis est. Custodite mandata domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Et sic Moyses nudus minister, & relator verborum erat, sed legem nullo modo condebat. Et sic patet errare eos qui dicunt, quatuor priores libros esse legem Dei, & istum esse legem Moysi, quia omnes quinque libri lex Dei dicuntur, quia condidit, & aliqui tota vocatur lex Moysi, quia omnes istos libros ipse scripsit, & populo exposuit, sic patet Malac. vlt. memet ipse legis Moysi serui mei, quam dedi ei in Oreb, sed constat, quod id quod in Oreb, idest in monte Synai dictum est, in Exodo, & Leuitico scriptum est: ergo etiam illi libri vocantur lex Moysi. Oculi vestri viderunt. Hic laudat legem, quia operantes secundum eam in vita conseruantur. Quæ fecit dominus contra Belphegor. Scilicet, quia omnes adorantes, & immolantes ei, quia contra legem faciebant, mortui sunt, vt pater Nume. 25. ca. illi autem qui non coluerunt manserunt viuente. Belphegor vt ait Isidorus 8. Ethym. Deus Græciæ est, s. Priapus qui acibus veneris conuenit, quia de hellefpono propter vitilis membri magnitudinem exulauit. Vitulis vniuersi. Ex quo patet, quod omnes, quos sententia de non intrando terram promissionis ligauit (vt pater Nume. 14. cap.) ante adorationem Belphegor mortui sunt, quia omnes qui viuebant tempore illius adorationis, etiam nunc viuebant, nisi qui adorauerunt, & sic patet supra 2. c. quod antequam transirent torrentem Zareth omnes viri noxii mortui sunt, torrentem autem Zareth multum ante Sethin est, vbi Israelitæ Belphegor adorauerunt, vt patet Nume. 21. & 25. cap. nam vt dicitur supra 2. c. ante transierunt torrentem Zareth, quàm transirent torrentem Arnon, nam torrentes Arnon erat in extremitatibus terræ Amorrhæorum, diuidens Moabitas, & Amorrhæos, & antequam intrarent Israel in terram duorum regum Amorrhæorum transierunt torrentem Arnon: deinde pugnantibus contra Seon Amorrhæum, regem Eiebon denicerunt eum, & possederunt terram totam eius: postea pugnaverunt contra Og regem Basan, & eum cum populo suo pariter deleuerunt: postea vrbes ceperunt, & ad vltimum venerunt contra Phanium Phegor, vbi fuit mors colentium Priapum, & fornicantium cum puellis Madianitarum, & Moabitarum: multo ergo ante transierunt torrentem Arnon ante istã mortem, sed torrentem Zareth ad cuius transitum cõsumpta erat iam generatio pessimorum qui peccauerant, vt patet supra 2. c. transierunt ante Arnon, ergo torrentem Zareth, in quo finita fuit plaga sententiæ datæ Nume. 14. cap. transierunt multo tempore antequam fieret mors Israelitarum contra Phanium Phegor, antequam patet, quia torrentes Zareth est in solitudine venientibus de terra Edon in Moabitas, & hunc transierunt Israelitæ postquam circueuerunt montem Seyr longo tempore: deinde ceperunt per solitudinẽ de Elath Aliongaber, & in illa solitudine, antequam accederet Alph. Toll. super Deuter.

ad terminos Moabitarum, transierunt torrentem Zareth, & postea accedentes ad terrã Moab transierunt per Moabitas, qui erant in ciuitate Ar, & circa terram Ammon, & exeuntes velociter de terminis Moab accesserunt ad torrentem Arnon diuidetem Moabitas, & Amorrhæos. Scitis, quod docuerim vos precepta. Id est ceremonialia. Et iustitias. Id est iudicialia, ideo sicut doctui vos sic faciatis, quando ingressi fueritis terram vobis promissam. In terra quam possessuri estis. Precepta moralia in omni loco obligant; ita quod faciès contra ea vbicunq; sit peccat; exceptis excipiendis, precepta autem ceremonialia, & iudicialia non seruabantur, nisi si valde imperfecte in deserto, sed totaliter obseruanda erant in terra promissionis, vt infra 12. cap. non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie singuli, quod sibi rectum videtur, & subdit causam: nec enim vsq; ad presens tempus venistis ad requiem, & ad possessionem, quam dominus Deus daturus est vobis. Hæc enim est vestra sapientia. Hic ponit excellentiam huius legis, scilicet, quia sapientia est. vnde inter quinque habitus intellectus, quos Philosophus ponit 6. Ethicor. sapientia perfectior est, quia est de altissimis causis, vel per altissimas causas: ista lex quæ Theologica dicitur, idest verbum, vel sermo de Deo, sapientia propriissima est, quæ de altissima causa, scilicet Deo est, & per altissimã causam, s. per reductionem ad ipsum Deum, in artificibus ille sapiens dicitur, qui res disponit secundum regulationem ad supremam causam, quæ est forma totalis: edificator domus qui aliquem parietem sic, vel sic disponit, quia conuenire debet formæ vltimate, & totali, quæ quadratura, vel rotunditas est, sapiens est, quia istam inferiorem particulam materiam dirigit per altissimum causam, idest per conformitatem huius ad formam vltimatam quæ est altissima causa, quia finis est principaliter intentus in tota operatione: artifices autem inferiores qui materiam rotundando, vel quadrando, siue quolibet alijs disponunt, non attendentes formã vltimatam edificij, sed solum mandatum magistri, sapientes non dñr, quia causam altissimam, nec sciunt, neque considerant. sic sacra Scriptura quæ magis practica, quàm speculatiua est, regula quadam est directiua omnis actus humani, & materia qua vitur, s. m qd isti actus Deo accepti, vel odiosi sunt. Considerat ergo sacra Scriptura per altissimam causam omnem actum regulando, s. m qd Deo placet, vel displicet: aliq autem leges humanæ, siue politice quas Poetæ, & Philosophi miris laudibus extulerunt, sapientiæ non sunt, quia solum dirigunt per quãdam infimas causas, reducendo actus in pacem, vel abundantiam ciuitatum, vel in completionem desiderij humani, quæ oia sunt infra supremam causam, s. Deum: illa enim duo oia politiarum humanarum architectonici sunt fines, scilicet abundantia necessariorum ad vitam, quia vnus homo non sufficit sibi ad oes necessitates naturæ, sed cuiilibet adiacet vna particula boni alterius. Secunda causa est completio naturalis desiderij: est enim hõ ciuile animal appetens in communitate viuere, ideo ex vita singulari ad politicam vitam conueniunt, & peccauerunt et multa mala sustinentes, nisi a valde duris s. m vitam excedantur: ponit hæc Philosophus Polit. 3. c. 4. Concluditur ergo omnium practicarum solum sacram Scripturam sapientiam esse, quia sola de altissima causa, idest de Deo considerat, & per altissimã cam, idest per respectum ad Deum oia dirigenda dirigit.

Excellentia legis Dei.

An sacra Scriptura sit proprie sapientia. Quest. III.

Sed dices, non potest esse sacra Scriptura sapientia, quia sapientia inter speculatiuos habitus ponitur, s. scientiam, sapientiam, & intellectum: in intellectu speculatiuo.

speculatio prudentiam, & artem in intellectu practica, sed scriptura sancta practica est. Respondetur, quod si vellemus dicere Scripturam sanctam esse speculativam nota esset respectio, sed dicimus quod est practica, quia secundum Philosophum negotium speculationum est scire, quia verum est bonum intellectus, ut patet 2. Metaph. scientia autem practica non negotiatur circa scire, sed circa operari, quia non addiscimus, ut sciamus, sed ut boni fiamus, ut patet 2. Ethico, finis autem sacrae Scripturae non est scire, sed operatio, quia perfectio legis dilectio ad Rom. 13. cap. Sed de sapientia distinguendum est: dicit enim duo sapientia, scilicet de altissimis causis: si enim accipitur sapientia prout solum dicit per altissimam causam, quilibet ars perfecta sapientia dici potest, quia in ea artifex considerare potest secundum causam altissimam subiecti artis, seu generis artis, & isto modo dicit Philosophus 6. Ethic. c. de sapientia; sapientiam autem in artibus certissimis assignamus, ut puta Phidiam latomum sapientem, nihil aliud assignantes sapientiam, quam quoniam virtus est artis. Sed isto modo non proprie, nec complete dicitur aliquid sapientia, sed oportet, adhuc quod sit de causa altissima, quod in nulla scientia practica humana reperitur: ideo dicit Philosophus eodem libro, & c. quod habitus factivi, vel operativi non possunt dici sapientia, ideo prudentia nec politica scientia sapientia non sunt, sic inquit; inconueniens, nisi quis scientiam Politicam, vel prudentiam studiosissimam vocet, si non optimum eorum quae in mundo sunt homo est. Et sic illam proprie sapientiam vocat, quae optimum subiectum habet, ut Metaphysica de intelligentiis: & ait eod. c. si autem, quoniam optimum homo omnium animalium nihil differt: etenim aliam multum diuina secundum naturam, puta manifestissima ex quibus mundus constat. Ex dictis manifestum quoniam sapientia honorabilissimorum natura. Sed sacra Scriptura in hoc alias practicas excellit, quia Deum considerat, & respectu Dei regulat: ideo sapientia dici potest, quia Deum subiectum suum habebit. Quo modo ergo Philosophus sapientiam proprie sumptam solum speculativum habitum esse voluit? Respondetur, quod Philosophus cognouit, quod nos poteramus cognoscere aliquid de causa prima secundum quod ipse demonstrat 12. Metaph. ideo speculativam cognitionem circa eam sapientiam vocauit, ut patet 6. Ethico, ut supra diximus: sed non putauit, quod aliquo modo possent dirigere operationes suas respectu causae primae, quia non poteramus communicare eam practice, quae naturam excedit: ideo dixit 9. Ethic. quod hominis ad Deum non est amicitia, & sic omnes antiqui gentiles tenuerunt, quod Dei ad homines nulla est communicatio, ut Dan. 2. cum dicitur: exceptis diis quibus cum hominibus non est conuersatio, sed vtrumque falsum est, quia Dei amicitia est cum hominibus, ut patet Io. 15. c. vos amicos dixi, quia omnia quae audiu a patre, nota feci vobis. Item conuersatio est Deo cum hominibus, iuxta illud Baruch. c. 3. in fine: post hoc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. dabitur ergo aliqua cognitio practica per quam regulemus nos circa Deum, cui communicare, & amici esse possumus, & vocabitur ista cognitio sapientia. Sed etiam dato, quod ista sacra Scriptura sapientia sit, magis potest vocari sapientia cognitio speculativa Dei in patria cum amore, vel fruitione subsequente, quia sacra Scriptura prout practica est operationem considerat, etiam si aliquo modo Deum consideret: illa ergo pure sapientia est quae in sola Dei cognitione altissima versatur, quod magis ad patriam quam ad viam spectat. Et intellectus, Vocatur etiam sacra Scriptura intellectus, quia intellectus est habitus principiorum quae naturali lumine cognoscuntur, & quae certissima sunt, cum non habeat ea intellectus per discursum quendam, sed ex solo naturali lumine concreto: ea quae per syllogisticum discursum habentur interiora sunt, quia potest errari in deductione: lex enim certissima est, quia sine aliqua deductione syllogistica ex sola illustratione nostra per fidem habetur, & in se ista firmita sunt quam quilibet naturalis cognita, quia ista nobis ex diuina cognitione emanat. Quae certissima est coram populis. i. si aliquis populus dicat vobis quod scitis, dicitis sibi legem Dei, nec demonstrabitis vos aliquid aliud scire, tanquam hoc nobilissimum sit, sic dicebat Virgilius Romanis, Aeneid. lib. 6. quando Aeneas ductus Sibyllae intravit infernum, & campos elysios, & pater eius Anchises demonstras ei animas omnium Romanorum qui futuri erant (ut consentit positio antiquorum) declarauit quam actionem praecipuam Romani tenere deberent, & ait.

*Excudent alij spirantia mollius ora
Credo etiam viuos ducent de marmore vultus.
Orabunt causas melius, caelis que meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent.
Tu pacis, & belli artes Romane memento
Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Nec est alia natio. Hic probat excellentiam legis a conditore, scilicet Deo, qui non solum condidit, sed etiam populo suo multum familiariter affinit. Tam grandis. Idest tantae dignitatis. Quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. In duobus excedebant Iudaei alias gentes. Primo, quia Deus Iudaeorum Deus verus erat, dii autem gentium demonia. Secundo, quia etiam dii falsi gentium non respondebant eis ad omnes inquisitiones, nec eos poterant adiuuare, Deus Hebraeorum ad omnes inquisitiones per sacerdotes, vel prophetas, siue alios viros sanctos factas respondebat: ideo non erat necesse Iudaeis quaerere auguria sicut gentilibus, ut patet Num. 23. non est augurium in Iacob, nec diuinitio in Israel, temporibus suis dicitur Iacob, & Israel quid operaturus sit Deus. Superabant etiam Iudaei, alias gentes in ordinatione legis, quia nulla gens leges a dijs suis recepit, ut probat August. in 2. de ciuita. Dei, quasi per maiorem partem eius, ubi dicit, quod dii gentium docuerunt eas facere ludos scenicos innumeratq; turpitudines in ludis Deorum, quas ipsi dii mandabat sibi fieri, ut ibidem declaratur de turpitudinibus matris magna Deorum, scilicet Berecynthiae, nec sacrificia ita ordinate agebant: offerbant enim gentiles quaedam turpissima, & ritibus valde obscenis facta, ut patet in 6. libris Factor. in quibus Ouid. omnium festorum tempora, sacrificia, & causas assignat, & vocatur liber ille Kalendarium Romanorum, ideo aliqui gentiles videntes magnam ordinationem in legalibus Iudaeorum dicebant, ut patet supra, ecce populus sapiens, & intelligens, gens magna. Ista verba si. Neque est alia natio, tam grandis quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis dominus Deus noster. Sunt verba Moysi, ut patet cum dicitur, sicut adest dominus Deus noster, quia ista dicuntur in prima persona, & referuntur ad ipsum loquentem, cuius est Deus, scilicet ad Moysen, & dicebat alias gentes habere Deos; cum tamen non habeant Deum, nec Deos, quia sic ipse gentes existimant illa simulachra quae venerant Deos esse: hoc tamen concessio quicquid illud sit, quod gentiles pro Deo venerantur, non ita succurrebat eis, sicut Deus verus succurrebat Hebraeis. Quae est alia gens, tam inclinata. Idest, tam nobilis, vel excellens, inclutus dicitur, id est famosus, vel gloriosus, & sic isti Iudaei famosi erant apud alias gentes, quia cum talem ordinationem viuendi, caeremonias, & precepta iudicialia haberet, qualia alias gentes non habebat, diuulgabatur fama eorum apud ceteros populos, tanquam nobiliter ordinatorum super alias

Iudaei in duobus alias gentes excedebant.

alias gentes: nam quodlibet bonum personaliter facit aliquem inclutum, id est famosum, sicut robor corporis, magnitudo potentiae, magna sapientia, & sic de ceteris eodem modo. Habere optimas leges, cum sit quaedam valde magnum bonum regulativum totius vitae, facit inclutum vel famosum, ut habeat caeremonias, id est quaedam obseruationes in sacrificijs, & alijs quae ad Deum pertinent. Et infra iudicia. Idest precepta iudicialia ita iusta: Et vniuersam legem. Quantum ad moralia, possent autem hoc dici, quia collectis omnibus quae tradita sunt Hebraeis, & enumeratis his quae dicta sunt, solum manent precepta moralia, sed communiter ista non consueuerunt intelligi per legem, quia lex magis pertinet ad institutiones positivas cuiusmodi sunt caeremonialia, & iudicialia, ideo potest accipi hic lex melius pro tota congregatione omnium praceptorum cuiuscunque generis, siue moralia, vel caeremonialia, vel iudicialia sint: ita quod positis illis praecipis caeremonialibus, & iudicialibus, specialiter subduntur omnia nomine communi legis, & hoc apparet in litera cum dicitur, & vniuersam legem, ex quo necesse est dicere non solum intelligi moralia pracepta, sed etiam contenta in tota lege, quam proponit ante oculos vestros, id est quam dicam coram vobis: non enim videtur poterat vox Moysi, sed audiri, sic dicitur Exo. 20. populus videbat voces: videre enim communiter assumitur pro actu aliarum potentiarum sensitiuarum. Custodi temetipsum. Hic ponitur secundum, si idolatriae prohibitiō: Deus enim erat huic populo familiaris, id requirebat in eis magnam munditiam spirituales, & corporales, ut patet Num. 25. cap. de munditia ab effuso sanguine, etiam de munditia a stercoreibus, ut infra 23. cap. maxime ab immunditia idolorum; quam Deus maxime odit. Custodi temetipsum, ne quando idolis offeras, vel aliquem cultum exhibeas honoris. Et animam tuam. Idest etiam caue, ne aliquando talia ad faciendum mediteris.

Custodire seipsum, & custodire animam differunt. Quae. IIII.

Pro quo est notandum, quod aliud est custodire seipsum, aliud custodire animam, custodire seipsum est custodire totum hominem, qui est suppositum, vel persona, & competit ei agere, ut patet per Aristot. 6. & 7. Ethico. ideo custodire seipsum est cauere, ne aliquid agat in honestum, cum agere ei competat, scilicet exequendo per organa operativa, ut actualiter offerendo, vel se idolo inclinando, aut aliquem alium cultum faciendo, anima non est ipsum totum, quod est suppositum, sed est pars formalis, ideo est principium omnis actus, ut ait Philosophus 2. de Anima: custodire ergo animam est custodire non agat, quia actio suppositi est, sed ne iudicet faciendum, aut facere eligat: ista enim sunt duo principia actuum humanorum, ut patet 6. Ethic. & ab his et mandabat dominus cauere, quia non solum non erat immolandum idolis, aut adorandum ea, sed etiam nulli talia iudicare debebat fide esse, aut eligere facere, vel saltem loqui, aut meditari, omnia namque detestabilia erant coram Deo, quia vnum inclinabat ad alterum. Ne obliuiscaris verborum quae viderunt oculi tui. Lex enim Moisaica pedagoga fuit, per timorem ad bonum adducens, ut habetur ad Gal. 3. c. mouet ergo hic Moyses Israelitas ad obseruationem legis per memoriam timoris, quem habuerunt in monte Synai in datione legis, quoniam lampades ignis nutabant, & sonus terribilis buccinae audiebatur loquentem Deo de medio ignis, vnde valde timuit populus, & rogauit ne loqueretur Deus, sed Moyses, quia audita voce Dei mori timebant, Alph. Toft. super Deuter.

Verborum quae viderunt oculi tui. Idest quae audierunt aures tuae, vel quae coram te dicta sunt, & tunc refertur ad verba terribilia quae Deus loquebatur, potest etiam accipi verbum pro re quae fit, & non est locutio, ut patet 2. Reg. 1. ca. quod est verbum, quod factum est in castris, id est quid contigit in castris, & tunc accipitur videre proprie, & refertur ad montem fumantem, & ignitum quem vidit. Exo. 20. c. Nec excidant de corde tuo. Per timorem Domini declinat a malo, si ergo timor a corde excidat, mala cogitatio subito trans animum ad malum inclinatur, ideo dicitur infra 6. ca. meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conturgens, & ligabis ea quasi signum in domo tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos. haec omnia continuam meditationem signant in sanctis, & est necessaria, quia secundum Philosophum 7. Ethicor. consideratio, vel scientia habitualis de bono non tollit male agere: potest enim aliquis secundum actum male iudicare, habens bonum iudicium secundum habitum. Consideratio actualis de bono tollit male agere, impossibile est enim, alicui simul secundum actum bene, & male iudicare, nam ea quae solum sunt habitualiter nullo modo mouent in actu: ideo bene stat aliquem habere in actu malam existimationem, & habere bonam secundum habitum, quia vna non repugnat alteri, nam ea quae est secundum actum mouet, quae autem secundum habitum nullo modo, & istud est principium errandi in incontinentibus, quia cum habeant secundum habitum bonam existimationem de particulari agibili, scilicet non est fornicandum, quia secundum actum concupiscentiae ligantur, insurgit actualiter falsitas, & mala opinio de particulari agibili, scilicet hoc fornicari nunc est eligendum, si autem existimatio bona de particulari agibili esset secundum actum, scilicet non oporteret fornicari, impossibile erat fornicari, nec vquam voluntas ad illud sceleris potest, quia repugnat formaliter, & est simpliciter impossibile voluntatem ferri in aliquid secundum, quod est cognitum malum. errant autem incontinentes et alijs modis, scilicet per vniuersalem opinionem, & particularem, & per habitum ligatum, & non ligatum, de quibus Philosophus 1. 7. Ethicor. latissime. Docetis ea filios ac nepotes tuos. Patres enim filios erudire debent in fidei rudimenta, & sic propagabitur in posterum, quia fides ex auditu est ad Rom. 1. c. congrega ad me istum populum. Idest ad istum locum in quo nunc apparet: Deus enim apparebat in vertice montis Synai, circa cuius radices totus populus congregatus est. Et discat timere me. i. per sermones quos audierit, quia terribiles sunt, addiscet timere me. Et accessistis ad radices montis. Sed montem non tetigerunt, quia pena mortis tangenti imposita erat Exo. 19. cap. Qui ardebat vsque ad caelum. Idest ignis flamma in monte illo videbatur accedere ad caelum: hyperbole est, vel quia forte eis sic apparebat, scilicet ignis ille caelum tangere: vbi enim caelum istis inferioribus nubibus contingit, quia mediam distantiam non precipimus, & quotiuncunq; distantiam non precipimus illa coniuncta esse videtur, ut in primo communis perceptiua habetur. Et hoc sine aliquis respiciat per lineam erectam, vel per lineam iacentem: per lineam erectam, ut si aliquis respiciat versus celi partem quae capiti nostro imminet: nam licet inter nubes has, quae sunt in principio secundi interstitij aeris, & caelum Lunae, sint spacia nobis quasi inopinabilia, tamen nubes caelo iunctae esse videtur, & eodem modo Luna astris fixis immediata esse videtur, licet inter Lunam, & astra sint sex orbis celestes spaciorum nobis quasi inopinabilium, si autem respiciamus per lineam iacentem; id est per lineam planicie versus tractum horizontis, quia si nos respiciamus ad partem orientis, vel occidentis, vel aliam celi partem, & videamus aliquem montem altum, et si modicum distet a nobis, immediate post illum montem celi terree coniungitur, videtur.

Dei ad homines est comunicatio secundum fidem.

videtur, quia spacium inter montem, & coelum a nobis non distinguitur. Erant in eo tenebrae. Ideo obscuritas priuatiue, quia ignis ille non apparuit clarus, sed obscurus, & fumans, quia oportebat differre a confirmatione Euangelicæ legis, quæ in linguis ignis facta est. Licentibus, quia illa reuelata veritas erat a lege, quæ figuris, & integumentis velata erat, cum sit umbra futurorum, vt ad Coloss. 2. cap. Vtrum autem iste fuerit verus ignis, an similitudo ignis, non multum refert, si sic esse, nec satis patet ex textu qd fuerit. Satis enim est, qd fuerit similitudo ignis, ita vt verus ignis appareret Hebrais, nec valet si arguas de igne qui apparuit in rubo, vt patet Exodi 2. cap. quia ille erat verus ignis, vt declaratum fuit, quia ibi ponitur pro miraculo, quod arderet rubus, & non combureretur, sed si fuisset ibi similitudo ignis, & non verus ignis, non erat miraculum, hic autem non ponitur pro miraculo, qd in monte fuerit ignis, & non combureretur, licet etiam similitudinem ignis, & fumi apparere miraculū erat, & hoc satis patet, quia licet satis potuerit esse verus ignis, tamen nos ponimus semper illum, quod minus est, nisi sit necessitas ponendi maiora, quia secundum regulam communem, pluralitas nunquam est ponenda sine necessitate, cum sit peccatum per plura facere, quod potest per pauca fieri, vt patet 8. Ethicorum, in principio, cum ergo non sit necessitas ponendi illum esse igne verum, quia æqualiter sufficiebat esse speciem ignis, maxime quia si poneretur esse verus ignis, fuissent plura miracula, primo creatio ignis noui fumantis, aut descensio illius de sphaera sua, quod contra naturam ignis fieret. Secundum, quia cum ignis sit vrens, & contingeret extremitatem montis, cum videretur exire de ipso monte, necesse erat, vt combureret omnes arbores, & herbas montis, quod non factum fuit, nisi miraculose suspenderetur actio ignis: dicendum ergo fuisse speciem ignis, sicut declarauimus latè Exodi 13. c. de columna ignis præcedente Hebræos in nocte, quod non erat ignis, sed species, vel figura ignis. *Nubes*. Impressio est quædam per condensationem facta visum impediens, sed albi coloris. *Caligo*. Impressio facta quasi nebula ex densitate, sed coloris nigri est. *Et formam penitus non vidistis*. Demonstrat, quod Deus voluit ne aliquam similitudinem colerent, quia quando locutus est eis solum audierunt vocem, sed nullam figuram viderunt, ne aliqua figura fabricaretur, quam colerent: ideo in igne apparuit, qui instabilis figuræ est, nec statuari potest, nec pingi, & sic Deus non solum aliquam statuam, vel imaginem adorari vetuit, sed etiam scriptum in imagine adorari, ideo nullam sui ipsius eis ostendit effigiem, ne ex adoratione Dei in manufacta imagine ad adorationem manufactæ imaginis declinarent, sicut factum est in serpente, quem dominus ad solam memoriam diuinæ percussionis fieri iussit, nec aliquo modo coli, vt patet Numeri 21. ca. sed post eum multi adorauerunt, ideo Ezechias comminuit eum in puluerem, vt patet quartio Regum. 18. cap.

Pluralitas sine necessitate, nunquam est ponenda.
Quid sit nubes. Quid sit caligo.

Quare Christianis imagines, & statuae permixtæ sint. Quæst. V.

CHRISTIANIS autem imagines, & statuae, permixtæ sunt propter simplices, quia non est suspitio talis, quod ad colendum ligna, & lapides inclinentur, sed melius esset forte imagines quam statuas fieri, quia cum corpulentiam nullam gerant, minus motiue sunt, nec ita simplices decipi possunt. Quædam tamen sunt, quæ nec in statua, nec in figura congrue assignari possunt, sicut Trinitas beata, quæ nullis corporis lineamentis circumscribitur, & ita

Figures tres figurant tres personas, licet Ecclesia receperit, vel dissimulauerit, non recte videntur signare: magis enim erroris inducuntur sunt, & cum rem perfecte signare non possint propter difformitatem signi, & signati, magis oberrare faciunt. Alia autem imagines, congrue assignate sunt, quia talem corpulentiam Christus, vel sancti habuerunt qualem istæ imagines præferunt. Et ista fuit potissima causa, quare non facta sunt imago in lege veteri, quia verbum Dei, tunc corpulentiam non assumpsit, quæ circumscriptione figurari possit, quæ nunc euenit fieri in imaginibus signantibus, Deum pure, sed Trinitatem duo inconuenientia sequi possunt, primum idolatria, ne itam imago colatur. Secundum error, & hæresis, si attribueret Deo illam corporeitatem, & essentialem differentiam, qualem tres illas figuras signare conspiciuntur, in imaginibus Christi, vel sanctorum solum vnum inconueniens est, si idolatria in adoratione imaginis. Error autem esse non potest, quia qualiter imago illa notat talis Christus fuit. *Et stendit vobis pedum suum*. Scilicet præcepta moralia decem, quæ Deus in voce Angeli dixit populo. Et hoc fuit pactum, vel conuentio inter Deum, & Israel, siquod Israel obseruaret mandata ista, & omnia, quæ post darentur, & quod Deus acciperet eos in populum, & eis beneficeret. *Et decem verba*. Idest decem præcepta, & ista sunt pactum, sed prius a Deo dicta sunt, deinde in tabulis scripta sunt, vt patet Exodi 20. & 32. cap. Et vocantur ista præcepta decem verba, licet multa sint, quia decem claufulæ, vel diuisiones sunt. Et sic aliquando vnus liber totus vocatur vnum verbum, & sic vocat Apostolus quinque libros Moysi, quinque verba, vt ait Hieronymus in Epistola ad Paulinum. *Mihi quoque mandauit Deus in tempore illo*. Idest, quando steti cum co in monte accipiendo tabulas legis. *Vt docerem vos ceremonias, & iudicia*. Deus per Angelum suum in voce tubæ docuerat eos præcepta moralia de calogi ad completionem legis, restabat, quod doceret eos præcepta ceremonialia, & iudicialia, sed quia populus dixit, quod non loqueretur eis Deus, mandauit Deus Moysi, quod ceremonialia, & iudicialia, quæ manebant doceret eos. *Custodite ergo sollicite*. Sapius hoc replicat, vt doceat eos cum magna sollicitudine ab idolatria esse cauendum. *Ne forte decepti*. Scilicet putantes quod Deus talis sit qualis illa imago monstraret, scilicet corporeus, circumscriptus, & hoc magnum errorem, & deceptionem facit. *Sculptam similitudinem*. Idest statuam corpulentam, quæ per adorationem, & cautionem fabricat. *Aut imaginem*. I. superficialem figuram depictam, licet vtrunque malum, & prohibitum sit, statua tamen magis prohibita erat, quam imago, quia magis moriua est, ideo primo ponitur. *Masculi vel feminae*. Id est, si vidissetis Deum in aliqua imagine, vt illum fingeretis, etiam ad faciendam similitudinem hominis, & brutorum declinaretis, sicut gentiles masculos Deos, & feminas habebant, vt Iouem, Saturnum, Martem, fecerunt, vt Innonem, Dianam, Venerem, & vestam. *Similitudinem omnium iumentorum*. Id est omnium bestiarum, aliqui gentiles feras pro dijs habebant, vt in Aegypto, Taurus albus, qui dicitur Deus apis, & canes, & alia monstra colebantur, vt ait Lucanus, in fine libr. 6. de apide tauro diximus late Exod. 2. c. *Vel auium*. Aliquas etiam aues, quas dijs suis consecratis, & acceptas esse dicebant, adorabant, Aquila Iouis armiger dicitur, columba Veneris baiula, pauones Iunonis, coruus Phæbi. Et sic de alijs. *Aut reptilium*. Alij reptilia colunt, vt octachonem, quia Esculapius Deus in figuram colubri cristati de Epiro Romam transfusus est, vbi in insula tyberis colebatur, vt ait Ouid. Metaph. 15. *Sine piscium*. Pisces aliquæ gentes colunt, & ab eorum esu abstinent, quia Venus, & Cupido in piscium imaginem latuerunt

persequere Tipheo, vnde duos pisces inter coeli signa antiqua locauit gentilitas: vt ait Ouid. 2. Fastorum. *Ne forte eleuatis oculis*. Sententia suspensiuæ est, cum superiori ordinatur, custodite animas vestras, ne forte eleuatis oculis, &c. & supra monuit non colere aliqua terrestria, hic vetat colere cælestia. *Videas Solem, & Lunam*. Magis colebant gentiles cælestia luminaria, quam inferiora viuentia, & etiam iudei omnem coeli militiam coluerunt, vt patet 4. Reg. 23. c. f. Solem Lunam. 12. signa, & omnem militiam coeli. Et iste error a Philosophis sumptus inueniuntur, quia videntur Philosophi, qd per motum cælestium corporum vita nostra, & omnia naturalia conferuantur, & putantes illa esse corpora animata (vt nobilissimi Philosophorum dixerunt, vt videtur velle Aristoteli. 2. de Anima. ponens quædam gradum animam nobiliorem animam intellectiuam, quod de nulla anima potest intelligi, nisi de cælesti, & idem clare vult commentator) crediderunt inustum esse pro tanto beneficio eis diuinum cultum impendere. *Et omnia astra celi*. Non colebantur a gentilibus omnia astra, sed illa quæ apud eos cognita erant, vt septem planetæ, & 12. signa Zodiaci, arcturus, pleiades, hyades, Orion, serpens, septentrionalis cynosura, corona, & similia. *Et errore deceptus*. Scilicet putans, qd dii sunt eo, qd altissime, pulcherrime, & indeficienter sunt stellæ illæ. *Adores ea*. Per inclinationem, & exhibitionem reuerentiam. *Et colas, immolando eis*. In ministerium cunctis populis. Id est ad seruitium omnium hominum: non enim magis pro seruitio bonorum quam malorum, quia Deus solem suum ori facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos Matt. 5. c. licet aliquando in istis aliqua specialiter facta sunt ad seruitium bonorum, quæ nunquam pro malis facta sunt, vt statio solis pro Iosue. Iosue. 10. & retrogradatio eius pro Ezechia. 4. Reg. 20. c. Et non solum corpora cælestia quantum ad se ipsa interdum bonis magis quam malis seruiunt, sed et quantum ad quasdam operationes disponentes corpora inferiora, scilicet aerem, vt pluit: nam etiam isti actus, vt pluere, aliquando pro bonis specialiter facti sunt: nam cum Deus induxisset siccatem magnam super terram Israel a mortibus tribus, & mensibus sex, ad orationem Helie postea pluit, vt patet Iaco. ca. 5. cum dicitur Helias homo erat passibilis similis nobis oratione orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex, & rursum orauit, & celum de dit pluuia, & terra dedit fructum suum, sic etiam Christiani Christo deuoti precibus suis sepe aquas deficientes descendere meruerunt, quod non poterunt facere gentiles, aut iudei: sic enim dicit Paulus Orofius. 4. lib. de Ormella mundi, qd in ciuitate Romana dum admiranda siccatas terram premeret, ita vt frugum totalis adimeretur spes, gentiles, & Christiani, Iudæique iuxta ritus suos pluuiam exorabant, & cum distincti dies ad implorandum aquam istis distributi fuissent, septissime compertum est nunquam decessisse aquam, nisi cum Christiani Christum suum implorarent, in multis quoque alijs idem factum est, in Hebræo habetur. *Qua diuisit Deus in ministerium cunctis populis*. Et voluerunt Iudei, quod Deus diuisit diuertas stellas diuersis populis, vt quilibet vnum populum regat, secundum cuius motum illius populum dispositio mouetur, & Hebræi non habent aliquam constellationem regulatricem, sed Deus per se regit eos, & verum est, quod stellæ sunt omnium inferiorum naturalium operationes per influxum, & passiones animales quæ naturales sunt, nec aliquid libertatis mouent arbitrij. Et sic aliquando fiunt bella, destructiones locorum, mutationes, omnia tamen infra naturam liberi arbitrij quæ inconcussa manet, quia vt ait Ptolomeus in Almagesto anima sapiens dominabitur astris. Sed quod dicunt,

Opl. Hebræ. de stellis.

Antiquis non sunt stellæ dominantes falsissimum est, quia idem naturaliter operantur secundum eundem motum, &figurationem, quod operantur in alijs generibus, quia Deus res naturales motus proprios agere sinit, istis tamen cultus impendendus non est, quia ad nostrum seruitium per Dei voluntatem creata sunt, ideo cessante nostra necessitate cessabit motus, & operatio eorum, vt patet Apoca. 10. cap. Iurauit Angelus per viuentem in secula seculorum, qd amplius tempus non erit, & etiam Philosophus 2. Phy. dicit omnia quodammodo esse per nos. *Vos autem tulit*. Hic inducit ad abstinentiam ab idolatria propter singularia beneficia quæ eis fecit, quia eduxit de Aegypto de magna seruitute. *De fornace ferrea*. Id est de seruitute nimis angustiante, & desolante, quæ fortiter inclusos tenebat, si velis sic literaliter mente ligere, qd in Aegypto lateres in fornace coquebant, non potest multam veritatem habere, quia fornax ferrea non erat, maxime quia aliqui habent de catena ferrea, hoc sepe patet in Hieremia qd dicit Hebræos de fornace ferrea Aegypti eductos. *Vt haberet populum hereditarium*. Id est gentem semper ei adherentem per successiones generationum, scilicet patres, filios, nepotes, & consequenter, sicut hereditas per successionem transit ad posteros. *Iratusque est dominus*. Magnum diuine bonitatis beneficium commemorat, quod eos ad verum cultum Dei inducere debuit, qd Deus propter eos iratus est Moysi, sciens vt non transiret terram trans Iordanem, & eos qui peccatores erant, illuc adducturus erat, quantas ergo gratias pro hoc impendere debebant? *Iratusque contra me propter sermone vestros*. Super primo cap. expositum fuit. *Quam daturus est vobis*. In nouem tribubus, & dimidiæ, quia duabus, & dimidiæ iam possessionem dederat, vt supra 3. c. & Nume. 32. *Ece moriari in hac humo*. i. prope locum in quo ista loquebatur, quia postquam compleuit loqui ista, ascendit montem Abarin, & mortuus est, vt patet 7. vlti. c. & in hoc demonstrabat se dolere, quia non intrabat terram illam optimam vt eos ad amorem eius incitaret. Duplex enim causa Moysen ad loquendum ista mouebat. Prima quia verissime dolebat, nam priuabatur quodam genere honestæ delectationis, quod viuens habere potuisset, & quia moriens ad limbum ducebatur, vbi ipsa diuina gloria futuræ expectatio eum maxime angustiaret, si viuere euenire non potuissent, de quibus late diximus præceden. c. Secunda causa erat, quia per desiderium suum volebat ceteros inuitare ad desiderium terræ illius, ne contemnerent diuinum beneficium, vt quidam eorum fecerunt pro nihilo habentes terram desiderabilem, vt patet. Psalm. 105. *Vos autem transibitis*. Quia post mortem Moysi Iosue introduxit eos, vt patet Iosue. 4. c. *Cave ne quando*. Hic inducit ad cultum solius veri Dei p. timorem punitionis: pietas & pena sufficienter quilibet inducunt, beneficij enim Dei incipientes abutuntur, nisi pena debita castigentur. *Ne obliuiscaris pactum Domini Dei tui*. Fuit confirmatum pactum inter Deum, & Israel, cuius prima claufula fuit, qd solum eum colerent, & hoc pactum confirmatum fuit sanguine, quia populus sanguine aspersus est, & altare loco Dei aspersum est, vt patet. Exo. 24. c. & ad Hebræ. 9. c. ideo violator magnam penam merebatur, i. vt occideretur, & diuideretur in frusta, sicut illa animalia, & tunc diuisores transibant facientes pactum ad signandum quæcunque infringentem federa sic debere dilacerari, de quo Paulus Orofius in fine. 3. de Ormella mundi. *Deus tuus ignis consumens*. Id est acriter puniens, nulla enim gentium

B
C
D
E

insensibilior punitio est, quam ignis, quia inter omnia elementa maxime actiuus est. *Deus amylator.* Id est zelator, sicut vir zelat, vt vxor eum; solum amet, & ei soli copuletur, ita Deus zelat, vt solus adoretur. *Si genueritis filios.* Id est non solum vos qui in presenti estis puniemi, sed Deos alienos colueritis, sed etiam si filij vestri, vel nepotes, & quacumque alia posteriorum generationes si tale fecerint sic punietur. Tenebantur enim filij post nascituri obseruare ista precepta, & patres tenebantur eis narrare vt infra 6. cap. *Patres malum.* Scilicet colentes, vel sacrificantes imaginibus, ex sola enim fabricatione imaginis non incurrebat istam poenam nisi in illi patrent, id est adorarent. *Coram Domino Deo vestro.* Id est habentes Deum, & colentes cum hoc Deos alienos, vel *Coram Deo vestro.* id est in conspectu eius qui in omni loco est: ideo erubescere debetis. *Testes inuoco caelum, & terram.* Hos testes inuocabat, quia nullus alius ibi testis aderat: sicut Jacob cumulum lapidum, & terra testem fecit inter se & Laban, quia nullus alius audiebat Gene. 31. cap. vel per caelum intelligit celestes creaturas, scilicet Angelos, & per terram rationales creaturas in terra, scilicet homines omnes, vel forte, quia modus communis scripturae est, quando aliquis vult ex intello animo proclamare, vel aliquos obtestari, caelum, & terram dicitur inuocare, vt infra 32. capi. & Elia 1. vel forte melius, quia ista pena hic posita extendebatur in omnes generationes, ideo ad huiusmodi rei memoriam testes mortuos vocare noluit quorum testimonium cito periret, sed vocauit caelum, & terram quae in aeternum manent, Ecclesiastes primo cap. *Cito vos esse perituros.* Id est perdetis terram fame, bello, peste, vel alia occasione.

Non habitabitis in ea longo tempore. Ista est secunda pena, quia non solum peribunt perdentes terram in ea pereuntes, sed etiam de ea expellentur, & hoc erat commune, quod postquam idola coluissent, vel de terra expellerentur, vel in ea existentes exterorum dominio premerentur, vt in libro Iudicum saepe, & in libro Regum tertio, & 4. Paralipom.

Quomodo ista poena istis infligebatur.
Quaest. V. I.

NON est intelligendum, quod omnes istae poenae pro qualibet idolorum adoratione infligerentur eis. Sed distinguendum, an idolatria esset a paucis, & occulte, vel a multis, vel maiori parte publice.

Primo modo, non puniebatur totus populus, quia non totus peccauerat committendo, nec corrigere omittendo, quia ignorabat.

Si autem secundo modo totus populus peccabat, & infligebatur ei istae poenae, sed non eo ordine quo ponuntur hic, vel non simul, sed vt ponuntur Leuitic. 26. capit. secundum quod in peccato permanentiores, & incorrigibiliores erant: isti enim in eodem peccato magis puniri debebant, quam caeteri, qui incorrigibiles non erant, & patet fundamentum, quia poena datur pro peccato, ergo pro maiori peccato maior poena, & pro maximo peccato maxima poena, secundum regulam Philosophi, in secundo Topicor. si simpliciter ad simpliciter, & magis ac maxime. maioritas autem in peccato est secundum gradus: nam licet culpa prout est deuotio consistat in indiuisibili, tamen circumstantiae eius, quod agit, quia positum aliquid dicunt, maiores aut minores sunt, & dato, quod sit priuatio in recedendo a bono, erit maioritas, aut minoritas, secundum quod illud bonum a quo recedimus maius est, & sic magis peccat ille qui recedit ab hoc bono, quod est recta fides, vel colere Deum, &

ille qui recedit ab hoc bono, quod est ieiunare in die iniuncto ab Ecclesia, vel dicitur aliquis magis peccare, secundum quod intensiori animo inhaeret malo; peccatum namque, & bona operatio principaliter consistit in actu interiori, in eodem genere peccati, secundum quod animus noster tenacius intensiusque illi malo inhaeret, peccatum maius, vel minus est, esse autem incorrigibilis est gradus vltimus tenacitatis, & sine inhaesionis peccato, ideo valde magna poena peccato danda est illi, qui incorrigibilis est, magis quam ei qui corrigi potest, de modo autem incorrigibilitatis, & quomodo intendatur per gradus Leui. 26. c. aliquid dictum est, & ibi satis tangit textus: isti enim sic incorrigibiles vltimo supplicio puniri debent, si simpliciter incorrigibiles, si autem sunt incorrigibiles secundum quid, quod non possunt corrigi per tales, aut tales penas, adhuc vltiores, & valde magnas merentur, ideo dicitur hic, quod non multo tempore in terra permanerent, sed tamen aliquanto tempore permanebant, in quo superuenire poterant aliae plagae, & si non corrigebantur, ad vltimum captiuabatur. Et patet iste ordo in decem tribubus, quae uocantur Israel, & idolatrie vacabant, quia primo fame angustiati sunt, quia tribus annis, & dimidio non pluit ad preces Helias, vt 3. Reg. 17. & 18. & Iacobi 5. capit. cum dicitur: Helias homo erat similis nobis passibilis, oratione orauit, & non pluit annos 3. & mentes 6. & rursum orauit, & caelum dedit pluiam, & terra dedit fructum suum, deinde multoties in idolatria permanentes, bellis, & vastationibus afflicti sunt, vt patet in processu tertij, & quartij Regum: ad vltimum ad alias gentes adducti sunt, scilicet ad Medos, & Assyrios, vt patet 4. Reg. 17. ca. sic etiam duae tribus de regno Iuda. Primo propter idolatriam sterilitatem, & famem passae sunt, vt patet Iohelis primo, quia brucus, locusta, & erugo, terram vastauerunt, deinde bello contriti sunt per vicinos, unde rex Aegypti eis tributum imposuit, vt 2. Paralipom. 36. tempore loachaz, & tempore Achaz contriti sunt bello a rege Israel, & a rege Syria, vt patet Paralipom. 2. ca. 28. ad vltimum in Babylonem deducti sunt. 4. Regum 24. & 25. & Paralipom. 2. cap. vltimo. *Atque disperget in omnes gentes.* Ista est tertia poena, quia non solum de terra sua expellerentur, sed etiam in multas gentes dispergerentur, vt magis tristarentur: si enim omnes ad eandem terram delati fuissent, non tantum tristarentur exilij tristitiam sodalitatatis gaudio lenientes. Et patet hoc, quia omnis homo naturaliter est animal politicum desiderans viuere in politia, ideo homines perseuerant in politijs, quia ibi delectantur multa mala patientes, nisi a valde duris excedantur secundum vitam, & quia quilibet homo non afficitur ad politiam simpliciter, id est ad quacunque politiam, sed ad hanc vel illam determinate, in quibus nati, aut multo tempore conuersati sunt, quia homo non est pars politiae simpliciter, sed quilibet homo est pars alicuius particularis politiae, & cum habeat vnitatem ad illam politiam, tanquam pars ad totum, separatio ab ea valde dolorosa est, quia omnia naturaliter vnitatem desiderant, cum esse in vnitatem seruetur, & quandiu res vnum esse desinit, & esse simpliciter desinit, vt ait Boerius, de consol. lib. 3. Ptolemaeus 11. vbi late de hoc. Cum ergo aliquis ab vnitatem politiae tollitur a ciuitate emissus, valde tristatur: declarant hoc exilia facta, nam cum aliquis extra ciuitatem vnam exulat, non totaliter a communicatione hominum excluditur, sed a coactione huius politiae, & mansione in hoc loco, & tamen valde qui exulat, tristatur, si tamen homo non esset pars huius politiae, sed politiae simpliciter, ad quamcunque politiam iret, eodem modo letaretur, sed falsum est: sic ergo Iudaei qui non solum per captiuitatem excluderentur a patria natali, que

Osa desiderat vnitatem naturaliter.

que dulcoris multum habet, vt ait Gualterus Alexander lib. 1. sed etiam tollebat eis communicatio omnium eorum in terra aliena, que mutui solaminis magnam habet virtutem, & cum peccatum filiorum Iuda, & Benjamin non totaliter consummatum erat, nec ipsi membra obdurati obduratione perfecta, licet priuarentur sedibus natalibus, scilicet Ierusalem, & alijs vrbibus Iudae ducti in Babylonem, tamen non segregabantur mutuo, & sic multum consolabantur, quasi totum genus suum adhuc stare videntes, consummata autem iniquitate in morte Saluatoris, & in durato corde super solidissimos filices adamantinos pessima condignos persequente forte, nunc sic eis ad miseriam cumulate accidit, quod in omnes gentes venditi, & delati sunt. *Remanebitis pauci in nationibus.* Alia poena, scilicet, quod in terra hostili pereant, & quod ad nihilum reducuntur, qui in bello non perierunt. *Ad quas vos ducturus est dominus.* Id est ad quas vos duci permittet, vel duci faciet, quia non solum permittit Deus mala infligi malis, sed etiam mouet punitores ad puniendum: nam alius non esset differentia inter culpam, & penam, cum Deus etiam culpas fieri permittat, quia si non permitteret nullus peccare posset, licet in culpa nullam causalitatem tribuat, & iam in penarum illatione non esset differentia, sed necesse est dicere quaedam punitioes factas per homines magis esse a Deo volitas quam alias, dicendum ergo non solum Deum punitioem in malis fieri permittit, sed et punitores quodammodo incitat ad puniendum, & dat eis virtutem ad pugnam, & delendum malos, sic patet Abacuc. 1. cap. vbi adducit, quod Deus fecit fortem Nabuchodonosor regem, vt puniret iniquitates populorum suorum dicitur, domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes fundasti eum. peccant tamen interdum isti sic corripientes alios, qui non bono zelo corripunt, sed vt direrant, & supra modum percutiunt, vicioriam sibi tribuentes, & sic dicitur ibidem de Nabuchodonosor, quod ipse gloriosus fuit fecit eum in virtute sua, & non in Deo caeli, ideo Deus tradidit eum in manus Medorum, & Persarum, vt patet Abacuc. 2. & 3. cap. isti tamen in quantum ad puniendum positi sunt, Deus fortificat eos, sic patet Elia 5. c. de Nabucho. quem Deus vocare dicitur ad destruendum Hebraeos, cum habetur in litera, & eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terrae, & ecce festinus velociter veniet, non est deficiens, nec laborans in eo, nec dormitabit, neque dormiet, nec rumpetur cingulu renuui eius, nec soluetur corrigia calciamenti eius. sic ait Hiero. quod Deus fecisset Nabuchodonosor fortem, & quod plus est, vocat eum seruum suum, quia dissipaturus erat terras quas Deus dissipari volebat, sic patet Hiero. 27. cap. cum dicitur. & nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant ei, & seruiant illi omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius donec consummetur tempus terrae eius, & ipsius, & seruiant ei gentes multae, & reges magni, gens autem, & regni quod non seruiet Nabuchodonosor regi Babylonis, in gladio, & peste visitabo super gentem illam ait dominus, *Ibi que seruietis diis hominum.* Alia poena, quae etiam in terra hostili cogatur adorare Deos lapideos manufactos, quia sicut uolentes peccauerunt Deos colendo, ita post nolentes adorare cogentur, vt hoc idem post sit in penam, quae ante fuerat in culpa, simile patet Hiero. 5. capit. cum dicitur Israelitis a Deo, sicut dereliquistis me, & seruiistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra, & non intelligitur quod Deus faciat aliquem adorare Deos alienos quamcumque culpam commiserit, nec potest hoc esse

datum in penam, quia colere Deos alienos verissime est culpa, si ergo Deus faceret nos directe colere Deos alienos, Deus esset auctor culpae, & nos non peccaremus, sed ad hoc, quod haberet rationem poenae oporteret, quod Deus directe intendere illud, sicut directe intendit aliquem occidere, vel a statu suo deicere, sed est sensus, quod ex quo ipsi noluerunt seruire Deo in terra sua, quod ducentur in terram alienam, vltique huc est poena directa, quia Deus hoc intendit infligere, sed quia ipsi adducti in terram alienam videbunt colere Deos, habebunt occasionem ad colendum ipsi: & hoc rursum, quod ipsi ducentur in terram alienam in qua possint habere occasionem ad peccandum, est poena, quia peccata sua hoc demeruerunt, sed in his omnibus manet inconcussa arbitrij libertas: nam ad id, quod directe est poena, non est potestas liberi arbitrij: nam postquam isti peccabant, non erat in potestate eorum, quod non ducerentur in terram alienam, quia inuitti ducebantur per hostes, etiam non erat in potestate eorum, quod ipsi non haberent occasionem peccandi in terra illa, quia dato, quod ipsi nolent talia, fiebant tergentes ad quas isti portabantur, ex quibus possent sumere occasionem peccandi in terra illa. Aliud, scilicet peccare colendo Deos alienos non est directe poena, sed culpa, ideo potestas liberi arbitrij erat super hoc, scilicet, quod licet viderent aliqua ex quibus possent induci ad colendum idola, non cogebantur tamen colere idola, sicut cogebantur esse in terra aliena, & de qualibet alia que directe est poena. *Cumque ibi quaesieris.* Hic promittit conuersis materiam, quia manus domini redeuntibus nunquam clauditur. *Cumque ibi quaesieris dominum Deum tuum.* Id est etiam existens in terra hostili, si quaesieris Deum conuertendo te ad eum in veritate, ibi inuenies eum, quia ibi miserebitur tui. Quod autem Hebraei in captiuitate inuenirent dominum stat dupliciter, aut quantum ad relaxationem culpae, & appositionem gratiae, aut quantum ad mutationem poenae, scilicet captiuitatis quam sustineret, quantum ad primum generale est, quod vbi cumque Iudaei quaesierint dominum inuenient eum, & non solum Iudaei, sed etiam quicumque gentiles, quia contritio de peccatis semper fuit, & est huius virtutis, quod de loco possit facinora, vt patet Ezech. 18. cap. & c. 3. & isto modo sicut captiuitas decem tribuum Israel, quae sunt in terram Medorum inter Aylan, & Gozan, quando inquirunt dominum inueniunt, licet nunquam Iudaei liberandi sint, vt sepius Prophetae dixerunt, & patet de Thobia Seniore qui vir iustus erat, & mortuus in captiuitate illa, vt patet Thob. vlti. & tamen Deus misericors fuit eius, quia in ipsa captiuitate quaesit eum in toto corde: hoc etiam modo captiuitas duarum tribuum Iuda, & Benjamin, nunquam terminanda est, quia nunquam redibunt in terram illam, tamen quando cumque in toto corde inquirunt Deum inueniunt eum, quia peccatum eorum fuit in occasione Messiae, & negatione eius coram Pilato, propter quod incurserunt omnes poenas quas habent, quando tamen in toto corde conteruntur de peccato facto contra Messiam subiiciendo legi eius efficiuntur Christiani, & ba prisma fonte abluti ab omnibus culpis abstergantur. Secundum est, quod Deum inueniant isti commutatem poenam captiuitatis, quam intulerat, & quantum ad hoc est considerandum, quia aut peccatum pro quo captiuabantur isti, erat totaliter consummatum, aut non: si peccatum non erat totaliter consummatum dominus conducebat eos in terram suam, quando toto corde conuertebantur ad eum, sic patet de captiuitate Babylonica, in qua cum doluissent de sceleribus suis post septuaginta annos, quos vaticinatus fuerat Hiero. capit. 29. cum dicitur, cum inceperint impleri in Baby-

Cuius virtus sit peccatorum contritio.

Babylone septuaginta anni visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum: si autem peccatum esset totaliter consummatum, nunquam reducebat eos dominus, sicut patet in decem tribubus, quæ nunquam ad terram suam redactæ sunt, nec unquam reducendæ, sic etiam de tribu Iuda & Benjamin, quia consummauerunt peccatum suum in morte Messie, post captiuitatem, & dispersionem factam per Romanos, nunquam in terram suam redierunt, quia ibi nulli nunc Iudæi habitant, nec morari sinuntur. Cum autem hic, & magis clare infra 30. capi. dicitur, scilicet dicens penitentiam cordis tui in vniuersis gentibus ad quas dispersit te dominus Deus tuus, obediensque eius imperijs, sicut ego dixi tibi precipio, cum filijs tuis in toto corde tuo, & in tota anima tua, reducat te dominus de captiuitate tua, atque miserabitur, & rursus congregabit te de cunctis populis, in quos te ante dispersit, si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te reducat dominus Deus tuus, videlicet inui de reuersione Iudæorum de captiuitatibus suis, qui locutus est de corde, & tota anima penituerint. Intelligendum est de captiuitatibus solis ad quas ducti sunt propter peccata, quæ videntur non consummata, de quibus ante diximus, ut de peccato propter, quod fuit inducta Babylonis captiuitas, si tamen peccata sint consummata, ut supra declaratum est, nunquam remittitur poena illa quantumcumque pro hoc oratur.

Quando peccatum est consummatum nobis non est notum. Quæst. VII.

QUANDO autem peccatum sit consummatum, ita quod poena eius mutabilis non sit, non est nobis notum, sed soli diuine sententiæ, ideo nos semper pro mutatione poenæ orare possumus inquam incerti quid sit, donec Deus nobis imponat silentium, ne rogemus super talē rem sicut factum est ad Moysem cui mandauit Deus nihil ultra loqui de hac re, ut patet precedenti cap. Nec est inconueniens aliquam poenam pro culpa statutam esse, quæ nunquam precibus commutetur, remissa culpa, quantumcumque sint preces, & contritio, ut patet de ista poenali lata contra Moysen, quæ non intraret in terram Chanaan ultra Iordanem: nam manifestum est, quod Moyses doluit acriter, quia Deum offenderat: nam vir iustus valde erat, & fecit Deus per eum aliqua mirabilia post istam offensionem, si tamen de malo illo non penitisset, nihil horum factum fuisset, quia tunc ipse esset actualiter malus vir, sed precedenti cap. ponitur quomodo valde rogauerit Moyses Deum, ut relaxaret ei istam poenam, Deus tamen nunquam voluit cum dicitur, precatusque sum Deum in tempore illo dicens, domine Deus tu incapisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam, nec est alius Deus, vel in caelo, vel in terra qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ: Transibo ergo, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum, iratusque est mihi dominus propter vos, & dixit mihi, sufficit tibi, nequaquam ultra loquaris de hac re ad me: ergo Deus quantumcumque vero atque contrito corde rogatus fuerit, ut aliquam culpam cum poena sua deleat, non ex hoc sequitur necessario, quod Deus illam poenam auferat, vel commutet, ut patuit in oratione Moysi, & non exauditione. Si tamen toto corde, aliquis toto corde Deum querit, cum omnem spem auxilij sui in eo ponit, non sperando in aliquo terreno, & tales exaudivuntur; quia Deus prope est inuocantibus eum in veritate. Et tota tribulatione anime tua. Id est

Quis querit Deum toto corde.

F in perfecto dolore, & contritione præteritæ culpæ: tunc totaliter anima tribulatur, quando totaliter contritur, ideo cor contritum contribulatum dicitur, ut Psalm 50. Postquam te inuenerint quæ prædicta sunt. Post poenam solent aliqui recognoscere suam culpam, quia vexatio dat intellectum, & sic Iudæi nunquam ad Deum conuertebantur, nisi cum angustiarentur, unde cum occideret eos, querebant eum Psalm 77. & clamabant ad Deum cum tribularentur Psalm 106. Nonissimo tempore. Id est in fine temporis quo completur poena tibi inflicta a Deo. Et audies vocem eius. Scilicet promittentis tibi veniam. Quia misericors est. Et ex misericordia te exaudit. Non dimittet te. Scilicet in potestate extraneorum, ut deleat te. Nec omnino delebit te. Non solum non dimittet te destrui, sed etiam nec ipse destruet te peste, fame, aut alio morbo. Nec obliuiscetur pacti, quod iurauit patribus tuis. Quia promisit, quod semen eorum dilataretur, & maneret in seculum, sic patet Psalm 88. visita bo in virga delicta eorum, misericordiam meam non auferam ab eis. Interroga de diebus antiquis. Hic iterum per familiaritatem, & beneficia persuadet veri Dei solius cultum, demonstrando nunquam tantum beneficium alicui genti fuisse datum. Intervoga de diebus antiquis. Id est de rebus factis in diebus antiquis. A summo caeli usque ad summum eius. Id est a principio terræ habitabilis quæ est versus unam summitatem cæli, usque ad aliam partem oppositam, scilicet ab oriente ad occidentem. Si facta est aliquando huiusmodi res. Id est si tanta dilectio Dei ad aliquem populum demonstrata est. Et audiret populus vocem Dei loquentis. In datione legis nunquam hoc alicui populo accidit. Sicut tu audisti. Verba loquentis decem præcepta. Et vidisti. Montem fumigantem, & ignem usque ad cælum, in Hebræo dicitur. Audisti, & vixisti. Id est miraculum fuit hoc, quod vocem domini audires, & viueres. Ut ingrederetur. More humano dicit, quia Deus non ingressus est Aegyptum, ut inde tolleretur Israel, nec inde exiit cum eduxit Israel quia ubique semper est, & non solum ubique, sed etiam extra omnem locum, quia Deum esse in omni loco, & nihil amplius esse finitum: nam omnia loca simul sumpta, cum sint diuersæ superficies corporum continentium, faciunt unum finitum, quia locus est in corpore fundatus, non quidem in corpore locato, sed in ipso corpore naturali, aut mathematico, vel quantitatiuo, ut accidens fundatum in suo subiecto: cum autem Deus infinitus sit, ergo non solum ubique est, sed extra omnem locum, & super omnem locum, & infra omnem locum, cum ergo omnia occupet, & plusquam omnia, ideo poterat moueri ad aliquam partem loci, quia moueri dicit acquirere locum, & deperdere locum, quod autem acquirit locum, non erat ante in illo loco, quod nunc acquirit, & quod locum deperdit, aliquando fuit in loco in quo nunc non est, ergo non ubique est, sed Deus ubique est, & non solum ubique, sed etiam extra omnem locum, ergo Deus non mouetur, sed ingredi est moueri, ergo Deus non fuit ingressus Aegyptum, quia in Aegypto ante erat, & semper ibi fuit quando Aegyptus fuit, dicitur autem Deus ingredi, vel egredi, secundum virtutis specialis operationem: nam licet Deus ante in Aegypto exstitisset, tamen non operabatur ad speciale circa Iudæos ibi existentes, nunc autem eos de terra illa eduxit per signa, & portenta magna, ergo dicitur ad illos ingressus fuisse tanquam ante nunquam eduxisset illos, & nunc educeret. Et tolleret sibi gentem de medio nationum. Id est acciperet pro se aliquam gentem quæ captiua esset in medio nationum extranearum, sicut vobis fecit, multæ enim aliæ gentes in alijs partibus orbis captivæ erant, quas tamen non liberauit a iugo. Per tentationes. Id est singulariter tentando, quia primo verbis mandatorij Dei

Dei dictum est Pharaoni, quod dimitteret populum, & sic tentatus noluit. Per signa. Mirabilia, sicut conuersionem colubri in virgam, & virge in colubrum, quæ erant signa, quod mandatum Dei a Deo erat. Et portenta. Id est signa, vel miracula dicuntur per immisionem plagarum. Per pugnam. Quia Deus pugnavit pro Israel in transitu maris rubri, unde dixerunt Aegyptij Exodi 14. cap. fugiamus Israel, quia dominus pugnat pro eis. Et manum robustam. Scilicet in educatione, quia videntibus cunctis Aegyptijs, & sepelientibus mortuos suos recedebant Iudæi asportantes diuitias Aegyptiorum, & nihil illis ob stare valebat. Cogente eos Deo. Ut Exodi 12. & Num. 33. ca. Extentum brachium. Ad defendendum, & hostes deprimentum. Et horribiles visiones. In noctibus, siue in somno, siue vigilia, apparebant Aegyptijs terribiles visiones, scilicet personæ tristes, & sonitus terribilis, & subitanus irruens metus, & multa quæ habentur sapientiæ 17. & 18. cap. & istæ visiones acciderunt eis inter alias plagas, continue etiam ante missionem plagarum. Videntibus oculis tuis. Quia Iudæi viderunt eis plagas infligi, sed nullam earum passi sunt. Ut scires quoniam dominus. Scilicet qui regit te, & dominatur tibi. Ipse est Deus. Poterat euidenter hoc Iudæi cognoscere, quia videbant eum facere mirabilia, quæ nullus de dijs gentium, vel aliqua naturalis virtus facere posset, ideo subditur. Et non est alius præter ipsum. Id est nullus alius facere hæc poterat, si enim dii Aegyptiorum potuissent ista facere, licet crederent eum esse Deum, crederent etiam alios esse Deos, sed quia nullus potuit, ideo ipse solus est, patet hoc quia magi Pharaonis operabantur in virtute Deorum suorum, scilicet in virtute demonum quos Deos arbitrabantur, sed non poterunt facere magi Pharaonis omnia signa quæ faciebant Moyses, & Aaron: nam cum Aaron eduxisset cyniphes, & ipsi tassent educere, & non potuissent dixerunt, digitus Dei est hic, ut patet Exodi 8. cap. non est autem credibile, quod si dii Aegyptiorum, id est demones quos ipsi putabant Deos suos, si potuissent plura miracula agere non egissent, Deus autem quem Hebræi colunt fecit omnia mirabilia, & super ipsos Deos Aegyptiorum fecit iudicia comminuendo, vel incinerando, vel liquefaciendo idola eorum, ut patet Exodi 12. & nu. 33. ca. ergo iste Deus Hebræorum qui ista faciebat, est Deus verus, & nullus alius præter ipsum, cum nullus alius talia facere poterit, ut inductum est. De calo audire te fecit. Id est de aere qui vocatur celum Matth. 13. cap. aures cæli comederunt, & Psalm 8. volucres cæli, vox enim quam Israel audiebat formabatur in altitudine montis Synai de medio ignis. Vocem suam. Id est vocem Angeli qui loquebatur in persona Dei: non enim Deus loquebatur, nec tabulas scripsit, sed Angeli hoc faciebant, ad Gala. 3. cap. lex ordinata per Angelos in manu mediatoris, id est Moysi, hoc patet per regulam datam, & conclusionem, Exodi 3. cap. nam conclusum fuit, quod licet in lege veteri sepe dicatur Deus locutus, aut operans aliquid, nunquam tamen Deus aliquid illorum locutus fuit, aut operatus est, sed Angelus Dei qui loco Dei loquebatur, aut agebat, fuit etiam data regula, quod nunquam Deus aliquid agit, aut dicit, licet dicatur agere aut dicere, nisi illud sit tale, quod potentiam substantiæ creatæ transcendat, sicut creare, aut in instanti aliquid facere, vel peccata remittere, aut gratiam conferre, quia talia potentie infinite sunt, omnia autem alia naturaliter fieri possibilia, aut quæ substantiæ creatæ terminos non excedant, non per Deum, sed per Angelos fiunt, ut non moueatur ordo ministrorum Dei: nam si Deus omnia per se ageret, superfluum esset habere ministros, & assistentes, sed Dan. 7. cap. dicitur milia milium ministrabant ei, & decies centes

Deus qui dicitur agere, vel dicere.

na milia assistebant ei, de quibus magis diximus Exo. 3. capi. Et in terra ostendit tibi suam ignem maximum. Ille ignis videbatur erumpere de cacumine montis, ideo dicitur in terra, & erat maximus, quia usque ad cælum pertingere videbatur, ut patet supra: vox autem audiebatur non quasi formaretur immediate super verticem montis, sed in medio altitudinis ignis formabatur, ideo dicitur de cælo. Quia dilexit patres tuos. Ambulauerunt enim coram eo in corde perfecto, ut patet de Abraham qui filium suum vnigenitum Isaac ad immolandum mandato Dei duxit, ut patet Gene. 22. c. pro quo Deus ei magnam obedientiam, & potissima merita reputauit, ut patet ibidem cum dicitur, quia fecisti recte hæc, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in litore maris, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicetur in nomine tuo omnes gentes: tantum enim in corde perfecto Abraham ambulauit, & Deo placuit, ut ipse mereretur omnes promissiones compleri in posteris, ut patet Gene. 8. cap. ita dicitur scio, quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant, viam Domini, & custodiant iustitiam, & iudicium, ut adducat dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum, de hoc multa diximus Gene. 25. cap. Et elegit semen eorum post eos. Merito patrum. Eduxit te præcedens in virtute. Quia Angelus præcedebat eos in columna nubis ad defendendum eos, unde cum Aegyptij Israelitas a tergo insequerentur, Angelus qui præcedebat in nube conuertit se ad posteriorem partem exercitus, ut non viderent eos. Exodi 14. cap. & sic iste Angelus qui erat adiutor Hebræorum non solum præcedebat eos, sed etiam aliquando subsequerebatur secundum, quod videbat expedire, ut patet in exemplo iam assignato: non enim necesse erat semper præcedere, sed aliquando subsequi.

Quare Angelus dicebatur præcedere, & non subsequi. Quæst. VIII.

QUARE ergo dicebatur Angelus præcedere, & non subsequi? Respondetur, quod Angelus ille, qui erat in columna ignis, & nubis, quæ eadem erat, ut patet ex dictis Exo. 13. cap. semper præcedebat, semel autem solum legitur subsequentiā factam fuisse, scilicet quando Aegyptij apud mare rubrum veniebant super Hebræos, & Angelus qui erat in priori parte exercitus cum nube, transfudit nubem, ad posteriorem partem, ut illuminaret Hebræos, & obturaret Aegyptios: sic enim dicitur, quod columna erat tenebrosa, & illuminans noctem, & non fuit facta talis mutatio postea, quia non expediuit: vel forte, & melius ista præceditio Angeli non intelligitur de Angelo præcedente in columna nubis, sed de Angelo præcedente Israelitas, intras intrer eos, ia regiones hostiles ad terrendum corda hostium, & hoc satis patet ex contextu literæ cum dicitur. Præcedens in virtute, ut deleat nationes maximas fortiores te in introitu tuo. Id est antequam tu introires, & iste Angelus nunquam subsequerebatur, cum ea, quæ post tergum manerent, domita iam essent, & de hoc dicitur Exodi 23. cap. ecce ego mittam Angelum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum quæ parauit, obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putas, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo, quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & introducet ad Amorrhæum, Ethæum, & Pherezæum, & deleat nationes maximas. Scilicet gentes habitantes

in terra promissionis, que multe erant. Fortiores te. Quia erant maiores statura quam Israelite, & erant ibi gigantes, Numeri decimotertio, & supra primo capitu.

In introitu tuo. Ut locum dent tibi in terra, sic Exodi 23. terrorem mittam in praecursum tuum, & crabrones qui prius fugabunt Euaum Ethaum, &c. In possessionem. Ut totum ius illius haberent, patres enim illorum, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, licet haberent eam, non habuerunt in possessionem, sed in peregrinationem, ut patet in Gene. sepe. Sicut cernis in presenti die. Quia iam fuerat data terra duorum regu Amorrhorum Seon, & Og: & sic de alia certi esse poterant. Scito ergo.

Infer ex superioribus conclusionem intentam, scilicet, quod latria soli Deo tribuenda sit. Scito ergo hodie. i. iam nunc scire poteris ex his que vidisti, q Deus tuus vere Deus sit. Sit in celo sursum, & in terra deorsum. Quia celum, & terram, & omnia implet Deus verus Hebraorum: vocavit se Deum qui supra, & qui infra, nam si Deus vocaretur Deus superiorum solum, cu gentiles ponerent Deos superiorum, & inferiorum, putarent Iudaei praeter Deum suum verum qui esset ad superiora, necesse esse ponere aliu ad inferiora: na tres filios antiqua gentilitas prodidit Saturnum habuisse, Iouem, Neptunū, & Plutonem, quos Deos fecerunt, & eis machinam vniuersi distribuerunt, scilicet Ioui caelestia, & habitabilia, Neptuno aquas, Plutoni inferna, si ergo Deus Hebraorum vocaretur coeli solum, oportebat constituere alium Deum aquae, & alium Deum inferno: nam antiqui etiam cuiuslibet rei Deum attribuerunt, ut montibus Deum iugatiuū vallibus deam valloniam praefecerunt, rufinam deam agrorum dominam esse fecerunt, nullam namque re sine Deo reliquerunt, de hoc August. de Ciuita. Dei. lib. 6. cap. 9. & patet 3. Reg. 20. cap. vbi dixerunt Syri ferui Benada regis Damasci, dii montium sunt dii eoru, ideo praualuerunt aduersus nos, in vallibus autem su perabimus eos, & respondit dominus, quia dixerunt Deus montium est dominus, & non vallium, tradam omnem hanc multitudinem in manu tua, & hoc fuit in vallibus vbi Syri bellum parauerant. & hoc rationa biliter dici oportebat, nam cum Deus ponatur sum mum inter omnium, aut oportebat omnia esse vnu ad omnia, ita quod esset Deus omnium, siue vallium, siue montium, siue agrorum, & omnium aliarum rerum, aut oportebat cuiuslibet rei vnum Deum ponere, quia nulla res, sine summo rectore relinqui debet: ge tiles autem, quia non putabat vnum aliquem Deum omnibus sufficere, posuerunt cuiuslibet rei Deum suu, licet aliqui voluerunt omnia esse vnum Deum, siue terram, siue aqua, & omnes aliae res quae sunt elemen ta, aut elementate res, & isto modo dixit Virgilius Iouis omnium plena, de quo large disputat August. in 7. de Ciuit. Dei, & Lucret. 9. lib. dixit Iupiter est quicquid vides, haec tamē opinio paucis placuit, ideo Deorum numerositatem posuerunt ad hoc, ergo cu nos ponamus Deum virtutem esse infinitam, & infinita essentiam, congruenter ponimus vnum Deum, & ille nominatur Deus simpliciter, quia non exprimitur, quod sit Deus terre, vel aque, siue ignis, vel aliarum reru, & quando magis exprimere volumus, vocamus eum Deum coeli, quia coelum optima pars vniuersi est, vel quia ea quae caelestia sunt abscondita sunt, sic Deus noster absconditus est, quia non est corporeus, sed purus spiritus, ut patet Io. 4. cap. ad euitandum autem idolatriam in positione plurium Deorum vocatus fuit, Deus verus, Deus omnium locorum, siue eorum qui supra coelum, siue eorum qui infra in terra, vel aqua, vel intra concauitates terre, vbiunque ali quid sit aut nominetur. Ut bene sit tibi, & filiis tuis. Patres boni merentur misericordiam pro filiis vsque in

Latria soli Deo est tribuenda.

mille generationes. Exodi 34. cap. Et permanas multo tempore super terram. Per completionem praecceptoru mercabantur vitam, & tranquillitatem in terra sua, quia qui facit legem viuat in ea Leui. 18. & ad Ro. 10. cap. Tunc separauit Moyses. Hic ponitur tertium, scilicet ciuitatum refugij separatio. Tres ciuitates trans Iordanem. De his Num. 35. c. vbi plurima diximus. Ad orientalem plagam. Respectu alterius terrae nouem tribuum quae erat ultra Iordanem, sic habetur Nu. 32. c. nam si acciperetur hic plaga orientalis respectu omnium locorum, in quibus habitabant Israelite, cum totam terram regis Seon, & regis Og occupassent duae tribus, & dimidia, ut patet supra 3. cap. vocaretur plaga orientalis terra illa regis Seon in confinio Moabitarum, & Ammonitarum, circa torrentem Arnon, & ciuitatem Ar, de quibus supra 2. & 3. cap. dictum fuit, sed falsum est, quia iste tres ciuitates sunt circa confinia regnorum Amorrhorum, & regna Chanaan, & sic sunt respectu terre duorum regum Amorrhorum occidentalia loca, & respectu terre Chanaan quae erat ad occidentem Iordanis, vocantur ad orientem. Ut confugiat ad eas qui occiderit nolens. Conditiones requisite in confugiis, & qualiter causa ventilaretur de effusione sanguinis habetur Nume. 35. cap. Nec fuit inimicus ante vnum, & alterum diem. Id est qui non erat inimicus occisi a paucis diebus: si enim inimicus esset, non premeretur a casu, sed ab intentione occidisse. Bosor in solitudine. In tribu Ruben fuit vna, in tribu Gad alia, in dimidia parte Manasse alia. Et Ramoth in Galaad. Galaad fuit data partim tribui Gad, partim dimidie tribui Manasse, ut patet supra 3. cap. & in illa parte Galaad, qua habebat tribus Gad erat ciuitas Ramoth, pro qua postea fuit pugna inter reges Israel, & Iuda cum rege Syriac 3. Reg. 22. cap. Ista est lex. Postquam satis monuit ab idolatria cauere, hic incipit legis recapitulationem. Ista est lex. Scilicet quae infra narrabitur, & signat lex omne genus praecceptoru indifferenter. Et testimonia. Id est praeccepta decalogi quae vocantur testimonia, id est pacta conuenta, & testificata inter Deu, & populum, alia praeccepta non audiuit Israel a Deo per Angelum, sed per Moylen, nec cum tanta solennitate. Ceremonia. Id est ceremonialia praeccepta. Et iudicia. Id est praeccepta iudicialia. Trans Iordanem. Id est citra Iordanem, scilicet, antequam transirent Iordanem. In valle contra Phaanum Phegor. Id est, contra montem Moabitarum in quo erat quoddam templum Belphegor, & fuit ista vltima mansio, quae dicitur Belfethin, ut patet Nume. 33. cap. in isto loco erant, quando mulieres Moabitides, & Madianitae adductae consilio Balaam arioli a Moabitibus descenderunt portantes Deos suos de monte Moabitarum, & venientes Hebraeos recipiebant ad concubitum prius facta immolatione idolo Phegor, ut patet Numeri 25. capit. & in eod. loco manserunt, quando missi sunt duodecim mille viri de Israelitis ad pugnandum contra Madianitas, ut patet Numeri 31. capit. & ibidem manserunt quousque venerunt, & in eodem loco Moyses recitauit totum istam librum praesentibus omnibus Israelitis, ut patet hic, & demonstratur hoc, quia vallis contra Phaanum Phegor est, quae iacet ad radices montis altissimi, in quo erat templum, vel Phaanum, Phegor, & in hoc maledicere volebat Balaam filios Israel, ut patet Numeri 23. capit. cum dicitur, duxit eum ad excelsa Phegor, sed iste mons in quo stabat Balaam, coniunctissimus est Iordani, quia radices eius tangunt valem Pentapolis, per quam transit Iordanis, de quo in libro de diuisione Terrae sanctae.

G

In terra Seon regis Amorrhaei. Quia illa loca campestris, & plana, per quae tunc incedebant Israelite, erant de terra Seon, quam iam adquisierant, & coniuncta erat

Legis epilogus.

H

erat finibus Moabitarum, & quando dicitur, quod castrametati sunt in campestribus Moab, vel in planioribus locis Moab, ut patet Nume. 33. cap. non sunt loca illa in terra Moabitarum, sed in terra Amorrhorum, sed vocantur campestris Moab, quia subiacent, vel proteduntur a montibus clauderibus terram Moab. Quem percussit Moyses per seipsum. Quia tunc egressus fuerat cum alijs pugnatoribus ad bellum, licet iam magne etatis esset, scilicet 120. annorum, ut infra 31. c. Et Og regis Basan. Licet Basan non sit nome regni Og, nec maior pars regni quantum ad diuisionem terrae patet, quia data fuit tota Basa, & terra Argob, & pars Galaad dimidie tribui Manasse, quod non fuisset si esset maior pars regni, quia tunc alijs duabus tribubus modicum daretur secundum proportionem, tamen denominatur regnum ab illa terra, quia illa fuit forte principium, & origo regni illius, sicut nunc est in multis regnis. Qui erant trans Iordanem ad solis ortum. Id est, quod illa terra erat magis orientalis quam Iordanis. terra autem noue tribuum, & dimidie erat trans Iordanem ad occidentalem plagam, itaque Iordanis erat magis orientalis quam terra illa. Ab Aroer. Isti termini terre huius positi fuerunt supra 3. cap. Qui est Hermon. Qui vocatur Sanvr ab Amorrhoeis, & Sarion a Sydonis, & Hebraice Hermon de quo praecedent. cap.

erat finibus Moabitarum, & quando dicitur, quod castrametati sunt in campestribus Moab, vel in planioribus locis Moab, ut patet Nume. 33. cap. non sunt loca illa in terra Moabitarum, sed in terra Amorrhorum, sed vocantur campestris Moab, quia subiacent, vel proteduntur a montibus clauderibus terram Moab. Quem percussit Moyses per seipsum. Quia tunc egressus fuerat cum alijs pugnatoribus ad bellum, licet iam magne etatis esset, scilicet 120. annorum, ut infra 31. c. Et Og regis Basan. Licet Basan non sit nome regni Og, nec maior pars regni quantum ad diuisionem terrae patet, quia data fuit tota Basa, & terra Argob, & pars Galaad dimidie tribui Manasse, quod non fuisset si esset maior pars regni, quia tunc alijs duabus tribubus modicum daretur secundum proportionem, tamen denominatur regnum ab illa terra, quia illa fuit forte principium, & origo regni illius, sicut nunc est in multis regnis. Qui erant trans Iordanem ad solis ortum. Id est, quod illa terra erat magis orientalis quam Iordanis. terra autem noue tribuum, & dimidie erat trans Iordanem ad occidentalem plagam, itaque Iordanis erat magis orientalis quam terra illa. Ab Aroer. Isti termini terre huius positi fuerunt supra 3. cap. Qui est Hermon. Qui vocatur Sanvr ab Amorrhoeis, & Sarion a Sydonis, & Hebraice Hermon de quo praecedent. cap.

Opinio quorundam quantum distat mons Hermon a Tabor. Quasi. IX.

ET distat iste mons duobus miliaribus, id est vna leuca a monte Tabor, in quo Christus transfiguratus est. ad radices huius montis Hermon occurrit Melchisedech rex Salem Abrahae reuertenti de pugna contra quatuor reges, & obtulit panem, & vinu, ut patet Gene. 14. cap. Aliqui sic voluerunt, sed falsum est: nam licet verum sit, quod mons Tabor distat duobus miliaribus a monte Hermon, & licet ad radices montis Hermon occurrerit Melchisedech venienti a egde. 4. Regum: tamen non est idem mons Hermon iste, & ille, & patet, quia mons Tabor est 4. miliaribus, a Nazareth contra orientem, id est duabus leucis, & ultra montem Tabor magis ad orientem est mons Hermon duobus miliaribus, id est vna leuca, sed Nazareth est in sorte Iudae ad partem multum Meridianam terrae Chanaan, ergo est mons Hermon satis Meridianus in terra Chanaan, sed iste mons Hermon de quo hic dicitur est in latere Septentrionali terre Chanaan tangens terram duorum regu Amorrhorum, & terram Phoeniciae apud Sydonem, ideo Sidonij vocant illum montē Sarion: vocant, & Amorrhaei Saphir, item quia apud montem Hermon obuiauit Melchisedech rex Salem Abrahae reuertenti a egde. 4. Regum, sed Melchisedech non exiret extra regnum suum, scilicet extra regnu Ierusalem, sed illud tunc modicum erat, cum multi reges ponantur in terra Chanagorum, quia Iosue 31. occidit, & manserunt multi alij, ergo non extenderetur regnum Ierusalem tantum, ut perueniret ad montem Hermon, qui est in extremitate Septentrionali terrae Chanaan. Item dato, quod regnum Melchisedech illuc extenderetur, impossibile erat, quod Melchisedech occurrisset Abrahae apud montem Hermon, qui est in latere Septentrionali, nam Abrahā persecutus fuerat. 4. reges exiit de Sodomis per latus Meridianum terrae Chanaan vsque ad lauam Damasci, ut patet Gene. 14. cap. sed Damascus est ad partem Meridianam terrae Chanaan, cum sit metropolis Idumae, & Idumaea, siue terra Edom sit in latere Meridiano terrae Chanaan, ut patet Num. 34. c. concluditur ergo, quod iste mons Hermon, & ille qui est apud montē Tabor, vbi Melchisedech

Situs Damasci.

occurrit Abrahae, non sunt idem mons, sed vterque vocatur Hermon, quia sic frequenter accidit in sacra Scriptura duo loca habere idem nomen: sic patet Exodi 17. cap. vbi dicitur, quod quando Moyses stans in Raphidin eduxit aqua de petra percussit petram Oreb, sed tamen manifestum est, quod Oreb est nome mons, & signat montem, qui vocatur mons Synai, & post mansionem quae est in Raphidin sequitur mansio in Synai, vel Oreb, sed istud nomen dicitur de duobus locis distinctis, de quo magis Exodi 17. cap. dictu fuit. vsque ad mare solitudinis. Id est vsque ad mare mortuu.

C A P. V.

O C C A V I T Q V E Moyses omnem Israel, & dixit ad eum. Audi Israel caeremonias atque iudicia, quae ego loquor in auribus vestris hodie. Discite ea, & opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum foedus in Oreb. Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum, qui in praesentiarum sumus, & viuimus.

V Ocauit. Posito quodam magno, & maxime necessario mandato, scilicet de cauendo idolatriam, hic consequenter ponitur totius legis narratio. Et tanguntur tria. Primum quaedam ad praeccepta preparatio. Secundo praecceptorum narratio. Tertio quorundam consequentium dispositio. Secundum ibi. Ego dominus Deus tuus. Tertium ibi. Haec verba locutus est. Vocauit Moyses omnem Israel. Ut nullus post contradicere possit, & omnes se crederent obligatos.

An nomine Israel intelligantur principes solum. Quasi. I.

A L I Q V I volunt, quod omnis Israel dicitur pro principibus multitudinis, qui continent totam multitudinem in virtute, sed non omnes conuenerunt, sed falsum est, omnes enim conuenerunt principes, & maiores natu, doctores, totus populus, liberi, & vxores, & aduenae qui morantur in castris, exceptis lignorum castris, & his qui comportant aquas, ut patet infra 29. cap. de hoc magis diximus supra 1. cap. in principio. Discite ea, & complete opere. Nihil scire proficit, nisi compleantur imago nocet, quia seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis, ratio huius est, quia legalis consideratio qualis ista est non est speculatiua, sed practica, finis autem practicae non est veritas, sed operatio, vel bonum, quod est obiectum mouens operatum, ut patet 2. Metaph. sicut ergo vana est consideratio speculatiua, per quam nulla habetur veritas, ita vana est consideratio practica per quam non habet actio, sic ait Philosophus 2. Ethic. c. 2. prius negocium non est considerationis gratia, sed operationis: non enim, ut sciamus addiscimus, sed ut boni fiamus. Dominus Deus noster pepigit nobiscum foedus. Id est ipse per seipsum dedit nobis decem praeccepta in vocem tube in Oreb, id est in monte Synai. Non cum patribus vestris iniit foedus. In hoc demonstrat eis magnum Dei beneficium, quia cum patribus eorum non firmavit Deus pactum dando legem, sed cum ipsis: licet enim promissiones datae

data sint Abrahe, sed lex non data est eis, sed per Moyse, 430. ann. post factas promissiones ad Galat. 3. cap. Et si arguas contra, quia Gene. 15. cap. dicitur in illa die pepigit dominus foedus cum Abraham dicens, femini tuo dabo terram hanc. Respondetur, quod foedus proprie est confirmatio alicuius pacti, vel conditionis cum animalium occisione, ita quod ipsi paciscentes transeant inter diuisiones animalium, quia tunc dicitur, quod Deus fecit bis federa cum Iudaeis: semel cum istis qui erant tempore Moyse, & aliam cum patre eorum Abraham: primo enim cum Abraham in initio est foedus, & secundo cum istis qui erant tempore Moyse. & quia ista federa sunt confirmationes aliquorum pactorum. Dicendum est, quod fuerunt duo pacta. Primum pactum fuit in quo Deus promisit Abraham dare omnem terram Chanaan a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem, & ad huiusmodi confirmationem fuit factum foedus, scilicet, quod mandato Dei Abraham dixit vaccam, & capram, & arietem, & posuit partes alteras secus, & deinde Deus per flammam ignis transibat inter diuisiones, & Abraham quoque, ad signandum, quod si pactum illud quis infringeret debebat diuidi, sicut illa cadauera, ideo de Abraham non habetur expressum, quod transierit, nec erat necesse ipsum transire, licet aliqui volunt, quod transierit, quia transire inter diuisiones est ad significationem, ut supra dictum fuit, ut teneatur pactum, sed in isto pacto nihil promittebat Abraham, sed solum recipiebat famulationem factam a Deo, ideo Deus solus transire debebat, & sic habetur in textu; quod loco eius transibat flamma inter diuisiones: istis autem Hebraeis qui tempore Moyse erant fuit quoddam pactum cum Deo, in quo ipse Deus promisit eos recipere in populum peculiarem, ut patet Exodi 19. cap. faciendo eis specialia beneficia, & ipsi Hebraei promiserunt recipere mandata quae ab ipso audiebant, & quae postea diceret eis Moyses, ut patet infra in littera, ad confirmationem autem huius pacti mutui facta immolatio animalium, ut habetur Exo. 24. c. & sanguis illorum fuit aspersus super altare, & super librum legis loco Dei, & deinde super totum populum, ut patet eo. ca. & ad Hebraeos 9. fuit autem in vtriusque hic facta aspersio, s. Dei, & populi, quia vtrique hic aliquid promittebat, ut supra declarauimus, nunc ergo, quia dicit littera, quod Deus inuitit foedus cum istis, & non cum patribus eorum, verum est quantum ad foedus positum in confirmationem legis, quia lex non fuit data Abraham, vel alicui de antiquis patribus, sed solis istis qui nunc erant, sed quantum ad promissiones factas de terra Chanaan, fuit in initio foedus cum Abraham, & non cum posteris qui nunc supererant. *Qui in praesentiarum sumus.* Idest nunc sumus in praesentiarum est vna pars, & est aduerbium temporis. *Facie ad faciem locutus est vobis.* Idest Deus per se, vel per Angelum dixit vobis ista non mediate aliquo homine denunciantem, non intelligas faciem ad faciem, ita quod populus Deum videret, quia ut dictum fuit precedenti ca. vocem audierunt, formam aliquam penitus non viderunt.

Dupliciter Deus nobis loquitur. Quaes. I. I.

DEVS dupliciter consuevit nobis loqui, aut per Prophetas suos declarantes quid ipse intendat, aut per Angelos suos, per se namque nunquam loquitur nobiscum, ut declarauimus Exo. 3. c. quia mutaretur inutiliter ordo assistentium, & ministrantium, de quibus Dan. 7. c. quia autem loquitur nobis per aliquem Prophetam, dicimus, quod non loquatur facie ad faciem, quia satis nobis perspicuum est, quod ille qui nobis loquitur non est Deus, sed

F nunciarius eius, quia autem Deus nobis loquitur per Angelum, siue loquatur in assumpta figura viri Angelus loco Dei, siue sola vox audiatur, dicitur loqui facie ad faciem, tanquam ipse per seipsum ad nos loquatur, & non in subiecto homine. Et hoc est, quia nos nescimus distinguere an ipse sit qui vocem format, an aliquis Angelus, sicut scimus, quia aliquis a Deo mittitur homo, quem nos cognoscimus, ideo aliqui cum videmus Angelos loco Dei nobis apparentes dicimus vidisse Deum facie ad faciem, sic patet de Iacob Gene. 32. c. qui cum vidisset Angelum qui luctabatur cum eo dixit, vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, aliquando solum vocem ab Angelis loco Dei formatam audiimus nulla penitus visa imagine, & dicimus Deum facie ad faciem, vel audire, vel videre, sic patet hic, quia Hebraei audierunt vocem Angeli loquentis de medio ignis loco Dei, & formam, aut imaginem penitus non viderunt, ut patet 6. in littera tamen dicuntur audisse dominum loquentem facie ad faciem, ut patet hic. *Ego sequer.* Idest index, vel mediator, siue interpres. *Ut annunciamus vobis verba eius.* Idest verba quae post dationem decem praeceptorum de ceremonijs, & iudicijis mihi dixit, quantum ad verba decem praeceptorum non fuit Moyses mediator, quia Deus per Angelum suum annunciauit populo. *Tinuisistis enim ignem, & non ascendistis in montem.* Ista est causa quare Moyses locutus est eis, & non Deus. *Et non ascendistis in montem.* Sicut ego ascendi ad loquendum cum domino, etiam Deus illis sub poena mortis mandauit, ne aliquis ascenderet in montem, nec rangeret Exo. 19. c. *Ego dominus Deus.* Hic ponitur secundum, s. praeceptorum narratio, & quia ista praecepta sunt ea quae habentur Exo. 20. c. quantum ad substantiam significationis tamen aliqua verba mutata sunt, & aliqua addita, vel diminuta, ut de obseruatione sabbati dicit hic obserua diem sabbati Exo. 20. dicitur memoro, ut diem sabbati obserues. Vnde dixit Rab. Sal. quod vox Dei erat vna, & duo resonabat, quod impossibile est naturaliter, quia vno actu pletri vnicam vocem formamus, Deus autem faciebat, ut eadem vox sola sonaret duo. Nos enim alia prolatione dicimus Petrus, alia Ioanes Deus autem eadem voce dicebat, obserua diem sabbati, vel memorare diem sabbati. Et probat, quia habet in Psalm. semel locutus est Deus, & dixit duo. Sed hoc non potest stare, quia licet possibile esset Deo, nisi non soluit difficultatem: posset enim hoc intelligi si tot dicerentur hic, quot Exo. 20. per diuersa verba, sed aliqua dicuntur Exo. quae hic tacentur, ut de causa obseruationis sabbati. Dicendum ergo, quod Moyses repetens legem magis curauit de sententia quam de verbis, ideo si aliqua verba mutata sunt, nihil refert, & praecepta ista licet data sint, tamen non sunt de iure positio, sed de naturali, vnde non solum obligabant Iudeos, sed etiam alias gentes, quia gentes quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, ad Roma. 2. cap. & non solum obligabant Iudeos post dationem legis, sed etiam ante dationem, quare ergo data sunt cum natura insinuat? Dicit Aben Ezra, quod ad aliquam significationem rerum, ut mandatum de sabbato datum fuit ad memoriam requiei Dei ab operibus quae creauit, & sic in alijs causa dari potest, sed latet nos. Sed hoc falsum est, quia causa datur significationis in caeremonialibus solum, vel iudicialibus quae de se nec bona nec mala erant, sed ideo data sunt, ut aliquid significaret, quia lex umbra erat futurorum, ad Colo. 2. capitu.

Et quando obijcit, quod sabbatum, quod in decalogo est causam habet significationis, scilicet memoriae creationis,

Respon.

Officiarius Dei nobis loquitur facie ad faciem.

Opin. an.

Respondetur quod praeceptum de sabbato quantum ad limitationem certa diei caeremoniale est, ut ipse vult, & sic in significationem datum est. Item si praecepta decalogi essent in significationem data, essent vmbra, & cessarent veniente veritate vel signato, sed falsum: quia praecepta nunquam aboleri possunt, cum fundentur in principijs naturalis rationis. Dicendum ergo quod praecepta ista ideo sunt, quia id quod per se malum est prohibent, vel quod bonum necessarium est dicunt: ideo solum rationis regulationem considerant absolute, nec aliquam significationem attendunt, sed data sunt, ut ea quae naturaliter agere vel cauere indereterminate monentur, explicite & determinate sub his decem praeceptis colligerentur, & non fuit haec superflua doctrina, quia aliqui ita sunt simplices, ut non sentiant ignorem: vile ergo fuit, ut ea quae nobis natura docente, sed confusa cognita sunt, sub quadam breui collectione magis per modum doctrinae, quam constitutionis traderentur, licet ista per Dei mandatum maiorem obligationem sortita sunt: vnde grauius peccabant Iudei agentes contra aliquod illorum praeceptorum post legem datam quam ante legem, & ro quia scitur Deus specialia promissit Israelitis si obseruarent ista mandata ab eo data, magis quam alijs gentibus, quae ex naturali instinctu ista seruabant, ergo etiam maiores poenae debentur eis si contra ipsa agerent quam alijs gentibus: sed ante legem datam Iudaei seruabant ista sola conscientia dictante, ergo tunc minus puniebantur & minus merebantur.

An grauitas transgressionis sit secundum ordinem praeceptorum, ita quod magis peccet transgrediens contra secundum quam contra tertium, & de ordinatione illorum inter se, & assimilatione.

Quaes. III.

ET dicit Rab. Abraham Aben Ezra, quod ista praecepta sunt grauioris culpe cum ea transgredimur secundum ordinem prioritatis, ita quod primum grauius quam secundum, & secundum quam tertium, & sic consequenter, & sic magis peccat qui adorat deos alienos, quam qui accipit nomen Dei frustra, vel sine reuerentia. Sed falsum est, quia maioris culpe est hominem occidere quam sabbatum violare, sed primum ponitur mandatum de sabbato quam de homicidio. Et si dicatur, quod maius est mandatum de sabbato quam de homicidio, quia violans sabbatum negat mundi creationem & quietem Dei ab operibus. Respondetur quod sic accipiendo mandatum de sabbato maius est quam mandatum de non sumendo nomen Dei in vanum: minus peccatum est Deum sine reuerentia noiare, quam negare Deum mundum creauisse, & est maius mandatum est istud quam primum de non colendo idola, quia aliquis poterit confiteri Deum verum esse, & omnipotentem, & cum alijs perfectionibus, & cum hoc coleret idola credens semper illa aliquam virtutem, vel bonum habere, ut Iudaei qui tpe captiuitatis Babylonicae manserunt in terra, & transierunt in Aegyptum, & dixerunt non seruiemus domino Deo, sed sacrificia offeremus reginae caeli, quia cum illi sacrificaremus, saturati fuimus panibus, & malum non vidimus: cum autem cessauimus offerre libamina, gladio & peste consumpti sumus Hiero. 44. cap. sic etiam dicitur de Samaritanis habitantibus in terra nouem tributum & dimidia, qui Deum timebant, sed nihilominus idolis seruiebant, ut patet 4. Reg. 17. c. qui autem negat creationem negat Deum esse omnipotentem: vnde philosophus, ideo dicebat mundum non esse creatum, sed aeternum & increatum, quia non putabat aliquam tantam potentiam esse, quae materiam sine aliquo praesupposito gigneret vel faceret.

Alph. Toft. super Deuter.

A ret, & sicut patet in 7. & 8. phy. Deum solum infinitum duratione dicit, non autem essentia vel praeter, sed tamen hoc minus vitium est quam Deum esse totaliter negare, sicut dixit stultus in corde suo non est Deus. psalm. 13. & 52. maximum, ergo vitium est Deum esse negare, quia quod negat esse, negat omnem perfectionem, quia subiectum boni & perfecti est esse, qui autem negat Deum esse omnipotentem, adhuc potest concedere de Deo multas perfectiones, ut Aristoteles. qui ponit octo maximas perfectiones Dei in 12. met. & tamen omnipotentem negat esse. Sic Prothagoras philosophus deos esse in dubium reuocauit, Diogenes totaliter esse negauit, ut ait Lactantius de nat. deor. lib. 1. c. 2. & Epicurus deos nihil scire, nec esse dixit, ut ait Augustinus de civ. Dei. Dicendum ergo quod non ordinatur praeter secundum ordinem grauitatis, sed secundum quod pertinet ad Deum, vel ad proximum: ponuntur ergo primo omnia quae pertinent ad Deum, deinde omnia quae pertinent ad proximos, & licet ceteris paribus valde maior offensae est, quae fit Deo quam proximo: quia valde magis est atere nam quam teralem ledere maiestatem, ut in c. vergentis ext. de heret. h. tamen aliqui maior est offensae proximi quam solius Dei: in omni tamen offensae proximi includitur offensae Dei quia aliter non puniremur aeternaliter, vel non incurreremus odium Dei propter malum illatum proximo. Sunt autem. x. praecepta, ut sunt decem praedicamenta, sicut n. omnia entia quae mere sunt praeter maximum & minimum. i. praeter Deum & materiam primam reperiuntur in istis. x. generibus tanquam primis decem rerum principijs, ita omnia naturalia & constituta iura in his sunt secundum rem, vel secundum originem. sunt n. decem praecepta decem iuris naturalis explicitae conclusiones, in quibus omnes alie iuris naturalis partes implicite sunt, & iura positua recte constituta quaedam iuris naturalis particulares determinationes sunt, vel assimilantur numero denatio quae radix est omnium numerorum post: quia cum aliquis accesserit ad decem, rursus fit conuersio ad vnitatem, & deinde in viginti qui est secundus denarius rursus replicatur vnitatis, & sic in 30. & 40. & consequenter in omnibus maioribus numeris: sunt ergo recte denarij quidam articuli. i. membra, vel sectiones numerorum, sicut articuli manuum. sic omnia ista decem praecepta radix omnium aliorum praeceptorum sunt, & alia nihil sunt, nisi quaedam explicitae magis istorum replicationes. Aben Ezra vult secundum quosdam naturales sapientes, quod decem praecepta sunt, sicut nouem orbes, ita quod primum praeceptum non assimilaretur alicui orbi propter immutabilitatem diuinae essentiae, licet possit empyreo caelo lucido vniuersi & immobili comparari: sed Iudei non cognoscunt hoc caelum, & ad hanc comparationem sic ordinant, quod illud. Ego sum Dominus Deus tuus. Sit vnum praeceptum, & secundum sit non habebis deos alienos. Tertium non accipies nomen & c. quartum obserua sabbatum, & ista 4. ponuntur in prima tabula quae sunt solum ad Deum: manent autem alia sex praecepta ad proximum in secunda tabula, ideo vltima duo. s. Non concupisces rem proximi, & aliud. s. Non concupisces uxorem facient vnum praeceptum: nos autem praecepta primae tabulae. s. respectu Dei tria solum ponimus, quia primum non diuidimus, quia ego sum Dominus Deus. non est praeceptum, cum nihil per illud mandetur, & praeceptum de concupiscentia diuidimus, quia multum distat concupiscere carnem uxoris a cupiditate rerum ex obiecto, & ex habitu uel passione, quia concupiscere uxorem ab intemperantia & desiderio tactu. puenit: concupiscere res ad auaritia uel naturae curuitate pertinere: ideo circa concupiscentiam uxoris alterius potest esse intemperantia uel incontinentia simpliciter, sed circa desiderium rerum possessarum ceterarumque pecuniarum non est intemperantia, vel incontinentia, ut declarat philosophus. 7. Ethic. & secundum signationem illam, Secundum mandatum de non colendo deos alienos ad nonam sphaeram pertinet, quae

Essae est subiecti boni & perfecti est.

Opi. Doc. de praecepto ordinatione.

Opi. Rab. Aben. de assimilatione praeceptorum ad nouem orbes egi.

D motu

motu suo omnes octo inferiores contrario motu vertat. ab oriente ad occidentem, deinde ad punctum occidentis. in 24. horis: & quia ibi prohibetur cultus alterius cuiuslibet rei prater unum Deum, prohibetur et cultus nonae sphaerae: aliqui. n. illam colebant putantes esse Deum, quia videri non potest cum non habeat aliquam stellam, ideo dixerunt substantiam incorpoream esse mouentem orbem. vnde multis antiquorum incognita fuit, & solum. 8. orbem qui videri possunt posuerunt. Tertium mandatum de non sumendo in vanum nomen domini octavae sphaerae, quae est orbis signorum, conuenit, quia sicut ibi in tanta stellarum multitudine, & diuerso lumine, & constellationum varijs significationibus diuina potestas & bonitas ostenditur, ita in hoc quod etiam nomen suum sine magna reuerentia nominare non licet. Quartum mandatum de sabbato septimo orbi, scilicet Saturni conuenit, qui planeta masculinior est, & dominatur in sabbatis, ideo dicunt, quod Deus mandauit ab omni opere abstinere: quia illis diebus incipientes, opera non prosperantur. Sed ista assignatio intentioni legislatoris discordat: inter debet enim legislator eos reuocare ab omni superstitione & idolatria, sed docere eos obseruationem illius diei ex hac causa erat reducere eos ad colendum omnem militiam caeli tanquam potentem eis bonum, aut malum agere, ut postea coluerunt, ut patet 4. Reg. 22. & Hier. 44. ca. Et Hier. 20. cap. hoc valde prohibuit cum propheta induceret nos ad non timendum astra caeli, & dixit iuxta vias gentium nolite discere, & a signis caeli nolite metueri, quae timent gentes, quia leges populorum vanae sunt, & non solum Iudaeis, qui ad idolatriam erant proni, hoc malum erat, sed etiam nobis de quibus non ita praesumitur, ut habetur ad Gala. 4. dies obseruatis mensibus, tempora, & annos, timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Quintum praecceptum de honore patris sextae sphaerae, scilicet Iouis conuenit, quia planeta beniuolus est aliorum malitias temperans, & faciens ad recte distribuere: impendere autem honorem parentibus iusta distributio est, quia illis multum naturaliter obligamur, quia multa ab eis recepimus, ut patet 9. Ethi. Sed secundum Gentilium historiam, ista assignatio non congruit, quia Iupiter patrem vere de regno expulit: vnde Saturnus Iouem filium fugiens de Creta nobilissima Graecorum insula, quae nunc Candia nominatur, quae regnum suum erat, in Italiam profugus nauigauit, ibidem Italicos adhuc brutaliter viuentes agriculturam docens, ut ait Quid. lib. 1. Faistorum. Fabulantur etiam ei virilia abscidisse, sed hoc magis ad caeli significationem quam ad historiae veritatem pertinet: dicitur Iupiter Saturni genitalia abscindere, quia vis generandi vel cauendi malum quae in Saturno est bonitate naturae Iouis totaliter scinditur, vel temperatur. Sextum praecceptum non occides quinto orbi, scilicet Marti conuenit. Mars enim suo distemperato calore choleram incendit, iram excitat, bella mouet, & sanguinis significat effusionem, cauendum ergo ne propter iram in nobis genita forte per naturam huius planetae ad effundendum sanguinem transgrediamur. Septimum mandatum est non fornicaberis, quod mutato ordine orbi Veneris conuenit, cuius qualitas est multiplicare materiam feminalem: planeta beniuolus est, sed cuiuslibet cedit cui adiungitur, sine bono, vel malo, sicut fornicariae faciunt. Octauum mandatum est non furaberis, & conuenit orbi cui ex magna luce conuenit aliorum obscurare splendorem, & potentior alijs est in agendum: isti duo modi furari conueniunt, scilicet per occultationem nullo vidente furari, vel per maiorem potentiam inuitum dominum expoliare.

Nonum mandatum est non falsum testimonium

dices, quod secunda sphaera, scilicet Mercurij conueniunt: est enim Mercurius in verbis & in fraudibus potens, Et sic Mercurius dicitur secundum Isidorum. 8. erym. quasi medius currus, quia inter homines medius est, & ob hoc apponit ei poetica fictio talaria ad volandum, ut patet circa finem secundi Metamor. ut cito volet, quia sermo inter nos cito discurret. dicitur etiam virgam portare ad mitigandum serpentes, quia sermones dulces mitigant furorem, & odia radicata, quae sunt, ut quaedam venena, ut patet proverbia. 13. cap. Decimum praecceptum de non concupiscendo, cui primus orbis, scilicet Luna conuenit, quae omnibus orbibus planetarum inferior est, & multum in his inferioribus operatur, de quibus concupiscentia nostra inordinata est. Ego Dominus Deus tuus. Secundum Hebraeos est hoc primum mandatum, & si dicitur contra eos, quia in hoc nihil mandatur possit responderi, quod licet directe non mandatur, tamen indirecte, vel ex consequenti, quia demonstratur Deum Israel esse verum Deum, ex quo sequitur quod cultus sibi debetur, ideo ponentes hoc esse praecceptum necessario dicere debent, quod in isto primo mandato praecipitur cultus Dei, & in secundo prohibetur cultus idoli: nos autem dicimus, quod hoc praecceptum non est, sed quoddam assumptum ad praecceptum, quia hic prohibetur cultus idolorum: causa praepositur, quia ego sum Deus tuus. I. ego sum Deus verus. Qui dixit te de terra Aegypti. Ponit singulare beneficium quod nulli alteri genti factum est, per quod ad exhibendum cultum verum duci debent, & narratur hoc beneficium, quia hoc maximum erat eorum quae a Deo receperant, & licet maiora eis Deus daturus erat. scilicet vitam aeternam, quia tamen animalis homo non percipit, quae sunt spiritus Dei, sed solis carnalibus, & quae praesentia oculis conspiciunt, delectantur: ad Corin. 1. cap. 2. inter beneficia ista, quae ipsi videre poterant hoc erat maius. Et dicit Ra. Aben Ezra, quod secundum caeli vim & dispositionem maiori tempore Israelitae in Aegypto teneri debebant, sed Deus supra motum caeli operatus fuit illos liberans: si autem sic vel aliter verum fuerit non multum refert, quia etiam si secundum motum & dispositionem caelestium corporum essent illo tempore exituri, non poterant tamen illo modo egredi. scilicet reuerti in Aegyptum, & in columna nubis, & diuiso mari rubro, & sic aliqua quae naturaliter fieri possent Deus supra naturaliter operatur, sicut alijs moribus multis medicinis & magno tempore curari possent, Deus autem illum subito sanat, ut focum Petri quae febribus tenebatur sanauit. Luc. 4. cap. De domo seruitutis. Idest illa terra non erat terra tua, sed terra in qua inuitus seruebas. Non habebis Deos alienos. Idest non adorabis aliquas res, vel imagines, quas Gentiles deos vocant: nam ista locutio est secundum existimationem hominum, quia secundum veritatem nullus est Deus alienus aut dii alieni, quia si nullus est Deus praeter unum Deum: ergo nullus est praeter eum Deus alienus, aut non alienus, sed quia homines putabant esse illos deos, vocat eos scriptura deos: tales autem quia alieni sunt, idest quia coluntur a gentibus, quae sunt alienae a lege Dei, a nobis colendi non sunt. Non facies sculptile. Idest statuam ligneam, lapideam, vel metallinam, quae per cauentionem, vel sculpturam figuratur. Nec similitudinem. Idest imaginem pictam non corpoream, sed superficiale. Omnium quae in caelo. Idest stellarum. Et quae in terram. Hominum, bestiarum, vel reptilium. Et quae versantur in aquis. Idest piscium. Sub terra. Quae terra videtur altior aqua: quia aqua per pronam, & concaua terrae illabitur, sic habetur psal. 23. quia

quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina: tam secundum veritatem & ordinem elementorum, terra inferior est: licet aqua infima videatur, quia non potens terminari termino suo, quia fluxibilis, quaerit terminari termino alieno sicut concauitatem infima petens: sed non infimum simpliciter, quia hoc terra conuenit. Non adorabis. Exhibendo reuerentiam in motu capitis, vel aliarum partium corporis. Nec coles. Offerendo vel thurificando. Ego sum Dominus Deus. Hic retrahit a malo idolatria per comminatum punitionem, quia patres peccantes puniuntur, & filij, & nepotes, & vsque ad quartam generationem, quia vsque ad illam generationem possunt vivere homines, & erudire filios, & nepotes in malo, quod illi sequentes puniuntur, ut pater eorum sine poena, vel quia Deus filios, & alios vsque ad quartam generationem punit temporaliter pro peccato patris, aeternaliter autem nullus pro alio punitur. Et sic habetur Ezech. 18. anima quae peccauerit ipsa morietur, & hoc magis concordat quae prior expositio, quia dicitur infra, quia in bene agentibus benefacit bonis, & filiis eorum vsque in mille generationes.

Differentia magna est in Deo inter misereri & punire. Et quare puniatio peccati non extenditur ultra quartam generationem. Quae. 1111.

ET sic datur differentia inter misereri & punire in Deo, quia in Deo misereri propria est, vsque ad mille generationes miseretur, & quae punire non est ei ita proprium, solum vsque ad generationem quartam punit in his qui oderunt eum. Aliqui intelligunt hoc de filiis, scilicet quod Deus punit peccata patrum in filios vsque ad quartam generationem, quae filij & nepotes oderunt Deum. i. sunt mali, & intelligunt de poena aeterna, quae est filijs, & nepotibus infligitur. Sed melius est, quod intelligitur de ipsis patribus, & est sensus, quod quae aliqui oderunt Deum, & sic malum operantur, pro peccato eorum, aliqui filij vsque ad quartam generationem puniuntur temporaliter, & ratio, quia si filij, sicut patres Deum oderunt, consequenter non solum vsque ad quartam generationem, sed et vsque decem mille puniuntur. debet. n. necessario hoc referri ad ipsos patres peccantes, vel bene agentes. scilicet si bene egerint patres, Deus miseretur filiorum suorum vsque in mille generationes, vel vsque in multas, quia ponitur numerus certus pro incerto: si autem patres male egerint, Deus punit eos, & filios suos vsque in quartam generationem propter peccata patrum: nam si hoc intelligeretur, ut aliqui volunt de ipsis filiis, cum dicitur his, qui oderunt me. scilicet quod si patres sunt mali Deus punit peccata patrum in filios vsque in quartam generationem his, qui oderunt me. i. si filij istorum peccantium oderint me. scilicet peccantes, sicut patres sui. Sed hoc falsum est primo, quia quando filij oderunt Deum, sicut patres sui, non puniuntur pro peccato patrum, sed pro peccato suo, quia dato quod non fuisset peccatum patrum, si tamen filij mali essent ipsi punirentur, sed hic dicitur, quod peccatum patrum puniuntur in filios, ergo non puniuntur solum filij peccatorum, quando ipsi sunt peccatores, sed etiam pro patribus suis. Item quia si solum punirentur filij malorum hominum, quae ipsi sunt mali, sicut patres eorum. scilicet quod oderunt Deum: non solum punirentur vsque ad quartam generationem, sed etiam usque ad decem mille generationes, vel vsque in infinitum quia quicumque peccauerit a Deo punietur, sed hic ponitur tanquam aliquid speciale vsque in quartam generationem. Item quia dicere vsque in quartam generationem habet relationem ad aliquid praecedens, Alph. Toit. super Deuter.

cum ergo dicatur peccati patris puniuntur in filios vsque in tertiam & quartam generationem, necesse est dicere, quod ipsum peccatum patris est, cuius puniatio daret vsque in quartam generationem, & non peccatum filiorum: nam si quilibet pro peccato suo puniatur, non puniuntur in tertiam vel quartam, vel in aliquam. Item quia si qui puniuntur pro suo peccato puniretur, non esset deus quantum ad bene agentes & male agentes: nam sicut quilibet pro peccato suo puniatur, ita pro suo bene factis mercedem recipit, ergo sicut benefacientes vsque in mille generationes praemium recipiunt, ita male agentes vsque ad mille generationes, vel ultra pro suis delictis cruciabitur, sed hic facit scriptura mentionem differentiae, quia in peccantibus assignat punitionem vsque ad quartum gradum vel generationes, & in bene agentibus assignantur mille generationes. Item quia quae dicitur, quod Deus seruat misericordiam suam in mille generationes in his, qui diligunt eum: si accipiatur solum quod Deus benefaciat bonis pro suis benefactis, sequuntur duo inconuenientia.

Primum quod Deus solum praemium det bene agentibus vsque in mille generationes, ergo consummatis illis mille generationibus Deus non seruabit misericordiam suam ad bene agentes, quod falsum est, quia quomodocumque aliquis bene agat Deus miserabitur ei dando praemium meriti sui. Secundum inconueniens, quia nescietur ubi incipiant illae mille generationes, quia de quolibet bene agente dicitur, quod Deus miserabitur vsque in mille generationes, quilibet ergo dubitaret utrum ille generationes essent finitae, & sic de praemio sui boni operis ignoraret. Concludendum ergo quod hoc intelligatur de ipsis patribus bene vel male agentibus. scilicet si pater male agat, Deus punit eum, & filios suos vsque in quartam generationem ad maiorem tristitiam patris, ut tristetur in se, & doloribus filiorum suorum, nepotum, atque pronepotum. Et non extenditur puniatio peccati alicuius ultra quartam generationem, quia odia semper restringuntur, & fauores ampliantur, ut patet de regulis iuris. in 6. in regula odia, & quando aliquis bonus est diligens Deum, Deus seruatur misericordiam suam ad illum vsque in mille generationes. i. vsque in multas & plures, cum Deus pro merito patrum plus prosperat, quam pro demerito maiorum puniat: nam ad quartam generationem tantum est puniatio. Item quia Deus vult hic ponere magnam poenam, ut moneat a peccato recedere, sed non est valde magna quae aliquis puniatur solum pro peccatis suis, sed quando peccans & sua posteritas puniuntur: sua prima expositionem solum intelligeretur, quod quilibet Deum odio habens puniretur quod solum est in seipso. Item quia fit hic similitudo de benefaciente ad malefacientem, sicut ergo benefaciens remuneratur, & filij, & alij sequentes sine proprijs meritis, ex merito patris bonum recipiunt, ita filij peccatorum sine demeritis suis aliquando ex demeritis patrum puniuntur, sed in hoc est differentia, quia benefacientes ad mille generationes, male agentes solum ad 4. Et faciens misericordiam in multa millia. Aliquando dicitur ad mille generationes, ut in fra 7. cap. aliquando in millia sine alia additione, ut patet Exo. 34. cap. quomodocumque ponatur semper stat numerus certus pro incerto, quia non est nobis determinatum vsque quor generationes proficiat bonum patris, nec est semper eodem modo, quia aliter profunt magna merita patrum, aliter parua, & filij aliqui dispositi sunt bonum patris merito recipere, aliqui proprijs actibus demerentur, ut merita patrum eis non suffragentur. Sicut dicimus de existentibus in purgatorio, alij magis alij minus orationibus ecclesiae iuuantur secundum quod viuentes meruerunt; ut magis vel minus

Doct. opi. uera. Quare puniatio peccati non extendit ultra quartam generationem.

aus iuuarentur. Et satis patet in Abraham, quia merito eius non deleuit Dominus posteros suos, & filij Esau, qui mali erant, tamen quia descendebant de semine Abraham dedit eis victoriam contra hostes, vt expellerent eos de terra, & acciperent eam in possessionem, vt patet supra 2. cap. sic de Dauid cuius merito conseruatum fuit regnum in stirpe eius vsque ad captiuitatem Babylonis, & post vsque ad aduentum Christi, licet permixta cum Leuitica tribu, quod peritum erat peccatis Salomonis, & sequentium, vt patet 3. Reg. 1. c. & pl. 88. *Non usurpabis nomen Dei tui.* Vt iurare est rem illicite assumere, vel quod vni pertinet alteri attribuire, & vocatur et abuti; Deus. n. nomen non het, nec nomine indiget, quia nome ad no tificationem rei inuentu est; Deus aut summe notus est, sed Deus nomen habuit, vt in illo eum laudemus, vel inuocemus. Qui ergo nomine Dei ad aliquas magicas artes vitur proferendo illud in maleficijs, vel incantationibus, vsurpat illud vel abutitur, & multum peccat, quia si testm Dei peccatori nominare malum est, vt pl. 49. peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testm meum per os tuum? quanto magis peccatum erit pollutus la bis, & inutiliter illud accipere? dicitur etiam frustra accipi, qm ita accipitur quasi si non acciperetur, id est cum pauca reuerentia, vel illud vilipedeo, vt si aliquis aliquid per nomen Dei promississet vel affirmasset, & si illud non completeret, vel quod asseruit verum non esset, frustra Dei nomen assumebat, quia tm pro illo faciebat, quantum si illud non assumpisset, & in hoc multum vilipenditur nomen Dei, quia vt nihilum reputatur: detestabile est, q per vitā patris iurantes cōpleant, & per nomen Dei promittentes nihil faciamus. In Aegypto mos est, vt si quis per vitam, vel salutem regis iurauerit, & non compleuerit morte moriatur, a qua liberari non potest etiam si se auro & lapidibus preciosis ponderaret: quanto magis cum nomen Dei nostri ore assumimus, qui rex regū est, & dñs dominantium, Apoc. 1. c. aliqn frustra assumitur, cum in cōiibus verbis, ex continuo vsu, sine aliqua necessitate, vel congruentia profertur, & tm non mentimur. Et iste modus minor est alijs modis, quia in alijs malum est ex parte rei, quia ad res detestabiles & magicas profertur, vel ad confirmationem falsitatis, & etiam sine reuerentia & timore assumitur, in isto autem solum est error, quia non adhibetur timor & reuerentia, sed ex parte rei malum non est. *Quia non erit impunitus.* In hoc pcepto solo ponitur pna, quia homines affluenti erant iurare, nec hoc peccatum vel magnum quid esse putabant, ideo ad monstrandum malum esse pnam cōminatur. *Qui sumpserit nomen eius assumptum.* Quanto magis qui iuraverit re illicita vel falsa iurauerit: vanum. n. est quod licitū est, verum est, sed necessarium non est, vt sermones cōes pondus non habentes: abstinentum ergo est a iuro frequenti, quia vir multum iurans replebitur iniquitate: ideo Iacobus dicit: ante omnia fratres mei nolite iurare: Iaco. 5. & Christus sit sermo vester est est, & non nō. Mat. 5. & hęc oia extra de iure iuran. c. & si Christus. Utendum tm est iuro cū tempus & cā exposcit, maxime cum in iudicio petitur. Qui. n. nullo mō iuram patrare vult, hæreticus iudicatur: vnde quidam ab ecclesia damnati sunt, quia iuram cōiibus modis illicitum esse dicebant. *Observa diem sabbati.* In hoc pcepto aliquid morale est, aliquid vero ceremoniale, q aut aliquo tpe Deo vacare debeamus morale est, vt eius bñficiorum recordemur, & laudes debitas referamus, & cogitando de Deo ascendamus in cognitionem, & amorem eternorū, vt ei toto pectore inhæreamus exhibentes debitā seruitutē: hoc. n. ois hō iudica-

ret qui aliquam veri Dei cognitionē haberet. Sed alia sunt ceremonialia. q. p. isto vel isto die fiat, & ideo hoc mutatu, quia quod sabbato ad memoriam creationis fiebat, nunc dñica die ad memoriam resurrectionis obseruamus, quia magis opera recreationis q creationis attendimus, imō opera creationis propter opera recreationis in sacra scriptura ponuntur ad Rom. 15. quacunque scripta sunt ad nostrā doctrinam scripta sunt: doctrina aut ad regnificationem pertinet. Erat etiā ceremoniale quantitas obseruationis, s. abstinere ab omni opere, ita vt cibos illa die parare non liceret, nec ignem accendere: Exo. 35. c. hoc et cessauit, quia non tm arctamur nos, sicut Iudæi in obseruatione festorum, quia licet nobis ignem accendere, & cibos parare; de his latius diximus Leui. 23. c. & latissime Exodi 12. c. in qōne magna de obseruatione festorum. Etiā ceremoniale est, q vna die integra. s. 24. horis ab opere vacemus, & q hoc qualibet hebdomada fieri se mel, sed istæ ceremoniæ non mutatae sunt, quia non hebant spales significationes: aliq ceremoniæ, iō mutatae sunt, qa vmbra erāt futurorū: veniēte ergo veritate nō debuit manere figura, qa tūc profectemur Xpm nō venisse, sicut Iudæi sancti antiquus in istis ceremonijs vixerunt, pfitentes per eas se expectare Messiam futurum, absit aut a nobis Messiam expectare, nisi vt ad iudicandum venturum. Quōd aut vna die fieret integra, vel qualibet hebdomada, solum tangit circumstantiam actus, & non aliquā significationem.

An pcepta legis noua aliqua sint ceremonialia, aliqua iudicialia, aliqua moralia, vt in lege veteri. Quæst. V.

Vnde & in lege noua ceremoniæ aliqua manent quæ fuerunt in veteri lege. Vnde distingui possunt pcepta legis noue in moralia, ceremonialia, & iudicialia, moralia aut sæpe in nouo testō repetuntur, vt Mat. 19. vbi quasi omnia ponuntur, & in multis alijs locis. Iudicialia sunt quæ statum ecclesiæ, & personarum, inter se ipsas tangūt, vt qualis esse debet episcopus, qualis diaconus, vt prima ad Thimo. 3. c. qualis esse debet status conuerforum se non scandalizantū, vt ad Ro. 14. & 1. Corin. 8. qualiter nos ad infideles habere debemus: prima ad Corin. 9. c. & 10. qualis debet esse status cōiugatorum, vt 1. Cor. 7. & sic de multis alijs: alia ceremonialia sunt, s. quibus quilibet immediate se in Deū habet, & ista sunt principaliter sacramenta noue legis, sic in veteri lege erant sacrificia, & sic hī Mat. 28. de baptis. Ioan. 3. c. & de eucharistia Mat. 26. & 10. 6. c. Et de confirmatione: actuum. 9. c. & de sacra vñctione. Iacob. 5. cap. Et sic de alijs sacramentis. Et eodem modo de omnibus pceptis, vel consilijs quibus homo se immediate habet in Deum. Sed differunt ceremonialia, & iudicialia legis nouæ a veteri lege, quia hic pcepta ceremonialia, & iudicialia mutabilia nō sunt, sed in lege veteri mutabilia erant: ratio diuersitatis est, quia esse pceptorum in lege veteri erat significatio futurorum: cum autem hoc significatum defineret esse futurum, & inciperet esse præteritum, necesse erat signum etiam variari: in lege autem noua si aliqua ceremonialia signant, referuntur ad præteritum, & hoc impossibile est definere, etiam si infinitum tempus transeat, quia impossibile est esse ingenta quæ iam sunt genita, vt ait Agathon, & patet 6. Ethic. ideo in lege noua æqualis durationis sunt ceremonialia, & iudicialia cū moralibus, manent ergo in æternum, quia huic legi altera non succedet. *Vt sancti fies enim.* i. vt ad cultū meū applices laudib⁹ meis, & memoriam bñficiorū in fidedo, nihil diē obseruare valet a laboribus vacando, nisi Deo appliceris siue sanctificetur,

tar, eum illa die spāliter venerando, iō ualde errant q dies festos ad solam quietem a labore introductos putant. quid. n. ad Deum pertinet, q nos laboremus siue quieteamus: solum a nobis laudē regrit, & in eo meditationem, quæ si cum labore corporis perfecte stare possent, a labore corporis nunquam abstinere mandasset, sed quia anima nostra quanto plura attendit, tanto minus quodlibet illorum attendit, ideo vt vni pfecte inhereat, ab omni alio opere vacare pceptur. Sabbatum aut quod requies dñ non a requie corporali, sed ab spirituali nomen accepit: sabbatum ergo non custodiuit, qui Dei laudibus non intendit. *Et facies opera tua.* i. opera ad tuam vtilitatem vel seruitum pertinentia, quæ seruilia dicuntur, ergo in septimo die opera mea facies solum. *Idest requies Domini Dei tui.* i. requies a corporalibus operibus applicata ad seruitū Dñi Dei tui. *Bos, & asinus, & omne iumentum tuum.* Ad magnum honorē & reuerentiā Dei, vt nō solū nos, sed et res nostre Deum laudare videantur, vel quia si res nostre circa labores nostros essent occupatæ, nos, licet corpore non operaremur, mente tm faceremus curam de illis hñtes, & hoc satis poterat nos a diuinis abstrahere laudib⁹. *Et peregrinus qui est intra portas tuas.* i. conuersus de Gētilitate ad iudaismum, qui habitat intra portas ciuitatis tuæ, quia isti tenebant ita obseruare sabbatum, & totam aliam legem, sicut qui de Iudæis orti sunt, & Leui. 24. & Numeri 35. & supra 1. c. Nam quicunque aliquis de Gētilibus volebat cōuer ti ad ritum Iudæicum, circūcisionē primo recipiebat, quæ erat distinctiua populi Dei a cæteris populis, cū poneretur vt signum, vt patet ad Ro. 4. c. recepta aut circūcisione erat perfecte Iudæus, ideo obligabat ad oēs circumstantias obseruationum iudaicarum, sic ait Apostolus ad Gala. 5. cap. cum dñ testificor oī homini circūcidenti se, q vniuersæ legis faciēda debitor sit, sic. n. est apud Christianam religionem, q si aliquis se mel susceperit baptismū, qui est prima ianua credentium, & aliquid efficiens hoīem formaliter Christianum, obligatur ad oēs obseruantias Christianorum. *Memento quōd serueris in Aegypto.* Ista est cā superioris, s. q seruos, & ancillas, a labore relaxare dēt, qa ipsi in Aegypto serui fuerunt, & voluerāt sic eis fieri. *Et eduxit te dominus inde.* ideo pceptum vt obserues diem sabbati: Non est intelligēdum, q propter educationē de Aegypto mandauerit Deus sabbatum custodiri, quia sabbatum nihil signat de educatione Aegypti, sed datū fuit sabbatum propter significationem creationis & quietis, vt patet Exo. 20. cap. quod ego dñ hic est intelligē dum, q quia Deus fecit magnum beneficium educē do eos de Aegypto, ideo eis mandatum sabbati dare iuste potuit, & ipsi recipere debuerunt tanquam grati de beneficio accepto: potest etiam referri ad quietem seruorum in sabbato, & est sensus, quia eduxit te Deus de Aegypto in qua seruiebas, ideo mandatu tibi, q seruis miseraris permittēdo eos in sabbato quietere, sicut tibi fieri in Aegypto desiderabas, vel ideo dedi tibi mandatum, q quieterent serui in sabbato, vt memoreris, q te inde eduxerim, & ista est congruē tissima expositio, vt sicut per quietem illius diei Deus eos memores faciebat de creatione mundi, ita per quietem seruorum in illa die memores sint educationis de Aegyptiaca seruitute. *Honora patrem tuum.* In exhibitione reuerentiæ ei se inclinando, & mandatis obediendo. Et subsidium corporale cum indiget impendendo, vt Christus determinauit cōtra Phariseorum traditionem, qui dicebant satis esse verbo parentes honorare, & templo dona offerre. Sed Christus multum eos redarguit, quia ex auaritia hoc dicebat, vt patet Mar. 7. cap. cum dicitur bene irritum facis pceptum Dei, vt traditionem vestrā seruetis: Moy. Alph. To. sup. Deuter.

A fes enim dixit honora patrem tuum & matrem tuā, & qui maledixerit patri aut matri morte moriatur: vos autem dicitis si dixerit homo patri aut matri corban, quod est donum quodcumque ex me tibi, proficiet, & ultra non dimittitis eum quicquam facere patri aut matri rescindentes verbum Dei per traditionē vestram. & hoc et respectu dñorum vel prælatorū dñ quibus naturaliter obedire tenemur, quia nos regulant, & nostri curam gerunt, licet magis de patre & matre carnalibus intelligimus, quia ab eis esse nutrimentum & disciplinam assumpimus: nullus enim dñs temporalis tantum dare potest. *Sicut pcepit tibi dominus.* Idest Exo. 20. quando dedit legem. *Vt longo tempore uiuas.* In nullo alio pcepto pmiū ponitur nisi in isto, vt inducantur homines ad honorandū parentes, & iuste honorantī patrem longitudinē vitæ promittitur, vt qui honorat essendi principium, in essendi diuturnitate pmiatur. *Et bene sit tibi in terra, quam Deus daturus est tibi.* Idest vt in ea omnī rerū affluentiam habeas, & in pace viuas, vt qui nutriendum se honorat, affluentem in rebus temporalibus nutritionem inueniat, & promittuntur hic ista terrena, qa Deus rudi populo loquebatur, qui spiritualia non capiebat, sed vtrūque hēt, quia ista tpalia accipit & vitam æternam meretur, quia honor patris cum charitate meritorius actus est vitæ æternæ. *Non occides.* opere, nec consilio, nec consensu, nec pmissione: homicidij reus videtur qui aliquem occidi permittit, quem iuste a morte eripere possit: vnde non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinorū desunt obuiare, extra de homicidio. c. sicut dignum, Et hoc nec directe nec indirecte. s. subtrahendo cibum, vel alia necessaria in articulo necessitatis: vnde Augusti. p. p. fecerit fame morientē, quod si non paueris occidisti. nec odiendo, vel detrahendo, vel inuidendo, quia per ista occidere dicimur, quia qui odit fratrem suum homicida est, prima Ioan. 3. cap. maxime in detrahendo, qa honorem, famam, & nōminis celebritatem destrui mus, quæ mors ciuiliis est: Principes aut & dñi tpales, & oēs personæ publicæ iudicandi auctoritatē hñtes, iuste occidere possunt, quia gladius eis a Deo datus est ad vindictam malorū, & bonorū laudem: ad Ro. 13. & prima Petri. 2. cap. & extra de homic. c. in archiepiscopatu, & quia solum ea prohibentur, quæ ab intentione sunt, & regulari possunt, ideo casualia homicidia, quæ prouideri non possunt, nec a voluntate imperantur, sub hoc pcepto non comprehenduntur. *Non machaberis.* Omnis coitus qui sine matrimonij fē dere fit, prohibetur hic, siue simplex fornicatio cum soluta, siue adulterium cum coniugata, siue virginū supra, siue consanguinearum incestus, siue detestabilis cum masculis, pecoribus iumentis alijs, quæ magis necessarium est silentio occultare. *Non furuum facies.* Siue occulte iniuito Domino subtrahendo, siue palam per potentiam rapiendo, & in hoc pcepto omnes iniustæ extorsiones sunt, quas domini vel prælati in subditos exercent, & omnis illicita rei acquisitio, sicut per usuram, & fraudulentos contractus, iniustas emptiones, vel venditiones, & alia q cōmutationes humanas respiciunt, vt paragogia, serui seductio, de quibus philosophus. 5. Ethic. *Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Qui. n. 3. Deū falsum testimonium dicit, scilicet falsa asserendo, vel vera negando, qualiter hæretici faciunt, grauissime peccant, & ad primum pceptum ista reducuntur, in quo demonstratur vnitas, veritas, & bonitas, & summa potētia Dei. Cōtra proximū falsum testimonij istis duobus modis dñ. s. vera negando, & falsa asserendo, siue in iudicio, siue extra iudicium, grauius tñ qui in iudicio, quia per tale testimonium infamia

Non occidere quātipliciter intelligat.

Duobus modis falsum testimonium eōtra pximū dñ.

Deus ipse summe notus est.

Abstinentum est a frequenti iuramento.

Sabbati obseruantia qualis.

ducitur, & pena infligitur, & ibi non solum nocet illi quem testimonium profert, sed et Deo offensam facit, & iudici, ut ait Aug. & hinc extra de crimine falsi, falsidicus, siue iuro affirmet, siue sine iuro: grauius tamen qui iurat, quia duo precepta committit. scilicet 2. & 8. Et ad hoc genus reducuntur omnes susurrationses, detractiones, & generaliter omnes murmuraciones, & famę proximi obnubilaciones, quae omnia de vitiatibus radicibus. i. inuidia & ira procedunt. Non concupisces uxorem proximi. Ex hoc patet quod omnis homo proximus est, quia nullius uxorem concupiscere licite possumus: hic autem interiorem actum malum reprimit, cum ante exteriorē reprehendisset.

Quid intelligitur nomine concupiscentiae, & de regulatione uirium animae. Quest. VI.

ET non est intelligendum, quod concupiscentia uxoris, vel rerum alienarum solum vitium sit, quia maius peccatum est desiderium occidendi, & desiderium colendi idola, quia si aliquis diceret, quod vellent colere idola, lapidibus moriebatur. infra 13. cap. sed non occideretur aliquis si diceret, quod vellent committere uxori alterius, nisi ultra processisset. Ponitur autem hic hoc preceptum propter duo. Primo ut demonstraret, quod actus interior per se peccatum esse potest, vel ad meritum, & intelligamus per istam concupiscentiam omnem alium malum desiderium. Secundo & maxime, ut eos arceret ab eo ad quod multum inclinati erant: desiderare. n. uxorem, vel rem alterius ad concupiscibilem pertinet, quod de delectabilibus est, quae multum inclinant. Desiderium autem occidendi ad irascibilem pertinet, desiderium colendi idola ad partem rationalem, quae solum sunt de bono, & non de delectabili, nisi ex aliqua suppositione: ideo non tamen inclinant: quare non tam expresse prohibentur. Non domum. i. nullam rem proximi, siue viuentem, siue immobilē, siue non viuentē, siue mobilem, siue artificialem, siue naturalem: patent omnia exempla in litera. Non ancillam. Ancilla aliquis concupiscere potest dupliciter. scilicet ad carnalem commixtionem, & tunc pertinet ad preceptum de uxore: si autem concupiscat ad seruitium, pertinet ad hoc preceptum. Ista decem precepta sunt decem coefficientia totius hominis regulati propositiones. Et quia potentia passiva in suis actibus regulari non potest, quia voluntatis imperio non subiacent: solas illas quae aliquo modo actiuae & passiuae sunt regulare debemus, & istae proprie inclinatione vocantur, & sunt tres. scilicet rationalis, irascibilis, & concupiscibilis. Et non turbetur aliquis, quia dicimus rationalem regulari, cum ipsa omnium actuum regula sit, ut patet 2. Ethic. in c. de definitione virtutis, dicitur. rationalis regulari, cum circa aliqua, quae per solam partem rationalem desideramus, bene nos habemus, ut circa famam, honorem, desiderium sciendi, cultum Dei, & similia quae non concupiscimus per irascibilem, nec concupiscibilem, quia nulla animalia, nisi rationalia haec concupiscunt. Sed regulatur & regulari rationalis, quia duas partes habet. scilicet intellectum qui regulatur, & voluntatem quae regulatur: unde regulari rationalis respectu Dei, & respectu nostri: respectu Dei quantum ad cultum sibi specialiter debetur, & sic est primum preceptum de non colendo Deos alienos, aut circa usum nominis Dei, & circa hoc est secundum preceptum de non assumendo nomen Dei in vanum, aut circa aliquid quod propter ipsum facimus, ut nos ad eum reducamus, & sic est tertium mandatum de custodia sabbati, in quo ad solum honorem Dei sine aliqua nostra vel proximorum utilitate nos in Deum reducimus per contemplationem, vacando ab operibus corporalibus: aut regulari rationalis circa aliquid quod proximo debetur. scilicet circa honorem, & subsidium maioribus exhibendum, & sic est mandatum quartum de honorando parentes. Secunda potentia uel vis regulabilis est irascibilis, & ista & sequens

non sunt circa Deum: non enim habent aliquid Deus respectu cuius ira sit vel concupiscentia. Et si dicas, quia circa Deum, ut maximum bonum spes, vel desperatio est, & est Deum concupiscimus, ut nos beatificantes, & sic contra dicimus, quod Deum amamus amore amicitiae, & amore concupiscentiae. Respondetur, quod spes & desperatio ad irascibilem pertinet respectu alicuius magni boni, quod naturaliter habere possumus, aut quod saltem naturaliter cognoscatur, licet naturaliter haberi non possit, sicut hominem habere immortalitatem naturaliter cognoscibile est, quia per mortem cognoscitur immortalitas, tamen immortalitas naturaliter haberi non potest: sic etiam montem aureum naturaliter cognoscimus, licet non sit per phantasticam compositionem, tamen naturaliter haberi non potest, ideo naturaliter haberi potest desperatio de immortalitate, vel de monte aureo, quae pertinet ad irascibilem: illud autem bonum circa quod est spes nostra in Deo, aut desperatio, naturaliter cognosci non potest: nam licet ut ait Apostolus ad Romanos. 1. c. inuisibilia Dei per ea, quae facta sunt, a creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius deitas, & licet forte naturaliter cognoscere possemus, quod Deus est, & bonorum remunerator est, ut videtur innuere Apostolus ad Hebraeos. 1. c. tamen quod Deus tali vel tali modo remuneratur? sit nos, naturaliter cognoscibile non est, ideo cognoscere, quod Deus pro bono opere nostro factum in charitate dabit nobis vitam eternam. scilicet visionem claram de seipso, & fruitionem perfectam, naturaliter cognoscibile non est, nec unquam quisque hominum cognouisset, nisi prophetae illud euangeliasent, ut patet Esa. 64. c. cum dixit a seculo non audierunt, nec auribus preceperunt, oculus non vidit Deum absque te quae preparasti diligentibus siue expectantibus, & Apostolus ad Corinthios. 2. c. ait oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus his qui diligunt illum. Christus autem huius veritatis supernaturalis primus explicitus reuelator sapientissime in Euangelio promittit bene agentibus vitam eternam: unde primi sermones quos euangelizauit de hoc fuerunt: nam cum predicare incepisset, dixit pauper agite, & appropinquabit regnum caelorum, ut patet Mat. 4. c. cum ergo spes & desperatio quae sunt ad Deum, ut circa aliquid maximum. i. ut promittit nos ex suasio- ne glorificandos, excedat naturam, quia nec naturaliter haberi potest, sed ex sola gratia, ut patet Mat. 19. c. ubi cum Christus quaedam ad saluationem dixisset, quae discipulis suis valde dura videbantur, subiunxit litera, auditis his, discipuli mirabantur valde dicentes: quis ergo poterit saluus esse? aspiciens autem Iesus dixit eis, apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia, & sicut naturaliter haberi non potest, ita nec cognosci, ut supra inductum est: spes ergo quae de Deo habet, non ponitur in irascibili, quia cum irascibilis sit vis anime, quicquid in ea ponitur, aut est motus quidam, qui vocatur passio irae, aut quidam habitus bene aut male regulatiuus, qui est habitus moralis, qui naturaliter acquiri potest: ponitur ergo spes de Deo in voluntate nostra, & non gignitur a nobis ista virtus, sed a Deo infunditur, cum ponatur de theologis, licet quotidie magis ac magis de Deo per lectionem sacrarum scripturarum cognoscetes firmiter expectamus, & aliquis qui sperare non videbatur, iam sperat, sic ait Apostolus ad Romanos. 15. c. quaecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus: sic dicitur de fide, sic de charitate, quod non sunt motus passionum, sed quidam supernaturaliter infusi de supernaturali bono amabili, aut credibili: de desperatione autem quae opposita est spei, aliter est dicendum. scilicet non sit supernaturaliter a Deo nobis infusa, sed a nobis voluntarie gignitur: si enim Deus gigneret desperationem sicut gignit spem, cum per desperationem mereamur poenam

irascibilis est anima passio.

Quid sit amor amicitiae, & amor concupiscentiae.

Duplici amore Deum amamus.

poenam aeternam, Deus existeret principalis actor peccati nostri, & ipse nos iniuste damnaret, quod nefas est: nos autem per desperationem gignimus, quae insurgit ex quodam defectu: ideo non requirit causalitatem positiuam alicuius virtutis.

Damnari & saluari sunt circa idem. Quest. VII.

ET non est inconueniens, quod isti duo habitus sint circa idem obiectum supernaturaliter cognitum, & bonus inducatur naturaliter, & alius super naturam, sicut patet de saluatione & damnatione quae sunt aliquo modo actus, & aliquo modo passionis: nam circa idem est saluari & damnari: saluari namque est adipisci illud summum bonum: damnari autem est deficere ab illo, sed saluatio nostra est a Deo, ut patet Mat. 19. cap. ut supra diximus: damnatio autem est a nobis, sic patet Osee. 12. cap. cum dicitur: perditio tua Israel, tantummodo in me auxiliium tuum. i. perditio est tua. scilicet a te: auxiliium autem. i. saluatio tantummodo ex me: sic ergo patet quod spes virtus supernaturalis est nobis a Deo infusa: nam Deum naturaliter habere non possumus, ideo spes circa illum virtus infusa est & non passio: desperatio a nobis, quia a Deo naturaliter deficere possumus, cum sit bonum maxime a nobis elogatum. Sic est in nobis naturalis amor respectu rerum naturalium: sed amor erga Deum charitas est, & habitus infusus. sic de concupiscentia: si enim Deum amore concupiscentiae diligimus, illa concupiscentia non est aliqua naturalis in potentia concupiscibili, sed quidam amor in voluntate rationali, quo ordinate Deum amamus, ut nos beatificantem, & dicitur amor concupiscentiae: quia ibi Deum ad nos volumus, sed nec propter hoc eo vitmur, sed fruimur, immo necesse est bonum fruibile amore concupiscentiae amari, & sic felicitatem amamus. De amore amicitiae circa Deum, & amore concupiscentiae dicendum est, quod amor amicitiae est, quando amamus aliquid propter seipsum, vel saltem amamus ipsum, & non amamus illud, ut bonum nobis. Amor concupiscentiae dicitur, cum amamus aliquid non ut ipsum in se diligamus, & aliquid ad ipsum diligamus, sed quod ipsum ad nos uolumus, sic enim nos amamus vinum, aut equum, aut librum, ut ait philosophus. 8. Ethic. non quidem quod ego velim bonum equo. scilicet ipse bonus sit in se, sed amo equum. i. concupisco, quia volo eum pro me, sic de vino, ego enim non desidero aliquod bonum vino in se, sed desidero vinum ad me. scilicet ut ipsum habeam. non est ergo ad equum vel vinum amor amicitiae, sed amor concupiscentiae, si autem ego amo patrem meum, non amo eum amore concupiscentiae, sed amore amicitiae, quia non volo ego patrem pro me, sicut volo pro me pecunias, vel viuum, sed amo eum, quia volo pro ipso bonum. scilicet quod vellem eum esse incolumem, & honoratum, ditatum, & sic de alijs bonis quae ei volo: illa enim bona amo amore concupiscentiae, quia pro alio. scilicet pro patre ipsa volo: patrem autem amore amicitiae amo solum, & non concupiscentiae, quia non diligo eum pro me, vel pro alijs rebus, sed alia diligo pro ipso. Circa Deum sunt isti duo amor res: nam amamus eum amore concupiscentiae, quod non amamus ipsum, ut ipsi bonum sit in se, sed amamus eum, tanquam bonum nobis. scilicet tanquam bonum beatificans nos, & sic desiderare Deum videre, vel amare eum, ut det nobis vitam eternam, est amare eum amore concupiscentiae, quia eum pro nobis concupiscimus. Sed dicit aliquis, videtur quod amare Deum amore concupiscentiae sit amor deordinatus, & consequenter peccatum, quia videtur esse hoc vitium fructus. Si autem nos desideremus Deum, ut nobis det aliquid, desideramus ipsum pro altero, & sic vitium pro ipso quo frui debebamus, sicut si ego colam Deum, Alph. Tolet. super Deuter.

vt faciat me diuitem, vel pulchrum, aut sapientem, pecco mortaliter, quia ipsum ad alterum diligo: sic ergo hic. Respondetur, quod pro peccati in vltimo fruendis, & fruendo vltimis est in hoc, quia mutatur ordo, & gradus bonorum: nam bonum secundum seipsum est diligibile, quia bonum est, quod omnia appetunt, ut patet in principio 1. Ethic. si ergo aliquid magis bonum est, magis diligibile est, si maxime bonum, maxime diligibile, per regulam communi philosophi. 2. Topicorum. si simpliciter ad simpliciter, & magis, ac maxime: secundum ergo hoc si aliquid quod magis amabile est, minus amat, vel si aliquid quod minus amabile est, magis amatur, mutatur ordo naturalis diligibilium & peccat, quia in practico error peccatum est: Deus enim omnium entium optimum est, ideo maxime diligibile est, si autem nos aliquam rem magis quam Deum diligamus, iam peruertimus ordinem amoris, & peccamus.

De distinctione eorum quae diliguntur. & quo sit dilectio ad Deum. Quest. VIII.

PRAE TER hoc considerandum est, quod eorum quae diliguntur, quaedam diliguntur ut fines, quaedam ut ea quae sunt ad finem: fines autem ratione maioris boni magis diliguntur, & inter ipsos fines subordinatos fines architectonicis sunt nobiliores, & amabiliores, ut ait Aristoteles in principio primi Ethic. quando cumque ergo aliqua res propter alteram diligitur, minus diligitur, quam illa propter quam diligitur: si ergo aliquis diligit Deum propter aliquam aliam rem, & dicat se diligere Deum super omnia, includit contradictionem, cum ergo quisquam Deum diligit, ut eum diuitem faciat, Deum diligit amore concupiscentiae: tamen peruertit ordinem diligendi, quia per se, & ut finem intentum intendit diuitem esse, & diligit Deum autem diligit non quidem secundum se, sed secundum alterum. in quantum proficit nobis ad esse diuites: fruimur ergo hic utensibili, & vitmur fruibili, & peccamus valde, quia Deum non, ut finem diligimus, sed ut id, quod est ad finem: quoniam autem Deum amamus amore concupiscentiae, ut nos beatificet, nulla perversitas ordinis est, quia sic Deus summum bonum est, & finis architectonicus, ita nos eum concupiscimus, ut finem vitium & summum bonum: beatitudo enim est summum bonum & finis, & ipsam desideramus pro se, atque alia pro ipsa. Cum ergo desideramus Deum tanquam beatitudinem nostram, desideramus eum, ut finem, & summum bonum, & sic nullo modo mutatur gradus bonitatis diuinae, quia nihil ei opponitur, nec potest Deus in maiori gradu diligi, quam ut finis architectonicus diligatur. Amor ergo iste concupiscentiae quo amamus eum, ut beatificantem nos, amor ordinatus est, & sic notanter dicitur, quod non diligimus Deum, ut bonum pro nobis, sed ut bonum nobis, quia ly pro notat causam finalem, & hoc mandat nobis Deus, ut amemus eum concupiscendo eum nobis, quia sic magnam bonum profitemur in eo, cum dicamus nos indigere ipso tanquam summo bono perficiente nos, & vult ut velimus nos ipsum, qui est summum bonum, concipere nobis suam bonitatem, quia bonum sui ipsius est diffusiuum, & in isto amore contigit nos frui Deo, quia frui est quiescere in aliquo bono totaliter delectabili & completissimo, quod sicut radice appetitum: hoc autem non est, nisi quoniam nos volumus adhærere illi bono completissimo, pro cuius adhesionem replemur, & hoc est illud bonum concupiscere. Amamus autem Deum amore amicitiae, cum amamus ipsum, non tanquam facientem nobis aliquid bonum, sed ut ipsi bonum sit. scilicet quia volumus, quod Deo multae laudes dent, & quod multos cultores habeat, & quod in omni terra noetur gloria eius. Nam licet ipse istis bonis, quae nos facimus non indigeat, tamen nos valde meremur, quia ista ei vel pro eo diligimus, & gratos nos habet, & isto modo

modo amantes eum dicimus, q̄ benedictio, & claritas, & gratiarum actio, & fortitudo sit Deo nostro, & patet q̄ ista a Deo valde acceptentur: nam Deus ordi natus diligit nos ipsos, q̄ nos ipsi diligamus alterutrū: nam ipse totaliter liberaliter diligit, nos autē aliquali ter curui sumus. sed sic est apud homines, q̄ si aliquis valde diues & potens habeat amicum pauperem, et si nullum bonum pauper diuiti conferre potest, si tñ pla cet sibi valde, quia amicus suus diues est in tanta pro speritate, & desiderat, q̄ semper in eadem maneat, amicus diues recipiet hoc in gratia, & acceptabit vol untatem amici pauperis dato, q̄ vltra nihil conferre possit: a fortiori ergo Deus qui liberalius diligit, acce ptabit voluntatem q̄ nos desideramus, q̄ magne lau des dentur ei, vel q̄ bonos & multos cultores hēat, & sic de ceteris. Si autē quæras quis amor istorū ad Deū sit maior. Respondetur q̄ sine dubio valde maior est amor amicitiae, quam amor concupiscentiae. i. q̄ val de maius & melius est desiderare, q̄ Deo dentur mul tae laudes, q̄ desiderare, vt det nobis vitam æternam, quod est desiderare, vt summū bonum nostrū. Et patet, quia licet istos duos amores ad Deū habere debea mus, tñ solus amor amicitie est amor charitatis: ama re namque Deum. i. volendo pro eo, vt ei dentur mul tae laudes, est amare eum ex charitate, sed amare eum vt det nobis vitam æternam, non est habere charitatē ad Deū, sed hēre charitatē ad nos. i. velle nobis summū bonum: ideo diligendo Deum amore concupiscentiae nihil meremur, quia non est proprie diligere, sed concupiscere, nisi forte mereamur per accidens. i. in quantum nos habentes istum actum fumus in chari tate, & sic meremur in comedendo, vel dormiendo, q̄ sunt indifferentes: nam charitas est radix merendi, su per quemcunq̄ ergo actum cadat, qui sit compossi bilis cum charitate, faciet eum meritorium. Et ideo si aliquis solum concupiscat Deum, vt det ei vitam æter nam, nihil magis meretur q̄ si nihil cōcupisceret, vel q̄ si dormiret: ideo ad actum contritionis non sufficit q̄ aliquis desideret vitam æternam, sed q̄ Deum dili gat ex charitate. i. amore amicitiae: Et patet supradic ta, quia nullus pōt diligere Deum amore amicitiae quin sit in charitate, quia vel ante stabat in charitate, vel per istum actum reducitur ad charitatem: sed pos sumus amare Deum amore concupiscentie existen tes in multis peccatis: nam aliquis qui actualiter est fu rans, vel est in alijs peccatis, poterit desiderare vitam æternam, sed impossibile est cum peccato mortali exi stere amorem amicitiae ad Deum. Patet ergo de his, & si cum irascibilis malum aliquō prosequitur destruē do totaliter, & sic est mors quæ p̄inet ad homicidiū, aut aliquid in re destruendo, & sic faciendo perdi bonam famam: vel res, & est falsum testimonium, quod pertinet ad octauum præceptum. Tertia & vltima, q̄ regulatur est concupiscibilis, & est circa bonum dele ctabile. Et tunc fit vitium dupliciter, vel in actu inter iori, vel in exteriori, aut quantum ad id, quod est dele ctabile tactui, & sic est nonum de non concupiscenda vxore proximi, aut quantum ad res vtilēs, quæ in dele ctabile tactui siue gustui ordinantur, & sic est decimū præceptum de non concupiscendis rebus proximi. Si autem consideretur quantum ad actum exterioriorem eodem modo distinguēdo. i. aut in delectabile tactui, & sic est sextum mandatum de non fornicando, aut de vtili, & sic est septimum de non furando.

Amor a micitiæ maior est ad Deum quā amor concupi scentia.

Charitas est radix merendi.

Quorundam consequentiū dispositio, quæ fiebat in monte, dñi loqueret dens.

Hæc sunt verba. i. quorundam consequentium dispositio. Hæc sunt verba. Hoc dicit Moyses. qd. nō intelligatis, q̄ hæc a me ipso nouiter fingo: quia Deus ista vobis locutus est in mōte Oreb. Ad omnem multitudinem vestram. Quasi dicat, q̄ Dñs dicebat ista in monte Oreb, omnes eratis cōgregati au

diētes, vt colligitur Exo. 19. cap. vbi mandauit Deus Moysi, vt purificaret populum vsque in diem tertiu, & postea sequitur, q̄ eduxit eos extra loca castrorum ad radices montis, vt audirent Deum loquentem in tuba, & hoc possibile erat, quia innuebatur pactū sem piternum cum toto populo, in quo imponebatur ei onus duratum obseruationū: ideo oēs vt consentiret debebant ei præsentēs esse. Et licet quantum ad p̄cepta decem moralia, quæ Deus per Angelū dixit, omnes obligati essent naturaliter: ideo q̄n recitarent cogerentur consentire, cum iniuncta esset iam eis obli gatio: tñ ad præcepta cērimonialia vel iudicialia non erant naturaliter obligati: ideo requirebat nouus eorum consensus, ad quem confirmandum totus popu lus venire debebat: vt non viderentur obligati: certæ singulares persone, sed totus populus, & consequēter successores eorum. In monte. i. in monte Oreb, siue Sy nai, qui erat apud eos, cum de nullo alio faciat scriptu ra, ita speciale in entionem, q̄ quocunq̄ue nomine nuncupetur intelligitur satis quid sit. De medio ignis. Præcedenti c. ista exposita sunt. i. q̄ de monte Synai, in quo ista fiebant, videbatur erumpere ignis magnus de cacumine montis, & ille ignis tendebat in altum, nec tñ videbatur ibi esse aliquis ignis, nisi quia fumus magnus emittebatur: causa erat, quia nubes densissi ma operuerat montem, & in medio montis in altum, vbi erat ignis, eleuabatur quiddam valde obscurum, & illud vocatur caligo: quia nubes impressio est con densata ad modum nebulæ, & est aliquomodo nebu la, licet densitas faciat aliq̄n ad obscuritatē, interdum aut ad maiorem perspicuitatē: nam id quod nigrum est, si fuerit densum, erit tñ magis nigrum: si aut fue rit candidum ex densatione erit fulgidius: nubes tñ hic impressionem aliquomodo lucidā signat: caligo est impressio meteorica valde obscura & dēsa, & ista duo erant in monte: nubes. n. quantum ad extremita tes montis distantes a medio, de quo videbatur erum pere ignis: caligo aut quantum ad medium, in quo fu mus ascendebar de cacumine montis, & in illa caligi ne videbatur formari vox tubæ, quæ sonabat oēs istas voces, de quibus dictū fuit, de his clarius innuē Exo. 19. c. Nihil addens. i. nō dixit plura verba q̄ ista. i. in snia: sed in verbis sic: quia ibi data fuit cā de obseruatione sabbati. i. quia Deus illa die genuit ab omni opere suo: hic aut nō ponitur cā. Et scripsit ea in tabulis. i. angelus: quia angeli fuerunt ministri legis; & eam Moysi de derunt: ad Gala. 3. lex cōfirmata per angelos in manu mediatoris, & hoc intelligitur tam de primis tabulis, quæ fractæ fuerunt, q̄ de secundis q̄ manserunt. Vt re que. n. digito Dei. i. mandato Dei & ministerio ange lorum cōscriptæ fuerunt: sed dñia est, quia primæ crea tæ sunt nouite a Deo, vt patet Exo. 32. tabulas factas opere Dei, & deinde scriptas digito eius vocat: tabulæ secundæ per Moysen dolatæ & dispositæ sunt, vt patet Exo. 34. c. Quas tradidit mihi. Ascenderat Moyses in mōtem, & steterat ibi. 40. diebus cum dño, post quos dedit ei tabulas. i. primas q̄ fuerat factæ opere Dei. i. no uiter creatæ; & deinde angelorū ministerio scriptæ q̄ vocatur scriptum esse digito Dei: has tulit secū Moyses, & fregit, quia vidit populum idolatrasse, & occi sis. 23. millibus conuersus orauit pro eis Dominum, 40. diebus continue, & post hos mandauit ei Deus do lare, & præscindere alias tabulas, quas angeli scripserunt iuxta verba priorum, de quo Exo. 34. c. nunc de tabulis secundis curat, quia istæ manserunt apud eos, & erāt in arca fēderis: de omnibus late habetur infra 9. c. in litera. Fuerunt autē istæ tabulæ datæ ad testimo nium, vel probationem, q̄ Deus dedisset mandata: nam si forte aliquis negare vellet Deum dedisse le gem Hebræis, probari poterat ostensis illis tabulis, quales

Maiestas quid sit.

quales scribi non potuissent opere humano: & illas continebant verba præceptorum. Audistis vocem de medi tenebrarum. Quia ignis in quo voces audiebant, tenebrosus aliquali ter erat: causa assignata fuit præcedenti cap. Et montem ardere. Idest igne circumdari, licet non consumeretur. Principes tribuum. Sicut erāt duodecim tribus, ita erant principes duodecim. & isti erant qui veniebant per lineam primogenitorum directe ab ipso capite tribus alicuius: isti principes tri buum erant magnæ dignitatis: quia in omnibus acti bus principalibus ipsi præponebantur ceteris: vnde quando in dedicatione tabernaculi, & consecratione sacerdotum totus Israel obtulit Domino quilibet vt potuit, oblationes tamen istorum duodecim princi pum solum nominantur, vt patet Numeri 7. cap. & sic erat in castrametationibus, & mutationib⁹ ad ad⁹ publicos, & generaliter in omnibus in quibus aliquis honor intendebatur. Et maiores natu. Idest homines de maiori progenie, vel maioris ætatis, i. idest qui ma iori tempore ante natus est. Et vtroque modo accipi tur in scriptura, sed magis p̄ senibus, vt patet Gen. 48. vbi Manasse maior natu vocatur quam Effraim: sed ambo fratres erant: dicitur tamen propter ætatē, quia Manasse primogenitus erat: & sic accipitur hic: vt patet in Hebræo vbi habetur (zaquin) quod signat seniores. Ecce ostendit nobis Dominus maiestatem. Dicitur maiestas, idest maior status: & est quædam mira bilis dispositio, vel honor apprens in facie, & appa ratu habentis: & quia a maiori tate dicitur, solis maxi mis conuenit, vnde soli Deo propriissime, in cuius aspectu mirabilis gloria apparet, quantam nec ocu lus vidit, nec auris audiuit. Illa nāque est cuius aspe ctu beati efficitur: ad hoīes tamē ex quadam remotissima & equiuoca similitudine transumpta est, non tamen nisi ad maximos, scilicet ad reges, & imperato res, qui super alios mortales quadam apparatus & ho noris excellentia fulgent.

An Iudeis patuit Dei Maiestas. Quest. IX.

Iste autem Maiestas Dei Iudeis non patuit, quia ipse dixit Exo. 33. c. non videbit me homo & vi net. Cum autem maiestas a maiori statu dica tur, maiestas Dei dicitur maximus status eius: iste autem est status fulgoris, vel magnitudinis eius, secundum quod reuelatur alicui per essentiam, quæ est totum bonum, & altissimus gradus perfectionis: istam autem Hebræi non viderunt: nam solus Moyses dicitur vidisse Deum per essentiam, scilicet sine fi guris & ænigmate, vt patet Numeri 12. cap. cum dicitur non per ænigmata & figuras Deum videt: alij autem non solum vulgares qui minimum gradum perfectionis in videndo Deum tenuerunt, sed etiam ipsi prophetæ contemporanei Deum per essentiam non videbant, sed per vocem quandam in vigilia for matam, siue imagine visibili, aut per somniales figu ras. i. visionē imaginariam, vt patet Numeri 12. cum dicitur si quis inter vos propheta est in visione appa rebo ei, aut per somnium loquar ad illum: per apparitionem in visione intelligitur visio alicuius imagi nis, in qua angelus loco Dei apparebat, & formabat verba, aut locutio in voce formata, sine aliqua appa rēti imagine: per locutionē in somnio intelligitur visio imaginaria, aut formæ fantastica, per quas inter dum quis sibi videtur audire, aut videtur videre. Cō cluditur ergo quod cum Iudei siue prophetæ, siue nō prophetæ non viderint Deum per essentiam præter solum Moysen, quod non viderint proprie maiestatem Dei. Si autem dicatur hic vidisse maiestatem Dei. Hoc est q̄ viderint quædam insignia aduenientis ma

iestatis: signa autem quæ viderunt sunt ista, quia licet non viderint maiestatem, viderunt tamen quædam signa maiestatem præfigurantia, scilicet montem ar dere vsque ad celum, & vocem magnam, & terribilē in tuba, quæ ad demonstrationem aduentus alicuius puræ creaturæ nunquam apparuerunt. Et magni tudinem suam. Idest fortitudinem vel potētiam suam. Et probauimus hodie quod loquente Deo cum homine vixerit homo. Idest experti fuimus magnum Dei beneficiū, scilicet, quod ipse nobiscū locutus fuerit, & non mor tui fuimus: putabant enim, quod nullus uiuens au dire posset vocem Dei, quia terribilis est vt ipsi sen se runt: antiqui enim sicut existimabant maximum en tium, scilicet id quo nihil melius excogitari potest, vt ait Anselmus: ita existimabāt Deum esse maximum terribilium. Et sicut in animalibus dum aliqua ani malia fortiora & terribiliora sunt, ita existimabant Deum esse habentem vocem terribilissimam, & vi sum valde formidolosum: ideo quicunq̄ue Deum audiret, putabant quod moreretur, vel quicunq̄ue eum videret: de auditu patet: quia isti qui istam vo cem audierunt quam putabant esse Dei, existimabāt quod qui vocem Dei audiret moreretur, cū autem audierunt istam vocem & non mortui sunt, admira ti sunt: & receperunt hoc pro valde magno benefi cio dicentes, probauimus hodie quod loquēte Deo cum homine vixerit homo: putabant etiam quod quicunq̄ue videret Deum moreretur, quia putabant eum visu valde terribilem: sic patet Iudi. 13. cap. cum vidissent Manue pater Samsonis & vxor sua angelum Domini dixit Manue moriemur, quia vidimus Deū: sed secundum veritatem Deus nec est terribilis visu, nec placidus, nec auditu: quia Deus secundum se nec videtur, nec auditur: si tamen referatur videre & au dire ad animam, per quam Deus perceptibilis est, De⁹ est summum visibile, & audibile, continens in se om ne delectamentum, cum delectationis & boni fon tale principium sit. Deus tamen in subiecto figura tur, idest angelus apprens loco Dei in aliqua corpo rea imagine assumpta, apparebat aliquali ter terribilis: vt populus ille, qui valde rudis & imperfectus erat, & solo timore ad Deum ducibilis, ad reuerentiam Dei in angelis per quendam terrorem apparetur angelorum mouerentur. Ideo siue apparetur vulgaribus hominibus, siue magnis prophetis, apparebāt aliqua liter terribiles: de quo Daniel 10. cap. cum dicitur ad angelum qui venerat ad reuelandum secreta: Domi ne in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil remansit in me virium. Cur ergo moriemur. Ita fortis videbatur eis illa vox, quod si amplius eam au dirent, putabant se confestim morituros: quia huma na fragilitas maiestatem Dei ferre non valer: vnde Da niel viso angelo propter refulgentiam excedentem corruit in terram, & dissolute sunt compages renum eius Dan. 10. cap. & satis patet per ea quæ sequuntur. Et deuorabit nos hic ignis maximus. Videbatur eis, quod ille ignis semper magis ac magis crescebat, & si mul tum Deus moreretur loquendo, accederet ignis, & consumeret eos. Et hoc erat quia iste ignis ante a principio videbatur solum erūpere de vertice mon tis, postea magis ac magis videbatur prolabi per con nexa montis, & appropinquare versus Hebræos, qui stabant tunc extra castra ad radices montis, vt patet Exo. 19. cap. iste tamen ignis maximus non erat ignis clarus, ita quod multum videretur, sed erat fumosus valde: dum tamen fumus continue descenderet ver sus radices montis, satis patebat quod descenderet ille ignis. Si enim vltra vocem Domini audierimus moriemur. Non potentes eius magnitudinem tolerare. Quid est omnis caro. Quasi dicat nihil est vt tam terribilem vo cem

cem audiat, In omni sensatione debet esse proportio potentie sensitivae & obiecti sensibilis, alias excellens sensibile corrumpet sensum: vt Philosophus ait 2.de Anima, potentia autem auditiva debilis est, vt a tanta voce patiatur. Quia Deus volebat illam vocem formare sic terribilem, & improporcionatam eorum potentie auditivae, vt ipsi ex tanta superabundantia obiecti sensibilis timorem conciperent, & inciperent timere Deum, & subijci ei: populus namque imperfectus valde qui nunquam Dei amorem tenuerat, aut iugo legis subditus fuerat, per timorem magnum erudiendus erat: & hoc fecit Deus, vt patet Exo. 20. c. nam cum totus populus exhorruisset terribiles voces Dei, & clamasset ad Moysen dicens, loquere tu nobis & audiamus, & non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur: ait Moyses: nolite timere: vt enim probaret vos venit Dominus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. In lege autem noua apparuit Spiritus Sanctus in forma delectabili: nam lingue ignee non erant aliquo modo terribiles, cum ibi non esset fumus, aut vox terribilis conturbans eos: licet prius fuissent facti quidam soni aduenientis Spiritus. Vocem Domini Dei viuientis. In Hebreo dicitur. Vocem Deorum viuientium. Quia dicitur. Elohim haym. Si autem singulariter diceret esset. Elohe hay. Et respondet Abē Ezra quod hic dicitur de Deo cum angelis, quia utebatur Deus angelis vt ministris. Sed hoc nihil est, quia siue Deus, siue angelus loqueretur, vnus est qui loquebatur. Item quia Gen. 1. cap. vbi nos dicimus. In principio creauit Deus: in Hebreo habetur Elohim pluraliter: & tamen ibi non potest referri ad angelos, quia angeli non creabatur, nec aliquid disponebant: quia creationi non subijcitur aliquid in disponendo, sed de nihilo producitur: ideo dicendum quod Moyses voluit hic diuinarum personarum monstrare pluralitatem, vel est modus loquendi Hebraicus ponens plurale pro singulari aliquando.

Qui de medio ignis loquitur. Et hoc magis terrorem agebat, quia vox auribus insupportabilis erat: & ignis sui timorem nimium ingerebat.

Tu magis accede. Sciebat enim populus Moysen sanctum virum esse, & Dei secretarium: ideo credebant quod Deus non appareret ei ita terribilis sicut apparuerat ipsis, vel quia si Moyses solus ad Deum iret, non esset necesse Deum clamare voce magna: & sic ibi sine periculo maneret. Quod cum audisset Dominus. Probabile est, quod precepta illa dicebantur in voce tubae multum distincte: & fiebat aliqua morula in fine cuiuslibet: in fine autem omnium magna morula interiecta, quasi precepta alterius modi esset Dominus incepturus, cepit populus clamare ad Moysen, ne magis eis loqueretur: non est verisimile quod sonante voce ipsi ad Moysen loquerentur dimittentes audire precepta Dei: & tunc posita petitione populi Moyses accessit ad Dominum: quod autem ipse & Aaron & filij eius stabant ad radices montis separati a reliquo populo, patet Exo. 19. cap. Quis det talem eos habere mentem. Scilicet vt sic animo habeant qualiter ore proferunt, vel vt post ita velint, & faciant sicut nunc dicunt: sciebat enim Deus quod post auertent se a verbis eius, & idolum colerent, & loquitur hic Deus per modum optantis, quia Deus omnem hominem vult saluum fieri, & ad veritatis agnitionem venire prima Timo, secundo cap. Ideo omnes ad hanc veritatem agnosceant illuminat, quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Ioannes primo cap.

Quomodo Deus saepe in scriptura videtur aliqua desiderare quasi facere non possit, & quaedam rationes que videntur probare omnes circulationes quas Christus fecit in redemptione fuisse superfluas. Et de materia predestinationis quaedam inquisitio, & consilium tutum, atque amplectendum. Quæst. X.

Est istud Dei desiderium patet in multis, nam licet ipse omnia possit facere, quæ velit, ita vt simpliciter non sit necesse ei aliquid optare, tamen loquendo ex suppositione, scilicet ex sua predestinatione, & præscientia æterna aliquando videtur aliquid desiderare, quasi facere non possit: & patet in multis locis prophetiarum, vbi videtur desiderare quod Iudei faciant rectas vias suas, & tamen in ipso est facere rectas vias nostras: quia sine ipso nihil possumus facere: & aliquando hoc in metaphoricis dicit: vt patet Esai. 5. cap. de vinea: & dicit quod expectauit vt faceret vvas, & fecit labruscas, id est expectauit cum desiderio in eis fructum bonorum operum, tanquam colonus cum desiderio expectat fructum terræ optimum: sed inuenit labruscas, id est mala opera. Quod autem de bonis & malis operibus intelligatur, & non de aliqua materiali vinea, subdit Esaias in eodem cap. dicens, vinea Domini exercituum domus Israel: & vir Iuda germē delectabile eius: & alibi cum Deus se desiderare reperire aliquos bonos intellegatur, dixit: ficus præcoctas desiderauit aia mea, & in Euangelij sepe: vt patet Ioan. 4. cap. cum Christus locutus fuisset ad mulierem Samaritanam apud puteum, & discipuli apportauissent ei cibos de ciuitate, cum iam esset hora, & plusquam hora sumendi cibos, flagrans desiderio animarum dixit: ego cibū habeo manducare, quæ vos nescitis: & post: cibus meus est, vt perficiam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius: & alibi dicit de se Deus volens animā ad se conuertere dicit: ego sto ad ostiū, & pulso, & si quis aperuerit introibo, & intrabo cum eo: sed quis nisi Deus dare potest, vt aliquis bonam voluntatem habeat: nullus inquam: quia ipse dat bene velle & perficere: quomodo desiderat? Responderi potest quod Deus gratiam dat, sed liberum arbitriū gratiam repudiare potest, vel ea non vti, sicut omnes actualiter habentes gratiam si incipiant male operari sicut 12. cap. durantes non vtuntur gratia quam habent, quia gratia liberum arbitrium non cogit sed perficit: in eis autem quos Deus diligit, non solum gratiam gratificantem infundit, sed etiam confortat, vt tentationibus non succumbant, & gratiam non deserant: cum ergo hoc in quolibet homine Deus facere possit, quomodo desiderare dicitur? quia hoc etiam saepe de Christo dicimus, vt patet Luc. 19. quod vidit ciuitatem Hierusalem, & fletit super illam compatiens cecitati eorū & de peccato dolens: & tamen ipse ab oculis eorum absconderat mala superuentura ipsis, quæ si audiissent forte peniterent, & poterat eis tantam gratiam dare vt conuerterentur. Et si dicas quod non vult Deus sic totaliter mouere liberum arbitrium, vt homo sine aliquo labore conuertatur, sed alios modos inquit: ideo multum Christus in prædicatione laborauit. Et sic est de redemptione: potuerat enim eos sola voluntate redimere, sed mortem subiit amarissimam. Sed adhuc stat argumētum: quia etiam per istos labores, & istis maiores in millecuplo Christus neque vnū ad se conuertisset, nisi eos interius gratia illustrasset. Et patet in Apostolis, qui cum stetit cum Christo magno tpe, tñ adhuc quasi carnales & imperfecti erant: erant enim contentiones inter eos, quis maior esset, vt patet Matth. 18. cap. & post mortē Christi ante ascensionem eum de terrenis interrogabant

Quo Deo nobis dat gratiam.

Tota predestinationū vita est ex Dei gratia. Qui proprie beati in hoc seculo dici possunt.

bant. si restitueret regnum Israel illo tempore, Act. 1. cap. cū autē superuenit Spiritus Sanctus repleti sunt vique ad summum: vt magis illo tpe modico profecerint, q̄ toto tpe quo cum Christo conuersati sunt, etiam si mille annis cum eis stitisset: ideo imminente passione prædixit eis, quod vtile erat eis quod ab eis recederet, vt mitteretur paraclitus, Ioan. 16. cap. quanto tempore cum Christo steterunt eum quodam amore humano dilexerunt, vt patet ad Corinth. 2. cap. & 5. & si aliquando Christum s̄m carnem cognouimus, nunc autem non cognoscimus: gratia ergo interior est que hoīem conuertit, & sic patet Actuum 13. cap. crediderunt quotquot præordinati erāt ad vitā æternam: alij autem suis demeritis exigentibus gratiam Dei, vt Euangelio crederent eius, non acceperunt. Si tamen istis qui non crederunt, ad credendum gratiam dedisset, ipsi etiā firmissime vt nos credidissent: Si autem dicas quod isti demeritis suis exigētibz gratiā non recipiunt, confiteor quidem hoc clarissime. Sed quomodo illis qui conuersi sunt, & erant in paribus vel maioribus peccatis, gratia vt conuerterentur data est? quia ita demerita istius sicut illius gratiam apponi non merebantur: per æqualia enim peccata æqualiter demerentur. Rñdetur quod siue iste conuersus siue non conuersus gratiam non merebatur, vel vt magis dicam peccata sua apponi gratiā demerebantur: sed isti immerito gratiam dedit, alteri immerito gratiam dare noluit. Aliquando etiam electis suis gratiam nō apponit, sed eos in magna peccata permittit cadere, sed in fine conuertit: ideo cōsiderans hoc Esaias clamabat ad Dñm dicens: quare errare nos fecisti de vijs tuis? indurasti cor nostrum ne timeremus te? Esai. 63. cap. hæc oīa ab vno primo principio dependent. s. q̄a hos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginī filij eius: ideo oīa sibi cooperantur in bonum siue bona siue mala: quia secundum propositum, id est electionem Dei vocati sunt sancti: ad Rom. 8. cap. eis autē qui non electi sunt, non cooperatur oīa in bonū: quia licet Deus eis ex liberalitate gratiam temporaliter concedat, ipsi tñ operantur male, vt eam amittant, & in malo finiunt. Est ergo tota predestinationū vita ex Dei gratia: quia ex gratia anteq̄ sint eliguntur: & ex gratia post in mala decedentes ad bona erigunt. Cum malis autē qui damnabuntur Deus aliqui ex grā se habet, eis gratiam gratificārem tēporalem tribuendo, quam nunq̄ perderent, nisi proprijs demeritis exigentibus aliqui inuste. s. eis pp demerita grām nō apponendo: nunq̄ autē iniuste, quia in penis citra mensurā semper punit. Non possunt ergo dānati de alio conueri nisi quod Deus eos non elegit: sed nec pp hoc cōqueri pnt, vt patet ad Ro. 9. quis est homo qui Deo respondet? nunquid dicit figmentū ei, qui se fluxit quod me fecisti sic? an nō habet potestatem singulus luti ex eadē massa facere aliud quidem vas in honore, aliud in contumeliam? Beati ergo quos Deus ante secula, anteq̄ quicquā boni aut mali agerēt, immo anteq̄ aliquid essent, in suam sortē elegit, vt habitēt cum eo in domo sua, & in secula seculorū laudent eum. Maximum ergo bñficiū quod Deus alicui homini impartitur, est ipsum ab æterno ad se eligere: osūm autem alia ad hoc quædā via sunt, vt natiuitas Christi in carne, passio, & euangelicæ legis datio. Quid enim alicui prodest Christum passum fuisse si ad vltimū in inferno dānabitur? inter has autē præpositas rationes licet aliquantulum videantur sibi coherere, intricatissimæ sub apparent difficultates quas ferre superflūū, imo perniciosū credo: cū nullatenus earum pateat dissolutio: in tātum vt Apostolos ad Ro. 11. cogatur ex admiratione clamare. O altitudo diuinitatis sapientiæ & scientiæ Dei: quæ incōprehensibilia sunt iudicia

eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Consultem ergo cuilibet fidei, vt se ex Dei gratia crederet prædestinatum: sed ad hoc peruenire non posse sine magnis laboribus, vt sic desperans nō recedat ab omni opere bono. Et ne nimium credulus gratiæ predestinationis sine aliquo opere se gloriam adepturū putet: quia id quod p̄ predestinationē promissum est, & plerumque sine magnis laboribus & sanctorū precibus adipisci non possumus, vt ait Gregorius primo dialogorū: quia Deus sic præordinauit, vt sanctorum precibus quæ promissit, adipiscamur. Et ponit exemplū de Isaac: prædixerat & promiserat ei Deus, quod in semine eius benediceretur oēs gentes, & multiplicaretur sicut arena quæ est in litore maris, & tamen vxorē sterilem ei dedit, & per 20. annos stans cum ea filios habere non potuit, donec ex magnis, cōtinuis, & deuotis precibus transactis 20. annis duos gemellos suscepit: vt patet Gen. 26. cap. Et hoc quidem monet Apostolus ad Cor. 1. 13. cap. nūc autē manent in nobis spes, fides, charitas: spes autē est certa expectatio beatitudinis ex gratia Dei: sed nullus posset certe expectare vitam æternam nisi se crederet prædestinatū: quia aliā impossibile est: ergo licet nobis immo debemus credere nos fore prædestinatos. Et si aliqui diabolica insurgat tentatio, pponēs nobis esse nos a Deo p̄scitos, non assentiamus ei, sed totis viribus eam fugiamus: quia nulla tentatio quæ ista periculosior est: tangit enim in radice. Humiliemur ergo coram Dño toto corde, quia fidelis est, & se ipsum negare nō potest: & exaudiet nos inuocantes, & querentes eum in veritate: quia voluntatem timētium se facit. Et assueciamus colloquijs spiritualium virorum, qui nos precibus, & cōm monitionibus a malo reuocent. Et vacemus assidue lectioni sacrarum scripturarum, in quibus misericordię eius infinite demonstrantur. Considerantes quod pro nobis Christus orauerit Ioan. 17. c. tāte autē auctoritatis fuit illa orō cū clamore valido, quod pro sua reuerentia exauditus est: ad Hebr. 5. c. hæc enim & similia frequentius relegentes in ardore & spē æternorum bonorum accendemur: quia quęcūque scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiā, & consolationē scripturarū spem habeamus, i. certam expectationē vitæ æternæ: ad Ro. 15. cap. Nade ergo & dic eis. Quia tunc Moyses stabat cum Dño in monte perens de eo quod populus dixerat. Reuertimini in tentoria vestra. Erant enim castra aliquantulum separata a loco, vbi populus conuererat ad audiendā legē: & post reuersi sunt, manēte Moysē cū Dño quod patet Exo. 19. c. quia populus fixerat castra separata a monte, in locis planioribus, & cū debuit Deus loqui ad populū, eduxit eos Moyses de castris vsque ad radices montis, & ibi stātes audierunt: vt patet illic in litera: dictis autē verbis mādauit Deus vt reuertentur a loco illo in tentoria sua. Tu vero stahic. Dictis istis proposuit Deus Moysi quædā precepta iudicialia quę habēt Exo. 21. & 22. & 23. c. & post descendit ad populū, & denunciāuit eis verba illa, & mādauit quod redirēt in tentoria sua: & factō mane sequentis diei confirmauit legem in sanguine: & ascendit ad Deum in monte: & ibi mansit per 40. dies quousque habuit tabulas: vt patet Exo. 24. c. & 32. c. deinde post adorationē idoli, & occisionē adorantiū, ascendit & stetit 80. diebus, 40. orando pro peccato, & alij 40. vt acciperet secundas tabulas: de his diximus Ianius Exo. 33. c. & patet infra 9. & 10. c. secundū veritatē tñ hoc non concluditur. Hebrei enim volunt quod fuerint oēs dies quibus stetit Moyses corā Dño 120. & hos diuidit per ter 40. s. 40. pro primis tabulis, & 40. orādo postea pro peccato vituli: & 40. pro tabulis secundis: sed inspiciendo veritatem literæ infra 9. c. vbi ista dñr: reperietur

Bonū cōsiliū auctoris in materia predestinationis.

Notent viri sancti & cōfessores ac prædicatores Euangelici vt instruat populū in his.

reperietur Moyses stetit bis 40. s. primo p tabulis...

C A P. VI.



Ec sunt precepta & ceremonie atque iudicia que mandavit Dominus Deus vester...

Haec sunt. Positis supra preceptis decalogi: hic subiunguntur alia precepta.

Quomodo tantum sunt duo precepta decalogi. Et q in amore Dei & proximi tota lex dependet virtualiter. Qd. I.

Et ista se habet dupliciter: quia quedam sunt quasi quedam precepta generalissima ex quibus inferuntur oia precepta decalogi...

termini super quos fundantur sunt coes: vt esse & no esse, totu & pars, &c. vocatur tales propositiones...

Quae precepta obligabant Iudeos in deserto, ad obseruantiam. Quest. I I.

Sed quantum ad hoc distinguendum est: quia quedam sunt precepta ceremonialia, aut iudicialia...

nant aliquam circumstantiam, nec habebat maiorem in vna terra q in altera. Quantum ad primum modu...

Alia sunt ceremonialia quae non conseruebant determinationem alicuius loci vel temporis, sed vbi...

Armoniales custodite in deserto, vt separatio leproforum & immundorum a sanis, vt patet Num. 5. cap. & sic inuenire de alijs poterimus...

Hic ponitur secundum, scilicet Dei dilectio. Vt facias quae precepit tibi Dominus. Siue ea quae per te tibi mandauit vt precepta decalogi...

Differentia inter voluntate & intellectum, & q hic procedit.

monstrans, quis esset ille Deus amandus, & vtrū vnus; aut plures, vt non plures amemus quā sunt: gentiles enim qui euilibet reideos attribuebant plures deos faciebant. Iudei autem qui veritatem rei ab ipso Deo recipiebant, vnum solum Deum iudicare debebant, & illum solum diligere. *Diliges Dominum*. Sicut in eis que naturaliter amamus semper cognitio amorem precedit: ita in his que supernaturaliter diligimus, supernaturalis cognitio quæ est fides reuelata ex auditu legis, precedit charitatem, quæ est habitus dilectionis supernaturaliter infusus: ideo posita doctrina fidei quam de Deo credere debemus, sequitur qualiter amare debemus. *Et toto corde tuo*. Idest ex toto voluntatis conatu, qui vocatur cor: quia cordi amare vulgari nomine attribuitur. *Ex tota anima tua*. Idest ex omnibus viribus animæ sensitivæ: illas per imperium voluntatis regulando ad Dei amorem. *Ex tota fortitudine*. Idest secundum totam potentiam executiuam: ita quod quantum voluntas tua ad aliquod maximum diligibile moueri potest, tantum fac vt mouearis: & quantum vires animæ sensitivæ obedire possunt voluntati subordinanti eas ad aliquem finem, tantum obediant & regulentur. *Et quantum fortitudo tua*. Idest vires tuæ executivæ possunt tantum pro Deo facias, vel patiaris: & hic consummatur vera dilectio quæ Deo perfecte inherere facit. Hoc præceptum magnum est: quia fortissimam inhesionem ad Deum facit. est autem fortissima inhesio, quando alicui rei ita inhæremus, quod nulli alteri inhæremus: nam potētia nostræ finitæ sunt: dum ergo pluribus intēdunt ad singula minores sunt, vt ait Greg. in primo dialogo. si ergo per intellectum aut per voluntatem pluribus rebus inhæreamus, ita quod plura intelligamus aut plura velimus: non est perfecta inhesio, quia quodlibet illorum facit, ne inhesio ad alterum sit perfecta: & sic dicebat August. de amore perfecto Dei: Domine minus te amat, qui cum alio te amat, quasi dicat, quod ad hoc quod perfecte amarem, oportebat vt cum solum amaret: tunc ergo Deum ex toto corde vel ex tota anima diligemus, quando ei totam animam nostram applicabimus, scilicet quod intellectus noster solum cum intelligat, & nihil alterum: & voluntas nostra solum cum diligit, & nihil alterum: & vires nostræ sensitivæ soli illi intendant, & in eo solo fatientur.

An istud præceptum diliges Deum tota mente etc. possit in via compleri. Quæst. III.

IN vita ista istud præceptum compleri nō potest tam ex parte naturæ nostræ, quā ex parte ipsius obiecti diuini intelligibilis & volibilis: ex parte naturæ nostræ patet: quia naturā nostrā hic imperfectionis modum tenet: & ideo indiget cibis, & potibus, & quiete per somnum: cum autem intendat istis non potest Deo intendere: vel si aliquo modo intendere potest in assumptione cibi, & potus, tamen non perfecte intendere potest: quia quando aliqua potentia receptiua, vel recipit, vel intendit duobus, neutri perfecte intendit: cum neutri intendat ex seipsa tota: sed istud præceptum esse intendendum ex tota anima, scilicet quia anima totaliter feratur in ipsū, & in nullum alterum: Non potest etiam istud præceptum compleri ex repugnantia ipsius obiecti diuini intelligibilis & volibilis, quia ad hoc quod aliqua potentia passiuā apprehensiuā intendat totaliter alicui soli obiecto, oportet vt illud obiectum sit tale, quod eam totaliter repleat: sed Deus non est huiusmodi obiectum nobis, dum sumus in via, quia non præsentatur nobis sub illa clare luce vt est perfectissimum

Ens inter omnia entia, vel maximum bonum inter bona: sed apparet nobis sub quodam ænigmatē, vt non videatur in eo perfecta ratio entitatis, aut perfectissimus gradus bonitatis: & licet nos ex fide confitemur ipsum Deum esse summum bonum, secundum quā captiuamus nostrum intellectum in obsequium Christi, vt patet 2. Corinth. 10. cap. tamen nō apparet sic perfecte intellectui nostro: nam si fides non precederet in nobis quæ est ex auditu, nunquam talibus veritatibus assentiremus. In prima autem omnia ista erunt, quia intellectus noster erit ibi supernaturaliter eleuatus data sibi capacitate, vt possit intelligere illud summum ens: & apparebit tunc illud summū ens sub clarissimo lumine suo, sicuti est: & replebitur intellectus noster applicatus enti intelligibili infinito: & nullum aliud iam intelligere poterit, cum nullum sit quod tantæ sit actiuitatis, vt illo immutāte actualiter obiectum possit distrahere ab illa consideratione & trahere ad se: quia tunc oportet vt istud secundum obiectum sit maioritatis, scilicet in actiuitate quā primum, sed nullum obiectū intelligibile est magis intelligibile quā Deus: ergo applicito intellectu nostro ad Deum clare visum non poterit ab illo distrahi: cum nihil sit quod distrahere possit: Deus etiam summum bonum est, & fons totius boni: applicata ergo voluntate nostra ad fontem suum, ita replebitur & inebriabitur quod nihil aliud velit, aut desideret, cum ibi quietetur totum desiderium appetitus nostri: sicut dicebat Dauid Psalm. 103. satiabor cum apparuerit gloria tua: nullum ergo desiderabile erit quod voluntatem nostram a Deo distrahere possit & in se trahere: quia nullum maius Deo est, nec nobis apparere poterit. Hic autem multa distrahunt nos a Deo, quia possunt nobis maiora bona videri quā amor, quia nondum Deum cognouimus sicuti est, ibi autem nequaquam. Non tamen est intelligendum quod intellectus noster & voluntas in vita æterna solum Deum diligit, & intelligat, ita quod nihil aliud: quia omnia alia intelliget, & omnia bona diliget: tamen non eo modo quo hic: quia dum hic vnam rem intelligimus, ab intellectu alterius distrahimur. sic dicit Philosophus 3. Topicorum: contingit plurā scire, vnum tamen intelligere: & dum vnam rem actualiter amamus ab amore actuali aliarum desistimus: ibi contrario: nam cum maxime Deum intellexerimus actualiter, tunc actualiter omne ens intelligibile actualiter perfecte speculabimur: & hoc, quia Deus omnia eminenter continet: ideo intellectu illo, omnia quæ sunt necessario intelliguntur: sic ait Grego. in 4. dialo. quid est quod non videant qui videntem omnia vident? Est enim Deus ars plena formarum viuētium, idest quædam idea perfectissima omnium rerum, & sunt ibi clarius & perfectius quā in suo genere, vel in seipsis: homo enim & lapis perfectus & manifestus sūt in idea diuina quā in seipsis: ideo qui cognouerit Deum, perfectius cognoscat ibi hominem, aut lapidem, vel quamlibet aliam rem, quā si eam solum oculis suis inspiceret: & ratio est, quia res in seipsis nō habēt esse totaliter perfectū, sed quodammodo mortuum: in Deo autem omnia entia siue viuētia siue non viuētia habent esse viuens, idest perfectum & clarum: sic patet Ioan. 1. cap. quod factum est in ipso vita erat, idest omnia quæ creata sunt antequam crearentur viuēbant in Deo: & nunc viuunt: sicut ergo si aliquis respiceret aliquod speculū non solum videret illud speculū, sed etiam omnes imagines representatas in illo speculo: Ita cum Deus sit idea & speculū perfectissimum in quo res perfectius apparēt quā in seipsis, viso Deo omnia clare videbuntur.

Et

Notandū de intellectu & voluntate.

Omnia in Deo perfectiora sūt quā in seipsis.

In Deo est ordo diligibilium.

Et sic est de amore: quia cum ipse sit totum bonū est maxime diligibile: & in eo est ordo diligibilium: dilecto ergo ipso omnia diligemus quæ diligibilia sunt: & sic istud mandatum complebimus toto intellectu ei vacantes, idest nullam partem intellectus nostri ad aliud distrahentes: & tota voluntate eum amantes nunquam eam eo relicto ad aliud conuertens: & sicut istæ potentie superiores replebuntur ab vbertate illius beatificæ visionis, ita omnes alię tam intra caput quā sensus exteriores, vel vires qualescunque replebuntur ab illo super excellenti bono resurgente ad exteriora sic patet Ioan. 10. cap. ingrediuntur & egrediuntur & pasqua inuenient: quod exponit August. de illa beatificæ visionis in qua non solum lætabuntur intus, sed extra. Sed hoc non est præceptum: ideo distinguendum est, quia Christus vocauit hoc præceptum: diligere enim Deum ex corde, anima, & fortitudine præceptum est: sed diligere ex toto corde, tota anima, tota fortitudine præceptum excedit: immo omne consilium: quia in via consilia a vitiis perfectis implentur: hoc autem nunquam impletur, nisi in vita æterna, quia ibi ex Dei visione roborabimur: hic autem nos mortalitatis defectus impedit, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem: ad impletionem autem huius requiritur continua in Deo cogitatio qualis erit in patria: ponitur autē hoc præceptum, vt si totum non compleamus, saltem implere desideremus: vel sciamus nihil supra Deum vel æqualiter Deo esse amandū: quia quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit. *Eruntque verba hæc. De dilectione Dei. In corde tuo*. Scilicet vt multum in illis aduerget, quia ab eis omne bonum dependet: & narrabis ea filiis tuis, scilicet quando teneri sunt: vt hæc doctrina eorum cordibus profundius & tenacius infigatur: quia vt ait Philosophus 2. Ethico. non modicum differt sic vel sic a iuvene affluere: quia impressiones primæ fortissime sunt: quia radicaliter inhærent, vnde Horatius:

Quem noua testa capit semper seruat odorem.

Et ideo Romanorum pueri Virgilium ante alia addiscunt, vt velut eximius poetarum teneris imbibitus annis non possit facile aboleri: vt ait August. 1. de ciuitate Dei, cap. 3. *Et meditaberis ea sedens in domo tua*. Idest quando cessat homo a laboribus, quia tunc conuenientior sit meditatio: cessat enim anima ab omni extrinseco labore, & magis ad speculandum colligitur: ideo in cogitatione fortior est.

Ambulas in itinere. Idest quando laboras. Intelligitur enim omnis labor per itinerationem: & loquitur magis de itineratione, sicut homines ponentes exempla vtuntur eis quæ magis occurrunt, & magis in vsu habent: nullus autem alius labor magis occurrebat Moyse itinere: quia per quadraginta annos nullum alium habuerunt in deserto. *Dormiens*. Idest dum stas in lecto vigilans quod vocatur hic dormire, quia stare in lecto ad dormiendum est: in dormiendo aut nullus meditari potest præcepta Dei, quia in dormientibus cessant rationales potētia, & animales, & intenduntur naturales: vt patet in lib. 2. de somno & vigilia: ideo non potest dari præceptū de dormientibus, sed potest intelligi de somno. f. quod in somnis meditemur præcepta Dei, sicut meditamus alia vana.

Quomodo in somnia mandata Dei bene possumus meditari. Quæst. IIII.

SE d dicitur quod non est hoc in potestate nostra, quia voluntas nō potest directe vel indirecte imperare ibi phantasia. Sed videtur quod bene possumus in somnio meditari mandata Dei, si ve-

Alimus in vigilia illa meditari efficaciter: ideo dicit Philosophus 1. Ethic. quod per somnium, siue dormitionē differt prauus a studioso: factis autē quibusdā transformationibus meliora sunt phantasmata studiosi: & tunc est sensus, quod taliter in die affluemus in meditatione horū, quod in nocte etiā nobis in somnijs veniant. Et sic decepti quidam familiaris dñm suum: cōsueuerat. n. familiaris ea mala quæ per diem dicebat, & in somnijs dicere: vñ dñs cognoscebat oēs iniquitates eius: videns autē seruus ille mala sua palā fieri prudēti consilio ductus, qualibet nocte ante accubitus orationes qualdam cum attentione recitabat, vt fortis impressio causaretur: ex quo fiebat, vt easdē in somnijs recitaret: & sic dñs putans eum studiosum fore illusus est. *Atque consurgens*. Vnde inoleuit in bonis Christianis, vt cum a lecto surrexerint a Dei laudibus incipiant, vel aliquid sanctum meditentur. Et per ista quatuor hic posita omne tempus includitur, quo homo debet in Dei laudem vacare: sic habetur Psalm. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte: sed non est intelligendum sic quod omni tempore meditetur, quia tunc non posset facere alia. Item si aliquis velit continuo Deum meditari, vel intelligere, nō possit, quia deficient & fatigantur organa ex corruptibilitate nature: vnde fit quod aliqui aliquem volentes fixe & efficaciter contēplari, subito ad aliud transferantur: ideo intelligitur quantum ad tēpora necessaria: & sic dñs de clericis nunquam psalterium cadat de manu tua. f. tempore conuenienti, & ad hoc determinatio: vel quod habeas ista sibi habitum. f. quod nunquā contrario acquiescas: præcepta enim affirmatiua, siue moralia siue ceremonialia, siue iudicialia, in lege veteri vel noua nunquam pro semper obligauerunt: præcepta autē negatiua cuiuscunque generis, & ad semper, & pro semper obligant. *Et ligabis ea quasi signum in manu tua*. Sic habetur Exo. 13. cap. & custodiunt hoc Iudæi ad literam: quia tempore orationis appendunt cartulā continentem ab illa parte, Audi Israel vsque Cum introduxerit: in brachio dextro: sed intellectus huius literæ est quantum ad tropologiam quandam: nam non potest semper sacra scriptura impleri ad literam, nec litera hoc vult quod sonat, vt patet sepius in prophetis, & maxime Esai. 11. c. vbi dñs: quod Leo vt bos paleas comedit: vitulus: & leo & ovis simul morabuntur: & puer paruulus ministrabit eis: sed hoc nunquā fuit nec erit: sed intelligitur quantum ad quandam metaphorā: & ille est sensus literalis scripturæ: sic in isto loco non debebant ista poni in manu, quia nulla vilitas erat ponere talia in manu: sacra autem scriptura nunquam mandat inutilia: sed est sensus quod ista præcepta debemus tradere executioni & cogitare: & quia cogitatio est per intellectum: intellectus autem est quidam visus animæ, vt patet in fine 6. Ethic. ideo dicitur quod debet esse ante visum nostri, quia debemus assidue ea contēplari: & quia manus est ad operationem, tunc dicuntur esse in manu, quando operationi applicantur patet infra, vel alās intelliguntur magis referēdo ad sensum parabolicum, f. quod sicut quando aliquis mouetur inter oculos per motū suū, facit vt semper videatur mouens potentiam visiuam ad se contēplandum: ita debent esse ista præcepta Dei apud nos continuo in nostra recordatione quasi inter oculos mouerentur: & sicut interdum cum alicui cōmendatur aliquod negocium, vt non obliuiscatur, illud alligatur digito eius, vel manui eius aliquod filum pendēs: & dato quod ille diuertat ad alia, quādo tamen viderit illud filum ligatum & pendens, necessario reducitur in memoriam eius rei quæ recordata est: sic nos debemus exhibere taliter dispositos, vt redeamus continuo vel saltem multotiens ad memo-

Differētia inter præcepta affirmatiua, & negatiua quantum ad obseruationem.

Literę sensus.

memoriam istorum preceptorum tanquam haberemus filium pendens in manu. *Et mouebuntur inter oculos tuos.* Exo. 13. dicitur quasi monimentum ante oculos tuos: & vtrumque Iudaei ad literam seruant: quia faciunt aliam cartulam continentem eadem verba, & ligant eam quibusdam corrigiis, vt pendeat in fronte, & illa mouetur inter oculos. *Scribesque ea in limine, & postibus domus tuae.* Et hoc obseruant Iudaei in aliqua cedula predicta verba scribentes: & faciunt aliquas cocauitates in ligno mittentes cedulam, & cooperientes aliquo metallo manente aliquo foramine, per quod videri possit. Sed ista sic ad literam obseruata caeremonie inuiles sunt: nec fuit Legislatoris intentio eos ad ista instruere, & patet: quia multesunt similes locutiones in sacra scriptura, & maxime in prophetis: quae licet in sensu parabolico hoc innuant, tamen in literali sensu aliud significant. Intelligendum ergo est quod dicitur, quod ista precepta debent appendi in manu, i. quod debent tradi executioni, quod signatur per manum quae est maxime organum operatiuum: nihil enim proficeret mandata scire, & ea mente retinere nisi secundum illa operaremur. doctrina enim moralis inanis est nisi reducatur ad operari, vt patet 2. Ethic. ideo primo dicitur de manu. inter oculos versari debent, quia in cogitatione nostra assidue versari debent: in postibus domus scribi dicuntur, quia siue examus, siue ingrediamur domum, mandata Dei cogitare debemus. Et sequendo istum sensum qui est verus sensus literae prius ponitur quod debeamus portare tanquam signum in brachio, id est quod debeamus operari secundum mandata quam moueatur inter oculos nostros, id est quod debeamus ea continue cogitare. Ordo tamen secundum naturam operationis est contrarius, quia operatio ista quae hic signatur per manum, pertinet ad potestas executiuas in operatione tamen humana, cum intellectus & voluntas dicantur esse principia prima: quia intellectus vt indicans, & consulens: & voluntas vt iudicatum eligens: deinde sequitur operatio pertinet ad potentias operatiuas, & est posterior: quia tamen in moralibus operatio est finis, vt patet in 2. Ethic. & finis licet dicatur esse posterior in executione, est tamen prior in intentione, & mouet agentem, vt innuit Arist. in 1. Ethic. qui volens ponere virtutes, quae sunt principia directiua actuum humanorum, ante omnia de fine tractauit in ipso 1. Ethic. quia tamen finis etiam posterior est in executione, tractatis omnibus virtutibus & consequentibus ad virtutes redijt ad tractandum de illo in ultimo lib. Ethic. in 10. sic hic cum operatio dicatur esse finis, quia tamen ipsa est quae magis attenditur, posita fuit in principio.

Cumque introduxerit. Hic ponitur tertium. scilicet separatio nis a Deo occasio. *Cum introduxerit te.* Loquitur hic ad nouem tribus & dimidiam, quae nondum introductae fuerant in terram suam: aliae autem duae & dimidia iam acceperant possessionem citra Iordanem vt patet supra 3. cap. *Pro qua iurauit patribus tuis Abraham Isaac & Iacob.* Cuilibet istorum per se facta fuit promissio Abraham. Gen. 13. & 15. cap. Isaac Gen. 26. Iacob Gen. 34. in multis locis reperitur hoc dictum. scilicet quod Deus iurauerit patribus Hebraeorum dare eis terram Chanaan, vt patet Gen. 30. vbi dicitur: quod Deus iurauit Abraham, & Isaac, & Iacob dare eis terram Chanaan: idem patet Exo. 6. & 13. & Nu. 11. & in multis alijs locis scripturae: sed locus vbi iurauerit cuilibet istorum non reperitur: de Abraham reperitur quod Deus iurauerit ei complere in eo & semini suo promissiones factas, vt patet Gen. 22. cap. cum dicitur per memetipsum iurauit dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi: & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam,

quae est in littore maris: & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicentur in semine tuo omnes geres terrae, quia obedisti voci meae: de Isaac & Iacob non reperitur vbi iurauerit eis Dominus: sed dato quod nunquam eis iurauerit satis est quod iurauit Abraham pro se, & semine suo: quia si Deus aliquo modo obligaretur iuramento, vel aliquo alio genere obligationis, tantum obligatus fuisset ex illa iuratione facta Abraham complere in posteris, & cuilibet illorum obligabatur sicut ipsi Abraham: quod hoc significauit cum dixit ad Isaac Gen. 26. cap. tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum quod sponendi Abraham patri tuo. Iudicabat ergo Dominus ex illo iuramento obligationem inductam ad quemlibet posterorum: ergo licet non iurauerit Deus cuilibet istorum trium patriarcharum per se, satis est quod iurauerit Abraham: & iurando illi se obligauerit ceteris posteris ex virtute verborum iuramenti. *Et dederit tibi ciuitates magnas.* Istud est impedimentum siue occasio obliuiscendi Deum. scilicet euenire prospera. Sic enim homines benefactorum suorum obliuiscuntur venientibus prosperis: vt Gen. 40. cap. de magistro pincernarum qui oblitus fuit Ioseph. Et sic Iudaeis post euenit, vt propheticè predictum est: increpatus & dilatus recalcitrauit: increpatus impinguitur dilatus dereliquit Deum factorem suum.

Quomodo frui est in aliquo vltimate quietari: & quomodo in aduersitate constituti magis cognoscere Deum esse maximum bonum solent. *Quaest. V.*

RATIO fundamentalis huius est: quia maximum bonum secundum veritatem vel quoda nobis maximum bonum existimatur, est quod mouet ad fruitionem suam: frui autem est in aliquo vltimate quietari & delectari, ita quod nihil ultra quaeratur: vt si aliquis inueniret aliquod bonum, quod ita iudicaret bonum, vt nullum aliud bonum ultra vellet, & in eo quietescere vellet totaliter, diceretur proprie illo frui: licet dicamus large quod omnibus illis quae propter se appetimus fruimur: si tamen nos aliquo fruamur proprie, oportet vt illud ponatur tanquam maximum bonum: quia si non poneretur vt maximum bonum, adhuc aliquid alterum desiderarem in ratione summi boni: & sic non quietarem in illo priori: nunc ergo qualitercunque se habeat siue prospere, siue infelicitate: quia est homo intellectuum considerans ordinem in rebus, oportet vt semper intelligat esse ordinem in bonis, & aliquid putet esse maius bonum omnibus alijs: & necesse est ex natura rei vt fruatur illo bono, quod maximum esse intelligit: qui autem est in aduersitate non habet apud se aliquod bonum de bonis fallacibus fortunae quae possit frui: ideo cogitur redire ad vera bona, & cognoscit Deum esse maximum bonum. Et ista est causa, quare homines in laboribus aut aegritudinibus magis Deum cognoscunt quam alijs temporibus sanitatis & prosperitatis: quia tunc non habent aliquod bonum quo fruantur: & ideo necesse est conuertere ad aliquod fruibile: sed non attinet ei magis vnum quam alterum: ideo conuertitur ad verum fruibile: quia intellectus non impeditur intelligit verum. Ex hoc etiam sequitur quod in angustijs cognoscunt homines veros amicos, quia alia bona deserunt hominem solis amicis manentibus: ideo non possumus frui alijs bonis: fruimur ergo amicis dicentes veros amicos esse summa bona. Cum autem euenit status prosperitatis, adherent aliqua bona fortunae quae ante non inherebant: & quia illa habent quandam

similitudinem verorum bonorum secundum fallacem opinionem, possumus frui illis bonis: incipientes autem illa bona habere quae habent rationem maximorum bonorum, incipimus frui illis, & quia fruitio soli vni pertinet quod optimum existimamus, cum tale habeamus, illi totaliter inhaeremus omnia alia relinquentes: & sic qui ante nulla bona fortunae habebat, non habebat aliquid apud se quo frueretur, & quia necesse est frui aliquo cum tempaliquid existemus tanquam maximum inter bona, conuertimur ad verum bonum cum nihil impediatur, si autem adueniant nobis magis bona fortuna, vt habere ciuitates grandes, & similia, quia ista possumus existimare vt maxima bona, possumus frui illis: cum autem incipiamus frui, necesse est vt cetera postponamus, cum nulla alia bona in eodem gradu ponamus. hebraei autem existentes in deserto non habebant aliquod bonum quod maximum possent existimare, ideo ad Deum conuertebantur, quando autem intrarent in terram Chanaan aduenirent habere ciuitates magnas munitas, & domos pulchras: poterant eas optimum existimare & consequenter frui, & tunc naturaliter necesse est obliuisci Dei, cum aliud magis amarent quam ipse. sed quod fruimur, & in praesentia eius quod maxime immutat, id quod minoris est potestatis impossibile est immutare. *Et domos plenas multarum opum.* Omnes illas opes de manu hostium accipiebant, nec aliquae destruebant nisi viros, & mulieres, magnos & paruulos, cetera autem suscipiebant sibi. Et quia quod pugnant contra Chananeos, istos in terra sua non poterant effugere, sed comprehendebant eos intra ipsam ciuitatem, aut apud ciuitatem debellabant eos, & non poterant fugere, non poterant secum portare quicquid de omnibus illis quae possidebant, sicut ergo Chananeae ante diuites erant, ita oportebat manere domos eorum plenas omnibus illis diuitiis quas ante possidebant, cum ipsi habitatores morerentur in ciuitatibus, vel apud ciuitates, & nihil secum portare possent fugientes ad alia loca. *Et disternas quas non fodisti.* Terra illa non abundat in aquis, ideo collectiones subterraneas aquarum faciebant, quas cisternas vocant: non solum ista inuenti erant Iudaei in terra Chanaan, sed etiam alias possessiones immobiles vt vineas, agros, & oliueta, & sicut priora. scilicet ciuitates magnae, & pulchrae mouere poterant multos ad fruitionem, ita etiam ista, quia maxime hebraei desiderabant ea: ut ergo tollerent totalem occasionem recessus a Deo, quae erat per obliuionem diuinorum beneficiorum, & obliuio causatur ex fruitione alicuius rei extra: nec Deus nominauit oia, ut scirent hebraei cauendum esse a nimio amore circa talia, qui faceret obliuisci omnia alia, ideo notanter dixit caue ne obliuiscaris. q. d. licet tu reminiscaris diuinorum beneficiorum, & velis eum super omnia diligere, tamen si amorem magnum apponis istis rebus, nunquam videbis donec Deum totaliter obliuiscaris istis bonis per fruitionem adherens: hoc namque naturaliter inducit, ut si quis vno bono fruatur, cetera minus amet, ideo admonebat psalmista amorem non esse ponendum in diuitiis, etiam si eas haberemus dicentes si diuitiae affluant, nolite cor apponere psal. 61. *Dominum Deum tuum timebis.* Hic ponitur quartum scilicet timendum Dei ratio, & haec satis conuenit superioribus, quia qui Deum timet eius non obliuiscitur. *Ipsi soli seruietis.* Id est non adorabis alium dominum cum eo sicut fecerunt Samaritani quarto Regum. 17. capitulo quia ipse solus Deus est: dii autem gentium demonia sunt psal. 95. Aduertendum quod licet dicatur hic soli Deo seruendum, & solus Deus timendus: tamen nec soli Deo seruendum est, nec eum solum timere debemus, nam patres, & dominos timemus, & dominis seruiamus. Inde enim opera seruilia dicuntur, quia per ea homo

Quo seruimus soli Deo.

Alph. Toft. super Deuter.

seruit homini: dominos autem esse timendos manifestat Mala. 1. capitulo dicens: si ego sum Deus vbi est amor meus? si dominus vbi est timor meus? quasi di. q. dominis timor debetur: patrem etiam filii timent, & inde timorem filialem a seruilis distinguimus, & viros timent viros, inde timorem castum a ceteris separamus. Ad hoc respondetur, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod Deus loquatur hic solum de timore Dei, & mandando solum Deum timeri aut sibi seruari non excludat ceteras res, quae non sunt dii aut existimantur dii: sed excludant in eadem specie sicut in specie deorum, si aliquos alios praeter illum vnum imaginemur, & est sensus. *Dominum Deum tuum timebis & illi soli seruietis.* Id est licet timeas Deum, & seruias ei, & timeas homines & seruias eis, tamen non timeas alium Deum, sed istum solum, nec alteri Deo aut alijs dijs seruias, sed huic soli. Alio modo potest hoc intelligi, quod excludantur omnia alia, quae non sunt Deus, & tunc non excludentur respectum huius actus, qui est timere aut seruire, sed respectu vtriusque accepti cum quadam determinatione graduali: & tunc est sensus, quod Deus solus timendus est, non quidem quod eum timeamus & nullum alterum, sed quod eius timeamus in tali gradu timoris, scilicet cum tanta reuerentia & terrore si oportuerit, ut nullum alium hominem, aut Deum existimatum in tali gradu timoris timeamus: hoc demonstrat Christus Matth. capi. decimo dicens: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timere eum, qui corpus & animam potest perdere in gehena. q. d. licet aliquis timor sit ad terrenos, ille valde modicus debet esse: timor autem qui ad Deum valde magnus: sic et Deo soli seruendum esse mandauit, quia licet patribus & dominis seruiamus; Deo tamen in tali gradu seruire debemus, i. totam nostram animam ei praesto offerentes cum maxima affectione, & cum hoc quadam reuerentia adorationis nimia tanquam ad nostrum Deum, & creatorem: iste autem gradus seruitij nulli rei praeter Deum cocandus est, quia iam peruerteretur ordo dilectionis, cum aliquid Deo maius bonum arbitraremur, vel apud nos constitueremus: cetera ergo diligibilia diligentes, aut hominibus seruientes nunquam in tali gradu cuiquam seruire debeamus: ideo Deo soli seruendum est, quia ei excellentissime seruendum est. *Ac per nomen illius iurabis.* Non est hoc preceptum, sicut de timendo, vel de adorando, sed permissio quadam, quia videbat Deus Iudeos ad iurandum pronos, & ne per nomina idolorum iurarent quae execrabilia erant. psal. 15. nec memor ero nominum eorum per labia mea, permisit eis per nomen suum iurare.

An iuramentum sit frequentandum, vt Iudaei dicunt, vel magis nunquam iurandum est, nisi ex necessitate. Quaest. VI.

VND E aliqui Iudaei errauerunt ex hoc loco dicentes iuramentum esse actum religionis, & requetandum sicut cultus Dei, vel orare, sed falsum est, quia nunquam iurandum est nisi ex necessitate, alias esset per se preceptum de non accipiendo nomen Dei in vanum, tunc enim in vanum assumit, cum sine necessitate nomen eius profert, & sic determinauit Christus Mar. 5. c. sit sermo vbi est est, non no. *Non ibitis post Deos alienos.* i. non sequimini cultum eorum: uel non ibitis ad consulendum eos sicut Ochozias Rex Israel misit ad consulendum Belzebub Deum Acharon. 4. Regum 1. cap. dicitur cunctarum gentium, quae in circuitu vtro sunt non quod liceret consulere Deos aliarum gentium quod procul erant, vel ire post eos colendo eos, quia equae peccati erat colere hunc vel illum Deum, sed de dijs quae in circuitu sunt, quae lex quod attendit id quod est maius periculum, maius periculum est, quod a malis vicinis efficiatur malus quam ab illis

In humana operatione intellectus, & voluntas sunt principia.

illis qui valde procul: cum autem Iudæi aliquo modo communicari essent cum gentibus, que in circuitu eorum erant, poterant scire eorum ceremonias in cultu deorum suorum, & inclinarentur ad faciendum easdem ceremonias Deo suo, velut colerent illum Deum: cum gentibus autem semotis ad extremitates mundi nulla erant eis commercia: ideo non poterant scire de ceremonijs deorum suorum ne inclinarentur ad illos, quia inuisa diligere possumus, incognita autem nequaquam. Quoniam Deus amulatur Deus tuus. Idest Deus tuus zelotes est volens sibi sacrificari, & se solum consuli sicut vir zelat uxorem: quia vult ab ea solum diligere, Deus tuus in medio tui. Deus tuus solum est zelotes respectu vestri non autem respectu aliarum gentium, quia etiam si aliquis de gentilibus idola colat, non irascitur nec zelat eum Deus, quia permittit eos ambulare in concupiscentiis suis, si autem aliquis vestrum alios Deos colat Deus zelat, quia vos populus eius estis ut patet, sup. 4. ca. & 7. sicut vir zelat uxorem suam, & irascitur ei, si fornicet: alii autem non. Nequando irascatur furor domini Dei tui contra te. Refertur ad superiora, sicut ibi post Deos alienos, nequando irascatur dominus: quasi dicat Deus non habet aliquam occasionem ex qua citius contra nos irascatur, quam si colamus Deos alienos, quia istud peccatum maximum est, ut patet Exo. 32. capitu. cum dixit Moyses ad Aaron redarguens eum quod fecisset vitulos in quibus populus idolatrat, quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum, sic etiam de vxore, licet, n. vxor esset in aliquo contra virum nunquam tamen ita irascitur sicut si ipsa diligat alium virum, cui carnaliter commisceatur: irascitur ergo vehementer furor domini super talia. Et auferat te de superficie terre. i. destruat te totaliter, ita quod non sis in aliqua terra: ista est maxima & ultima poenarum, quia in tota superficie terre non relinquamur, nam aliquando puniuntur homines perdendo terram suam, cum ducuntur in terram hostium captiui, & ista magna pena est, quia relinquuntur naturalis terra quae multum dulcoris habet, & omnes homines allicit, ut ait Gualterus Alexandreis libro primo: perduntur etiam diuitie quas rollunt filij alienorum: perditur politica consolatio: cum homo sit animal naturaliter gaudens in politia, & determinatum ad aliquam politiam: manent tamen adhuc aliqua gaudia, aut species gaudiorum, quia licet homo a terra sua expellatur, non tamen totaliter expellitur a terra, quia in alia terra manet, ubi adhuc letari potest, qui autem auferatur a superficie terre in nulla parte orbis manet: quia omnia loca orbis in superficie terre manent, qui autem sic a superficie terre expellitur, cum non possit a tota terra expelli, necesse est, ut constituat in terra: hoc autem pertinet ad defunctos, qui in terra visceribus occultantur, ne fetore aut figure horrore ceteros viuentes fastidiant & infestent: cum ergo dicitur Deus auferet aliquem de superficie terre, est sensus, quod occidet eum & faciet abscondi. 7. superficie terre. Non tentabis dominum Deum tuum. Tentare est experiri tum velle capere de aliqua re, sicut qui equum currere facit solum ut videat an bene vel male currat: sic tentare Deum dicitur qui agit ut sciat vtrum Deus subueniat, & valde magnum peccatum est tentatio Dei, quae reducit ad genus infidelitatis, vel praesumptionis, quae maxima peccata sunt, ut declarauimus Exo. 16. & 17. Patet in amicis: ille amicum suum tentat, quem firmum esse non putat: ut sciat quantum in illo sit ad necessitatis articulum, qui autem amicum certissimum habet de cuius fidelitate nullatenus dubitat, nunquam eum tentat: sicut qui equum optimum curforem esse cognoscit, eum non tentat, sed in necessitatibus vitur eo, qui autem nondum cognouit, tentat eum experimentum accipiens, qui ergo Deum tentat, non confi-

dit totaliter in bonitate vel potentia Dei, quia si confideret non tentaret, & sic infidelis est, quia de Deo bonitate vel potentia dubitauit, discredere, n. potest. Infidelitas est, quia est negare aliquid esse in Deo: discredere autem bonitati Dei diffidentia est, & est infidelitas, vt si aliquis crederet, quod Deus aliquid facere poterat, sed non crederet quod faceret etiam si iuste vel in necessitate petatur: hoc tamen aliquando infidelitas vocatur, quia spes & fides aliquando nomine nominantur, & sic dicit Christus Petro modicae fidei quare dubitasti? Matth. 8. & 14. c. Aliquando reducitur tentatio Dei ad praesumptionem, & uoco praesumptionem desiderium cognoscendi secreta quae homini cognoscere non licet, ut si aliquis crederet Deum esse potentem ad omnia, & quod in necessitatibus semper succurrere vellet, sed scire vel experiri velit qualiter in tali casu ageret, & hac praesumptio magnum peccatum est. quod ergo aliquid recte petere debet vt exaudiatur a Deo, opposita horum habere debet: primo quod sit in necessitate, & tunc non est praesumptio, nec tentatio sicut qui equum currere facit: quia fugit hostes suos non tentat equum, ita qui in necessitate ad Dei auxilium currit, Deum tentare non dicitur, quia experimentum non querit. Secundum quod sine dubitatione ad Deum veniat, sicut intelligens quod Deus facere potest, & quod in necessitatibus faciet, ut non sit incredulus, nec desperans. Et ista duo tangit Iacobus, c. 1. canonicus suae dicens, postulet autem in fide nihil hesitans, in fide. i. credens quod Deus facere potest, nihil hesitans, i. credens certissime, quod si ipse in necessitate petit, & iuste exaudietur, quia Deus voluntatem timendum se faciet, psalm. 144. Et subiungit quod aliter peccantes nihil assequuntur dicens: qui enim habitant similis est fluctui maris qui a vento mouetur, & circumfertur: non existimet ergo homo ille, quod accipiat aliquid a Deo. Sicut tentasti in loco tentationis. In Raphidin vbi Deum pro aqua tentauerunt ut patet Exo. 17. cap. Dixerunt enim, est ne dominus inter nos an non?

Aliqui uolunt quod tentatio ista fuit, quia Iudæi plures portabant aquam in uasis suis de mansione praecedente, quae uocatur Halus, & tamen periebant aquam, & tunc erat tentatio quae est praesumptio, quia uolebant experiri qualiter Deus eis aquas daret sine aliqua necessitate, sicut qui cibum querere non uult expectans quod Deus ei cibum praesentabit. Sed melius vt quod isti in necessitate existentes tentauerunt, quia forte Deum impotentem ad dandum eis aquam crediderunt, sic patet psalm. 77. nunquid poterit Deus parare mensam populo suo in deserto, & tunc est sensus. Est Deus inter nos an non. nunquid Deus, qui est inter nos poterit facere ista, uel nunquid nos habemus Deum inter nos potentem nobis auxiliari an non, vel poterat esse tentatio diffidentiae, quia licet crederent Deum esse potentem, tamen dubitabant vtrum eis aquam dare uellet, & tunc est sensus, nunquid est Deus inter nos, qui succurrere uellet inopiae nostrae an non. Custodi praeccepta. impedimentum intrandi in terram illam vel recessus a Deo est non custodire mandata: ideo amouentur. Custodire praeccepta. i. moralia vel decalogi. Testimonia. i. praeccepta iudicialia.

Qua differentia sit inter testimonium, & praecceptum. Et caremonia qua ratione constituantur. Quas. VII.

PROPRIA testimonia sunt mandata decalogi per quae inter Deum & Israel firmamentum positum est: alia autem praeccepta largo modo testimonia nominantur. Et caremonias. Istud est tertium genus praecceptorum, dicuntur autem caremoniae quidam ritus, uel obseruationes secundum quas se habet homo ad Deum, nam si sint aliqui mo-

Præscriptio i. Deū quae sit.

Ex duobus oratio exauditur.

Quid sit coram Deo ambulare.

Quo sciat quid sit bonum.

di constituti ab hominibus secundum quos se habeant homines inter se, illi non uocantur ceremoniae: nam ceremoniae dicuntur ritus pure legales. sicut non insurgunt a uoluntate determinate magis hoc quam illud secundum rationem naturalem, sed a pura uoluntate legislatoris uolentis hoc, uel illud solum, & ceremoniae sunt istum modum dicuntur esse quoddam extremum ad ius naturale distantissimum, intermedium autem est aliquid quod non sit pure a ratione naturali determinante hoc, & nullo modo alterum, nec pure a uoluntate quod habet aliquid rationis naturalis: quia dependet ex illa tanquam determinatio explicita, & istud est genus praecceptorum iudicialium: nam praeccepta iudicialia magis conueniunt rationi quam ceremonialia, quia in iudicialibus licet non immediate determinent a ratione naturali sic esse, ita quod nullo modo possint esse aliter, tamen quilibet respiciens illa poterit videre quomodo dependant, ut communiter de iure naturali, licet quidam eorum non habent aliquam rationem sed solum uoluntatem, ut quod inter praesentes fiat praescriptio in decem annis, & non in nouem: & sic de multis aliis in praefixione, uel determinatione temporis uel terminorum ad faciendum aliquid, sed ista rara sunt, alia autem vt communiter licet applicentur ad materias particulares, tamen bene apparet dependentia eorum a iure naturali uniuersali: in ceremonialibus autem non patet hoc, quia dato quod aliquis respiciat quare tales ceremoniae sic aut sic fiant, non poterit reperire aliquam rationem mouentem nisi solum uoluntatem constituentis, ut patet in ceremonijs sacrificiorum, & in emundationibus leproforum, & in emundatione aut praebatione zelotipiae, & in obseruatione nazareorum, & similibus, nam raro reperiri potest ratio, quae uideatur insurgere ex naturali ratione sic aut sic determinate, sicut uidetur esse in iudicialibus, quae nunquam possunt uocari ceremoniae: praeccepta autem legalia conuenienter uocantur ceremoniae de his late diximus Leui. ult. c. & ibi uide. Et fac quod bonum est & placitum in conspectu domini. Hoc enim Deus uult vt nos faciamus quod ipse uult, sic dicitur Ge. 17. c. ambula coram me, & esto perfectus, idest ambula iuxta uoluntatem meam, nam ambulare coram Deo nihil aliud est quam ambulare, ut ipse uult: & dicitur hoc, quia aliqui homines uident bono zelo moueri, & faciunt quod sibi uult malum non esse. Et tamen errant, quia non attendunt: nam ut ait Salomon in proverbij. est uia quae uidetur homini bona, & extrema eius ducunt ad mortem, ideo nullus est tum cunctum bonum habeat zelum innitatur prudentie suae ambulans ut sibi bonum uidetur: sed inquirat vtrum Deus aliter uelit, sicut dicit Apostolus ad Roman. 12. c. nolite contoruari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut sciatis, quae sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta: ideo Sanctus Dauid orabat in psalm. 5. dicens dirige domine Deus meus in conspectu tuo uiam meam, idest dirige uiam meam non secundum quod mihi uidetur bona, sed secundum quod tibi. Et dicitur hic quod bonum est, & beneplacitum in conspectu Dei, quia id quod bonum est secundum seipsum, est beneplacitum in conspectu Dei, nam Deus bonum uult, & delectatur in eo, quando cū que ergo reperitur bonum quod sit uere bonum Deus delectatur in eo, sed quia iudicium humanum ualde defectibile est, & interdum perturbatur a passionibus, ideo id quod bonum est malum iudicant & e contrario, & sic Deus non uult fieri quod bonum uidetur hominibus, sed quod bonum est simpliciter, & hoc est ei beneplacitum.

bonum, quia ipse cognoscit omnem ueritatem, & mandata fieri quod bonum est, cum ergo mandatum suum reperiatur circa aliquam rem, sic agere debemus, ut mandatur, & non declinare ad dexteram, uel sinistram dato quod nobis uideatur aliter esse agendum, quia ista est uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta: cum autem mandatum Dei non reperitur circa aliquod agibile, tunc uel consulere peritiores oportet si dubium est, & aliquid magnitudinis habet sui: aut agere secundum conscientiam nostram, quae ut ait Apostolus: haec est gloria nostra testimonium conscientiae nostrae, & tunc etiam dicimus agere, quod placitum est in conspectu Dei, quia non inuenimus praecceptum eius quantum ad tale agibile, & iudicamus secundum conscientiam, quam ipse nobis dedit sicut dicitur hic. De qua iurauit patribus tuis. i. quod iurauit patribus tuis, ut deleter ex ea omnes hostes, & daret eam eis & semini suo: quomodo autem iurauerit eis vtrum cuiuslibet eorum per se, uel omnibus simul, uel vni pro omnibus sup. in isto cap. declaratum fuit. Vt deleter omnes inimicos tuos. Hoc habetur Gene. 15. ubi promittitur terra decem gentium, & expulsio earundem de locis suis, uel potest referri ista clausula ad tempus Moysi: in quo clare promissa est sepe destructio istarum gentium ut patet Exo. 23. & sepe eis mandata est, ut Num. 34. c. & 7. 20. & patet quia dicit. Sicut locutus est. Ita quod possessio terrae referatur ad iuramentum patrum, & delatio gentium referatur ad locutus est. Quod fuit tempore Moysi. Cum interrogauerit te. Hic ponitur 5. scilicet quaestiones posterorum responsio. Filius tuus eras. Significat magnum tempus post futurum, quando filij qui nascerentur propter antiquitatem facti obliuiscerent beneficiorum Dei. Quid sibi uolunt testimonia haec. i. ista praeccepta, moralia, quae d. quis nobis tantum onus imposuit. quod feruare ista mandata, uel propter quam causam, uel ad quem finem posita sunt? Seruus eram Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos dominus Deus de Aegypto. Ratio redditur ex naturali obligatione, seruus empticius tenetur ad omnia quae mandata ei dominus, sed Deus uos liberauit de magna seruitute Aegyptiaca, ideo iuste potuit imponere uobis quamcumque legem uellet. In manu forti. Deus cum nec pedem nec manum habeat, quia lineamenta nec descriptiones corporales habet, ideo non poterat educere in manu, nec in pede, nec in aliquo altero membro, sed ista dicitur secundum metaphoram quibus tota scriptura plena est, sic enim dicitur Exo. 19. capit. uos ipsi uidistis quid fecerim Aegyptiis, & quomodo portauerim uos super alas aquilarum. constat tamen, quod Deus non conduxit hebraeos per desertum super alas aquilarum, nec struthionum, aut uulturum, sed est metaphora quam declarauimus Exo. 19. c. sic hic scriptura sacra uolens eos descendere modo nostro intelligendi, designat nobis, ut uirum fortem bellatorem Deum, ut patet Exo. 15. ca. cum dicit dominus quasi uir pugnator, licet in hebraeo dicatur ibidem, dñs uir pugnator, sic ergo uir pugnator in fortitudine brachij sui destruit hostes, ita Deus, qui omnipotens est, & destruens quos uoluerit, & saluans quos uoluerit, dñs operari in manu forti. i. in fortitudine brachij sui percutientis hostes quemadmodum faciunt uiri fortes pugnantes. Et fecit signa atque prodigia magna, & pessima in Aegypto. Quae sunt miracula solum ostensiuia potentiae & non infligunt penam, prodigia dñs hic miracula infligentia penam, de primo ut uersio uirga in colubrum, de secundo ut grando maxima, & tenebrae, & mors primogenitorum: ideo uocatur prodigia pessima quantum ad malum poenae, quia magnum malum Aegyptijs intulerunt.

Maxima & ultima poenarum autem terrae de superficie terre.

Quid sit tentare Deum.

Qua differentia sit inter signum, prodigium, & iudicium, Quæst. VIII.

TRA ponuntur hic. signa, iudicia, & prodigia, & possunt esse diuersa vel idem, q̄ sint diuersa, ut q̄ signa dicantur quædam miracula demonstratiua veritatē eius qui loquebatur. s. q̄ Moyses dicebat se a Deo missum, & cum negaret faciebat ista miracula. s. cōuertere virgam in colubru, & cetero, & hoc vocabat signū, q̄ signū erat per hoc q̄ ista quæ dicebat Moyses vera erant, quia in signum veritatis suæ adducebat tale miraculum, q̄ satis apparebat a Deo esse, & signabat illum qui loquebatur tanq̄ a Deo vere fuisse missum, iudicia vocantur miracula inflictiua penę, sed non magnę penę, sicut fuerunt aliquę plagę inter alias omnibus minores. Prodigia vocantur magne plagę sicut supra dictum est, sed magis videtur q̄ hic accipiuntur omnia pro eodem materiali, sed differunt formaliter, vel secundum rationem nam omnia ista videntur fuisse plagę inflictiue doloris sed iste possunt vocari signa in quantum considerantur vt quędam facta, quæ non possunt esse nisi per naturalem potentiam, sed indigent potentia supernaturali, & sic necesse est q̄ ista faciat Deus, aut aliquis in virtute Dei, sed Deus nunquam est reus falsitatis, ergo necesse est q̄ quandoq̄q; ad probationem alicuius dicti adducuntur vera miracula, quę nullus potest agere nisi Deus, q̄ illud dictum verum fuerit, cum Deus nunquam est falsitatis reus, q̄ tamen esset, si ad confirmationem alicuius dicti falsi faceret miracula, ergo talia qualia faciebat Moyses inferendo pœnas magnas Aegyptiis, erat signum q̄ ipse erat missus a Deo in cuius nomine loquebatur. uocantur autem ista penę iudicia, quia iudicium dicuntur penę inflicte, vel quia iuste infligunt, vel quia causa eius nobis ignota est, de primo mō dicimus, q̄ uidemus aliquem multum peccatorem, & postea conspiciamus eum multum puniri, dicimus q̄ iudicium Dei fuit. s. q̄ taliter agens taliter puniretur: alio modo dicuntur iudicia Dei q̄n penarū causę ignorantur, vel non plene cognoscuntur, & sic q̄n aliqui qui boni valde, uel satis boni videbantur, puniuntur, dicimus q̄ iudicium Dei fuit. i. sententia Dei occulta nobis, & sic dicitur psal. 35. iudicia Dei abyssus multa. i. sententię Dei sunt nobis multum obscurę. Hic autem accipiuntur iudicia in primo modo, quia in Aegyptiis satis videbatur rationale, q̄ Deus debuisset cōplere vltionem suam, quia toties mandato eius restitissent: & ideo exercuit in eos & in Deos suos iudicia. i. iustas pœnas: & sic patet Exo. 12. c. cū dicitur: percutiā omne primogenitum in terra Aegypti, & in cunctis diis Aegypti faciam iudicia ego dominus: idem patet Num. 33. c. cum dicitur, egressi sunt filii Israel videntib. Aegyptiis. nam & in diis eorum exercuerat vltionem, prodigia vocantur ista in quantum erant magnę penę valde, quæ sunt procul a digito. i. procul a potentia nr̄a: quia naturalis potentia talia agere non potest, patet hoc considerando ipsas pœnas inflictas, quas nullus de sapientibus vel necromanticis Aegyptiorum, vel de diis eorum talia potuit facere, vel fieri prohibere. Vocantur tamen aliquādo prodigia ipsa miracula magna, quæ nulli penā inferunt, sed solum miracula magna sunt, & sic habetur actu. 6. ca. q̄ Stephanus plenus gratia faciebat prodigia & signa magna in populo: dicuntur tamen ista prodigia semper retenta significatione termini. s. prodigia. i. procul a digito, quia talia miracula ita magna sunt, q̄ uerum est ea non posse fieri naturaliter, sed per aliquam potentiam. s. diuinam, quę valde procul est a potentia nostra. Contra Pharaonem & omnem domum illius. Isti enim magis torquebantur istis plagis, quia se durius contra Hebręos habebant, & ab

Deus nunquā est reus falsitatis.

istis omne consilium malum, & pœna contra eos procedebat. In conspectu vestro. Quia licet hebręi morarentur in terra Gesen, quę ad vnam extremitatem Aegypti est, ut colligitur Gen. 46. ca. tamen sciebant vicinis Aegyptiis paratas istas plagas: etiam & melius, quia in terra Gesen non solum habitabant iudei, sed etiam Aegyptii in omnibus locis & ciuitatibus illis hebręorum: & in illis Aegyptiis fuerunt omnes penę inflicte sicut aliis qui morabantur per totum Aegyptum, & ista oculis suis videbant hebręi, & fiebant in conspectu suo: vt declarauimus Exo. 7. c. hoc patet clarius Exod. 12. c. vbi immolato phasē mandauit de sanguine agni poni in superliminari domus, & super vtrumque possem: ut cum veniret angelus percutiens transiret domos illas, si tamen ipsi hebręi nō habitassent inter Aegyptios frustra fuisset ponere illum sanguinem, quia tunc nullam domum deberet angelus percutiens transire, & nullā percutere, cum de primogenitis hebręorum nullus in illa peste perierit. Item patet Exod. tertio, & 11. capitu. vbi dicitur quod postulat mulier ab hospite sua, & a vicina vas aurea, & argentea, & uir ab amico suo, ergo videt, quod Hebręi multi morabantur in domibus Aegyptiorum, & habebant etiam Aegyptios pro vicinis: ergo inter hebręos morabantur Aegyptii quorum possent videre inflictiōes pœnarum. potest etiam referri hoc ad unam pœnam inflictam simul coram toto populo hebręorum, & fuit subuersio Aegyptiorum in mari rubro, cum conuertit dominus aquas maris rubri super Aegyptios: & vnus ex eis non remansit. Et uiderunt hebręi omnes Aegyptios iacentes mortuos in littore maris, & cantauerunt domino laudes super illos, ut patet Exo. 14. & c. Precepitque nobis dominus, ut faciamus omnia legitima hec. Accipiunt legitimum generaliter pro omne q̄ in lege scriptum ē siue morale, siue iudiciale, propriissime accipitur pro ceremoniale quod est pure posituum, & a sola legislatoris intentione dependet, qualia sunt ritus sacrificiorum, non tanē proprie assumi p̄ legitimum pro iudiciali p̄cepto, quod magis a ratione dependere videtur. Et ista duo ponit phil. 5. Et ibi. iustum legale est quod statim videri, uel non videri, ut sacrificare vnam capram, vel duas oues: etiam sententia. per sacrificium tangit ceremonialia, per sententia tangit iura foralia inter homines. phil. autem vtriusq̄ istis nomine legale aequaliter magis large distinguēs illud ius naturale dicens, politici autem iusti hoc quidē naturale hoc autem legale est, & sic omne ius vocat legale quod non est naturale. De diffinitione autem iuris naturalis posita a philosopho qualiter intelligi debeat, diximus Exo. 20. & Leuit. 27. c. ius autem legale uocat ipse omne alterum ius pertinens ad homines, vel ad Deos, sed differt, quia in iuribus humanis quędam sūt iura vniuersaliter posita, quæ licet non dicantur principia iuris naturalis omnia nota, sunt tamen conclusiones speciales iuris naturalis deductę a sapientibus scilicet a legislatoribus: quia sapientis est ordinare, ut ait Aristo. in principio primi Metaph. & sicut in speculatiuis principia, quæ sunt per se nota, & conclusiones quę sunt notę non per se, sed ex inductione per principia, dicuntur simul pertinere ad materiam speculatiuā: ita in agilib. principia vniuersalia iuris naturalis, & conclusiones inductę per modum determinationū a iure naturali, dicuntur pertinere simul ad ius naturale, & ideo talia iudicialia non vocantur legalia secundum phil. sed naturalia, alia autem iudicialia, quæ ponuntur interdum ex sola uoluntate legislatoris, & subditorum, nam uoluntas principis facit ius, quia quod principi placuit legis vigorem habuit, ut patet

Legitima proprie in sacra scriptura quō capitur.

Legale quod sit.

patet institutis de iure naturali & ciuili, & gentium in §. principum quoq; placita ista: namq; facta a sola uoluntate principis sine aliqua ratione uocantur legalia: nam competit eis diffinitio iuris legalis, quam ponit philosophus in 5. eth. s. legale est quod a principio quidem non differt: differt autem cum positū est. i. antequam ponatur ius tale non magis differt sic agere, quam contrario modo: sed cum positum fuerit differt. i. magis refert sic se habere quā aliter. cuius latiore declarationem posui Exo. 20. ca. Aliquando iudicialia non ponuntur vniuersaliter, sed sumuntur in particularibus, vt sententię iudicum quæ dantur super factis certo, & non extenduntur ad aliqua alia similia vel dissimilia: & tamen accipiuntur vt ius: quia res iudicata accipitur vt ius: aliquando etiam aliqua quæ nō sunt iudicialia, & tamen sunt leges dicentes ius alicuius personę uocantur legalia: quemadmodum priuilegia si ponantur per modum legis vel statuti: & tamen sint indulta in fauorem vnus personę, vt in quadam ciuitate statutum fuit, quod coleretur Brasida, & fierent ei sacrificia, quia multa bona fecerat ciuitati. Aliquando considerantur aliqua iudicialia tanq̄ determinationes penarum, vel p̄fixiones terminorum: & uocantur legalia, quia non dicitur sic magis facere quam sic, vt statueret quod datur pro redemptione captiuorum tantum uel tantum, cum non sit maior ratio dare quinque quam sex: aliquando accipiuntur alia quæ nullo modo sunt iudicialia, sed pertinent ad cultum deorū, vt sacrificare capras, vel arietes uel oues, & sic de aliis, quia in his non est aliqua ratio, sed sola uoluntas: quāuis Quidius in libro factorum dat rationes illorum rituum & sacrificiorum, sic enim promittit in principio libri primi dicens. Tempora cum causis latium digesta per orbem canam. Quatuor ergo sunt quæ pertinent ad ius legale in quibus distinguitur a iure naturali, & illa quatuor hic assignauimus: & tangit omnia illa philosophus. 5. eth. in diffinitione iusti legalis cum dicitur, legale est quod a principio quidem non differt, differt autem cum positum fuerit, ut captiuos mina redimi, & sacrificare capram, sed non duas oues, adhuc autem quæcunque in singularibus legem ponunt, ut sacrificare Brasidę, & sententia. Primum de quatuor supradictis notatur i quantum dicitur, adhuc quæcunque in singularibus legem ponunt vt sacrificare Brasidę, tertium notatur cū dicitur, ut captiuos mina redimi. quartum notatur in quantum dicitur, vel sacrificare capram, sed non duas oues. (cunctis diebus sicut est hodie.) Refertur hoc ad tempus prosperitatis, quādo patres docerent filios mandata Dei, & est in intellectu, sicut nunc abundamus in diuitiis, & tranquillissimi sumus custodiendo mandata Dei, ita erit in futurum, quādoque ea custodierimus, vel potest referri ad tempus Moysi, & est sensus, dicebat Moyses populo vos dicetis filiis vris, quod quādoque mandata legis seruauerint bene sibi erit, sicut nunc est nobis, tunc enim abundabat populus diuitiis, & pace debellatis Madianitis quinque regibus vt patet Num. 31. cap. & duobus regibus Amorrhęis Num. 21. & possessa terra Amorrhęorum, & diuina. sup. 3. ca. Eritq; uestri misericors. Liberando vos a cunctis miseris quæ superuenire possunt. Coram domino Deo nostro. Est mutatio personę, quia deberet dici coram eo, quia ipse misericors erat, & sic frequenter fit mutatio in scriptura vt psal. 3. in uersic. vlti. quia cum loquitur in tertia persona, rursum conuertitur ad secundam, sed in hebræo aliter habetur scilicet. Erit nobis iustitia. i. nos erimus iusti faciēdo, non solum bona temporalia habebimus, sed etiam hoc agendo boni erimus, & tunc nō est mutatio personę.

Alph. Toft. super Deuter.



Um vero introduxerit te dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te: Ethæum, & Gergezū, & Amorrhæum, & Chananaū, & pherezū, & Ethēū & Iebusæum septem gentes, multo maioris numeri quam tu es, & robustiores te tradideritq; eas dominus Deus tuus tibi, percuties eas usque ad internitionem.

Gētes deleueretur.

Um vero. Supra dictum fuit de impedimentis amandi & timendi Deum, quæ proueniunt quodammodo a seipsis, hic agitur de impedimentis proueniētib. ab aduersariis.

Et tanguntur tria. Primum indebita pietas. Secundum impugnandi & resistendi timiditas ibi. Si dixeris in corde.

Tertio illicitorum cupiditas ibi. Sculptilia eorum. Et deleuerit multas gentes ante te. Et sic promiserat eis q̄ mitteret angelum suum ante eos, qui disperderet omnes habitatores trans iordanem in terra promissa. Ethæum & Gergezæum. Hic ponuntur septem gentes quas Deus deleuerat erat vt traderet possessionem earum Israelitis, sed Gen. 15. ponuntur decem gentes quarū terras Deus daturus erat iudæis. s. ista septem & Cethmonçi Cinei, Cenezci, sed de istis tribus gentibus non legitur, q̄ aliquam Deus Iudæis subiecisset.

Quomodo has septem gentes Deus tradidit Iudæis, & quando. Quæst. 1.

ET si dicas, q̄ licet tempore Iosue ista septem solum subiectę fuerint, sed post tempore regū subiectę fuerit. Sed hoc non tenet, quia tempore Iosue non fuerunt subiectę omnes ista septem gentes, quia adhuc manserant Iebusæi habitantes Hierusalem, & in multis locis post mortem Iosue, et usq; ad tpa Dauid vt patet Iud. 1. & 5. Re. & 1. Paral. 11. c. ideo dicendum q̄ reges iudæorum solum subiecerunt aliq̄ partem illarum septē gentium, quę aut subiecta non fuerat, deleuerunt eā, sed in illa parte libro r̄i Regum siue Paral. legit q̄ Iudæi tales gentes subiecissent, iō aliqui Iudæi dixerunt q̄ iste tres gentes subiciēt tpe Mesię, sed hoc nihil est, quia siue s̄m fidem nostram, siue s̄m errorem, quē ipsi nunc habent, Messias omnib. gētib. dominaturus erat, quō ergo ille tres gentes specialiter eis subiciendę promitterentur pro tpe Mesię, si oēs alię subiciendę erant: iō cogentur confiteri q̄ ista ante tps Mesię cōplenda erant. Pōt ergo rōnabiliter r̄nderi q̄ illa tres gentes nō fuerunt deletę ab Israelitis, sed ab Idumæis Moabitibus & Ammonitis, & rō est, quia ista decē gentes promissę fuerunt Abrahę p̄ semine suo, sed Idumęi de semine Abrahę sūt q̄ sūt filii Esau, & Esau fuit nepos Abrahę, Moabitę & Ammonitę nō sunt de semine Abrahę, sed sunt filii Loth q̄ fuit filius fratris Abrahę. s. Arā. vt patet Ge. 11. c. & secutus fuit Abraham exeundo cum eo de terra cognationis suę, & cum eo iuit in Aegyptum, ut patet Gen. 12. & 13. c. iō dilexit eū valde Abraham vt patet Gen. 13. & 14. liberando eum a 4. regib. Et ideo p̄ merita Abrahę dedit duas gentes Ammonitis, & Moabitibus filiis sui amici, & reputantur sub semine Abrahę, & confirmatur hoc quia sup. 2. ca. dicitur, quod nō pugnet Iudæi q̄ Idumęos, Moabitas, & Ammonitas

E 3 nitas

nitatis: quia Deus dederat eis terras illas quas tunc possidebant, & adiuerat ut expellerent inde habitatores eorum, sed contra nullam aliam gentem prohibiti sunt pugnare: nec etiam contra Madianitas qui erant de semine Abrahę per uxorem suam Cethuram. Gen. 25. c. de nulla alia gente dicitur, quod tradiderit Deus terram aliquam in possessionem suam, & satis colligitur ex 2. cap. sup. quod ista terra illis tribus populis promissa sit: quia vocatur terra possessionis suae: suus, proprietatem denotat, quam isti habuerunt per promissionem Dei. Et etiam verisimile est, quia terra Moabitum, Ammonitarum, & Idumaeorum terram promissionis Iudaeorum tangit in circuitu ab oriente, & meridie, ut diximus sup. 3. cap. Et sic essent omnes istę decem gentes coniunctę.

Item quia promissio istarum decem gentium soli Abrahę facta fuit: post autem in Aegypto quando Deus primo promissit populo Iudaeorum, quod eos inde educeret solum promissit eis se daturum istas septem gentes, ut patet Exo. 3. cap. licet ibi non ponantur Gergesęi sicut hic, quia rarissime nominantur Gergesęi in sacra scriptura: ideo videtur, quod alie tres gentes aliis datae erant: sed de nullo ita potest dici sicut de Ammonitis, & Moabitibus, atque Idumęis, ut patuit.

Et si obiciatur quod non potest intelligi de istis, quia gentes quas isti deleuerunt non vocabantur Cinei, Cenezei, Cethmonęi. sicut dicitur Ge. 15. sed horęi, Emim, Zommin ut sup. 2. c.

Respondetur quod hoc non militat, quia nomina gentium multotiens mutantur, ideo illi qui vocabantur tempore Abrahę sic, vocarentur forte aliter tempore quo introierunt Iudęi terram promissionis, maxime cum inter hęc fluxerint. 470. anni, ut probatum fuit Num. ultimo cap.

Item quia multotiens alię gentes multis nominibus nominantur, sicut vnus homo multa nomina habet, sic uocabantur Troiani, Dardanides, Troes, Teucri, ut patet in libris Aeneidos Vergilii.

Item quia Emim Zommin non erant nomina propria illarum gentium, quas Ammonitę & Moabitę deleuerunt: sed ipsi eis ista nomina imposuerunt ab effectu, ut patet sup. 2. c. ideo datis adhuc eis istis nominibus uocarentur nominibus suis propriis. s. Cinei, Cenezei, Cethmonęi. Et patet hoc magis in littera hebraica ubi ista nomina que imposuerunt Ammonitę, & Moabitę istis gentibus non erant propria: sed quedam cognomenta quę sunt nomina appellatiua: & sic non tollerentur nomina propria sua.

Et si arguas quod non potuerunt dari istę tres gętes nominatae in Genesi Ammonitis, Moabitibus, & Idumęis: quia promissio facta Abrahę mansit in solo Isaac: & benedictio Isaac in solo Iacob, & post per lineam rectę Iacob, quia ut ait Apostolus ad Gala. 3. cap. Abrahę facta sunt repromissiones in semine vno. s. de quo Messias futurus erat: ergo cum de Iacob Christus uenerit, ista promissio in filiis Iacob impleta est.

Respondetur quod repromissio de semine in quo benedicentur omnes gentes solum facta fuit in semine Abrahę per Isaac, & Iacob, quę erat magna promissio. s. de Messia nascituro de semine illo, promissio autem de possessione terre temporalis & terrena erat: ideo ista filiis carnalibus communicari poterat quātum ad partem, quia Israelitis illa septem gentes sufficiebant delendę: ideo alia tres aliis tradite sunt qui de semine illo aliquo modo erant Amorrhęorum, & Chanaanęorum, quando hic dicitur: quod tradet in manus eorum Amorrhęum cum iam tradiderit reges Amorrhęorum Og, & Seon: quomodo etiam tradere debebat Chanaanem, cum iam tradidisset in manus eorum Chanaanęum regem Arad, ut patet Num. 21. c. & deleuit Israel vrbes

eius sub anathemate. Vñ dicitur aliquis quod isti duo reges Amorrhęorum non fuerunt de Amorrhęis, quos promissit Deus dare in manus Iudaeorum. Sed non potest stare, quia Deus non dedit eis nisi gentes quas promissit: sed terra istorum tradita fuit eis in possessionem, ergo promissa fuerat: necesse est ergo Amorrhęos, qui sunt ultra iordanem, quos adhuc debellaturi erant, & Amorrhęos circa iordanem quas iam deleuerant, esse eandem gentem.

Amorrhęi qui dicantur in sacra scriptura. Quest. II.

Vnde respondetur quod Amorrhęi dñr multipliciter: si enim accipiantur large uocantur Amorrhęi oēs gentes quas hebrei deleuerunt ut patet Iosue. 24. c. an diis Amorrhęorum

I quoru terra habitatis: sed manifestu quod non habitabat totus Israel ad quem loquebatur Iosue in terra Amorrhęi populi, sed etiam in terra aliarum sex gentium. Aliquando accipitur Amorrhęus pro quodam populo descendente de Chanaan, ut patet Gen. 10. c. Et sic promittitur eis Amorrhęorum populus Gen. 15. c. Et iste populus partim erat circa iordanem cum terra illorum duorum regum Amorrhęorum Seon & Og, partim trans iordanem. Et hoc patet, quia terra Amorrhęorum circumdat & tangit terram promissionis, que est trans iordanem, in parte septentrionali in monte Hermon ut patet sup. 3. quia ille mons diuidit tres gentes ut ibi dicitur: & terra Amorrhęorum circa iordanem est versus septentrionem ut patet Iosue. 13. c. Et sic utraque contiguabitur iordane intermedio cuius figuram potes sic hęc, designata terra que est circa iordanem, & que ultra, & que monte Hermon qui est in latere septentrionis illius terre: ideo in libro Nu. quę de bello & victoria Seon & Og: non dicitur quod deleuerunt omnes Amorrhęos, sed quod debellauerunt duos reges Amorrhęos ut sup. 3. ca. ergo vñ quod adhuc superant alii reges Amorrhęi. s. circa iordanem: alio modo accipitur strictissime pro illa parte gentis Amorrhęorum que erat trans iordanem, que erat in possessione nouem tribuum & dimidię: & isto modo accipitur hic. quando arguis de Chanaanęis respondetur, quod Chanaanęi prout dicunt vnū populū de septę populis Chanaanęoru gñaliter ditoru erat populū habitās in introitu terre illius trans iordanem ad orientalem plagā illius terre: & versus latus meridiana ut patet Nu. 13. c. cū dicitur Chanaanęus habitat circa mare, & circa flumē Iordanis: flumē autē iordanis ad orientem illius terre ē, ut ex multis locis huius libri huius lib. Ios. atq; iudicij concluditur, & istos subiecerunt Israelitę transeuntes iordanem. De Chanaanęo autē rege Arad de quo dicitur Nu. 21. c. ruderij potest multipliciter: uno modo quod rex illius terre. s. Arad erat Chanaanęus: & sic debellando illos non debellabat Chanaanęus, & patet sicut de Balach filio Sephor qui erat rex Moabitaru, & tñ ipse erat de genere Madianitarum, ut colligitur Nu. 22. c. & 25. ex his quod ipse faciebat cū Madianitis. Sed hoc non potest stare, quia Nu. 14. c. dicitur Amalechites, & Chanaanęus ante vos sunt, quorum gladio corrueritis, & postea dicitur descenditque Amalechites & Chanaanęus qui habitabant in monte, isti autē non possunt accipi per regibus, sed pro populis, quia Amalechites non est nomen viri sed populi, nomen autē viri est Amalech, Chanaanęus est nomen viri sed gętis, ergo non solum rex Arad erat Chanaanęus, sed et populus sups. Et si dicas quod Chanaanęus rex Arad non est idē quod ille Chanaanęus qui erat apud Amalechitę ppsm d quo Nu. 14. Rñr quod idē erat, & p3 ex situ terre, quia quę pugnavit Chanaanęus & Amalechites in Israel, erat Israel i Cades ut patet Nu. 13. quia ibi iuenerunt exploratores castrametate istę, & immediate i eadē castrametatione pugnavit eos Amalechites, & Chanaanęus, tñ i scđa vice, quę pugnavit Chanaanęus

G

H

I

K

Doc. respō
sio.

Modo quod
fit anathe
ma si licet
redire i v.
sus huma
nos.

Notandū
penes lit
teram.

Chanaanęus Rex Arad contra Israel, erat Israel apud Cades: mouerat namque de Cades, & venerat in montem Hor, & ibi pugnavit Chanaanęus contra Israel, ut colligitur Num. 20. & 21. & 33. cap.

Item patet hoc clarius Num. 21. cap. nam cum Chanaanęus Rex Arad fecisset pradam in Israel, sequitur quod Israel voto se obligans ait: si tradideris populū istū in manu mea delebo vrbes eius, & sequitur de responsione, exaudiuit dominus preces Israel, & tradidit Chanaanęum quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & sic patet quod Chanaanęus erat populus, quia petiuit Israel populū istū dari in manus suas, & tunc sequitur quod tradidit dominus Chanaanęum i manus eius: & tamen id quod Deus fecit, fuit secundum formam petitionis Israel, quia dicitur in littera exaudiuit dominus preces Israel.

Dicendum ergo, aliter. s. quod isti Chanaanęi, qui habitabant apud Amalechitas non erant de genere illorum Chanaanęorum, qui habitabant in terra Chanaan: sicut aliquando sunt alię gentes diuersę, nominatę eodem nomine tamen non pertinent ad idem genus: vel aliter, quod istę gentes Chanaanęę erant de genere aliorum Chanaanęorum, sed quia distantes erant ab aliis terris, quas possessuri erant Israelitę, non promissę fuerunt eis, distantia autem patet, quia post Cades, & montem Hor venerunt ad terram Chanaanęi Regis Arad, ut patet Num. 21. c. deinde iuerunt ad terram campestrē circueundo terram Edom, ut patet, e. capit. postquam autem magno tempore circuierunt montem Scyr, quę est terra Edom, venerunt ad torrentem Zareth, ut patet supra, 2. cap. deinde transierunt per Moabitibus, qui erant, inde venerunt ad torrentem Arnon, & intrauerunt terram duorum Regum Amorrhęorum, ut patet, e. c. ista autem satis magna distantia, est ut patet in subiecta figura.

Vel potest dici, licet quod ista fuisse promissa Israelitis non poterant habitare in ea, quia posuerunt eam anathema, ut patet Num. 21. cap. cum dicitur, at Israel voto se obligans ait: si tradideris populū istū in manu mea delebo vrbes eius, exaudiuit dominus preces Israel, & tradidit Chanaanęum quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius Orma id est Anathema. Dicendum tamen secundum veritatem, quod illa secunda solutio est verior, tamē quocunque modo dicatur, Israel non poterat habitare in terra illorum Chanaanęorum, quia illam fecerat anathema, quocunque autem aliquid sit anathema remouetur ab humanis vsibus, ut iam non liceat redire in humanos vsus, sicut factum fuit de ciuitate Hierico in qua omnia consumpta sunt ferro, & igne præter aurū, & argentū & es, & ferrum, que venerunt i sanctuarium domini, ita quod nihil omnino venit ad vsus humanos, & ipsa ciuitatis mansio interdicta fuit, nequis hominum ibi auderet habitare, vel fundare sedes, & si quis fundaret in primogenito suo iacere debebat fundamenta, & in nouissimo liberorum suorum ponere portas, ut patet Iosue 6. c. sic ergo cum tota ista terra Chanaanęi Regis Arad subiecta fuisset Anathemati, non poterat Israel habitare in ea: ideo destructa illa recessit ulterius quærrens alias sedes, tanquam illa sedes nihil ad eum pertineret: & sic nihil attinet vicisse istos Chanaanęos, quia post hos manebant alij multo plures habitantes in terra Chanaan ultra iordanem. Multo maiores quam tu es.

Non est intelligendum, quod quilibet illarum esset maior, quam Israelitę, quia tunc non indigerent nisi terra vnus, vel ad plus duarum gentium, ut spaciosissimi essent, sed omnes istę simul erant maiores in numero, quam Israel, ideo gratia Dei fuit, quod pauci multos vincerent, & patet, quia Deus non dedit immediate terras omnium istarum septem gentium Israelitis, quia ipsi Alph. Tost. super Deuter.

non possent replere, & totam colere, vel habitare, donec ulterius multiplicarentur, ne insurgerent contra eos bestię, quę nutrirerent in terra non habitata, ut Exo. 23. capitu. & infra, in textu. Et robustiores te. Isti septem populi Chanaanęorum excellabant Hebręos in duobus.

Primo, quia licet de istis septem gentibus non esset maior, quam totus Israel, tamen omnes istę gentes septem erant maioris numeri, quam Israel, non poterat ergo pugnare Israelitę contra eos.

Secundum erat, quia populi Chanaanęorum, id est illarum septem gentium erant uiribus robustiores, quę Israelitę, ira quod quilibet de Chanaanęis erat fortior, quam quilibet de Israelitis, & ratio erat, quia Israelitę nati fuerant in Aegypto, & in desertis Arabia, quę est terra multum calida, quia multum meridiana, terra Chanaan quę est in tertio climate erat temperior: ideo Chanaanęi erant robustiores: miraculum ergo erat quod Hebrei vincerent Chanaanęorum populos septę: Percuties eas usque ad internecionem. i. vsq; ad mortem: istę septem gentes nimis peccatrices erant coram domino in enormibus & infandis immunditiis carnis: & ideo diuina sententia erant ad totalem deletionem eorum & seminis sui condęnati, ut patet Leui. 18. cap. Si autem filii Israel quos Deus ministros iustitię faciebat, eis contra Dei uoluntatem parceret, & cum eis iungerent conubia: traderet Deus Israelitas in manus eorum: & essent eis in occasionem mali, & in penā, ut patet Num. 34. & Iosue. 23. cap. Non inibis cum eis cadus: Dimittendo eos in terra, ut seruiant tibi sub tributo vel sub alia conditione. Nec misereberis eorum. Sdimittendo saltem eos uiuos sine rebus & patria in alias gętes abire, quia post concitarent alias nationes contra Israelitas, vel quia istę gentes iam meruerant mortem: ideo nolebat Deus quod manerent in terra uiuentes.

Filiam tuam non dabis filio eius. Ne cogat eam idolis immolare, & gignat idolatras filios. Nec filiam illius accipies filio tuo. Ne ipsa eliciat eum & peruertat ad idolum culturam, sicut peruerterunt mulieres cor Salomonis, & illexerunt ut idola coleret, & fecit templum idolorum in senectute mala, ut patet, 3. Regum 11. ca. Trafecturus furor domini. Id est iuste mouebitur ad puniendum te si hęc feceris. Aras eorum subuertite. Id est altaria in quibus sacrificabatur idolis. Statuas. Id est corporeas similitudines quas adorabant, & idem intelligendum est de figuris solum pictis ad honorem idolorum, quas colebant, sed fit mentio de statuis, quia istis magis utebantur gętiles, quia magis significantię erant omnia. n. idola deorum ut colligi potest ex variis historiis Romanorum, & poematibus metallica, lignea, seu lapidea erant: aliqui autem dii erant qui statuas nec aliquam similitudinem habebant, ut Vesta quam flammam uocant, ut ait Ouidius in 3. Fastorum, cum dico vestam pure intellige flammam. Et quia ignis pingi, nec stat uificari potest, quia instabilis formę est: nulla statua nec similitudo ponebatur: sed continuus ignis in templo eius ardebat. Et propter hanc causam Deus Israelitis in igne apparuit, ut patet, sup. 4. ca. ne aliquod sculptile vel imaginem fabricarent. Luceo succidite. i. loca nemorosa consuta apud aras, in quibus luxurios uocabant post sacrificia priapi.

H

I

K

Qualia erant sacrificia priapi. Et quod ob appetitus carnales impendos cultus ueterum deorum suscipiebantur. Quest. III.

Et hoc patet quia in sacrificiis priapi erat omne genus abominationis in coitu, tam in coitu masculorū ad iuicē, quod uocāt masculi effemina ti. hñtes vicē feminarū: erat et cōis cōcubiti: E 4 uitorum

virorum cum feminis nullo obseruato foedere matrimonii: & hoc magnum vitium erat in gentibus, atque in Israel, & fiebat in locis aequaliter absconditis, sive in locis obscuris pp multitudinem arborum tollentium lucem solis, & tales arbores conferebant gentes apud altaria sua, ut facto sacrificio priapi in altare tota turba conflueret indifferenter sub arboribus illis ad vera sacra priapi, que erant in coitibus, si autem loca fuissent in propatulo, humana verecundia erubesceret coram se inuicem coire: nam quantumcunque homines turpes sunt, istam verecundiam nunquam perdidit, vt in occulto velint talia solatia habere prater eos philosophos qui sub specie rationis introduxerunt, vt coniuges que licite coniunguntur, in patulo coniungerentur, quia omne licitum publicum esse volebant, Tullius tamen in illis libris qui de republica scripti sunt loquens de coitu coniugum dixit, omnia recte facta in lucem se collocari desiderant, hoc autem recte factum, idest coitus matrimonialis cum sciri velit, videri non vult: isti autem philosophi qui a canibus dicti sunt idest canini pro eo quod caninam impudentiam habeant quorum princeps fuit Diogenes philosophus, in patulo, in vicis, & plateis, coram aliis hominibus ad uxores carnaliter accedebant: & quia alii homines hoc detestabantur, conspuebant in eos, & iaciebant puluerem, lutum, atque lapides super eos tanquam super immunas atque detestandas beluas: ipsi autem pro hoc clamor in manu portabant, vt si quis eorum coitum in patulo impeditet, eum clauo impeterent velut hostem, sed quia humana verecundia preualuit, ista impudica coitus licentia abolita est: ob hoc ergo isti in locis obscuris rborum iungebantur.

Aliquando autem conueniebant isti qui faciebant sacra priapi ad caueas subterraneas expletis sacris, & ibi in obscuro coibant: habebant autem principem super se dirigentem ne rumultuarentur accipiendo singuli singulas, & sic vniebantur. fuit autem in sacris istis nephandis princeps Maacha mater regis Asa, regis Iuda: sed postea ipse prohibuit ne esset princeps huiusmodi sacrorum, de quo. 3. Reg. 15. capi. cum dicitur & fecit Asa rectum in conspectu domini sicut fecerat Dauid pater eius, & abstulit effeminatos de terra, purgavitque vniuersas fordes idolorum, que fecerant patres eius, & Maacha matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris priapi, & in loco eius, quem consecrauerat, subter que specum eius, & confregit simulacrum turpissimum combussit illud in torrente cedron, vel vocatur lucus secundum hebreos quedam imago in tenera arbore per incisionem figurata, in qua cum arbore crescit, & sicut crescit arbor ita crescit in longum & latum illa si gura impressa, vel incisa in cortice, deinde post determinata tempora in circuitu arboris stipes dolabatur, vt statua, secundum priorem figuracionem, ide abstraheretur: & fiebat hoc certis temporibus ad recipiendam virtutem celi, sicut fiunt capita ferrea, de quibus diximus late Num. 21. c. Et sculptilia comburite. Quando fuerint lignea, quando autem erant lapides comminuebantur, si metallica coflabant, aurum, & similia, & infundebant sub terra, sicut infodit Iacob aurum & argentum idolorum familiarum suarum subter terebintum apud Sichem Gen. 35. vel aliter destruebant. Quia populus sanctus es domino. Idest applicatus ad cultum Dei veri, ideo non debet tangere istas immunditias. Vt si eius populus peculiaris. Idest specialis sic peculium est aliqua pecunia, quam filius familias sibi habet, quam acquisiuit, & illa est ei specialis, ea autem que pater familias habet communia sunt, quia filiis & toti familiarum de eis prouidet. De cunctis populis. Sic Exod. 19. capitulo quia licet omnes populi sint populi Dei, quia eos creauit, & nutrit, & in esse gubernat, sed Israelite speciales fuerunt

quia eis cognitio de seipso dedit, & ab eis solis cultus fuit. Qui sunt super terram.

An sint antipodes vere, & an sub terra, vel super. Quest. IIII.

NON ponitur hoc ad differentiam quasi alii populi sint sub terra: nam nulli populi sunt sub terra, cum infra eam nihil est, cum ipsa sit infra omnia, quia centrum terre est infimum in toto orbe, & licet antipodes veri sint, non oportet eos dicere esse sub terra, sicut aliqui arbitrantur sic argutes, si aliqui sunt antipodes, oportet, quod habeant plantas ad nos veras, vt patet ex signato nominis: nam dicitur antipos ab anti, quod est contra, & pes quasi contra pes: sed nos sumus supra terram, ergo ipsi sunt infra terram: sed ista consequentia non valet, quia ipsi sunt supra terram, & nos supra terram, nam supra & infra dicuntur respectiue, supra enim in rebus est coelum, quia ultra corpora celestia ascendendo nihil est: infra accipitur ergo per respectum ad illa accipiendo simpliciter, nos autem cum sumus in terra, dicimur esse supra terram, non quidem quia sumus ex ista parte vel illa, sed quia sumus propinquiores coelo quam ipsa terra, sic autem est de nostris antipodibus antipodes namque dicuntur illi homines qui a seipsis distant per diametrum terre, ut ponatur aliquis homo in quacunque parte orbis uoluerimus, & a pedibus illius protrahatur diameter terre transiens per centrum terre, & transibit ad aliam extremitatem terre, homo autem existens in illa extremitate quam tangit alia pars diametri, uocatur antipos alterius. Ex quo sequitur, quod si aliquis homo sit in vero puncto orientis, & aliquis in puncto occidentis, illi distant ut antipodes, & sunt sibi inuicem veri antipodes, & sic si aliquis in puncto septentrionis & alius in puncto austris sit, erunt antipodes, tunc autem isti antipodes sic se habent quod vterque est super terram, nam ille qui est in puncto orientis propinquior est coelo quam terra, que est ibi in oriente, & qui est in puncto occidentis propinquior est coelo quam terra, que est ibi in occidente, si ergo valeret ista consequentia, iste homo est super terram, & alius sibi antipos: ergo est infra terram: sequeretur inconueniens scilicet quod coelum esset infra terram, nam si caput arietis sit super circumulum meridianum. I. in zenit quod est in angulo coeli, necesse est, vt caput librae sit in angulo terre, cum distant per totum diametrum coeli: cum ergo caput arietis sit super terram, dicitur caput librae infra terram.

Item cum hemispherium sit super horizontem terram, & dicamus esse super terram, aliud hemispherium erit infra terram, quorum vtrumque est satis inconueniens non est ergo homo aliquis infra terram vel populus, & cum hic dicitur qui super terram, ponitur ex superabundantia vel distinguens, ut pote cum dicimus omnes homines mortales aliquando moriuntur, cum tamen non sit aliquis homo qui non sit mortalis. Non quia cunctas. Hic tollit eis occasionem gloriandi, quia forte purarent Iudai, quod ex meritis, vel bonitate, siue excellentia naturali electi sunt a Deo. Nobis unius est dominus. Scilicet per specialem amorem, & singularia beneficia. Cum sitis omnibus populis pauciores. intelligitur hoc solum de magnis populis, quia non est uerum, quod quilibet populus maior esset numero, quam Israel. Et custodiuir iuramentum quod iurauit patribus vestris. Et sic ex meritis Abrahę, & aliorum patrum huerunt ista terra promissa iuxta illud supra 5. ca. facies misericordiam in multa millia diligentibus me: multis enim temporibus, & generationibus post Abraham bona multa fecit Deus filiis eius meritis ipsius. Et scies. Idest per imperitiam

imperitiam rerum gestarum cognoscere poteris. Quod Dominus Deus tuus. Idest ille quem tu pro Deo colis. Ipse est Deus. Scilicet vere & non sicut dii gentium. Fortis. Potens te liberare de periculis. Et fidelis. Idest custodiens fidelitatem promissionis: & ista duo erant sufficientia prouocatiua ad amorem eius. Custodiens pactum diligentibus se. Quia omnia pacta Dei debent fieri alicui genti conditionalia sunt, iuxta illud si custodierint filij tui testamentum meum. P. salm. 131. quando ergo diligebant Deum hi quibus promissio facta extiterat, recipiebant prospera secundum pactum domini, si autem conuerterentur in malum, & Deus quoque contra eos in malum uerteretur, vt patet Hier. 18. cap. repente loquar de gente, &c. Et his qui custodiunt precepta eius. Qui autem non custodit pactum Dei, nec Deus ei misericordiam custodire debet, quia frangenti fidem fides frangatur eidem: hoc autem intelligitur de patribus, scilicet quando patres diligunt Deum, Deus dat filiis bonum, & si patres non custodiant, non dat filiis Deus bonum propter patres, & si dederit dabit ex alia causa, propter bonitatem ipsorum filiorum: non enim conuertitur ista consequentia Deus dat bona filiis quando patres sunt boni, ergo quandoque patres fuerint mali Deus dabit malum filiis, quia dat Deus bonum filiis ex multiplici causa. Item quia Deus ad indulgendum promptior est, quam ad condemnandum, quia proprium est ei misereri semper & parcere, vt cantat ecclesia, & non potest hoc intelligi de filiis, sed quando filii diligunt Deum, Deus dabit eis bona, & quando non diligunt Deum non det eis bona: nam tunc filii meritis suis acquirere bona, & non merito patrum, sed falsum est, quia aliquando filii sunt mali, & Deus facit eis bonum propter patres, qui fuerunt boni, vt patet frequenter in regibus Iuda: nam Deus uoluit diuidere regnum Israel in diebus Salomonis, sed propter Dauid patrem suum distulit vsque ad filium suum Roboam, vt patet 3. Reg. 11. c. sic etiam dicitur de rege Abia 3. Reg. 15. ca. cum dicitur ambulauit Abia in omnibus peccatis patris sui, quae fecerat ante eum, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius, sed propter Dauid dedit dominus Deus suus lucernam in Hierusalem: sic etiam patet in multis aliis, de hoc posuimus multas rationes Exo. 20. & supra 5. cap. In mille generationes. Hoc non refertur ad custodire mandata, sed ad seruare misericordiam, & est sensus, quod si aliquis recte mandata Dei custodiat, Deus custodiet misericordiam suam cum eo, & cum mille generationibus suis, idest cum multis. Si autem referatur hoc ad custodire mandata, est sensus, quod Deus custodit misericordiam suam cum aliquibus si obseruent mandata Dei per mille generationes, sed hoc nihil est, quia etiam si vnus homo solus precepta custodiat, cum illo seruabit misericordiam suam.

Quomodo intelligitur faciens iustis misericordiam vsque in mille generationes, & reddens odientibus se natim. Quest. V.

ET si dicas quomodo promittit Deus meritis patrum dare filiis bona in mille generationes, cum requiratur, quod etiam illi boni sint, alias non custodit pactum, & tunc non habent iam bona meritis patrum, sed meritis suis? Respondetur, quod si Deus alicui viro iusto promissiones faciat pro se, & semine suo, siue filii post boni, siue mali sint, Deus custodit pactum, & misericordiam suam eis, cum bonis quidem perfecte, cum malis imperfecte. de malis quidem si Deus eis pactum, quod cum patribus eorum pepigit obseruat, manifestum est, quoniam ex meritis patrum est, vt seruauit pactum cum

Hebreis peccantibus in deserto, & introduxit eos in terram promissam, solum quia iurauerat hoc Abraham, Isaac, & Iacob, vt patet sepe in lib. Numer. & in isto, sic etiam cum Dauid firmauit Deus sedus, vt maneret Regnum eius in aeternum, & post Salomon fuit pessimus vir, & merebatur perdere totum Regnum, vt patet 3. Reg. 11. ca. ita, quod nullus maneret de stirpe eius, sed Deus seruauit misericordiam suam, quia non abstulit Regnum, sed durabit vsque ad Messiam, & nunc regnat, quia Messias fuit de semine Dauid secundum carnem, qui nunc Regnum habet, & vsque in seculorum secula iuxta Danielis prophetiam 2. ca. sed non mansit pactum perfecte, sed solum vna tribus cum essent 12. vt patet 3. Reg. 11. cap. Cum autem filii boni sunt, tunc magis dubium est, vtrum meritis suis, an per suorum pactum ad eos conferretur, & de hoc non potest dari certa regula, quia possunt aliquando merita filiorum esse maiora meritis patrum, & tunc satis dici potest, quod meritis filiorum eis misericordia seruatur, sed adhuc hic aliquid est de meritis patrum, quia aliquando meritis patrum filii boni sunt, & gratiam Dei recipiunt, sicut si aliquis vir sanctus deprecetur pro aliquo, qui in peccato mortali est, vt ad gratiam reuertatur, & Deus meritis illius ei gratiam donet: aliquando autem filii boni sunt, sed merita eorum parua sunt ad pacti custodiam, & tunc meritis patrum custoditur misericordia. Et reddens odientibus se statim. Id est malos immediate punit, & eos, & aliquando filios eorum vsque in quartam generationem. Secundum literam translationis Caldaice potest esse alius sensus, scilicet, quod boni accipiunt mercedem bonae operationis. In mille generationes. Id est post mille generationes, scilicet in vita aeterna, quae est post omnia tanquam finis, & consummatio, & malis immediate retribuitur, si enim aliquo bonum faciunt, quia in vita beata mercedem rezepturi non sunt, hic immediate in prosperitate temporalium rerum recipiunt. Sed melior est prima expositio, quae subiungitur ita, vt disperdat eos, quod ad poenam pro malo referatur, non ad remunerationem boni. Si autem referri posset ad sensum translationis Caldaice bene statet, scilicet ex eo, quod Deus iudex est, nec mala impunita sunt, nec bona irremunerata: mali autem qui in malo futuri sunt secundum Dei altissimam praescientiam, quia aliquando bona egerunt existentes boni secundum presentem iustitiam, ut pote, quia erant tunc in charitate, vel quia forte egerunt bonum secundum genus non existentes in charitate quorum vtrumque remunerabile est: oportet quod Deus remuneret illud, & quia in vita aeterna remunerationem habituri non sunt, cum eam non accipient datur eis hic remuneratio: Interdum tamen non datur eis manifesta remuneratio, sed forte liberatur ab aliquibus periculis, que ex aliis actibus incurrere merebantur, & quia liberatio a periculis, maxime quando pericula non instant, non videtur esse bonum cum non considerari possit, videntur talia beneficia irremunerata transire: interdum autem non proficiunt ista bona, quae malis sunt quantum ad aliquid speciale, quod hic videatur, & tunc proficiunt eis occasionaliter in inferno, scilicet, quod non tantum cruciantur, quia ista bona egerunt, sicut si non egissent ista bona, forte egissent mala opposita, vel disperata, ex quibus magis cruciantur. Sed vt dictum est: melior est praecedens expositio; nam in litera non ponitur de aliqua remuneratione malorum pro bonis que egerunt, sed de punitione pro malis, que perpetraverunt cum dicitur: ita vt disperdat eos: disperdere autem ad punitionem pertinet.

Item Deus intendebat inducere Iudaeos ad non idolatrandum, nec frangendum mandata eius: bonis autem qui custodiebant mandata rationale erat propositum remun-

Omnia pacta Dei conditionalia sunt.

Literę sensus.

Quomodo regni de stirpe Dauid durat etiam nunc.

Quare Deus in hoc seculo sepe remunerat malos.

ti remunerationem: malis autem licet ex alia causa. f. ex benefacto aliquo deberetur aliqua remuneratio, tamen non debebat hic proponi: nam iste populus rediret a malo per timorem, ut patet Exod. 20. c. cum dicitur, ut enim probaret vos venit Deus, & ut sit terror eius in vobis & non peccetis, cum ergo intendere eos reducere a malo, non debebat proponere aliquam remunerationem debitam directe vel indirecte, sed punitionem, sicut proposuit supra 4. cap. & in multis locis vbi quæ agitur de idolatriâ, sicut Leui. 26. & 28. cap. Item secundum regulam philosophi, si oppositum de opposito & propositum de proposito: oportet quod cum obseruare mandata, & non obseruare mandata sint opposita, & retributio delectabilis & punitio sint proposita, quod si retributio delectabilis dicitur de obseruantibus mandata, ergo punitio debet dici de non obseruantibus, sed hic retributio delectabilis in mille generationes dicitur de obseruantibus, ergo punitio debet dici de non seruantibus. Itē q̄ a Deo intendit reducere Hebræos ab idolatriâ: reductio autem a malo est per timorem: quid ergo proficiebat ponere retributionem alicuius boni, quia hoc est valde impertinens? Deus autem nihil impertinens diceret, quia locutiones vel ratiocinationes, in quibus ponitur aliquid impertinens sunt vituperabiles: de Deo autem nihil vituperabile est concedendum. Dicendum ergo quod est sensus, quod Deus volebat reducere malos a suo proposito, ita ut non intenderent idolatrare: ad hoc autem promittit bonis retributionem, & hanc vsque in mille generationes, id est quod Deus benefaciet benefacientibus, & non solum ipsis, sed etiam filiis, & nepotibus suis, & pronepotibus, quia & omnibus alijs vsq; in mille generationes & vltra. Nunc ergo aliquis male agens possit ex hoc assumere occasionem dubitandi, credens, quod dato quod male ageret Deus puniret non eum, sed aliquos de posteris eius in 3. vel 4. vel alijs generationibus, & per hoc inducerentur ad malum credentes se non puniendos in propria persona: ad tollendum autem hunc errorem & dandum istis maiorem causam timendi dicit Deus, quod retribuet male agentibus non post multas generationes, sed immediate. f. quod statim quod peccauerint statim peccati sui poenam accipiant, sic patet de multis, ut de colentibus vitulum, quia statim venit Moyses, & occidit viginti tria milia, ut patet Exodi 32. & de concupiscentibus carnes, & murmurantibus contra Deum pro labore itineris, quia in vtroque ira Dei satis velox fuit, ut patet Num. 11. & in eos qui murmurauerunt contra Deum & Moysen & Aaron pro sacrificio, quia statim absorpti sunt a terra, ut patet Num. 16. cap. sic patet de Maria sorore Moysi, quæ quasi statim, ut murmurauit fuit facta leprosa, ut patet Num. 12. cap. confirmatur autem superior sententia per hoc quod dicitur in litera. f. ita ut disperdat eos, & vltra non differat protinus restituens quod merentur. i. postquam aliquis peccauerit immediate punietur a Deo. *Protinus restituens quod merentur.* Accipitur mereri in malam partem. f. pro poena debita malis actibus. *Custodi ergo.* Id est quia sic est, quod Deus retribuit bene agentibus, & male agentes punit, custodi mandata, ut te benedicat. *Postquam audieris.* Scilicet intentione obediendi, audire enim solum, nec est bonum, nec aliqua pars boni. *Et custodieris.* Scilicet in corde tuo cum intentione ponendi in opere, & feceris actualiter exequendo. *Custodiet dominus pactum.* Scilicet introducendo te in terram promissionis, vel custodiendo te in ea. *Et diliget.* Id est habebit te gratum sibi, & ista uocatur gratia gratum faciens. *Acceptatio Dei,* quod Deus aliquid sibi acceptum habeat, & videantur ei opera illius bona, sicut dicimus seruitorem esse in gratia Domini sui

quando placent Domino opera eius. *Ac multiplicabit.* Scilicet in bonis temporalibus. *Benedicet fructui ventris tui.* Id est multiplicabit filios tuos: benedictio. n. semper multiplicationem importat: Deus ponit hic benedictiones custodiendi mandata sua: & quæ quædam sunt maiores, quædam minores, ponit eas per ordinem prius maiores: & quia benedictio in filiis maior erat, ponitur ut primo.

Apud antiquos dua benedictiones potissima erant.
Quest. VI.

ERANT enim apud antiquos dua benedictiones potissimæ: prima benedictio erat multiplicatio in filiis. Secunda erat victoria contra hostes: ut patet Gen. 24. cap. cum venerit omnes cognati Rebecca ipsa volente recedere ad terram Chanaan, dicitur ibi quod incepterit precari pro spera sorori suæ: & dixerunt: soror nostra es crescas in millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum: istas easdem duas benedictiones ponit Deus loquens ad Abraham, ut patet Gen. 22. cap. cum dicitur, per memetipsum iuravi dicit Dominus quia fecisti rem hanc, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, & velut arenam quæ est in litore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: licet tamen istæ essent maximæ dua benedictiones, potior tamē inter eas erat multiplicatio in filiis: quia ex ista videbatur sequi secunda, & non e contrario: & patet hoc quia felicitas siue beatitudo est maximum bonum quo nihil maius haberi potest, tamen aliquis dicebatur esse beatus in habendo multos filios, ut patet Gen. 30. cap. in Lia quæ postquam habuit sex filios quatuor ex se, & duos ex ancilla, putauit se esse beatam, & dixit hoc pro benedictione mea, beatam quippe me dicent mulieres, & propterea appellauit nomen eius Aser, id est beatus, ut patet ex Hebraica interpretatione. erat ergo maxima benedictio multiplicatio liberorum, ideo hanc ceteris preposuit dicens, benedicet fructui ventris tui. i. multiplicabit filios tuos. *Et fructui terre tue.* Id est segetes, & arborum fructus multiplicabit. f. quia infra exprimitur ista, intelligitur solum de fructu arborum. *Et armentis.* Id est congregationibus bouum vel vaccarum. *Gregibus.* Scilicet congregationibus ouium vel caprarum. *Benedictus eris inter omnes populos.* Id est multiplicatus inter alios populos: quia nullus populus ita crescebat in filiis, & substantia sicut Israelite, vel quod omnes populi nominabant te benedictum videntes te abundantem in omnibus: vtrique autem verum erat. Primum patet de multiplicatione in Aegypto: quia intrauerit solæ septuaginta animæ de domo Iacob, ut patet Gen. 46. & Exo. primo cap. & infra 10. c. cum dicitur in septuaginta animabus descenderunt patres tui, in Aegyptum: ex istis tamen septuaginta animabus in annis ducentis & decem, quibus mansit posteritas Israel in Aegypto, ut probauimus Gen. 15. & Exodi 12. siue in ducentis & quindecim ut verius loquamur, ad tantum numerum creuit, ut essent de solis viris bellatoribus plures quam septingenti mille, ut declarauimus Exodi primo & 12. cap. licet Exodi 12. ponantur ferme sexcenta milia: hoc autē erat quia multiplicatio eorum erat per modum admirabilem, non sicut in alijs hominibus, sed sicut arbores multiplicat: ita quod ex vna arbore simul multa poma, vel sicut ex vno grano nascitur vna spica, & interdū ex vno grano in vno stipite, siue culmo nascuntur tres, aut quatuor spicæ, & in qualibet spica multitudo granorum: ita videbatur esse multiplicatio in Hebræis, quia ex vno conceptu non solum vnus fetus effunderetur

retur, sed duo, vel tres, & interdū plures: sic patet Exo. primo cap. cum dicitur filij Israel creuerunt, & quasi geminantes multiplicati sunt: geminare autem pertinet ad arbores, quod in magna multitudine fructus producant, & non ad homines. Secundum patet, scilicet quod omnes populi vocarent eum beatum, siue benedictum, & hoc erat in duobus: primo in bona ordinatione populi per iustas leges, & ceremonias, quæ ordinat in bonum politicum, & diuinum: in alijs autem populis non erant iudicia, vel ceremoniæ bene ordinatæ: cū ergo videret istum populū hæc leges ordinatissimas p̄dicarent eum beatum seu benedictum. Est autem differentia inter populum habentem rectas leges, & ceremonias, & inter non habentem tanquam sapientis ad insipientem, sicut insipientes, qui se scire nesciunt reputant felices illos quos aliquid scire vident, ut ait Philosophus in primo Ethic. c. 2. confici autem sibi ipis igno rantia eos, qui supra se aliquid magnum dicunt, admittuntur, ut patet supra 4. cap. cum dicitur, hæc est enim sapientia vestra, & intellectus coram populis, ut audientes vniuersi præcepta hæc dicant: en populus sapiens, & intelligens, gens magna, nec est alia natio tam grandis. Secundario vocabantur beati, siue benedicti Israelitæ a ceteris populis in victoria de hostibus: nam hoc ad maximum bonum reputatum est post multiplicationem filiorum in antiquis.

Item quando valde magnum bonum volebat aliqui imprecari, dicebant possideat semen tuum portas inimicorum suorum, ut patet de imprecatione Rebecca cognatorum ad ipsam, ut habetur Gen. 24. cap. idem Deus promissit Abraham tanquam magnum, scilicet possidebit semen tuum portas inimicorum suorum Gen. 22. cap. hoc autē erat in eis cum vincerent reges multos, & potentes, ut cum Iosue cum populo Israel occidit 31. reges, ut patet Iosue 12. cap. Admirabantur autem alij populi de tantis victorijs, & timebant, ut patet de Moabitibus, & rege eorum Balach, ut habetur Num. 22. cap. cum dicitur videns autem Balach filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod pertinuissent eum Moabire, & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Madiam, ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere, & non solum isti, sed etiam omnes alij populi vicini timebant eos tanquam potētissimos hostes, & omnes populi Chanæorum audita fama istorum continuauerunt, nec mansit in eis spiritus, ut patet Iosue 2. c. cum dixit Raab hiericonina ad exploratores Iudæorum, noui quod tradiderit vobis dominus terram hanc: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis de Aegypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Iordanem Seon, & Og, & hæc audientes ptinuimus, & elanguit cor nostrum, & non remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. *Non erit apud te sterilitas vtriusque sexus.* Sterilitas provenit ex indispositione feminis ad generandum: ista autem indispositio, siue in masculo, siue in foemina esse potest. *Omniem linguam, & infirmitates Aegypti.* Sic habetur Exod. 15. fuerunt enim in Aegypto infirmitates infligende, ut vesicæ turgentibus, & vlcera, Exo. 9. c. *Sed ancillis hostibus tuis.* Ut coterantur coram te, sicut Aegyptij contriti sunt, *Deuorabis omnes populos.* Gladio eos consumendo, & substantias diripiendo. *Non parcat eis oculus tuus.* Eos

aliqua conditione, vel pacto viuos referuando. Non dabat Deus istam regulam generalem, quia aliquando poterant Hebræi pugnantes victos hostes vendere, vel eos ante victoriam sub conditione pacis accipere, ut patet infra 20. cap. sed distinguendum, sicut in eodem ca. distinguitur, scilicet, quia aut illi populi, contra quos pugnare volebant Hebræi, erant de populis quorum terras in possessionem, pmiserat eis Deus, aut de alijs gentibus separatis quarum terræ nihil attinebant ad eos: si autem pugnarent contra aliquam ciuitatē existentem procul, quæ non attineret ad terram pmisam eis; primo pacem offerre debebant, & si populus ciuitatis receperat pacem, & aperuisset portas, omnes qui erant in ciuitate saluabantur, & seruibant sub tributo: si autē non recipere conditionem illam, pugnare debebant Hebræi contra urbem, & expugnata ea occidere omnes masculos in ore gladii, referuatis paruulis, qui nondum erant apti ad bellum, & mulieribus, & hos postea vendebant cum reliqua preda: si autē ciuitas esset de illis, quæ pertinebant ad terram promissam eis, omnes tam masculos, quam foeminas, magnos, & paruulos occidere debebant, nec licebat aliquem eorum ad vitam referuare sub aliqua conditione, & de his loquitur hic textus, ut patet cum dicitur: deuorabis cunctos populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi, id est omnes quos tibi dare promissit. Et de his subiungitur, nec parcat oculus tuus.

Sed argues, quod Deus excitabat hic Hebræos ad crudelitatem, & tollebat eis actum virtutis misericordiae, cum dicitur: nec parcat oculus tuus.

Respondetur, quod non tollit aliquem actum virtutis immo incitat ad actum virtutis: nam si aliquis secundum legem humanam mereatur mortem, non est misericordia si iudex eum a morte liberet, sed est magna impietas, & iniustitia: eum ergo mandatum Dei sit lex, isti in obediendo mandato Dei non erant immisericordes, immo erant iusti, & obediētes: ratio autem quare non debebant eis misereri est, quia erant valde peccatores coram Domino, & fecerant omne genus abominationis, propter quod terra euomit eos, ut patet Leui. 18. erant ergo Hebræi ministri legis iustissime in occidendo illos peccatores, si autē alicuius eorum misereri vellent, facerent contra legem, & essent valde iniusti. Alia etiam causa erat, quia si istæ gentes manerent in terra, certissime mouerent Iudæos ad idolatriam, & tunc a Deo delerentur ipsi Iudæi, ut patet supra in litera cum dicitur, non inibis cū eis sedus: & sequitur; quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & ut magis seruiat dijs alij: eis, irasceturque furor Domini, & delebit te cito, sicut ergo aliqua gens gerit iustum bellum contra aliam, quia destruit suam politiam, vel scit quod certissime destruet, nisi expellatur; ita Iudæi poterant iustum bellum gerere contra istos populos quorum terram acceptores erant; nec parcere eis aliquo modo ne essent eis in ruinam, dato quod Deus hoc expresse non mandaret, nec in hoc erant crudeles; quanto magis, quia Deus tanquā benignus legislator instruxit eos in illo, quod eis vtile erat? *Ne sint in ruinam tibi.* Quia si alium Deum præter me adorares, mox caderes coram hostibus tuis. *Si dixeris in corde tuo.* Hic ponitur secundum, scilicet impugnandi, & resistendi timiditas, quia forte populus Israel terretus multitudine hostium non auderet committere bellum, sed pacem iniret, & per hoc Israelitæ ad idolatriam traherentur, & a Deo recederent. *Plures sunt ista gentes.* Scilicet simul vnitæ, quàm ego: noli timere, scilicet multitudinem, quia non est pugna in multis, siue paucis: facile est enim concludi multos in manus paucorum; primo Macha. 3. cap. *Sed recordare, quæ fecit Dominus.* Quia videns, quod Deus fecit mirabilia pro

Quid proprie sit plaga.

pro te confidere poteris, quod etiam nunc faciat. Plagas. Distinguit tria genera in plagis, licet omnes generaliter plagae nominantur. plaga proprie nominatur quae in persona laedunt, ut vesicae turgentes, & mors piumogenitorum, & tang. & cyniphe, & omne genus muscarum: signa vocantur ea, quae non laeserunt in personis, nec demonstrabant maximam potentiam saltem Aegyptijs, sicut conuersio virgae in colubrum, & conuersio aquarum in sanguine, quia ista magi fecerunt, licet non eo modo quo Deus vere omnia faciebat, malefici autem per quasdam apparentias, portentosa erant signa terribilia, sicut tenebrae palpabiles, grando nimia, maris diuisio. Manuum robustam. Idest magnitudinem potentiae, quae in his patebat. Brachium extensum. Quia vt ait Ra. Sal. Deus apparuit ibi quasi vir pugnator contra Aegyptios bellans, vt habetur in cantico Moyfi Exo. 15. cap. quando autem dedit legem apparuit quasi senex sedens in throno capite & barba canis, & dixit: ego sum Dominus Deus tuus, qui edu xi te de Aegypto. Sed hoc falsum est, quia ibi in datione legis nullam figuram viderunt, sed solum vocem audierunt, vt patet supra 4. cap. Et non solum est falsum, quod in datione legis apparuerit in figura viri senis, sed etiam quod supra mare apparuerit in figura viri pugnantis, quia incidebat tunc Deus inconueniens, quod volebat vitare: nam nolebat eis demonstrare aliquam imaginem, ne mouerentur ad idolatriam: tamen si tunc apparuisset, vt vir pugnator, coluissent Hebraei talem similitudinem: de hoc multas rationes & late fecimus Exodi c. 15. vbi vide de hoc. Insuper & crabrones mittet Dominus. Sic habetur Exodi 23. cap. Et aliqui Iudei volunt, quod crabrones sunt infirmitas quaedam, ex qua debilitantur hostes ne resistere possent, & motiuum est, quia dictio Hebraica signans plagam vel morbum, & ea quae hic ponuntur similes sunt, sed litera Caldaica dicit, quod erat parua bestia volitans, quae cum magno impetu hostium oculos percutiebat, vt eos nec videre permitteret, & facilliter caperentur, & ob hoc transfuit Hieronymus Crabrones, quae sunt muscae magne natae de cadaueribus equorum, & forte istae muscae venenosae erant, quia aculeo, vel punctura occidere poterant fugientes & latentes. In medio tui est. Super gubernando & ab aduersarijs defendendo: Deus enim in medio est omnium nationum, quia vbique per essentiam puram & potentiam est, vt declarauimus Exodi 3. cap. dicebatur tamen hic Deus esse in medio Hebraeorum speciali modo per potentiam defendentem, & adiuuantem: nam licet omnes alias gentes Deus gubernet & nutriet, tamen Iudeos specialiter adiuuabat contra alias gentes tanquam Dominus solum Hebraeorum, & illae gentes quae erant hostes Hebraeorum, dicebantur esse hostes Dei, quasi Deus esset Capitanus Hebraeorum, sic patet in psal. 67. cum dicitur, exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: Deus tamen nullos habet inimicos, nisi vocentur inimici eius, in quantum sint inimici Hebraeorum: Respondeo ergo Deus est in medio Hebraeorum, siue ad defensionem ab hostibus, siue quantum ad punitionem peccatorum: de defensione patet hic cum dicitur: non timeas eas, quia Dominus tuus in medio tui est, magnus, atque terribilis, ipse consumet nationes has in conspectu tuo: hoc autem non dicitur de quolibet gente, quod Deus est in medio eorum ad defendendum eos specialiter contra quamlibet aliam gentem, sed de Iudeis, quos specialiter adiuuat: de 2. scilicet quod sit in medio eorum ad puniendum eos pro peccatis suis patet supra 6. cap. quia Deus punit Iudeos idolatras, & non punit aliquam aliam gentem cum idolatria, cum deus, non ibitis post deos alienos cunctarum gentium

Deus in medio est omnium nationum.

quae in circuitu vestro sunt, quoniam Deus amul-tor Dominus Deus tuus in medio tui: ne quando irascatur furor Domini Dei tui contra te, & deleat te de superficie terrae: & istum modum loquendi obseruabat populus Hebraeorum dicens, Deum esse inter seipso si adiuuabat eos: & non esse inter eos si non adiuuabat eos, vt patet Exo. 17. cap. cum illi, qui querebant aquam dixerunt, est ne Dominus in nobis an non? non enim dubitabant vtrum Deus secundum essentiam magis esset inter ipsos quam inter alias gentes, sed tentabant scire vtrum ipsos specialiter adiuuaret: nam alias gentes non adiuuabat specialiter, vt factis patebat.

Paulatim atque per partes. Quia aliqui de terra trans Jordanem delati fuerunt tempore Iosue, aliqui tempore Iudicum, aliqui in tempore regum, qui in processu illorum librorum manifestantur. Non poteris eos delere pariter. Idest ego non tradam eos simul in manus tuas. Ne multiplicentur contra te bestiae terra. Quia non erant in tanto numero Iudaei, vt iussicerent populare totam illam terram tunc: ideo in terra inhabitata multiplicarentur bestiae. Tradetque reges eorum in manus tuas. Quia triginta vnus reges traditi sunt in manus Iosue: vt patet Iosue 12. c. & super colla quinque regum posuit pedes totus populus, vt patet Iosue 1. cap. Et disperdet nomina eorum sub caelo. Idest Deus ita debilitat istos reges faciendo quod non maneant ipsi nec aliquis de semine eorum, ita quod nomina eorum non sint in tota terra in habitatione hominum: nam cum pater moritur, & relinquit aliquem filium, non dicitur esse pater mortuus totaliter, vt patet ecclesiastici 30. cap. cum dicitur mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim sibi reliquit post se: sic factum est de regibus Chanaanis: quia ipsi totaliter delati sunt & sua posteritas, vt patet infra 20. cap. nam in terra illa quam in possessionem accepturi erant, non poterant relinquere aliquem videntem in specie hominum, siue masculum, siue feminam, siue magnum, siue paruum: esse autem in superficie terrae in qua homines habitant, est esse sub caelo, id est esse immediate sub caelo: qui ergo tollitur ne sit in superficie terrae inter viuentes, tollitur ne sit sub caelo: qui autem moriuntur non manent in superficie terrae: quia sepeliuntur: ideo non dicuntur manere sub caelo, sed sub terra. nam terra sub caelo immediate esse creditur secundum opinionem vulgarem: quia inter caelum & terram nullum corpus iudicant esse vulgares homines, cum nihil videant, & ipsi de solis sensibilibus maxime per visum iudicant: ideo spacium, quod percipitur esse inter caelum & terram, secundum ipsos vocatur vacuum siue inane. Et isto modo loquendi vsi sunt poetae sequentes vulgarem opinionem: sic enim ait Virgilius in bucolicis ecloga sexta quae incipit.

Prima stracisio dignata est ludere versu, & dicit Namque canebat vti magnam per inane coacta. Semina, terrarumque animae maris que fuissent: & ponitur inane pro spacio quod est inter caelum & terram: sic etiam ponit Ouidius Meta. lib. 2. cum agit de Calypsone verba in vrsam: & de Archade filio eius, cum dicitur, Sustulit & celeri raptos per inania vento: Imposuit caelo, vicinamque sidera fecit: Vocat inania spacia inter caelum & terram per quae transfuit Calypso & Archas ad hoc vt ita illificaretur. Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. Idest nullus de istis regibus quantecumque potentiae sit, tibi sufficiet resistere, sed conteres eos, quia Deus sic vult.

An sit

An sit verum quod nemo poterat resistere Iudaeis, ita vt ipsi deberent totam terram promissam subijcere, & capere. Quae. VII.

Se argues, quod multoties in libro Iosue, & Iudicum habetur contrarium, & patet Iosue 13. cap. cum dicitur Iebuseum autem habitatorum Hierusalem non potuerunt filii Iuda delere: habitauitque Iebuseus cum filiis Iuda in Hierusalem vsque in praesentem diem: ecce ergo qualiter Iebusei resisterunt Iudaeis, & non potuerunt conterere eos, sic patet Iosue 17. cap. cum dicitur de filiis Manasse, nec potuerunt filii Manasse habere subuertere ciuitates, sed cepit Chanaanus habitare in terra sua. Idem patet, Iudic. primo ca. cum dicitur de filiis Dan: arctauitque Amorrhoeos filios Dan in monte, nec dedit eis locum, vt ad planiora descenderent, & Iudicum 2. ca. dicitur, dimisit ergo dominus omnes has nationes, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manibus Iosue.

Respondetur ad hoc secundum omnia, quae in litera dicuntur hic: nam Deus non promissit dare omnes istas gentes in manus Iosue, sed dixit, quod traderentur in manus Hebraeorum, & tamen addidit, quod non possent eas delere Hebraei simul, sed paulatim, & per partes, quasi simul delerentur, non posset populus Hebraeorum replere tunc totam illam terram, & crescerent bestiae contra eos, Ex hoc ergo innuit, quod aliqua gentes eis fortiter possent resistere, cum dicitur, quod non possent eas cito delere: dato ergo quod ipsi contra omnes illas gentes pugnarent, impossibile erat quod omnes vincerent, quia dominus praedixerat, quod non possent eas simul subuertere. Cum ergo dicitur hic, quod nullus posset resistere, donec contereret cum populus Hebraeorum, potest intelligi dupliciter, vno modo, quod resisterent haec ad domum Israel totam, & quia domus Israel semper durabat, licet isti populi Chanaanorum resisterent aliquibus Israelitis, non tamen resisterunt omnibus, quia ad vltimum destructi sunt ab eis, & facti tributarij, vt patet 2. Paralipo. 8. cap. & sic est sensus, quod non poterunt resistere tibi, donec deleas eos, id est licet videatur tibi aequaliter resistere; quia tamen ista resistentia non est semper duratura, non vocatur resistentia: ad vltimum enim contrituri erant Israelite omnes illos populos. Et quando obijcitur, quod Iebusei resisterunt tribui Iudae, & Chanaan tribui Manasse, & Amorrhoei tribui Dan, non est vera resistentia, quia licet resisterunt istis hominibus, qui erant de tribubus Israel, non tamen resisterunt toti Israel; quia postea Israel destruxit eos.

Duplex litterae expositio.

Amul, mansisset magna pars inhabitata; & in illa generarentur, & multiplicarent serpentes, atque bestiae, quae nocerent Israelitis, de quo etiam Exod. 23. cap.

Secunda causa fuit, quia Israelite peccauerunt, & non meruerunt, vt omnes gentes ille, vel saltem magna pars quae destrueda fuisset successiue, ita cito destrueretur, sicut destrueda erat: de hoc patet Iudic. 2. c. cum dicitur: Ascendit Angelus Domini de Galgalis ad locum sientium, & ait: eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuravi patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irrum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita dumtaxat, vt non feriretis sedus cum habitatoribus terrae huius, & Aras eorum subuerteretis; & noluit audire vocem meam cum hoc fecistis: quam obrem nolui eos delere a facie vestra, vt habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruina.

Tertia causa fuit ad vtilitatem Hebraeorum, & erant fortes viri, & exercitati in armis, quod non contingeret si non haberent hostes: fuit ergo expediens eis manere aliquos de Chanaanis, & sicut dicitur Iudic. 3. cap. in principio, haec sunt gentes quas dereliquit dominus, vt erudiret in eis Israel, & omnes qui non nouerant bella Chanaanorum, vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem preliandi: quinque satrapas, & c. Scilicet cupiditas. Hic ponitur tertium, scilicet illicitorum cupiditas. Non concupisces aurum & argentum, ex quibus facta sunt. In Hebraeo habetur. Aurum & argentum super ipsa. Et est sensus, quod aurum & argentum, quibus cooperiebatur sculptilia, non concupiscerent, vel quod non concupiscerent aurum, & argentum, quae darentur pro liberando aliquo idolo, vt si aliquis vellet dare pecunias pro idolo, non venderetur ei, sed destrueretur: primus tamen sensus conuenit rationi, & litterae nostrae. Nec assumes tibi quicquam ex eis. Idest non sumes aliquam partem auri, vel argenti de idolis, vt inde facias vasa tibi, nec etiam poterat fieri aliquid ad ministerium tabernaculi, quia abominatio est.

Illicitorum cupiditas

Ne fias anathema sicut illud est. Idest, vt non fias separatus a Deo, & maledictus, sicut materia idoli maledicta est. Quasi spurcitiuam detestaberis. Idest, sicut fugis de torpidibus, ita fugies ab auro & argento, de quibus sunt idola. Quia anathema est. Anathema separationem proprie signat: idolum autem anathema est, quia a ministerio Dei, & hominum separatum est, sic qui de illo accipit anathema est, quia a Deo separatur per peccatum inobedientiae.

Anathema quid sit proprie

C A P. VII.



Mne mandatum, quod ego praecipio tibi hodie caue diligenter, vt facias, vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressique possideatis terram pro qua iurauit Dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, &c.



Omne. Supra posita fuerunt impedimenta amandi Deum: hic ponuntur incitamenta ad amandum, & timendum, & tanguntur tria. Primum ponuntur quaedam beneficia praeterita. Secundo praedicuntur futura ibi (Dns enim Deus tuus introducet.) Tertio aliqua repetuntur praeterita ibi (obserua & caue.) Omne mandatum. Hic praecipuntur omnia mandata obseruari, quia qui oia seruat, & in

& in vno peccat, factus est omnium reus iuxta capit. debeat, extra de regul. iur. Oportet ergo omnia obferuare, vt bene nobis fit, & non claudicemus in duas partes. *Cauere diligenter, vt facias.* Multum admonet Deus esse circa mandata sua cauendum, vt opere expleantur.

Iudei propter duo admoneri debebant circa hec mandata. Et quod duo bona in mandatorum custodia dabantur. Quest. 1.

ET hoc fit propter duo: primum quia ipsi Iudei quibus ista mandabantur, erant multum pigri ad faciendum mandata Dei: nam non fuerant affueti iugo legis, ideo non inclinabantur aliquomodo ad talia faciendum, qui autem affueti sunt facere, illa operantur, & inclinantur ad ea, vt patet Treno. 3. cap. cum dicitur: bonum est homini cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & racebit, quia leuauit se supra se: ista est autem conditio habitus, vt eum habentes facilius & delectabiliter operentur. Iudei autem disuerti erant, quia ab antiquo legem domantem non habuerant: etiam quia Iudæis ista præcepta non erant delectabilia, cum non tangerent vtilitatem eorum, sed Dei famulatum: ipsi autem ad vtilitatem suam multum inclinati erant, ideo magnum periculum erat, quia quæ viderent aliqua delectabilia sibi, afficerentur ad illa, & relinquerent mandata Dei, vt patet infra cum dicit: obserua ne postquam comederis, & saturatus fueris, & domos pulchras edificaueris, & habitaueris in eis, habueris armenta ouium, & greges, argenti & auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti: oportebat ergo propter istas malas inclinationes, quæ erant in Iudæis multum admoneri, vt diligentissime custodiant mandata Dei. Secundo admoneri debebant, quia ista quæ fiebant, debebant fieri propter Deum, & ex mandato Dei: si ergo homines seruentes dominis terrenis propter eorum reuerentiam attentissimi sunt nequid in eorum ministerio deficiant, a fortiori cum Deo ministramus, vel ali quod mandatum eius facimus, diligenter faciendum est, quia reuerentia Dei distat in infinitum a reuerentia hominum: ideo cum magno timore facere debemus mandata Dei cauentes diligentissime ne quid ibi deficiat, sic patet psal. 2. seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, ideo dicitur maledictus qui facit opus dñi negligenter: ad insinuandū, ergo istam reuerentiam in ministrando Deo, & cautelam in actibus dñi, caue diligenter vt facias, i. sis multum attentus ad hæc. *Vt possitis uiuere & multiplicemini.* Duo bona dantur in custodia mandatorum. scilicet longitudo vitæ custodientis, & multiplicatio in posteris: per primum promittitur vita: nam per præcepta ceremonialia legis veteris directe & ex seipsis merebantur hoies viuere tpaliter dum ea obseruarent: merebantur et habere pacem, & manere in terra sua atq; affluere oibus bonis, sicut patet Esa. 1. c. de abundantia rerū tpalium cum dicit: si volueritis & audieritis bona terræ comedetis, & si non audieritis & me ad iracundiā prouocaueritis, gladius denorabit vos: de vita autē tpaliter patet Leui. 18. c. cum dicitur, custodite leges meas atq; iudicia, boni faciens homo viuet in eis. qñ homo fecerit eas, merebitur, vt extendatur ei vita & possit vltra facere eas. Ista namque est dñia inter præcepta legis nouæ & legis veteris, quia sicut præcepta legis veteris merent homines, vt viuant in eis facientes ea, sicut præcepta legis nouæ meretur hō vitam eternā, quæ est vita simpliciter, & q̄ est saluari: ponit autē hæc dñiam Apost. ad Ro. 10. c. cū

Præcepta nouæ legis ac veteris differunt.

F dicitur, Moyses enim scripsit quoniam iustitiam quæ est ex lege, qui fecerit homo viuet in ea: & postea subdit de iustitia quæ est per fidem, quæ qui fecerit eam saluus erit. esse autē saluum est viuere simpliciter: licet ergo directe ex obseruatione legalium præceptorum, & iudicialium legis veteris hoies merebantur vitam in pñti, & abundantiam temporalium: merebatur tñ vitam æternam in quantum isti actus circa præcepta legis fiebant in charitate: & oīs actus factus in charitate sicut in charitate factus est meritorius vitæ æternæ. *Et recordaberis cuncti itineris.* Supra monuit mādatorū custodiam, hic ponit causam motiuiam. scilicet beneficiorum memoriam. *Recordaberis cuncti itineris.* Quia in toto itinere fecit Deus specialia beneficia Iudæis, & præter oīa specialia quæ fecit de quibus in Exo. Leui. & Nu. erant duo gñalia & cōia beneficia. primum datio manna, quod nunquā defecit quousque comederunt de panibus terræ promissionis: vt patet Iosue 5. cap. sicut itineris directio in columna nubis quæ nunquā defuit vsque ad terram promissionis: vt patet Exo. 13. cap. *Quadragesima annis per desertum.* Scilicet anno & dimidio ab Aegypto vsque ad Cadesbarne retrocedendo vel directe procedendo vsque ad torrentem Zareth: deinde dimidio anno vsque ad terram promissionis qui simul sunt 40. anni. *Vt affligeret atque tentaret te.* Nu. 14. c. dicitur morari debebant in deserto 40. ann. quia Deum exasperauerunt in reditu exploratorum: hic autem dicitur ad tentandum quasi hoc propter bonum eorum factū fuerit, & non propter peccatum. Rñdetur quod ista mora directe p̄dicta fuit in deserto propter murmurantes: vt patet Nu. 14. c. sed indirecte fuit p̄ bonum filiorum paruulorum, magna enim vtilitas fuit paruulis, vt in deserto tanto tpe laborarent, vt vexaret eis intellectum, & ad difficilia opera virtutis faciliores fierent: & licet sententia non fuit data principaliter p̄ istam causam sed in penam, tamen Legislator loquens toti populo transfert istam causam ad totum populum. Et dicit Nicolaus quod hoc fit per regulam cōem Isidori & Ticonij. scilicet quod aliqui fit mutatio de parte ad totum: & sic de parte populi cui hoc cōueniebat transfertur locutio ad totum. Sed non tenet hoc: non enim potest fieri hic aliqua mutatio: quia manifestum est quod totus populus, ad quem Moyses ista loquebatur, erat de his qui murmurauerant, quoniam venerit exploratores in Cadesbarne: iam enim oēs illi mortui fuerant: vt patet supra 2. cap. quia non transferunt torrentem Zareth donec oēs mali mortui fuissent: ista autē dicta fuerunt multo post transitum Zareth: ergo oēs qui ista audiebant, erant de his qui non peccauerant, sed solum afflicti fuerant vt meliores fierent. Quoniam autē dicitur quod tenuerant moram 40. ann. in deserto p̄ peccata sua, & hic dicitur quod p̄ suam tentationem & eruditionem: dicitur quod cum ista mansio 40. anno fuerit multum laboriosa & afflictiua, data fuit pro peccato eorū, quoniam murmurauerunt venientibus exploratoribus in Cadesbarne: nā Deus nullam penam directe infligit nisi p̄ peccatum, & hoc maxime in vno populo vel cōitate: quia in vna persona singulariter aliqui p̄rius reperitur, vt patet in cæco nato, Ioan. 9. cap. in quo non peccauit ipse nec parentes eius, sed vt gloria Dei manifestaretur in eo: tamē quoniam punitus fuerat totus populus, manifestū est quod fuit punitus p̄ peccatum: & sic notatur Nu. 14. c. & tñ ista punitio fit ad multa: nam Deus cū sit summum bonū, hoc habet supra oēs causas agētes naturales, nā in alijs agentibus naturalibus si aliquod malum fiat, non potest ordinari per illa agentia in bonum, Deus autem vt ait Boetius de consol. lib. 4. prola 5. huius potestatis est, vt ea quoque quæ mala sunt ei bona sint: nā quod nos malum agimus ipse in bonū ordinat: quia quod Hebræi peccarent in Deum malum erat, sed hoc ipse ordinauit

Solus Deus quæ mala sunt ordinat in bonum.

uit in bonum: nam in punitioe, quæ Deus eis dedit, ordinauit eos ad multa bona, quia ista punitio si fuisset data ab alio iudice, solum puniisset eos, & nihil alterum fecisset: Deus autem puniuit eos, & fecit vt multa bona eis euenirent, primo quia ipsi tentarentur, & apparerent quæ in eorū animo versabantur, quod dicitur de iudei putabant se esse bonos, & tamen non erant, & quia virtus in infirmitate perficitur, vt patet 2. Corin. 11. ca. ideo per tentationes erudiendi erant, vt sic ipsi de seipsis cognoscerent si boni, vel mali erant, & hoc tangitur hic. Secundum erat, quia Iudæi erant male affueti in Aegypto ad idolatriam, & si immediate introisset in terram Chanaan, non fuisset abolita in eis mala consuetudo, & semper mali essent: cum autem tanto tempore in deserto manserunt, illi qui affueti erant ad idolatriam in Aegypto mortui sunt in deserto: illi autem qui introierunt in terram Chanaan erant de illis qui nati sunt in deserto, & quia ibi non conuerterunt idola, nec conuersati sunt cum gentibus idolatri: ideo bene affueti intarent in terram Chanaan. Tertium erat, quia illi qui egressi fuerant de Aegypto, fuerant timidi valde, quia antea seruierant, & serui habent semper corda pauida, & incepta ad bellum, cum non habuerint ymaginem liberum motum passionū animositatis, quod facit homines animosos, & sic si isti intrasset in terram Chanaan, non possent pugnare contra gentem aliquam: illi autem qui in deserto nati sunt, erant animosi, quia nulli domino seruierant, sed libere agebant secundum suam animositatem: patet ergo quod licet isti 40. anni fuerint eis dati in penam, tamen multum eis profuerunt. *Vt nota fuerit quæ in tuo animo versabantur.* Sciebat enim Deus cogitationes eorum, & quales in tribulationibus futuri erant: ipsi autē ignorabant quales in angustijs se haberent: noluit ergo eis Deus demonstrare quales essent eos tribulari permittendo: virtus enim in infirmitate perficitur 2. ad Cor. 11. cap. & quia nulli homini cognitum est qualis sit totaliter, & se bonum putans falli posset, demonstrat aliquando Deus in angustijs, vnde fit quod aliqui, qui se magnos viros existimabant, cum tribulationibus tentati fuerint nihil esse se esse comperiant, ex quo humiliores fiunt. *Vtrum custodires mandata illius an non.* Id est vtrum haberes firmam intentionem seruandi mandata, vel non, sicut in cruciatibus patet quis firmam Christi fidem habuerit: ex futuris enim amaritudinibus intentio preterita demonstratur. *Afflixit te penuria cibi & potus.* De cibo patet Exo. 16. cap. de potu Exo. 17. & Num. 20. & 21. c. *Et dedit tibi manna, quod ignorabas tu, & patres tui.* Quia talis cibus naturaliter in aere fieri non potest in tanto spatio, nec tanta harmonia qualitatū ad cōseruationē corporis humani, ideo Iudæi nunquam eum viderunt, quare cum primo viderunt admirati dixerunt, Manhu, id est quid est hoc? *Quod non in solo pane viuunt homo.* Vita humana de lege communis per nutrimentum cōseruatur, & hoc cōiter vocatur panis. Sed aliqui homines sine pane viuunt ex oī verbo. *Quod procedit ex ore Dei.* Id est ex quacunque re Deus mādatur, quia si Deus mādaret comedere eolubros, aspides, & basiliscos, sicut durissimos lapides, aut omne genus metalli, melius p̄ hæc quam in delicatissimis cibarijs nutrireremur: aliter potest intelligi, quod non solum panem, vel cibo viuere potest homo, sed et in sola voluntate Dei nobis declarata, quod per os exire dicitur: sicut ea quæ nos volumus post ore p̄ferimus, & sic applicauit istam auctoritatem Christus Matth. 4. c. rñdens Sathanē suadētī, vt lapides in panes conuerteret ex quibus viveret: innuebat enim ad vitam necessarium esse cibum, ideo Christus excludēs hoc dixit: Non in solo pane viuunt homo, non cōseruatur vita humana per solum panem, sed per voluntatē Dei: ideo si velit nos sine cibo cōseruare, ita seruabit, sicut

Quo non de solo pane viuunt homo.

A cum cibo, & sic concluderebat non esse necessariū cibum, & ex consequenti nec lapides panes fieri, hoc est Moyses dicere poterat qui 40. diebus immo 120. vt alii qui volunt, sine cibo mansit orans pro populo, & petens secundas tabulas, sic & Elias qui ambulauit 40. diebus, & 40. noctibus sine cibo vsque ad montē Oreb 3. Reg. 19. c. *Vestimentum tuum quo operiebaris nequaquam vetustate defecit.* Dixit Abben Ezra quod forte talis cōplexionis erat manna, vt sudorem non gigneret, quo vestes perustæ inueterant, sed non sufficiebat hoc, quia dato quod nos nunquā sudore perfunderemur, tñ vestimenta nostra sub breui tpe vetustate attrita deficerent, maxime quia itinerabant: itinerantes autem citissime vestes attrerunt: fuit ergo miraculosa vestibus concessa soliditas, vt nullatenus rumperentur, erat quoque mirabile, quod crescentibus eis vestes quoque crescebant, alias qui paruuli de Aegypto exierunt paruuli induti vestibus, cum ad maiorem corpulentiam attigissent, vestes non haberent, quod videretur inconueniens, quod nudi inceserint, cum dicitur, quod nihil eis defuit. *Pes tuus non est subtritus.* Id est Iesus ex itinere, quod maxime cōtingit viatoribus, in Hebræo hñ inflatus, & magis adaptatur, quia prius itinerantū pedes per turgentis vesicas inflantur, quam subterantur.

Quomodo intelligitur quod populus nunquam fuit fatigatus ex itinere deserti. Quest. 11.

SE d quomodo stat hoc? quia Num. 11. c. dicitur, quod dolebat populus labore itineris. Rñdent aliqui quod istud beneficium solum bonis concessum fuit, sicut de manna quantum ad varios sapes dulces: mali autem in itinere fati laborauerunt. Possent etiam satis probabiliter dici, quod nec boni, nec mali pedū subtritionem, siue inflationem passi sunt, sed tamen mali laborauerunt in itinere, propter motus velocitatē, & in labore illo non permittebat dñs eos subteri, vel in tuncescere, sicut neque vestes malorum consumptæ sunt; etiam si laborauerint, & moti fuerint, vnde attriti debuissent. Possent autem dici, quod illa die multi de popularibus, qui non erant boni, subtrierint pedes, & inflatos eos habuerint, sed dicitur hic generaliter, quod nunquam pedes subtriti sunt: nam forte in toto illo tempore nunquam alia die pedes subtritos habuerunt, nisi illa, & de modico scriptura non curat, loquens vniuersaliter: sic patet quantum ad cibum, & potum: nam infra 29. c. dicitur, quod non defuit aliquid Iudæis in 40. ann. per desertū, & tñ hic dicitur, quod dominus percussit, atque afflixit eos penuria & siti: quia tamē hoc rarum fuit, non nominauit hoc scriptura. Itē infra 29. c. dicitur in 40. ann. Iudæi non comederunt panem in deserto, neque biberunt vinum: constat tñ quod in monte Synai comederunt panem: nam ibi celebrauerunt phasē in 2. ann. exitus de Aegypto, phasē tñ sine pane azymo non celebratur, & si forte dicas, quod fuit celebratū phasē sine azymis, quia ea non habebant, non valet, quia de ista celebratione huius phasē dicitur Nu. 9. c. faciāt filij Israel phasē 14. die mensis huius ad vespertū iuxta oēs ceremonias suas, sed comedere azyma erat ceremonia phasē, vt patet Exo. 12. & Nu. 9. c. *En quadragesimus annus est.* scilicet ex quo ista beneficia tibi dari ceperunt, & semper cōtinuata sunt, & in hoc magnitudo beneficiorū notatur, quia tanto tempore durauerunt: erat enim tunc 40. annus ab exitu de Aegypto in mēse vndecimo, in quo mortuus est Moyses. *Vt recogites in corde tuo, quia sicut homo erudit filium suum.* Castigationibus eū ad mores cōpositos reducēdo, sic te erudiuit tribulationibus diligens te, quia quos pater non corripit aduulterini filij sunt: ad Heb. 12. cap. *Vt custodias mandata Domini Dei tui.* Scilicet in corde ea firmiter, & sine obliuione

nione tenendo. *Et ambules in vijs eius.* Id est vt in operationibus sequaris viam mandatorum. *Dominus enim Deus.* Hic ponitur secundum, in quo pradicuntur futura. *Terram riuorum.* Adducitur hic ad amorem per beneficium futurum. s. quia eis terram bonam daturus erat. *Terram riuorum.* In hoc monstratur excellentia eius super terram Aegypti de qua veniebant, quia illa modicas aquas habebat, sed per artificia & labore de flumine Nilo aqua educitur, vnde arbores & omnia rigantur. *Aquarum.* Quantum ad paludes vel stagna. *Et fontium.* Pauci enim fontes sunt in Aegypto, quia terra calida, sicut etiam de Lybia dicitur per Lucanum lib. 9. de processu Catonis contra æquinoctialem, & Alexandreis lib. 3. de processu Alexandri ad Lybicum Amonem per Syres: sunt. n. Aegyptus & Lybia conterminæ, habet enim Aegyptus ab Occidente Lybiam: ideo quasi eiusdem sunt complexionis: sed Lybia aequaliter magis declinat ad austrum: ideo feruentior est: pauci autem fontes in Aegypto sunt, & in Lybia ex causa prædicta. s. quia terra ista calida sunt, & calor Solis exurit humiditatem fontalem conuertens terram in arenas: alia etiam causa est, quia terra illa plana est, & in planis illa possunt esse multi fontes, quia aqua non potest eleuari ultra locum suæ scaturiginis per æquilibrum, & quia locus scaturiginis est semper sub terra, & ad hoc quod erumpat ad planiciem terra debet esse in superficie, si ergo datur, quod rota terra sit perfecte plana, impossibile esset secundum naturam erumpere aliquem fontem, vbi ergo terra multum plana est, licet non sit totaliter plana, necesse est paucos fontes erumpere: tales autem sunt Aegyptus & Lybia. s. valde planæ, quia tota terra meridiana planior est terra Septentrionali: terra autem promissionis est terra multorum fontium, quia est terra montuosa & vallium, vbi necesse est multas scaturigines esse propter inæqualitatem locorum, vt patet infra 11. cap. cum dicitur: terra ad quam ingrederis possidentiam non est, sicut terra Aegypti de qua existi, vbi in hortorum morè aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est & campestris de celo expectans pluuias. *In cuius campis & montibus erumpunt flumiuorum abyssi.* In vallibus enim vel in campis, qui aliquibus collibus saltem paruis adiacent, fontes nascuntur, & in descensu montium: in summis autem montium verticibus, vel planissima terra fontes non nascuntur, quia non potest aqua magis eleuari quam ad æqualitatem suæ originis vt æquilibrium, vt patet 2. Meteor. & ista abudantia aliqualis aquarum bonitatem terræ ad pascua notat, quam antiqui maxime eligebant, quia in pectoribus maior pars substantiæ erat eorum vñ & regum filij in possessione armentorum & gregum delectabant: patet de Absolone filio Dauid, qui conuocauit oēs fratres suos die qua totondit greges. 2. Reg. 13. c. *Terram frumentum.* 8. Ponunt hic frumentum, ordem, vineam, ficus, malogranata, oliueta, mel, de quibus solis dicunt Iudei esse primitiæ dandæ. Sed non multum videt, quia de eisdem primitiis dant, de quibus decimæ, maxime s. m. consuetudinem antiquissimorum Iudæorum, qui ista iura strictius nos persoluebant, sed Iudæi tpe Christi de oī gnie fructuum & minutissimarum herbarum decimas persoluebant, & hoc Christus approbavit Mar. 23. cap. v. vobis Pharisei Hypocrite, qui decimatis mentem, anetum, & ciminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis: hæc oportuit facere, & illa non omittite. *Vbi absque ulla penuria comedes panem tuum, & rerum abundantia perfrueris.* Hoc non fuit semper: nam multoties fame passi sunt, & sterilitate magnâ terræ, vt patet in Iohel, q. posuit terram duarum tribuum eruca, rubigine, bruce, & locusta consumptâ, quæ ad 4. annos videt prineri: fuerunt et sterilitates aliæ, vt in reponere regis Ioræ, quæ obsessa Sa-

Quibus in locis aqua possit scaturire.

maria a rege Benadab, de quo 4. Reg. 6. c. dicit facta est fames valida in Samaria, & tandiu obfessa est, donec venundaretur caput asini 80. argenteis, & quarta pars cibi stercoreis columbarum quinque argenteis: & tunc duæ mulieres præ fame comederunt filium vnius: vt patet in eod. cap. Fuit etiam fames magna in Hierusalem, quæ obfessa fuit per seruos regis Senacherib: de quo 4. Reg. 19. & 20. & Esa. 38. cap. Fuit etiam fames quæ Nabucodonosor obsedit ciuitatem Hierusalem tpe Sedechiæ: vt patet sepe in Hiere. sed dicendum quod ista promissio Dei fuit, quæ Israelitæ essent boni. Quando autem essent mali, veniebant eis oīa opposita. s. fames tanta, vt comederent fructum ventris sui: vt patet infra cap. 28. sic autem fuit hic: nam in oībus istis bellis & alijs temporibus quicunque fames eis adueniebat, erat in pena facinorum suorum. *Cuius lapides feruntur sunt.* Sunt enim in terra promissionis mineræ metallorum & maxime in ferro: quod cum de subterraneis locis abstrahitur, quasi lutum durissimum siue vt lapis niger accipitur: deinde per ignem depuratur, & solidatur: vt 50. dist. c. ferrum. *Es de montibus aris metalla fodiantur.* Aes nomen generale est ad omnia metalla: & sic in terra illa sunt mineræ multorum metallorum. *Vt cum comederis & saturatus fueris benedicas Domino.* Id est ad istum finem tibi dantur hæc, vt per ea benedicas Deum: omnia enim Deus pro honorem suum facit directe vel indirecte, sed satis dici possit, quod in oībus quæ facit primo intendit manifestationem gloriæ suæ, deinde intendit bonum nostrum, quia nobis vitur, ideo necesse est omnia quæ circa nos agit, in aliud ordinare. s. in seipsum. *Obserua & caue.* Hic ponitur tertium. s. narrantur aliqua beneficia præterita. *Ne quando obliuiscaris Domini Dei tui.* Grauiissimum omnium vitiorum in bene passis est beneficiorum obliuisci: ideo valde monentur ne tale vitium incidant. *Et negligas mandata eius.* Hoc consequens est ad præcedens. si enim aliquis beneficiorum Dei obliuiscitur, mandata eius non obseruabit, quia nullam obseruandi rationem inueniet: vt si aliquis seruus obliuiscatur aliquem dominum suum esse, nec quæ mandauit ei faciet. Et si arguas quia Deum ordinato diligentes amore non amant, quia nos creauit nosque redemit, vel quia aliqua alia bona egit: sed quia bonus est summe, & Deus est. Respondetur hoc concedendo: sed dico quod nos non cognoscimus Deum esse, nec bonum esse, nisi quia res ab eo causatas videmus, & quia nobis benefecisse cognoscimus. Si ergo tollatur beneficiorum memoria & cognitio quæ antecedens est, necesse est nos nescire Deum esse, nec bonum esse, & consequenter mandata obliuisci nescientes cuius fuerint: quia ista ordinate a memoria beneficiorum dependent. *Et iudicia atque caeremonias.* Si enim Iudæi illece per bona temporalia obliuiscerent mandatorum Dei, peccabant: sicut etiam si obliuiscerent caeremoniarum atque iudiciorum.

Quæ sit differentia inter mandatum, præceptum caeremonia, & iudicia. Quæst. III.

MANDATA vocantur hic omnia præcepta decalogi, & cætera præcepta moralia, quæ in decalogo non sunt: caeremoniæ vocantur omnes ritus colendi Deum, & se habendi ad sanctuarium, vel respectu rerum sacrarum: iudicia vocantur præcepta data in directionem proximi, & pertinent aequaliter ad actiones forales sicut leges humanæ: omnia autem hæc obseruare oportebat: & in transgressionem cuiuslibet erat peccatum mortale, licet differrent s. m. quantitate: nam transgressio præceptorum moralium erat grauior quæ transgressio caeremonialium vel iudicialium: nam moralia causabant

Quare Deum amamus.

causabant duplicem oblationem, caeremonialia autem, vel iudicialia vnicam, & patet, quia moralia causabant obligationem naturalem, cum naturaliter cognoscimus debere fieri omnia quæ in decalogo continentur, quia illæ conclusiones sunt priorum principiorum prædicorum immediate elicitæ, & habent quandam notorietatem quam contrahunt ex primis principiis ex quibus immediate deriuantur, & licet non sint ita notæ, quod naturaliter quilibet intellectus sit in actu istarum conclusionum decalogi, siue quod sit determinatus ad ea, sicut ad prima principia, ita quod per se sit in cognitione istarum conclusionum saltem nullo cognoscente, habet tamen talē notorietatem, quod cuiusque proponantur, statim vt proponantur assentiet illis. Differentia autem inter principia per se totaliter cognita, scilicet, quod nullum malum est agendum, & quod bonum est eligendum, ad istas conclusiones decalogi, est: quia nos aliqua actualiter cognoscimus nullo nobis proponente nec docente, alia autem sicut quæ licet per nos immediate non cognoscimus oēs, siue aliquo discursu, tamen quando alius proponit, intellectus noster assentit, de his latius diximus Exo. 20. cap. sunt ergo ista præcepta decalogi naturaliter cognita, tanquam conclusiones immediate a primis principiis scilicet autem apud Apost. ad Rom. 2. cap. gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Præterea ergo obligatio in præceptis moralibus est naturalis s. m. quod naturaliter cognoscuntur, vt bona, & debita ratione habentia, & ista obligatio est ad omnes gentes, nam quilibet quantum unquam extra legem peccat adulterando, occidendo, furando, & sic de cæteris, quæ sunt naturaliter cognita. secunda obligatio est a positione, quia Deus qui est legislator maxime auctoritatis, & mandauit cum magna efficacia custodiri ista præcepta moralia decalogi, vt patet Exodi 20. & supra 5. cap. ergo etiam ex hoc obligabatur, & qui ea non obseruaret de Iudæis multum peccaret cõtemnens Deum latorem horum præceptorum. Ista secunda sola obligatio apud solos Iudæos fuit, & nunc apud omnes Christianos qui cognoscunt ea data fuisse a Deo, alia autem gentes, ante Christi aduentum, quæ non obligabatur ad legem Iudicam, non peccabant isto secundo modo, s. contemnendo diuinam maiestatem, quia eis non fuerat data lex a Deo, sed solum erat eis innata naturaliter habitualiter, vel verius secundum quandam leuem ratiocinationem ex principiis naturaliter cognitis. Alia præcepta, s. caeremonialia, & iudicialia solum habebant vnam obligationem, s. quia erant data a Deo legislatore: nam naturaliter caeremonialia non obligant, nec iudicialia, quia sunt particulares determinationes magis dependentes ex voluntate conditoris legis, maxime patet de caeremonialibus, quæ nullam rationem continere videntur, nec prodire ex aliqua ratione, iudicialia autem licet, vt in pluribus sunt voluntaria, in quibusdam sunt procedentia a ratione naturali, & sic pertinent ista duo aequaliter ad ius quod Arist. vocat legale in 5. Ethic. quod antequam ponatur non differt, differt autem cum positum fuerit. Minus ergo peccatum erat in transgressionem caeremonialium, aut iudicialium quæ moralium, cum grauius sit agere quod duas obligationes quam quod vnam, qui autem peccat in moralibus agit quod duas obligationes, qui autem peccat in caeremonialibus, aut iudicialibus peccat quod vnam, vt declaratum fuit ex præcedentibus. *Quas ego præcipio tibi hodie.* Hoc dicebat Moyses, quia in eadem die cum esset propinquus morti suæ recitauit totam legem, s. m. quod in hoc libro feriatim continetur. Et non dicit hic quæ tibi præcepit dominus, sed quæ ego præcipio hodie, licet Deus oīa ista præcepisset, quia recentius retinuerat recitatio ista quæ Moyses faciebat in die illo quam præcepit Deus quæ præcepserat a

Alph. Toft. super Deuter.

multis diebus, vel aliter, quia ista recitatio fuit facta in ultimo anno exitus de deserto, vel vt proprius dicam, mansionis deserti: nam in 40. ann. exitus de Aegypto facta fuit, vt patet 3. 1. c. cum dicitur 40. ann. vndecimo mense, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israel oīa quæ præceperat illi dominus, & oēs isti qui nunc audiebant erant de illis qui nati fuerant in deserto, vel de illis qui exierant de Aegypto in parua ætate, s. infra annum 19. qui tunc non potuerant multum attendere ad legem, quæ lata est, s. in anno primo exitus de Aegypto: ergo istis magis debebat dici, tanquam nouiter diceretur, quam quod diceret eis facietis hoc, vel illud, sicut mandauit dominus, cum nihil recordarentur de mandato illo, vel forte non audierant: antecedens patet pro oībus suis partibus, prima pars, s. quod omnes isti qui audiebant legem nunc recitari, nati fuerant in deserto, vel exierant de Aegypto minoribus anno. 19. patet, quia vt h. Num. 14. c. oēs qui erant de generatione pessima, id est de duodecim tribubus Israel non computando Leuitas inter eos, qui viderunt miracula Dei in Aegypto, & tentauerunt in deserto d. n. moturi erant, nec intrare debebant in terram Chanaan: isti autem qui hic ligantur ista s. m. oēs doctores, d. n. illi, qui iam nomen habebant in tribubus & familijs suis, quæ d. nemo de generatione hac pessima, illi tñ qui nomen habebant in Israel, & computati erant inter alios, erant a 20. annis ultra, vt patet Nu. 1. c. de numeratione oīum viro-rum, qui erant in omnibus tribubus Israel, fuit autem facta ista cõputatio in principio anni secundum in monte Synai, vt patet Nu. c. 1. ergo illi qui non numerati sunt ibi ad plus erant ann. 18. & dimidij, vel modicum ultra, quæ egressi sunt de Aegypto, & patet, quia ista cõputatio fuit facta vno anno post exitum de Aegypto, vt patet Nu. 1. ca. ergo qui vno anno post exitum de Aegypto non erat 20. ann. completorum, quæ exiret de Aegypto non esset 19. cõpletorum annorum, sed h. eret 18. & aliquid plus, lex autem fuit data in principio anni primi exitus de Aegypto, vt patet Exodi 19. c. ann. 1. mense 3. eiusdem anni: illi ergo qui postea non cõputati sunt cum illis de quibus d. Nu. 1. c. ad plus in datione legis quæ fuit in 3. mense post exitum de Aegypto, essent ann. 19. cõpletorum, vel inciperent 20. sed ista ætas adhuc multum iuuenilis, maxime in hoībus rudibus illius seculi non multum respiceret ad legem quæ dabatur: & dato, quod respiceret deinde vsq; ad 40. annos. s. ad annum vltimum mansionis deserti, non multum recordarentur legis datæ, sed oportebat denuo recitare ea Moysen. Quod autem isti qui audiebant nunc Moysen recitantem legem, essent nati in deserto, vel exiuerant de Aegypto ad plus 18. ann. & cum modico plus patet, quia omnes qui erant 19. annorum cõpletorum, quando exierunt de Aegypto, erant viginti annorum cõpletorum, quando facta fuit illa supputatio, de qua Numeri 1. sed ibi computati sunt omnes qui erant 20. annorum, ergo illi qui erant 19. annorum cõpletorum, quando exierunt de Aegypto, supputati sunt sed omnes ibi computati mortui sunt in deserto, ergo qui erant 19. annorum cõpletorum in exitu de Aegypto, mortui sunt in deserto ex sententia Dei, vt supra adductum est, sed omnes qui mortui sunt in deserto ex sententia domini, mortui sunt ante istam recitationem legis per Moysen, ergo qui hic audierunt ad plus, quæ exierunt de Aegypto, erant 18. annorum, cum modico plus, vel nati fuerunt in deserto, quod intendebamus probare: antecedens patet, s. quod qui mortui sunt in deserto ex sententia Dei non viderunt istam recitationem: nam omnes illi cõdemnati mortui fuerunt ante transitum torrentis Zareth, vt patet supra 2. c. cum dicitur surgentes ergo transiimus torrentem Zareth venimusque ad eum, tps autem quo ambulauimus

F de

tangant ipsam materiam, quæ transmutatur secundum artem: tamen non dicuntur ipsa instrumenta agere, sed illi qui mouent ea: nam vires ad agendum, vel ad hoc, quod moueantur sic vel sic, non sunt in ipsis instrumentis, sed in mouentibus instrumenta, ita cum hic ipsi Iudæi essent instrumenta Dei, & non præstarent ipsi vires ad agendum ista, sed Deus, vt patet in litera: ergo Deus dicebatur ista agere: non tamen est omnimoda comparatio inter actionem instrumenti ad mouentem, & inter Iudæos pugnantés, & Deum vires apponentem: nam instrumentum solum se habet in ratione passiuæ, nam nō habet in se aliquod principium sui motus in quantum instrumentum, licet habeat principium sui motus, in quantum ens naturale, scilicet lapis, vel ferrum, aut lignum: etiam quia instrumentum non habet aliquam cognitionem ad motum, vel operationem, sed ex sua motione passiuæ aliud ad quod applicatur sic, vel sic disponitur: Iudæi autem licet concordarent cum instrumento in eo, quod vires recipiebant a Deo, sicut instrumentum a mouente; tamen ipsi habebant in se aliquod principium sui motus: nam non se habebant totaliter per modum passiuæ, sicut instrumentum, sed per modum actiuæ cui vires augentur, etiam quia ipsi habebant cognitionem practicam ad hoc, scilicet, qualiter esset bellandum, quia tamen Deus eis tantas vires, & animositates posuit, cum quibus facilliter deuicerunt, sine quibus nullo modo vicissent, nec saltem aggressi fuissent, Deus agere dicitur hic, & sic pertinet hoc ad tertium modum actionis Dei; quando nihil per se agit, sed dat vires agendi alicui rei. *Et robur manus meæ.* Et non dicitur robur manuum mearum, quia ageret in bello ducibus manibus agunt: respondetur, quod pugnantés duabus manibus pugnant, sed pugna est duplex quædam est defensiuæ sui ipsius; alia est offensiuæ alterius, & vtraque necessaria est in quolibet bello, & vna fit per vnâ manum, alia per alteram geritur, manus dextra agit pugnam offensiuam; & manus sinistra pugnam defensiuam; quia sinistra est ad ferendum aptior vt patet in ea Chipeus, vt ait Isidorus Etym. lib. 1. c. de homine, & partibus eius, licet Plato in sua politia admonuit debere fieri homines ambidextros, vt ait Philosophus in 2. Politicorum. c. vltimo, in fine. quia ergo licet nos vtraque manu pugnemus, cum solum manu dextra pugnemus in hostem, per solum illam manum dicimur vincere hostes, & sic dicere poterat hic Hebræi, quod fortitudo manus suæ fecerat hæc omnia, i. fortitudo solius manus dextre qua pugnant in hostem: sic frequenter in libro Exod. cum fiat metaphorâ de Deo, tanquam de forti viro pugnantē dicitur, quod eduxit filios Israel de Aegypto in manu forti, & brachio excelso, nominans solum vnâ brachium, cum tamen vir fortis pugnet duobus brachijs quia ibi de solo brachio dextro intelligitur. *Vt imple-ret pactum suum, quod iurauit patribus tuis.* Vnde merito Abraham, & Isaac isti fuerunt introducti in terram promissam, quia Deus retribuit bene agentibus in mille generationes, vt supra 5. c. *Sicut præsens indicat dies.* Ad superiora refertur, scilicet quod Deus præstitit tibi vires ad faciendū opera fortia, occidendo reges Amorrhæos & Madianitas, & Amalechitas: Exodi 17. Num. 21. & 31. c. & hoc nunc manifestum est, quia iam facti erant, sic ergo certissime de futuro promisso expectari debet. *Si autem oblitus fueris Dei tui, & secutus fueris Deos alienos.* ista se concomitantur, qui Deum verum quantum ad cultum, fidem, & memoriâ derelinquit, Deos alienos immediate sequitur, quod nulla gēs sine Deo est sine Deo sine vero, siue falso.

Et ad adoraueris. Te coram eis humiliando.

Quæ sunt cæremonie, siue actus ex quibus quis cognoscitur idolatrare. *Quest. V.*

ISTa duo principaliter prohibentur, scilicet sacrificare eis, vel humiliare se coram eis, quia ista magis exhibentur Deo, & magis specialia sunt ei, quam aliqua alia: nam licet alia genera obsequiorum Deo fieri possint, tñ ista magis specialia sunt, quia alia cōia sunt ei cum hominibus, & maxime primū quod est sacrificium, nam nullus vnquam hominum sacrificium obtulit, nisi vero Deo, aut illi quem tenebar pro Deo: signat ergo istud obsequium expresse deitatem sū intentionem ipsius offerentis: nam ex eo, quod offert dare, protestatur illum cui offert esse Deum, licet nō loquatur. adoratio autem est aliquid speciale multum pertinet ad Deum, nam licet homines adoremus, i. quia coram eis capita inclinamus, aut genua flectimus, tñ non eodem modo, sicut Deum adoramus, & ista adoratio magnam volūtatis affectionem notat, quā Deus super omnia a nobis exigit, vt patet Io. 4. c. Deus spiritus est, & eos qui eum adorare debent, oportet in spū adorare: hoc idem patet Micheę. 6. ca. cum inquit in quo Deus delectatur, & dicit, quod dignū offeram dño, curuare genu Deo excelso, nunquid offerā ei holocausta, & vitulos anniculos? nunquid placari potest Dñs in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum pinguiū? nunquid dabo primogenitū meū pro scelere meo fructū ventris mei pro peccato matris meæ? indicabo hō quid sit bonum, & quid dñs querat a te, vti que facere iudiciū, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cū Deo tuo. hoc vero vltimum signat magnā affectionē cordis nostri sū quæ placat Deum. quia ergo ista duo hic clare exprimentur solum, tñ non est intelligendū, quod oīa alia circa idola sunt concessa: nā nihil quod aliquo redundat ad honorē alicuius de dijs, quos gentes colunt, facere debet: vnde si aliquis de Iudæis esset bonus politor lapidum, aut aurifer, vel argentarius, & daret sibi aliquis gentilis multas pecunias, vt sculperet aliquē Deū, vel faceret fusiōe de auro, & argento, nullo modo facere debebat, et si totum mundū ei daret, nec si eū non faciēte occisurus esset, vel si aliquis pauper Iudæus esset, & daret ei pecunię, vt emundaret templū alicuius Dei gentilis, facere nullo modo dēbat: eodem modo textor Iudæus non dēret aliquid texere pro honore, vel vsu templi idolorū, generaliter autē nulli Iudæo licebat aliquid agere, quod pertineret ad cultum Deorum gentiliū, vel si ipse sciret ad illum esse applicandum. *Ecce nunc prædico tibi:* Id est annūcio, vel propheto. *Quod omnino desperas.* i. quod totaliter destrueris, ita quod nihil de te remaneat, sic dicit supra 6. ca. ne quā irascatur furor dñi Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. Sciendum tñ, quod nō quicunque Iudæi auerterentur a Deo colentes idola Deus disperditurus erat eos, sed expectabat vtrū conuerterentur, & non fierent incorrigibiles, nō debebat eos totaliter, nam cum Israelitę, tam decē tribus quæ vocabantur Israel, siue duæ quæ vocabantur Iuda, sepe coluerint idola, vt patet Exodi tertio, & quarto Regū. & ex secundo libro Paralipomen. & in libris Prophetarum, sepius delicti fuissent, ita quod non remansisset ex eis neque vngula, tamen nunquam disperdidit eos deo nec desperata fuit plaga eorum: nam istum ordinem tenebat Deus in corrigēdo eos, quod primo cum peccarent immitteret in eos famem, deinde hostes si nō corrigerentur, quod si nec sic hostibus vastantibus terram eorum corrigerentur, mittebat hostes qui ducebant eos captiuos extra terram suam, & si ibi conuerterentur, reducebat eos dominus, vt patet supra 4. cap. & in-

Notandū.

Naturaliter de Deo tantum cognoscitur, quantum ad salutem requiritur.

& infra trigesimo, vt fuit in captiuitate Babylonica, A si autem rursus peccarent, & indurarent, disperdebat eos dominus, vt patet de captiuitate decem tribuum, quæ nunquam reditura erat, nec redijt, de quo Osee 12. capit. sic etiam de tribubus duabus Iuda, & Benjamin, postquam venerunt ad consummationem malorum occidendo Messiam. Et postea expectati ad conuersionem per quadraginta annos, aut amplius, & predicantibus ibi Apostolis, & ipsis negligentibus verbis Dei, & blasphemantibus illud, vt patet Actu 13. capitu. superuenerunt Romani, & disperdiderunt eos vsque in aeternum. de modo istarum punitionum patet Leuit. 26. cap. in litera, & infra 28. cap.

Sicut gentes quas deleuit dominus. Quia istę gentes sic pro peccatis suis magnis perierunt, vt patet Leuit. 18. cap. sed non pro idolatria: solum enim zelabat Deus crimem idolatriæ in Iudæis non autem in gentilibus, vt patet præcedenti capitu. sed alia peccata quæ forte non erant de se tantæ grauitatis, valde a Deo in gentilibus punita sunt, vt concubitus masculorum in sodomitibus Gene. 19. capi. & istas septem gentes ad fornicationes varias prouocauit Eiaia 13. & 14. capitu. & Hieremias 52. & mala multa contra Iudæos exercuit, sic etiam Niniuia perierunt, quia multum sanguinem fuderant, vt patet Naum. secundo & tertio cap. quodlibet autem istorum peccatorum minoris grauitatis est, quàm idolatria, sed nunquam legitur, quod Deus aliquos gentiles pro sola idolatria puniisset, & ratio est, quia concubitus masculorum, bestiarum, & peronarum coniunctissimarum, vt patris, & filiar, matris, & filij, & effusio iniusta sanguinis manifestissimè sunt contra naturam, & ipsū, vt nullus de hoc dubitare valeat.

De cultu Dei vnus, & cognitione eius, licet tātum naturaliter cognosci potest, quantum ad salutem requiritur, scilicet, quia Deus est, & quia remunerator est, vt ad Hebræos vndecimo capit. habetur, ita vt inexcusabiles sint, vt ad Roman. 1. quantum ad damnationem aeternam, tamen non sunt ista ita clara, sicut de vitijs carnalibus supradictis, ideo illa duplicem penam merētur, scilicet aeternam, & hic specialiter temporalem, & hoc aequaliter patet, quia nullam excusationem habebant peccantes sic carnaliter, & effundēdo sanguinem, sed qui idola colebant, aliquam excusationem, licet non sufficientem habebant dicentes, nemo nos conduxit Marth. 20. capit. id est nullus Propheta, vel Angelus nos instruxit in tali cultu: Iudæi autem nullam excusationem circa idolatriam habebāt, cum totiens premonerentur: ideo in hoc peccato grauius quam in alijs puniebantur. Potest autem assignari alia ratio: Deus enim dicitur esse amulador, vel zelador in Iudęis, & in nulla alia gente, vt patet supra sexto capitu. cum dicitur, non ibitis post Deos alienos cunctarum gentium quæ in circuitu vestro sunt, quoniam Deus emulador dominus Deus tuus in medio tui, id est solum Deus in nobis est amulador, vel zelador, & non in aliqua aliarum gentium, sed in hoc non veratur quin Deus puniat alias gentes, quia bene eas puniuit cum peccauerunt, vt supra diximus, sed vocatur solum emulador inter Hebræos, nā emulador non signat vniuersaliter punitorum, quia tunc esset sensus, quod solum in Iudæis Deus erat punitor, sed emulador idem est quod zelador. dicitur zelador qui zelum habet: zelus autem est amor priuatus nolens habere consortium in amato, & iste zelus pertinet ad coniuges, quia vir zelat vxorem suam, scilicet, quod vult solus ab ipsa amari, ita quod ipsa ipsum solum amet, & ei soli corpus suum custodiat, nec vnquam viro alteri copuletur, ita Deus zelador dicitur, quantum ad cultum diuinum: nam sicut coniux vult amorem coniugis, Alph. Toft. super Deuter.

& corporis fruitionem ad ipsum solum seruari, ideo dicitur illud zelare; ita Deus dicitur zelare istum adū qui est colere, quia vult, quod nullus alius coleretur: hunc tamen zelum non habet ad omnes gentes, sed ad solos Hebræos, & ratio est, quia eodem modo se habet Deus ad Hebræos, sicut vir ad vxorem suam, ideo illa quæ zelat vir in sola vxore sua, zelat Deus pro tempore illo in solis Hebræis, & illa quæ vitari vel vitari nō solum ab vxore sua, sed etiam ab omnibus alijs, eadem punit Deus non solum in Hebræis, sed etiam in alijs populis, zelat autem quilibet vir in vxore sua hoc, scilicet amorem, & corporis coniunctionem, quia vult, quod ei soli coniungatur, & eum solum amet. de aliorum autem vxoribus non curat vtrum adulterentur: sic etiam Deus istud, quod est colere eum solum, & non alios Deos zelat in Iudæis, talis namque est amor colentes ad eum quem colit, qualis amor viri ad vxorem, quia vterque est fructiuus, licet nō deberet hoc competere vtrique. Et sicut in hoc solo actu vocatur mulier adultera, scilicet si virum deserens alteri commisceatur, ita in hoc solo peccato dicebantur Iudęi fornicari, si idola colerent: in alijs autem non dicebantur fornicari. ista locutio patet sapissime in Ezechiele, in Osee, in Hieremia, & Eiaia: Deus ergo hoc peccatum in solis Hebręis puniebat, & zelabat, sicut vir in sola vxore sua hoc zelat, ideo licet alia gentes colerent idola, Deus non puniebat eas, & sic dicitur supra sexto ca. Deus emulador, id est zelador dominus Deus tuus in medio tui, id est solum zelat, & punit hoc peccatum in te, & in nulla alia gente, & sicut vir quædam alia crimina non solum punit in sua vxore, sed etiam puniri vellet in alijs, tam viris quàm vxoribus, vt homicidia, furta, & falsa testimonia, ceteraque similia, ita sunt quedam peccata quæ non solum punit Deus in Hebręis qui sunt tanquam vxor eius, sed etiam in omnibus alijs gentibus, vt patet de criminibus supra notatis, scilicet colitis masculorum, & pecorum, effusionibus sanguinum, direptionibus pauperum, & in alijs in hunc modum, in quibus puniuit alias gentes supra nominatas, & puniturus erat Hebręos si in hoc delinquerent, sic patet Leuitic. decimo octauo capitu. cum dicitur: omnes enim execrationes istas fecerunt accole terræ qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam, cauere ergo ne, & vos similiter euomar, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem istam quæ fuit ante vos.

Quod autem Deus se habuerit ad Iudęos, vt vir ad vxorem patet, quia cum omnes populi sint Dei, & ad te habuerit ad Iudęos, sicut vir ad vxorem, tanquam vir accipit vxorem suam specialiter dimittens omnes alias: patet hoc Exodi, decimo nono cap. cum dicitur, si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, idem patet supra septimo capitu. & patet magis, quod ista electio Dei, quantum ad populum Hebræorum fuerit quasi accipere eos in vxorem. nam sicut amor, qui est inter virum, & vxorem, vel inter virum & aliquam mulierem, quam ardentissime amat, dicitur conglutinare eos, ita dicit Deus conglutinatus Hebręis: quod enim virum, & foeminam amor nimius conglutinat, patet Gene. trigesimo quarto cap. cum dicitur, de Dina filia Iacob, quam cum vidisset Sichen filius Emor Euçei principis terræ admauit eam, & rapuit, dormiuitque cum ea vi opprimens virginem, & conglutinata est anima eius cum ea. Deus etiam dicitur eodem modo conglutinatus Hebręis quasi amator, vt patet j. 10. c. cum dicitur in ea sunt patribus tuis conglutinatus est, & amauit eos: elegitque semen eorum post eos. clarius etiā patet hoc

Quare in idolatria dicebatur Iudæi fornicari.

Quo Deus se habuerit ad Iudęos, sicut vir ad vxorem.

Pugna est duplex.

Nulla gēs sine Deo sine vero, siue falso.

Ofee 3. cap. ubi Deus dicitur desponsare sibi totum Israel, quasi uxorem cum dicit, & sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dominus, rationabiliter ergo debuit Deus zelare in Iudeis ea qua vir zelat in uxore sua, & punire ea qua vir punit in ea, & hoc concludit totum Amos. capit. tertio, cum dicit. audite verbum, quod locutus est dominus super vos filij Israel, super omnem cognationem, quam eduxi de terra Aegypti, dicens: tantummodo vos cognoui ex nomine ex omnibus cognationibus terrae, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras, scilicet, tam illas quas vir punit in sola uxore, quam illas quas vult puniti generaliter in omnibus.

C A P. IX.



V D I Israel. Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad caelum vsque muratas: populum magnum, atque sublimem filios Enachim, quos ipse vidisti, & audisti: quibus nullus potest ex aduerso resistere. &c.

A Vdi. Supra posita fuerunt incitamenta ad amorem per benefacere, hic ponuntur incitamenta per peccata remittere.

Et primo ponitur error populi. Secundo reconciliatio Dei, capitulo sequenti, & tanguntur duo. Primo premititur quaedam prelocutio. Secundo subiungitur peccatorum eorum historica narratio ibi. *Memento ne obliuiscaris. Tu transgredieris hodie.* Id est in breui: non enim eadem die Iordanem transierunt, quia primo recitauit Moyses omnia verba libri huius: deinde mortuus est, & planxit totus Israel eum triginta diebus, vt patet infra vlt. cap. & post haec interiectis aliquibus diebus transierunt Iordanem, vnde Moyses locutus fuit ista verba quadagesimo anno, mense vndecimo, die prima, vt patet supra primo cap. & transierunt Iordanem decimo die, mensis primi, vt patet Iosue quarto capitulo. fluxerunt ergo inter diem qua dixit ista Moyses, vsque diem qua transierunt Iordanem duo menses, & nouem dies. *Vt possideas nationes maximas.* Id est terram maximarum nationum: non enim possederunt nationes, quia non erat eis licitum aliquem viuum dimittere, vt cum redigerent in seruitutem, Numeri trigesimo quarto, & supra septimo capitulo.

Et fortiores te ciuitates ingentes. Maximas in numero hominum: fortiores in robore corporum.

Et ad caelum vsque muratas. Id est altos habentes muros: hyperbole est: sic enim dicitur supra primo capitulo. de terra Chanaan: vrbes magnae, & ad caelum vsque muratae.

Quare sacra Scriptura saepe vtitur figura, quae dicitur hyperbole. *Quaest. I.*

V T I T V R autem sapissime sacra Scriptura ista hyperbole, & poetae vtuntur ista figura, sic patet Alexandreidis libro 3. cum agitur de captione Cyri, & foeminis plorantibus, & dicitur,

Aurea femineus perstringit sydera clamor. Id est, clamor mulierum accedebat vsque ad sydera:

Ratio autem quare vtatur sacra Scriptura ista figura est duplex.

Prima, vt imitetur modum loquendi vulgarem: nam si sacra Scriptura declararet res eodem modo, quo sunt, sapissime nihil intelligere possemus, vt patet, quando loquitur de Deo, nam cum nosse modum intelligendi multum sit differens a modo essendi eius, si ita Scriptura sacra per Spiritum sanctum protulisset res de Deo, vt sunt; nihil intelligeremus, quia vt ait Aristoteles, secundo Metaphys. oculus nocturna, sicut se habet ad lumen Solis, ita intellectus noster ad ea, quae sunt notissima in natura: decuit ergo, immo oportuit, quod sacra Scriptura conformaretur nostro modo intelligendi, & loquendi, sed nos per hyperbolem frequentamus, etiam sacra Scriptura vti debet ea.

Secunda ratio, quare sacra Scriptura vtitur hyperbole est ad commouendum animos. nam animus non ster mouetur a magnitudine rerum, quod tantum, vt ergo sacra Scriptura interdum, nos commoueat ad attentionem, & cautelam malorum, vtitur hyperbole, & est hyperbole in sacra Scriptura, maxime in comminatione poenarum, quia saepe Deus comminatur acrius, quam postea punit, sicut patet Lucae decimonono capitulo, quando Christus praedixit destructionem Ierusalem, dicens, non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur, sed satis notum est, quod licet Ierusalem per Titum, & Vespasianum destructa fuerit, tamen aliqui parietes saltem manebant, in quibus erat lapis super lapidem, vel saltem in fundamentis domorum, & magnorum aedificiorum. Hic autem rationabiliter vtitur scriptura hyperbole: est enim hic vtraque ratio prima propter concordare modo loquendi vulgari: loquitur autem hic sacra Scriptura de se hyperbolice, quia sic locuti fuerant supra exploratores Israelitarum dicentes: vrbes magnae, & ad caelum vsque muratae supra primo capitulo. secunda ratio etiam est hic ad commouendum animos Israelitarum, nam vult distinguere scriptura inter ciuitates Aegypti, & ciuitates terrae Chanaan: ciuitates namque terrae Aegypti non habent fortes munitiones, neque magnas, quia terra illa multum arenosa paucos lapides habet, & non possunt ibi fieri munitiones de lapidibus, sed oportet, vt fiant de lateribus de cocto luto: sic enim filij Israel qui captiui tenebantur in terra illa, cogebantur ad opera durissima luti, & lateris, nam cum aedificia quae de lateribus fiunt calce media cum arena ligari deberent, & in Aegypto lapides ad faciendum calcem rari reperiantur, oportet lateres luto intermedio ligari, & sic opus est fragilius, & non potest valde tendere in altum, quia luto facilliter cederet tanto oneri, & soluerentur aedificia, non possunt ergo ciuitates terrae Aegypti habere fortes munitiones, & altissimas, sicut aliae terrae fundamentum, patet Exodi primo capitulo. ubi dicitur, quod filij Israel cogebantur ad opera durissima luti, & lateris, & non dixit lateris, & calcis, siue bituminis, quia in Aegypto talia, aut nulla, aut rara sunt ex ratione assignata, & de tali opere, & materia aedificauerunt filij Israel vrbes duas Pharaoni, quae vocantur vrbes tabernaculorum, scilicet, Phiton, & Rameses: dicit ergo scriptura, quod munitiones terrae Chanaan non sunt ita paruae, & debiles, sicut munitiones terrae Aegypti, quia terra Chanaan non est arenosa, sicut terra Aegypti, quia est temperatior, scilicet in principio quarti climatis, & est terra montuosa, & campestris, vt patet infra vndecimo capitulo, ideo sunt ibi lapides multi ad construendas vrbes, & caetera aedificia. Et in hoc magna delectatio esse debuit Israelitis, quia Deus certificabat eos de acquisitione terrae promissionis, quod cito intraret in eam ad possidendam eam cum dicitur hic, tu transgredieris hodie

hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te, quod ille ciuitates essent pulchre, & bene muratae muris altissimis, gaudere ergo debebant, quia non intrabant quasi pugnaturi contra illas vrbes, sed quasi possessuri eas: si enim viribus suis pugnandum fore arbitrantur, displiceret eis, tam fortiter esse munitas ciuitates illas, tanquam sic non possent eas bello subijcere, & etiam dicit sacra Scriptura istam terram esse muratam vsque in caelum, quia intendit ducere Israelitas in desiderium eius, & quia tunc desideratur magis res, cum magis laudatur, laudat illam terram sacra Scriptura, sicut autem laus alicuius terrae est esse fertilem in fructibus, & salubrem in dispositione aeris, & aquarum, ita laus ciuitatum est esse valde muratas, quia per hoc contra ciues hostes securi sunt, si autem Deus non laudasset istam terram Hebraeis, cito ipsi negligeret eam: nam etiam postquam Deus laudauit eam, ipsi despexerunt eam pro nihilo habentes sic patet Psalm. 105. cum dicitur, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, sic et patet Numeri 14. ca. cum dicitur, vtinam mortui essemus in Aegypto: & non in hac vasta solitudine, vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam, multum etiam laudauit Moyses istam terram supra 3. cap. vocans eam terram optimam, & scriptura vocat eam sapissime terram fluentem lacte & melle, haec autem vt illam gentem distidentem ad desiderium beneficij sui, & reputationem inducat (atque sublimem) in statura proceritate, nume. 13. c. *Filios Enachim.* Id est homines de genere giganteo: *Quos ipse vidisti, & audisti.* Soli exploratores viderunt gigantes in Ebron, vt patet Num. 13. cap. de quibus solum duo, scilicet Caleb, & Iosue supererant, alij enim decem illico perierunt, Numeri 14. cap. sed transfertur ad totum populum secundum regulam Ticonij: *Quibus nullus potest ex aduerso resistere.* Quia viribus robustissimi sunt, nullus eos audeat expectare in bello, immo solo aspectu ceteros turbat: vnde Eminus id est terrificantes nominabatur, sed istos gigantes deleuit Caleb de Ebron, vt habetur Iosue 15. cap. *Scies ergo hodie.* Potest accipi hodie pro die in qua ista loquebatur, & tunc est sensus: *Hodie scies.* Id est scire poteris ex praecedentibus Dei beneficijs, quod Deus transiit ante te, potest accipi hodie pro tempore cito venturo, vt supra diximus, & tunc est sensus, quod hodie, id est in die qua Iordanem transieris. *Scies, quod Dominus Deus tuus ipse transibit ante te.* Quia ibi demonstrabit miraculum, per quod patebit ipsam ante te transire, scilicet diuidendo, & siccando Iordanem, vt Iosue 3. & 4. cap. *Ignis deuorans atque consumens.* Hoc ad hostes Israelitarum dicitur, quia Deus illos destruxit totaliter: Et vocatur ignis, quia nulla res est, nec elementum, nec elementata quae tantum, & aequiuelociter consumat: Deus autem velociter ista operatus est in tantum, vt vna die a Iosue quinque reges, cum nimia multitudo nepenitus deleui sunt Iosue 10. cap. *Qui conuertat eos.* Id est vulneret. *Deleat.* Id est occidat. *Disperdat.* Id est totaliter, vel multipliciter perdat, siue destruat. *Ne dicas in corde tuo.* Hoc est principium ad narrandum peccata Israelitarum, ne crederent se suis virtutibus illa attrigisse. *Cum deleuerit eos.* Id est postquam deleuerit. *Propter iustitiam meam introduxi me Dominus.* Nullus enim quantumcumque sanctus de hoc potest gloriari, quia licet aliquis gratiam habens possit per illam mereri vitam aeternam, vel alia bona secundum Dei ordinationem, tamen illam gratiam a se non habuit, neque eam meruit: alioquin gratia non esset gratia ad Roman. 10. ca. ideo istam gratiam per quam meretur a Deo habuit. meritum ergo a Deo habuit, quare non poterit recte gloriari: ideo Apostolus in nullo gloriantium esse iudicat, nisi in infirmitatibus. secunda ad Corinth. 1. i. si

Laus terrae quid sit.

hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te, ex alia parte dicebat eis, quod ille ciuitates essent pulchre, & bene muratae muris altissimis, gaudere ergo debebant, quia non intrabant quasi pugnaturi contra illas vrbes, sed quasi possessuri eas: si enim viribus suis pugnandum fore arbitrantur, displiceret eis, tam fortiter esse munitas ciuitates illas, tanquam sic non possent eas bello subijcere, & etiam dicit sacra Scriptura istam terram esse muratam vsque in caelum, quia intendit ducere Israelitas in desiderium eius, & quia tunc desideratur magis res, cum magis laudatur, laudat illam terram sacra Scriptura, sicut autem laus alicuius terrae est esse fertilem in fructibus, & salubrem in dispositione aeris, & aquarum, ita laus ciuitatum est esse valde muratas, quia per hoc contra ciues hostes securi sunt, si autem Deus non laudasset istam terram Hebraeis, cito ipsi negligeret eam: nam etiam postquam Deus laudauit eam, ipsi despexerunt eam pro nihilo habentes sic patet Psalm. 105. cum dicitur, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, sic et patet Numeri 14. ca. cum dicitur, vtinam mortui essemus in Aegypto: & non in hac vasta solitudine, vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam, multum etiam laudauit Moyses istam terram supra 3. cap. vocans eam terram optimam, & scriptura vocat eam sapissime terram fluentem lacte & melle, haec autem vt illam gentem distidentem ad desiderium beneficij sui, & reputationem inducat (atque sublimem) in statura proceritate, nume. 13. c. *Filios Enachim.* Id est homines de genere giganteo: *Quos ipse vidisti, & audisti.* Soli exploratores viderunt gigantes in Ebron, vt patet Num. 13. cap. de quibus solum duo, scilicet Caleb, & Iosue supererant, alij enim decem illico perierunt, Numeri 14. cap. sed transfertur ad totum populum secundum regulam Ticonij: *Quibus nullus potest ex aduerso resistere.* Quia viribus robustissimi sunt, nullus eos audeat expectare in bello, immo solo aspectu ceteros turbat: vnde Eminus id est terrificantes nominabatur, sed istos gigantes deleuit Caleb de Ebron, vt habetur Iosue 15. cap. *Scies ergo hodie.* Potest accipi hodie pro die in qua ista loquebatur, & tunc est sensus: *Hodie scies.* Id est scire poteris ex praecedentibus Dei beneficijs, quod Deus transiit ante te, potest accipi hodie pro tempore cito venturo, vt supra diximus, & tunc est sensus, quod hodie, id est in die qua Iordanem transieris. *Scies, quod Dominus Deus tuus ipse transibit ante te.* Quia ibi demonstrabit miraculum, per quod patebit ipsam ante te transire, scilicet diuidendo, & siccando Iordanem, vt Iosue 3. & 4. cap. *Ignis deuorans atque consumens.* Hoc ad hostes Israelitarum dicitur, quia Deus illos destruxit totaliter: Et vocatur ignis, quia nulla res est, nec elementum, nec elementata quae tantum, & aequiuelociter consumat: Deus autem velociter ista operatus est in tantum, vt vna die a Iosue quinque reges, cum nimia multitudo nepenitus deleui sunt Iosue 10. cap. *Qui conuertat eos.* Id est vulneret. *Deleat.* Id est occidat. *Disperdat.* Id est totaliter, vel multipliciter perdat, siue destruat. *Ne dicas in corde tuo.* Hoc est principium ad narrandum peccata Israelitarum, ne crederent se suis virtutibus illa attrigisse. *Cum deleuerit eos.* Id est postquam deleuerit. *Propter iustitiam meam introduxi me Dominus.* Nullus enim quantumcumque sanctus de hoc potest gloriari, quia licet aliquis gratiam habens possit per illam mereri vitam aeternam, vel alia bona secundum Dei ordinationem, tamen illam gratiam a se non habuit, neque eam meruit: alioquin gratia non esset gratia ad Roman. 10. ca. ideo istam gratiam per quam meretur a Deo habuit. meritum ergo a Deo habuit, quare non poterit recte gloriari: ideo Apostolus in nullo gloriantium esse iudicat, nisi in infirmitatibus. secunda ad Corinth. 1. i. si

Cur in nullo e gloria gloriari: ideo Apostolus in nullo gloriantium esse iudicat, nisi in infirmitatibus.

gloriari oportet, quae infirmitatis sunt gloriabor, ratio infirmitati huius adhuc parer, quia gloria dicitur clara cognitio bus. cum laude: laus autem est sermo explicans magnitudinem, quod quando de aliquo magna narratur, tunc dicitur laudari: magnitudo est in aliquo qui vere magna facit: Hebraei autem nihil magnum fecerunt, nam si gentes fortes Amorrhoeorum destruxerunt, non ipsi destruxerunt, sed Deus, & si contendant, quod ipsi manibus suis hoc egerunt, dicendum est eis, quod non fecerunt viribus suis, sed Deus donauit eis vires specialiter ad hoc, nam si relicti fuissent suae naturali fortitudini, non potuissent delere, nec vnum ex Amorrhoeis, quin potius ipsi ab Amorrhoeis subito deleti fuissent, qui erant populi fortissimi: sic dicitur praecedenti capitulo non dices in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meae mihi haec omnia prestiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi praebuerit, vt impleret pactum super quo iurauit patribus tuis: nihil enim laudandi sunt Hebraei cum magnum nihil fecerint, quia qui ab alio accipit, vel in virtute alicuius alterum vincit, gloriari non debet quasi ipse fecerit: sic ait Apostolus nihil habes, quod non accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? laudes autem illi qui magnitudinem egit danda sunt, scilicet Deo, qui vt ignis vorans, atque consumens velociter contriuit, deleuit, disperdidit, vniuersas nationes has.

Cum propter impietates suas ista deleat inter nationes. Id est non fuerunt istae deletae, vt tu introduceres, sed ideo tu introductus es, quia istae propter iniquitates suas delendae erant, Deus nunquam aliquem destruit vt alium plantet, vel nunquam vnum deprimat, vt alium eleuet, quia potest vno eleuato alterum eleuare, vel vno non destructo alterum plantare, quia potentia eius est infinita, domini autem temporales hoc faciunt, qui habentes potentiam multum limitatam cum vnum hominem multum in potentia eleuare voluerint, aut multum ditare, vel honorare; necesse est, vt alios deprimant, & depauperent, nam tota potentia, & diuitiae, & honor alicuius domini temporalis in seruos suos sufficienter distributa sunt, si ergo aliquem alium vult ditare, vel ad magnam potentiam, siue honores eleuare, cum non habeat aliqua alia praeter ea, quae seruis suis distributa erant; necesse est, vt vni tollat ad alteri largiendum; vnus deprimat ad alterum eleuandum.

Et hoc est, quod obiicit Boetius contra pecunias in secundo, de consolatio, probans, quod felices non faciant, quia non faciunt vnum diuitem sine alterius paupertate, vt patet in Prosa quinta eiusdem, cum dicitur, at eadem; scilicet pecunia, si apud vnum quanta est vbiq; gentium congregetur, ceteros sui inopes fecerit, & vox quidem tota pariter multum replet auditum, vestrae vero diuitiae, nisi comminuta in plures transire non possunt; quod cum factum est pauperes, necesse est faciunt, quos relinquunt. oigitur angustas inopesque diuitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quemlibet sine ceterorum paupertate non veniunt: Deus autem non est huiusmodi conditionis, nam est potentia infinita, ideo licet nunc multos diuites fecerit non depauperando istos, potest aliquo modo ditiores facere, quia diuitiae eius nulla largitione exhauriuntur.

Nam infinitum est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid ultra sumere: huiusmodi sunt diuitiae Dei, potest quotidie facere plures diuitias quae facta sunt, & sic de honore, & potentia, & fama, & robore corporis, & acutis intellectus, nam ista multis distribueret, nihil tollendo eis, potest multo pluribus talia concedere, & sicut est de istis, ita est de gratia gratum faciente, quia licet eam multis dederit,

adhuc potest multos alios gratificare, & sic Deus volebat dare Iudæis terram bonam, quia promiserat patribus eorum, ad hoc autem non erat necesse ei expellere populos Chanæeorum de terra sua: nam illis non expulsi poterat Deus providere Iudæis de alia terra, ita bona, aut meliori, nulli alteri genti nocendo: nam potuisset deserta Arabiæ quæ sunt terra vastissima, & tunc inhabitata ex defectu aquæ, & indispotione terræ, facere optimæ complexionis, & abundantissimam in fructibus, ita quod Israël: optime ibi moraretur, & adhuc melius, quàm in terra Chanaã, quia tamen Deus est infinite bonus, & ob hoc sibi soli competit, ut ex eo, quod malum est bona eliciat, ut ait Boetius, de consol. lib. 4. Prosa. 6. cum populi Chanæeorum mererentur expelli de terra sua propter malitias suas, & Deus eos expulsurus erat atque deleturus, etiam si nullam aliam gentem ad terram illam introducere deberet, & tamen ex hoc malo, quod erat poenale, scilicet Chanæos expelli de terra sua, elicit hoc bonum quod erat Israelitas introduci in illam, & ista est clara mentio litere, scilicet non enim propter iustitias tuas, & equitatem cordis tui ingredieris, ut possideas terram eorum, sed quia illæ egerunt impietatem introeunte te deletæ sunt, ideo antequam iniquitates istarum completæ essent, Deus non expulit eas, nec tradidit terram Iudæis, sic patet Gene. 15. cap. cum promississet Deus Abrahe, quod in quarta generatione introduceret progeniem suam in terram illam, reddidit causam quare non inmediate introducebat dicens: nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque in præsens tempus, istas ergo Deus propter iniquitates suas expulit, ita autem elegit, non quia tu bonus eras, sed quia sic iurauerat patribus tuis, impietates autem istorum fuerunt carnalia vitia enormia, Leuitici decimo octavo capit.

Deus ex malo bonum elicit & hoc soli ipsi competit.

Non enim propter iustitias tuas. Id est propter opera tua iusta. Et equitatem cordis tui. Id est rectitudinem voluntatis interiorum ad bene operandum, in his duobus omne bonum opus perficitur, scilicet in bona, & recta voluntate, & debita executione. Ut completeret verbum suum. Quasi dicat, gentes istæ delendæ erant propter peccata sua, & quia terra vacua manere non debebat, aliqua alia gens introducenda erat. Quare autem te magis quàm alias gentes introduceret, non fuit, quia iustior eras, sed ut Deus completeret, quod iurauerat patribus tuis. Cum durissima cervicis sis. Id est valde inobediens: non enim voluisti Deo recte subijci. Et arguit sic Moyses, quodlibet malum facit hominem iniustum esse, quantomagis cervicis duricies. Est enim inobedientia quocumque vitio maior, quia idolatriæ comparatur primo Regum, decimo quinto capit. melior est enim obedientia quàm victima, & aufcultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nole acquirere: est enim obedientia excellentissima virtus: inobedientia enim inter vitia maximum est per regulam oppositorum habitum. Est enim obedientia virtus, quam Philosophus quinto Ethicorum, iustitiam legalem vocat, quam dicit omnes virtutes excellere, sicut lucifer omnia astra, & est ratio, quia quælibet virtus proprium actum habet, ut temperantia circa delectationes, & tristitias: fortitudo circa timores, & audacias, & sic consequenter de alijs virtutibus, iustitia autem legalis omnium virtutum actus habet, & per eam non fornicamur, non maledicimus, non rapimus, non occidimus, non dimittimus scutum in bello, & aliter omne bonum facimus, mala cuncta fugientes, quia lex omnia mala vetat, & cun-

Quibus proficitur op bonum.

Inobedientia, quæ maior quocumque vitio.

Et obedientia virtus excellentissima.

ta bona imperat, scilicet, non fornicari, non laedere, non dimittere scutum in bello, ut patet 5. Ethicorum eodem modo per obedientiam omnia mala cavemus, & bona insequimur, quæ in lege Dei conscripta sunt. differt autem obedientia, siue iustitia legalis ab alijs virtutibus secundum id, a quo operationis regulatio principaliter est: si enim aliquis det elemosinam, quia recta ratio secundum habitum liberalitatis inclinatur ad dandum, secundum liberalitatem operatur, & si ab illicito delectabili abstineat, quia sic ratio recta indicat voluntate inclinante temperatus, vel continens est. si autem elemosinam, quia lex mandat pauperi subveniri, & abstineat a delectabili illicito, quia lex mandat non fornicari obediens, siue iustus legaliter est, idem modus assignabitur in actu mansuetudinis, fortitudinis, & cæterarum virtutum: ideo in obedientia idolatriæ comparatur, quia idolatria omnia mala radicaliter continet, sicut in obedientia, ut primo Regum 15. capitu. de nullo alio vitio legimus, quod idolatriæ comparatur.

An iustitia legalis sit obedientia totius legis. Et quomodo intelligatur. Et qua sit comparatio inter iustitiam legalem, & obedientiam. Quæst. 11.

Deum fuit hic, quod iustitia legalis est obedientia totius legis, quod quidem non est simpliciter verum, nam si intelligatur hoc, quantum ad ipsos subiectos legi, verum est aliquo modo, & non totaliter, nam multa per iustitiam legalem volumus, quæ non sunt scripta in legibus, quæ tamen darentur perfecta legislatio in subditis, non oportet esse prudentiam, sed solam obedientiam, ut ait Aristoteles in tertio Politicor. ex quo videtur, quod quando est perfecta legislatio, sicut semper est, quod subditi non solum indigent obedientia ad faciendum bonum, sed etiam prudentia, quia aliqua bona sunt, quæ sunt extra legem: etiam ad quæ tamen dirigit iustitia legalis.

De prælatis autem, & dominis manifestum est, quod non est in eis idem obedientia, & iustitia legalis, quia obedientia non debet esse in eis, cum obedientia sit respectu alicuius maioris.

Aliqui tamen voluerunt, quod iustitia legalis simpliciter esset obedientia totius legis: lex enim omnia bona præcipit, ut patet quinto Ethicorum, cum aliquis agit aliquod bonum, quia mandat lex, vocatur iustus legaliter, & isto modo actus omnium virtutum possunt cadere in iustitia legali, si autem aliquis non fornicetur, quia turpe est, solum temperatus est, si autem non fornicetur, quia lex vetat fornicari, obediens est, & hoc tenet aliquantulum Franciscus de Mayronis super tertium summarium. Sed non proprie dicitur, quod iustitia legalis sit obedientia. Primo, quia iustitia legalis est amplior, & nobilior quàm obedientia, amplior quidem, quia obedientia solum extenditur, quantum ad ea quæ in lege scripta sunt, vel a rectoribus politiarum mandantur, iustitia autem legalis comprehendit omnem actum humanum: nullus est enim actus, siue de quo data est lex, siue de quo non est data, quin ad bonum commune ordinare non possumus, ad plura ergo valde iustitia legalis quàm obedientia est. Item secundo, quia iustitia legalis est nobilior, altior, & perfectior quam obedientia, quia nobilior, & perfectior actio est diligere, quàm obedire, pater quia obedientia est dispositio ad finem, finis autem fructuosis in ipso amore consummatur, sed iustus legaliter facit omnia quæ communitati expediunt, non quidem, quia lex mandat, quia dato, quod lex non mandaret faceret, sed quia sunt bona, & vitia communitati, in quantum diligit cõitatem,

obediens

obediens autem solum aliquid agit, quia lex mandat, vel ipse rector politiarum, ergo perfectior est iustus legalis. Item si iustitia legalis esset obedientia omnium legum, non esset finis legalis iustitia bonum commune, sed obedire legi, & licet obedire legi faceret ad bonum commune, quia lex recta quæ non est apostediamenos ordinat omnia in bonum cõe, ut ait Philosophus in 5. Ethicorum. in principi. intentio tamen facientis esset per se ad obedire legi, per accidens autem ad procurare bonum commune, sed contrarium vult Philosophus in 5. Ethic. nam dicit, quod iustitia est ad bonum commune alterius, & particularis iustitia directe est ad bonum alicuius particularis. Iustitia legalis est directe ad bonum commune, & per se, ergo non debet primo intendere obedire legi, sed bonum commune. Item patet hoc, quia iustitia legalis dicitur preciosissima virtus inter ceteras, sicut lucifer & hesperus inter stellas, ut patet 5. Ethic. in principi. & hoc est, quia est de maximo bono, cum alia virtutes intendunt quædam bona particularia, sed intendere bonum commune est maius bonum quam obedire legi: ergo iustitia legalis est de communi bono, & non est obedientia. Antecedens patet, quia lex posita est propter bonum commune, cum sit quædam mensura, vel regula directiva actuum humanorum in bonum commune, ut est de se nomen. Et patet sæpe in 5. Ethic. nisi sit apostediamenos, id est lex posita sine ratione, quæ proprie non vocatur lex, sed finis semper est nobilior his quæ ad finem, ut patet in Prologo 1. Ethic. ergo bonum commune erit maius bonum quàm obedientia legis, & sic non debemus procurare bonum commune, ut obediamus legi, sed obedire legi, ut procuremus bonum commune. Item patet hoc clarissime, quia iustitia legalis est propria virtus principis, cum ipse sit persona publica, & sicut alij se habent ad bona particularia, tanquam ad bona propria, & ad quæta, ita princeps se habet ad bonum commune, tanquam ad bonum proprium, & ad quæta tum ei, sed princeps nullam obedientiam habet, quia legibus subiectus non est, ut patet instituta quibus modis testam. infirmantur. §. vlti. vbi dicitur, diuus Seneus, & Antonius sapius rescripserunt, licet legibus soluti sumus, legibus tamen vivimus, non ergo pertinet obedientia legalis ad principem, ergo non est obedientia legis iustitia legalis, quæ maxime ad principem pertinet. Si ergo dicatur, quod iustitia legalis est obedientia totius legis intelligendum est, ut supra declaravimus. Memento ne obliuiscaris. Hic ponitur secundum, si peccatorum eorum historica narratio. Quomodo ad iracundiam prouocaueris. Peccare enim malum est, sed memoria peccati bona est, quia humiliorem, & cautiorem hominem reddit, ideo aliquando Deus suos cadere permittit, ut meliores fiant, alicui indirecte magis cecidisse profuit quàm stetit alteri: qui enim stetit se meminit, aut torpore deficit, aut inani gloria cadit, nisi Dei gratia specialissime teneatur. Petro enim magis Christum negasse quàm non negasse profuit, licet negare malum esset, quia testatur Euangelium, quod post negationem amare fleuerit: alij autem Apostoli Christum patienter flebant, Petrus autem se miserimum peccatorem Christum negasse in extimabiliter dolebat, & tam valde precordijs eius doloris sensus immerfus est, ut quæ vis post Christum viderit, & Spiritu sancto repletus fuerit, usque ad mortem quotidianus est meror manserit, ut testatur beatus Clemens in itinerario. Qui autem peccauit, & se peccauisse oblitus est, omnium perissimus est, quia ex obliuione peccati se iustis aequalem facit, magnam ergo oportet peccatorum manere memoriam.

Disti pulcherrimū Cæsarum.

Memoria peccatorum manere debet.

Quando memoria, & recordatio peccatorum est bona, & quando est periculosa. Et distinctio peccatorum elegans. Et quatuor mirabiles regulae circa hoc. Cautela etiam adduntur prudentissima, quo ad recordationem eorum, quæ ad delectationem gustus, & reuerentiam pertinent. Quæstio. 111.

De memoria autem peccatorum distinguendum est, quia recordari peccata ad quotidie deplorandum ea simpliciter bonum sit, tamen in memoria quorundam peccatorum periculum magnum est. Ideo sciendum, quod peccatorum quedam sunt, circa transgressionem rationalis, quedam circa transgressionem irrationabilis, quedam circa transgressionem concupiscibilis. Circa transgressionem rationalis vis datur generalis, quia omnia peccata facta per transgressionem rationalis vis debent tradi continue memoriæ, nec est aliquod periculum in sapissime memorando ea: dicuntur peccata facta per vim rationalem illa, quæ fiunt in tali materia circa quæ, nec intendit concupiscibilis, nec irascibilis, nec est nobis talis materia communis cum pecoribus, ut circa amorem Dei, circa cultum eius, circa honorem parentum, circa desiderium sciendi, circa appetitum famæ & honoris, nam ad ista nullo modo attingunt bestia, sed soli homines. circa omnes istas distinctas materias contingit errare, & bene agere. Est tamen fundamentum circa istam materiam de memoria peccatorum, quod memorari peccata semper valde bonum est, nisi ex memoria peccati reincidamus in illud. Datur ergo propter hoc 4. regule, scilicet, quando ex memoria est periculum reincidendi, & quando non, prima est quam diximus de peccatis factis per transgressionem vis rationalis, quod memoria talium peccatorum nunquam est periculosa, ut si aliquis peccauit diligendo magis temporalia quàm Deum, non est periculosum, quod continue recordetur de illo, vel si peccauit contra cultum, ut si coluit idola, vel obseruauit auguria, vel de Deo male credidit, vel nomen Dei blasphemauit, vel in nomine eius periurus fuit, vel sacram Scripturam corrupit, vel scientiam necromanticam, aut aliam prohibitam desiderauit, aut honorem indebitum concupiuit, aut se de aliquo iactauit, aut charitati fraternæ, vel bonis proximi inuidit, vel parentibus non obediuit, & sic de infinitis in hunc modum quorum omnia sunt per transgressionem vis rationalis, memoria istorum utilis est, quia sic cõterimus, nec est aliquomodo periculosa, quia ista non sunt talia quæ secundum se sint delectabilia, & possint peruertere iudicium, & sic beato Petro semper profuit memoria negationis Christi: nam Christum negare pertinet ad transgressionem vis rationalis: nam per solam vim rationalem Christus cognoscitur, & per eandem solam Christum negatur, profuit autem, quia quotidie Petrus memorans se tam enorme delictum, quod magis sceleris atque scelestissimum est, commisisse, in consolabiliter dolebat, & erat ei continuus planctus, ac si Christum coram se semper videret morientem, & seipsū quotidie detestabatur viliozem bestijs se existimans, qui suum benignissimū redemptorem instincto ore abnegasset. O bræ Senex ac per hoc ceteris Apostolis dignior, & ipsi Christo quem negauerat acceptior, & foelices ille lachrymæ quæ eum ad tantum dignitatis gradum extulerunt. In memoria huius sceleris nullum periculum erat, quia non poterat apparere delectabile ipsi peccanti, ut rursus ad talia laboretur. Circa transgressionem quæ fit per vim irascibilem est delectandum, & sic secunda regula, quod memoria peccatorum pertinentium ad irascibilem nunquam est periculosa, sed sem-

Prima regula.

De memoria autem peccatorum distinguendum est, quia recordari peccata ad quotidie deplorandum ea simpliciter bonum sit, tamen in memoria quorundam peccatorum periculum magnum est. Ideo sciendum, quod peccatorum quedam sunt, circa transgressionem rationalis, quedam circa transgressionem irrationabilis, quedam circa transgressionem concupiscibilis. Circa transgressionem rationalis vis datur generalis, quia omnia peccata facta per transgressionem rationalis vis debent tradi continue memoriæ, nec est aliquod periculum in sapissime memorando ea: dicuntur peccata facta per vim rationalem illa, quæ fiunt in tali materia circa quæ, nec intendit concupiscibilis, nec irascibilis, nec est nobis talis materia communis cum pecoribus, ut circa amorem Dei, circa cultum eius, circa honorem parentum, circa desiderium sciendi, circa appetitum famæ & honoris, nam ad ista nullo modo attingunt bestia, sed soli homines. circa omnes istas distinctas materias contingit errare, & bene agere. Est tamen fundamentum circa istam materiam de memoria peccatorum, quod memorari peccata semper valde bonum est, nisi ex memoria peccati reincidamus in illud. Datur ergo propter hoc 4. regule, scilicet, quando ex memoria est periculum reincidendi, & quando non, prima est quam diximus de peccatis factis per transgressionem vis rationalis, quod memoria talium peccatorum nunquam est periculosa, ut si aliquis peccauit diligendo magis temporalia quàm Deum, non est periculosum, quod continue recordetur de illo, vel si peccauit contra cultum, ut si coluit idola, vel obseruauit auguria, vel de Deo male credidit, vel nomen Dei blasphemauit, vel in nomine eius periurus fuit, vel sacram Scripturam corrupit, vel scientiam necromanticam, aut aliam prohibitam desiderauit, aut honorem indebitum concupiuit, aut se de aliquo iactauit, aut charitati fraternæ, vel bonis proximi inuidit, vel parentibus non obediuit, & sic de infinitis in hunc modum quorum omnia sunt per transgressionem vis rationalis, memoria istorum utilis est, quia sic cõterimus, nec est aliquomodo periculosa, quia ista non sunt talia quæ secundum se sint delectabilia, & possint peruertere iudicium, & sic beato Petro semper profuit memoria negationis Christi: nam Christum negare pertinet ad transgressionem vis rationalis: nam per solam vim rationalem Christus cognoscitur, & per eandem solam Christum negatur, profuit autem, quia quotidie Petrus memorans se tam enorme delictum, quod magis sceleris atque scelestissimum est, commisisse, in consolabiliter dolebat, & erat ei continuus planctus, ac si Christum coram se semper videret morientem, & seipsū quotidie detestabatur viliozem bestijs se existimans, qui suum benignissimū redemptorem instincto ore abnegasset. O bræ Senex ac per hoc ceteris Apostolis dignior, & ipsi Christo quem negauerat acceptior, & foelices ille lachrymæ quæ eum ad tantum dignitatis gradum extulerunt. In memoria huius sceleris nullum periculum erat, quia non poterat apparere delectabile ipsi peccanti, ut rursus ad talia laboretur. Circa transgressionem quæ fit per vim irascibilem est delectandum, & sic secunda regula, quod memoria peccatorum pertinentium ad irascibilem nunquam est periculosa, sed sem-

Apostrophæ in principis Apostolorum laudem.

semper vitis, dicuntur peccata facta per vim irascibilem illa, quae sunt in ira, & passione irae, ut occidere, percutere, maledicere, detrahere, falsum testimonium dicere, infamare, & similia: si enim aliquis occiderit alterum, & semel doleat occidisse, non est periculosum quod semper, & continue memoretur illam occasionem, quia semper illa apparebit, ut mala, & detestabilis, nec per memoriam eius deducitur homo ad desiderandum facere ea iterum, quia ista non possunt apparere bona cum secundum se sint mala, licet appareant bona propter alterum ipsi irato qui intendit vindicare iniuriam, vel contempum, se dato autem animo a passione irae, & cessante causa priore quoad quae talia in memoriam evenerint, iudicabuntur mala atque detestanda, eadem ratio est in perituro esse, percussisse, infamasse, falsum testimonium dixisse, & sic de ceteris in hunc modum, quae pertinent ad irascibilem: nam in illis nullum periculum est recolendo ea. Circa transgressionem quae fit per concupiscibilem est distinguendum, nam quaedam sunt quae concupiscuntur, & sunt spiritualia, ut honor, scientia, fama, favor populi, potentia, & sic de alijs, & concupiscencia istorum non pertinet ad vim concupiscibilem, quia vis concupiscibilis, & irascibilis sunt nobis communes cum bestijs, sed nulla bestia desiderat honorem, scientiam, famam, potentiam, & similia, desiderium ergo istorum non pertinet ad vim concupiscibilem, sed ad appetitum ratiocinativum qui est spiritualis, & sic peccare in talibus fit per transgressionem vis rationalis, & non concupiscibilis, ideo reducuntur ad primam regulam de transgressionem rationalis vis. Alia est concupiscencia quae est ad res corporales, & ista est duplex, quaedam ad res vitales, alia ad delectationes. prima quae est ad res vitales secundum quid pertinet ad rationalem, & aliquo modo ad concupiscibilem, sed magis ad rationalem: nam sicut desiderare potestatem, & dominium pertinet ad vim rationalem, ita desiderare dominium super res quae possunt possideri, pertinet ad rationalem, & patet, quia sicut bestia non desiderat honorem, vel dominium ad inuicem, ita nec desiderant aliquid possidere, nec quicquam possident cum nesciant quid sit quicquam possidere, aliquo tamen modo ista concupiscencia pertinet ad vim concupiscibilem, in quantum pleraque de vitibus coincidunt cum delectabilibus, quae proprie pertinent ad vim concupiscibilem. Circa primum horum, scilicet transgressionem, quae fit per concupiscibilem rerum vitium, est quando aliquis furatur, vel violenter rapit, aut per usurarios contractus, aut symoniacos, aut quascunque alias extorsiones acceperit ab altero aliquam de rebus possessis, & tunc fit 3. regula, quod memoria peccatorum quae fiunt per transgressionem concupiscencia rerum vitium nunquam est nociva, sed semper fructuosa, ideo si aliquis rapuit bona alterius, & sepe postquam semel penituit, recordatur de illo furto, vel rapina, aut alijs fraudibus, magis dolebit, nec est periculum aliquod, quod per huiusmodi memoriam inclinetur ad faciendum iterum tale malum, quia non proponitur in ratione talis delectabilis, quod immediate alliciat ad agendum. Circa transgressionem quae fit per concupiscenciam, delectabilis datur 4. regula, quod memoria peccatorum per transgressionem in delectatione tactus, & gustus est periculosa, si quod per talem memoriam facile illi qui memoratur, potest incidere in peccata priora, ratio diversitatis est inter ista, quia illud malum, quod apprehenditur per transgressionem rationis, vel malum quod apprehenditur per transgressionem irascibilis, non sunt talia quae apprehensa moueant ad fruendum ipsius, ideo etiam si aliquis recordetur eorum, non mouetur ad operandum secundum illa, irascibilis namque

Secunda regula.

Tertia regula.

Quarta regula.

movetur ad prosecutionem iniuriae, quod non est bonum secundum seipsum, immo durum, & terribile, sed movetur per tristitiam, quia omnis iratus agit tristatus, ut ait Aristoteles in 7. Ethic. & tristitia pro tunc agit apparere bonum id, quod non est, unde si illius vindicta proponatur alio tempore in quo non sit motus irae insurgens ex iniuria, vel contemptu, iudicabit malum esse prosequi vindictam. Delectabile autem quomodo-cunque proponatur, mouet ad delectationem, & fruitionem sui, cuius fundamentum est, quia totum bonum, & felicitas cuiuslibet hominis, aut alterius animalis consistit in quadam delectatione, delectationes autem sunt diuersae, quia quaedam sunt secundum intellectum, quas vocat Aristoteles delectationes secundum Philosophiam, ut patet 2. Polit. aliae sunt delectationes secundum corpus, quae sunt in actu cuiuslibet potentiae, qualeslibet namque potentia bene disposita habens obiectum perfectum a quo immutetur, habet delectationem in illa immutatione, ideo visus in videndo delectatur, auris in audiendo, gustus in gustando, tactus in tangendo, delectationes autem tactus, & gustus sunt grossiores, delectationibus aliarum potentiarum, & communiores nobis cum bestijs: nam bestiae solo tactu, & gustu delectantur, licet ceteras potestates habeant, ut declarat philosophus in 3. Ethic. cap. de temperantia, homines etiam communiores habent inter se istas quam ceteras: nam ex naturitate incipiunt delectari secundum gustum sumentes cibum, & consequenter in cibis, potibus, & tactibus succedere etate, ex quo concludit Aristoteles in 7. Ethic. cap. vlti. quod delectatio est summum bonum cuiuslibet rei, quia omnes res inclinantur in delectationem, & omnia agunt propter delectationem, licet non sit eadem delectatio omnibus, quia tamen communiter delectationes tactus, & gustus sunt magis corporales, & magis notae, has solas desiderant cum dicit, & persequi autem omnia, & bestias, & homines delectationem signum quoddam eius, quod est esse aliquam optimum, ipsa fama autem non omnino perditur quam populi multi famant, & postea subiungitur, sed assumpserunt nominis hereditatem corporales delectationes propter, & plures inclinare in ipsas, & plures participare ipsas, propter igitur solas cognitatas esse has solas existimant esse. Patet ergo ex his, quod delectabile, quod est in tactu, & gustu, cum apprehenduntur mouent ad fruitionem sui, cum ipsa accipiuntur, ut maxima bona fruibilia. id autem in quod tendit irascibilis non est aliquid fruibile, ideo non, ita mouet, sicut delectabile: nam ad prosecutionem vindictae solum mouemur existente motu irae, & si proponatur nobis prosecutio vindictae non existente motu irae non mouebimur, proposito autem delectabili, siue habeamus passionem actualiter insistentem, siue non habeamus, mouemur ad fruendum illi: nam si passio est ipsa impellit, si autem non est delectabile ipsum confessum mouet eam ex fundamentum supra posito. Et ex hoc infert philosophus correctorium in 7. Ethic. in capi. de comparatione concupiscibilis, & irascibilis, si quod ira audit rectam rationem, vel phantasiam syllogizantem, si quia audit primum syllogismum in quo concluditur, quod debet sumi vindicta, sed non audit secundum in quo debet concludi qualiter sit sumenda, & quantum, & propter hoc errat, ut latius declarauimus Exodi 20. cap. concupiscibilis autem nullo modo audit rationem, vel phantasiam syllogizantem, sed immediate ut proponitur, siue per phantasiam, siue per rationem, quod aliquid est delectabile, mouet ad fruitionem, & vtriusque memoria sunt quantum ad delectationem tactus, & gustus: nam vtraque mouet ad fruitionem, & vtriusque memoria periculosa est, sed magna differentia inter ista est, quia

Delectatio est cuiuslibet rei summum bonum.

Nota de ira.

Nota cautelas in recordatione gustus, & voluptatis.

Patet hoc & ex Epistola Hieronymi ad Eustoch.

recordatio circa peccata quae sunt in transgressionem A gustus, non sunt ita periculosa, sicut peccata per transgressionem tactus, quia quantum-cunque aliqua delectatio est maior, tanto magis mouet, delectatio autem quae est in tactu, si quantum ad actus venereos fortior est quam ea quae in gustu, & sine aliqua comparatione magis mouet quam delectatio quae est in gustu, patet enim in amantibus, quia amantes fortissime maxime illi qui habent amorem hereros quae est quadam passio de qua late diximus Gene. 29. cap. isti namque amando deficiunt, & frequenter moriuntur, amor namque fortissimus est, ut ait Seneca in tragedia 4. quae incipit Hyppolitus, tragedia septima, quae incipit Medea, de quo late diximus Gene. 29. cap. desiderium autem alicuius cibi qualiter-cunque ille apparatus sit non cogit hominem deficere, dum tamen homo habeat alia quaecunque grossa cibaria quibus vescatur, multae quoque aliae fortitudines, & difficultates sunt in hac concupiscencia venerea, quae non sunt circa delectationem tactus, & gustus, de quibus longum esset hic cuncta cogere, sed in multis locis particulatim dictum est. immancere ergo cogitationi alicuius istorum valde periculosum est: nam inmediate, ut apprehenduntur, concipiuntur, ut per se bona, & mouent ad suam fruitionem, unde contingit, quod ille qui recordari volebat eorum, ut doleret, versa vice incipit delectari, & assurgere in eorum desiderium. Si ergo aliquis peccauit in transgressionem circa delectabile, quod est in gustu vescendo cibariis multum delicatis, & apparatus, & nimis saporosis, recordari istorum satis magnus labor est, & si recordatio fiat, debet esse cum magna cautela quantum ad duo, scilicet quantum ad recordationem circumstantiarum particularium, & quantum ad immanitatem diuturnam, vel non diuturnam talis recordationis primum est, quod cum voluerimus recordari de peccato facto circa tale delectationem gustus, quod non recordemur, vel non inquiramus particulatim omnes circumstantias illius delectationis, si quod non recordemur de omnibus apparationibus talium ciborum, vel potuum, nec recordemur, quomodo delectabamur, quando fumebamus tales cibos, aut potus, vel quomodo nobis erat ad superabundantiam, vel quotiens assumebamus: nam ista particulatim considerata multum mouent appetitum ad fruitionem. si ergo voluerimus recordari talis peccati ad dolendum de eo, solum oportet sic recordari, quod grauiter peccauimus, assumendo cibos illicitos tempore, vel personae, & sic transire. Secundo attendendum circa hoc est, ut non immoremur multum tali memorati: nam dato, quod solum consideremus vniuersaliter, si longa memoratio est, reducet nos ipsum delectabile ad considerationem particularem, & tunc stabit in conueniens, quod ante, saepe namque etiam nobis nolentibus recordari de talibus delectationibus insurgit ipsa cogitatio propter fortem impressionem quae in phantasia est, & tunc, aut nos fortiter tribulant, aut confusibiliter superant. Sic dicebat Maria Aegyptiaca, quae cum stetit 29. annis in deserto habens secum solos tres panes, qui duri erant versi quasi in naturam lapidis, ita ut essent incommestibiles, & carens vestibus tot annos patens ardenti soli, & gelido aquiloni, durissimos tolerauerat labores, & tamen post haec omnia surgebat ei cogitatio de delectationibus cibi, & potus, quas habuerat in Aegypto sic dicitur libro qui de vita eius metricis scriptus est: *Pisces Aegypti humique cupido relicti Me miseram tangunt, & ea vehementius angunt.* Circa transgressionem peccatorum per transgressionem actuum venereorum adhuc maior cautela adhibenda est, cum maius periculum sit, ut supra probatum est, & in hoc dicendum est, quod memoria qualiscunque

in vitis adhuc potentibus, & in iuuenibus, qui adhuc fortes stimulos sentiunt, satis periculosa est: difficile est enim, quod non delectemur in eo, quod nobis delectabile est, si ad memoriam reduxerimus, ideo illis qui adhuc fortes stimulos sentiunt, licet de malis praeteritis poenitere incipiant, consultius arque melius est, non reducere ista peccata ad memoriam, & si velint dolere de malis commissis, doleat de alijs malis, & non de istis pro tunc: nam satis superque satis eis est labores tolerare insurgentes ex ipsa concupiscencia per se ipsam nullo reducere eam ad memoriam, quanto magis si nos ad memoriam reduxerimus? Si tamen aliquis sit taliter dispositus forte per labores nimios, & abstinentias fortes, quae carnis edomant igniculum, ut a memoria talium cito non superetur, adhuc distinguendum est. Quia istud peccatum actus venerei aliquando fuit per fortem amorem, aliquando per paruum, aut nullum. Pro quo considerandum, quod aliqui homines mouentur ad actus venereos, ad solam explorationem libidinis, scilicet ad captandam delectationem quae est in actu venereo, & extinguendum, vel mitigandum illum stimulum cruciantem, & non se determinant ad aliquam certam foeminam, sed quaecunque apponeretur, in qua possit expleri libido sufficeret, & amplius non curarent, & tunc amor nullus est qui est affectio ad aliquam personam sub ratione talis delectabilis venerei: & hoc etiam non est forte, nam pro tali desiderio non multum homo cruciatur, nec apponeret se ad magna pericula. Aliquando mouetur homo ad desiderium actus venerei, & non indistincte, sed ad explendam libidinem cum quacunque, sed ad certam personam quae apprehenditur sub ratione magni boni, & magni delectabilis, ita quod illa persona amatur sub isto amore, & si alia quaecunque apponeretur non moueretur in illam, immo displiceret, & tunc est hoc quoddam terribile, quod omnia frangit, omnia destruit omnia domat, viros quoque ipsos fortes ad veras compellit lachrymas, & facit eos torpere atque deficere, & ad nihil vitales esse, ut patet de viro Galo diligente & deficientem in amorem illius, de quo multa pulchra, & tenera, Virgilius in libro Bucolicorum ecloga decima, quae incipit, *Extremum aeterna mihi concede laborem.* Idem patet de Achille qui ardens amore Polixene est esset in bello Troiano iacebat in lecto pulsas musica instrumenta, cum esset fortissimus vir dimittit alios ire ad bellum, cum sine ipso nihil proficerent, de quo Ouidius in libro Epistolarum in Epistola Briseidis ad Achillem quae incipit, *Quam legis a rapta Briseide litera venit.* Amor iste vrit, lanat, & fortes viros ad indigna officia subijcit, ut patet de Hercule viro fortissimo, qui propter amorem Ioles filiae regis Aetholiae seruitia puellae fecit mendo, & domum verredo, & se vestibus inuoluit libetibus induendo; de quo Ouidius in libro Epistolarum Epistola Deianire ad Herculem quae incipit, *Gratulor Aetholiani viridis succedere nostris Victorem vita subiebitur queror.* Idem patet per Ouidium, in libris Fastorum, de hoc meminit Ioannes Bocatius de Certaldo in libro de casu, & ruina Principum, & Seneca tragedia 4. carmine 3. quod incipit: *Diuina non uti.* Et dicit: *Natus Alcmena posuit pharetras: Et minus vasti spoliis Leonis. Passus aptari digitis smaragdos: Et dari legem rudibus capillis. Crura distincto religavit auro: Luceo plantas cohibente focco,*

Et

*Et manu clauam modo qua gerebat
Fila deduxit propeuante iuso.*
Sicut hoc viris intoleabile malum ad omnia eos impellit, ita foemine si talem amorem conceperunt ad fortia opera, & supra earum conditionem efferuntur, patet de Phedra amate Hyppolitem, vt ait Seneca tragodia 4. in tertia parte carminis. 4. qua incipit,
*Quis me dolori, Cum diceret ipsa:
Me, vel sororem Hyppolitem, vel famulam voca
Famulam potius omne seruitium feram
Non me per altis ire si iubeas nives
Pigeat gelatis ingredi pindi ingis
Non si per ignes & infesta agmina
Cunctis paratis ensibus peccus dare
Mandata recipe scepra me famulam accipe.*

Circa ista duo ergo licet vtriusque periculosa sit memoria, valde tamen distant: nam memoria actus veneri primo modo qui ad solam libidinem explenda fuit, quia amorem nullum habuit incitantem, non est ita difficile memorari, vt si quis recorderet se peccauit se cum meretrice, ad quam amor nullus est, nisi libidinis solius causa explende, non erit valde difficile. Nisi forte cum actus iste memorandi aduenisset, ipse quod eum habet, passionatus existeret, quia tunc ad quodlibet facillime cadit. Ideo generaliter cauendum est, vt quodcumque aliquis vt penitentem de actu illicito venereo, habuerit passionem concupiscentiae actualiter insurgentem, ne reducat ad memoriam delicta sua per actum venereum perpetrata qualitercunque illa fuerint: nam putas se per hoc reducere ad dolorem magis inducet sibi concupiscentiam: nam si eam quae nobis nolentibus in surgit, pugnare non possumus, quanto magis contra illam quae a nobis voluntariis inducitur? Sunt etiam consideranda circa istam memoriam huiusmodi peccati illa duo quae supra dicebamus, de cibo, scilicet, vt non sit consideratio omnium circumstantiarum particularium, quae in hoc actu magis quam in alijs stimulant, scilicet qualis ei delectatio insurgebat ante opus insidente passione, si contingeret. Item de diuersis actibus, & alijs partibus, quae periculose cogitantur atque periculosius enarrantur: nam si ad ista veniamus nullus est qui non cadat. Cauendum est secundum, vt et si in vniuersali ista recorderemur, vt non immoremur tali cogitationi vniuersali: nam ex cogitatione vniuersali cui immoramur, insurgit particularis cogitatio: cui natura nostra ad hoc valde prompta sit, & etiam nobis nolentibus eueniunt cogitationes particulares circa talia. Circa alterum membrum, scilicet circa transgressionem quae est in actu venereo dirigendo ad aliquam personam singulariter, secundum, quod supra dicebamus, regula vniuersaliter danda videtur, quod talia ad memoriam reducere periculosissimum valde est, & nullus homo quantumcumque eleuatus deberet ista ad memoriam reducere: nam amor iste nimis viscera penetrat, & emollit, & fortissimas vires habet, talis namque post multa tempora recrudescit, & integer redditur, ita vt fortes viros superet auferendo virtutis rigorem, & viscera foeminae inducendo. Vnde Ouidius in 2. lib. de remedio amoris demonstrat non esse videnda, nec ad memoriam reducenda loca, & tempora, & alias circumstantias secundum quas aliquis delectatus fuit cum ea, quam singulariter diligebat dicens:

*Et loca saepe nocent, fugito loca consilia vestri
Concubitus, causas mille doloris habent.*

O Deus quam terribile quid. Opera enim fortitudinis circa maxima terribilia viros fortes non terrent, haec autem tantum corda fortium emolliunt, vt ad lachrymas teneras compellant, quia fortis est, vt mors dilectio, vt patet Canticorum 8. ca. nam iam pedes eius iam

Amoris potentia.

F pades ignis atque flammarum, aquae multae non poterunt extinguere eam, & flumina non obruent illam. Ab hoc ergo periculo securi non sunt, nisi qui totaliter ea a memoria eraserunt: huiusmodi autem terribile quantum est nulli scitum, nisi qui aliquoties experti sunt: proferant ergo sententiam qui viderunt, quod ab hoc dulci periculo, atque delectabili malo, & amara iocunditate, summo opere cauendum est, quod nemini contingere arbitror, nisi ei qui totaliter a memoria exclusi fuerit. Cauendum ergo tanquam ab igne, & venenato serpente huiusmodi rem ex quacumque causa saltem leuissime recogitare, quia ex hoc verus ignis exardescit. Multae quoque aliae circumstantiae, & modi circa istam transgressionem sunt, quarum quasdam attingere impossibile videtur. Alias autem licet dicere possemus, subicere conuenientius est, ne in vltimus stilus protendatur, de materia amoris, & remedij eius, & aliquibus satis vtilibus circa hoc latius dicitur (Deo dante) super 13. cap. secundi. Reg. & ibi videre poteris. *In solitudine.* Id est in deserto: in eo enim multotiens Deum ad iracundiam prouocauit, vnde Deus de eis conuenitur, quod decies eum ad iram prouocauerint Nume. 14. cap. *Ex eo die quo egressus es de Aegypto.* Id est de Ramesse in qua habitabant, vt patet Numeri 33. c. antequam transirent mare rubrum contra Deum murmurauerunt videntes Pharaonem super se venientem, & ista fuit prima murmuratio Exodi 14. cap. deinde murmurauerunt in deserto Syn pro pane, & carnibus Exodi 16. cap. deinde in Raphidin pro aqua Exo. 17. cap. *Vsq; ad locum istum.* Id est vsque ad loca planiora loca Moabiturum contra Phantum Phegor, & super Iordanem, vbi Moyses ista loquebatur, vt supra 3. cap. *Semper aduersum dominum contendisti.* Inobediens mandatis eius, & non habens cor perfectum, & fidele cum eo. *Nam in Oreb.* Id est in monte Synai. *Prouocasti eum.* Vitulum fabricando, & adorando, dum Moyses maneret cum domino in monte Exodi 32. cap. *Iratus delere te voluit.* Dixit enim mihi dimitte me, vt irascatur furor meus super eos, delebo eos, te autem faciam in gentem magnam. *Quando ascendi in montem.* Id est postquam ascendi, quia in vltima die qua veniebat Moyses de monte, ipsi adorauerunt primo vitulum Exodi 32. cap. *Vt acciperem tabulas pacti, quod pepigit vobiscum dominus.* Istud est pactum decem praceptorum: nam decem praepcepta sola erant scripta in tabulis illis lapideis, vt patet supra 4. cap. cum dicitur, & ostendit vobis pactum suum, quod praepcepit, vt faceretis, & decem verba quae scripta sunt in duabus tabulis, & propter hoc arca quae erat in sancta Sanctorum, vocabatur arca foederis, vel arca testamenti, quia in ea continebantur tabulae lapideae habentes in se decem praepcepta, quae erant pactum Dei, vel foedus, siue testamentum, quod idem significant, hoc autem fuit foedus inter Iudeos, & Deum, quia licet ista praepcepta decem essent de iure naturali & pertinerent ad omnes gentes, tamen Deus specialiter petiuit a Iudaeis, vt seruarent ea, & ipse promissit, quod si ipsi seruarent ea, daret eis bona multa, & acciperet eos in populum peculiarem de cunctis gentibus, & ipsi promitterent ea seruare, & sic fuit factum pactum ex consensu vtriusque partis, cum dicitur Exodi 19. cap. vos ipsi vidistis quid fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi, si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiarem de cunctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. ad completionem autem huius pacti secutus fuit consensus populi, vt patet eo. cap. cum dicitur, responditque vniuersus populus simul, cuncta quae locutus est dominus faciemus, & post hoc venit Deus ad dicendum verba pacti huius,

& incepit dicere decem praepcepta, vt patet ibidem A consequenter Exodi 20. cap.

De pacto Domini cum Israelitis, & quae in eo pacto comprehenduntur. Quae. IIII.

E T sciendum, quod non solum est pactum Domini cum Israel pactum de decem praepceptis: nam etiam pactum est de praepceptis caeremonialibus, & de praepceptis iudicialibus, & patet quia, sicut ad confirmationem aliorum pactorum inter homines fiebat diuisio alicuius animalis in partes, vt transiret paciscentes, vt patet Gene. 15. cap. secundum, quod ibi late declaratum, & aliquando fiebat confirmatio pacti occiso aliquo animali, & spargendo sanguinem super ipsos paciscentes, ita Moyses confirmans pactum inter Deum, & populum facta immolatione, aspersit populum sanguine, & altare, & librum legis, vt patet Exodi 29. cap. cum dicitur hic est sanguis foederis, quod pepigit vobiscum dominus super cunctis sermonibus his, sed constat, quod tunc in libro legis, quem ipse monstrabat, erant scripta decem praepcepta, & praepcepta caeremonialia, atque iudicialia quae continentur Exodi 21. & 22. & 23. cap. nam in cap. 24. consequenter eundem libri dicitur quomodo Moyses descendit de monte, & narrauit omnes sermones Domini, & postquam consentit populus sequitur ibidem, scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini, & sic intelligebatur de praepceptis decalogi quae iam praepcesserant, & de praepceptis caeremonialibus, atque iudicialibus, quae tunc data fuerunt, de ista confirmatione foederis Apostolus ad Hebraeos 9. cap. vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est: lecto enim mandato legis a Moysse vniuerso populo capiens sanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens hoc est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus, vocatur tamen pactum Dei principaliter pactum, quod continetur in duabus tabulis, scilicet decem praepcepta, quia illud pepigit Deus per se cum Hebraeis, scilicet per Angelum suum, caeremonialia autem, & iudicialia per Moysen pepigit cum Israelitis. *Et perseverati in monte quadraginta diebus ac noctibus.* Scilicet prima vice qua ascendi pro primis tabulis. *Panem non comedens, & aquam non bibens.* Quia sola Dei visione abundantissime pascebatur: non enim in solo pane viuunt homines, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, vt patet praecedenti cap. *Dedit mihi dominus duas tabulas lapideas.* Scilicet in fine quadraginta dierum. *Scriptas digito Dei.* Id est ministerio Angelorum, de his magis diximus Exodi 34. cap. *Continentes verba omnia quae vobis in monte locutus est de medio ignis.* Id est decem praepcepta quae vobis in monte Synai in voce tubae locutus est. *Quando concio populi.* Id est multitudo, vel congregatio de coeo, cois, id est coniungo; vel de cunctis, a, um, *Congregata est.* Id est in die quo tota multitudo exiuit de tentorijs suis, & congregata est circa radices montis Synai, vt audiret legem, in Hebraeo habetur. *In die populi.* Id est in die quo congregatus est populus. *Et idem est tabulas foederis.* Id est in quibus scriptum erat pactum, vel foedus, quod pepigerat Deus cum Israel ad futuram rei memoriam. *Quia populus tuus.* Vocauit Deus Israel populum Moysi, quia iam per peccatum non erat populus Dei, vel quia Moyses eis praerat spiritaliter, & temporaliter, & hoc melius videtur, quia subiungitur. *Quem eduxisti de Aegypto.* Et sic totum regimen populi Deus Moysi attribuebat, quare populus eius iuste vocabatur: vel vocat est populum suum, vt moueat eum ad orandum pro eo tanquam pro re sua. *Deseruerunt velociter viam quam de-*

A *monstrasti eis.* Id est doctrinam colendi vnum solum verum Deum. *Fecerunt, sibi conflatile.* Id est vitulum qui per conflationem auri, & argenti opere furorioso fabricatus est. *Rursusque ait dominus ad me cerno, quod populus iste.* Ista exposita fuerunt Exodi 32. & Numeri 14. cap. *Cumque de monte ardente descenderem.* Id est de Synai qui tunc praesente Deo flamma, & fumo operatus erat, vt supra 5. cap. *Proieci tabulas de manibus meis.* Quia cum vos viam Domini deseruissetis colentes idololum, nihil lex proficiebat, ideo ex quadam ira quae magis per zelum quam per vitium dici potest, contregit tabulas, cui enim profutura erant cum Deus omnes subito delere vellet? Aliqui autem Iudaei magis excusare volentes Moysen, dicunt quod cum de monte descenderet Moyses, vidit scripturam tabularum obliterari, vt nullum penitus literarum maneret vestigium tanquam Deo hoc volente, eas tanquam prorsus inutiles confregit, & satis hoc probabile est, sed quocumque modo hoc fuerit, satis constat Moysen in hoc nihil peccasse, quia nusquam legitur de hoc domino fuisse reprehensum, quod tamen fuisset si peccatum commisisset. *Confregitque eas in conspectu vestro.* Et hoc multum releuat, quia in detestationem magni sceleris eorum tabulas legis coram eis fregit, vt ipsi compunctione sceleris hoc videri monerentur. *Et prociidi ante dominum.* Non immediate post fractionem tabularum orauit ante dominum pro populo, sed prius quantum potuit ex officio suo placauit iram Dei occidendo 23. milia Exodi 32. & tunc populum reliquum ne rursus peccarent instruens, Deum aliquoties placatum pro populo oraturus adiuit, non enim ausus fuisset Moyses non castigato populo ad Deum pro eis orare, quia sibi, & illis totalem deletionem formidaret, eis quia peccauerant, & sibi, quia quantum potuisset non correxerat, sicut Heli sacerdos, quia filios non correxit mortuus est. 1. Reg. 2. & 4. cap. & sic Phinees placauit iram Dei cum pugione transfodit Madianitidem cum Zambri Numeri 25. cap. *Prociidi, sicut prius quadraginta diebus.* Et sunt quadraginta dies. *Propter omnia peccata vestra.* Non solum orauit Moyses pro remissione peccati adorationis vituli, sed etiam pro murmuracionibus quas ab exitu de Aegypto contra Deum habuerant: sicut enim patres filios pro paruis erroribus non puniunt, sed si post maiora faciant, & pro maiori, & minori puniuntur, sic Deus deleturus erat Israel propter omnia peccata in Deum, siue magna, siue parua, nisi Moyses rogasset P. salm. 105. & ratio huius est, nam cum Deus sit iustus iudex, oportet vt omnia mala ab eo puniantur, ita vt nullum malum maneat impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum, siue ergo peccata parua sint, siue magna, penam recipere debent, vel quod nos eam nobis imponamus, vel quod Deus eam infligat. rursus sciendum, quod Deus non mouetur ad puniendum nos quandoque peccamus: nam expectat nos Deus, vt misereatur nostri, vt patet Esa. 30. cap. ad hoc, quod Deus moueatur ad puniendum nos, oportet quod peccata sint valde magna, quae immediate mereantur Dei vindictam, vt patet de Chore, Dathan, & Abiron, Num. 16. ca. nam magnum peccatum valde erat manifeste erigi in superbiam contra Dei ordinationem: aliquando autem puniuntur peccata, quia sunt multum iterata, vel quia sunt multa, vt patet Amos. 1. cap. vbi loquitur ad multas gentes cuiuslibet dicens, super tribus sceleribus Israel, vel Iude, & sic de alijs, & super quarto non conuertam eum, & sequitur in quolibet eorum punio, & sic existentibus paruis delictis, vel non multotiens iteratis non punit Deus, & quia delicta manere non debent impunita, seruat omnia ista Deus, siue magna, siue parua pro tempore punitionis, sic patet Exo. 32. cum dicitur, ego autem in die vltionis visitabo, & hoc

Deus quo est iustus iudex.

hoc peccatum eorum, sequitur ergo, quod quando Deus motus fuerit ad puniendum nos, siue pro magnis peccatis, siue pro frequenter iteratis, quod alia peccata quae olim, sine poena reliquerat, nunc puniat, oportet ergo orari pro oibus illis, siue pro magnis, siue paruis. *Et eum ad iracundiam pronocastis.* Hoc pot dupliciter intelligi. Vno modo, quod pro quolibet peccato illum mouebatur Deus ad iracundiam. Alio modo, quod motus erat pro illo peccato immolationis vituli, quod Deus mouetur ad iracundiam pro quolibet peccato: nam quodlibet peccatum offendit suam maiestatem, ideo commouetur contra nos in iram quandocunque peccatum, sic inuuit Apostolus, quod omnes peccantes sunt uasa irae, & oēs boni sunt uasa misericordiae, ut patet ad Rom. 9. c. & alibi nascimur omnes filij irae: nam cum Deus inferendo penas dicatur nobis irasci, cum ergo penas aeternas nobis pro quolibet mortali peccato comminatur, & inflaturus esset, quia ad eas nos de finat, nisi corrigamur, dicitur nobis in quolibet peccato irasci, sicut quando penas corporales infligit: hic autem loquitur scriptura de pronocastione ad iram quod quam infligit temporalis puniatio, ideo est sensus, quod licet per quodlibet peccatum mortale Deus non puniat delinquentem, mouetur tamen aliquantulum contra eum, ita quod promptus est ad puniendum eum, & si alia peccata multiplicauerit punietur. alio modo intelligitur, quod Deus erat pronocastus ad iracundiam pro peccato immolationis, & fabricationis vituli, ideo licet Moyses pro omnibus rogaret, tamen Deus pro hoc concitabatur, Moyses tamen rogabat pro omnibus peccatis, quia si Deus iratus puniret, non solum puniret peccata magna, ut illud peccatum immolationis, sed etiam alia minora, vel quia licet principaliter moueretur propter illud peccatum magnum, tamen quodlibet peccatum aliquid mouebat, & dum plura essent, citius mouisset Deum ad puniendum. *Timui enim iram illius.* Scilicet, quod si pro uobis non rogarem, vos deleteret. *Exaudiuit me dominus etiam hac uice.* Quia alijs uicibus pro eis rogauerat, ut Exodi 14. cap. *Super mare rubrum aduersus Aaron uehementer iratus est.* Non peccauit Aaron totaliter uoluntarie, quia tunc fuisse peccatum suum grauius peccato totius populi, quia iudex, & pastor relictus fuit in populo recedere Moyses Exodi 24. cap. Item, quia ipsi fabricauisset vitulum, qui alios ad idolatriam concitaret, & sic fuisse uoluntas eius, ut populus vitulum adoraret, hoc autem importabile esset, nec post talis homo sacerdos magnus a Deo constitueretur, fuit ergo peccatum Aarō mixtum ex uoluntario, & inuoluntario, ex quo peccati quantitas minor erat, uidebat enim Aarō mortem sibi imminere, nisi vitulum, vel aliquod simulachrum pro Deo confinxisset, elegit autem magis incidere in manus Domini quam in manus populi, & in hoc ualde imperfectus fuit: si enim confusus fuisset in domino, ut non faceret simulachrum, Deus eum ab impetu populi liberasset, uel si non liberasset, melius erat ei per martyrium ab hac uita transire, quam uolendo uiuere populo illicite consentire, & ideo ad talia cogi non debebat, quia ut ait Philosophus 3. Ethic. ad quadam autem fortassis non est cogi, sed magis mori patienter durissima. *Pro illo sum deprecatus.* Ut non deleteret eum, sed dicitur Iudaei, quod pro peccato Aaron mortui fuerunt duo filij eius Nadab, & Abiu in eodem anno in monte Synai, cum inciperent ministrare coram Domino in principio sacerdotij sui, ut Leui. 10. c. & hoc satis probabile est. Et si dicas, quod Nadab, & Abiu pro peccato suo mortui sunt, quia obulerunt ignem alienum. Responderi potest, quod sicut precibus bonorum patrum aliquando Deus filijs gratiam tribuit, ut boni sint, ita aliquando ex demeritis patrum Deus filios in aliquam

Duplex literę expositio.

negligentiam, vel errorem cadere permittit, ut pro illo peccato filij ad dolorem patrum temporaliter puniantur, dum tñ hoc non sit ad mortem aeternam, sic dicitur de istis, quod negligentia, & error, quem in ministracione sacerdotij sui habuerunt, per cruciatum corporeum deletus est, ut uita aeterna consequerentur, Aaron autem ex eorum morte ualde angustiareretur, de hoc latius diximus Leui. 10. cap. *Peccatum autem uestrum, quod fecerat.* Vocat vitulum peccatum, idest materiam circa quam, vel incitatum ad peccatum, proprie autem peccatum uoluntaria actio est. *Omninoque in puluerem redigens.* Scilicet, ut nunquam ad usus hominum conuerteretur, & sic mandatur eis, quod omnia sculptilia gentium totaliter destruant, ne occasione errandi accipiant in eis, ut supra 7. c. *Et proieci in torrentem qui de monte descendit.* Quia si mansissent pulueres auri, & argenti, aliquis adhuc posset illis uti ad aliquid, in aqua autem nunquam inueniri possent, & ab hoc habuerunt doctrinam Iudei, quod puluerem idolorum comminuto riu projicerent in aquis, & sic fecit rex Iosias, quia puluerem idolorum proiecit in torrente cedron. 4. Reg. 23. c. sic fecit Afa rex Iuda, ut patet 3. Reg. c. 15. cōburens simulachrum turpissimum. Et non contingunt ista totaliter eo ordine quo narrantur, quia primo Moyses destruxit vitulum, & proiecit in aquam, postquam descendit prima uice de monte, & deinde ascendit secundario, & orauit alijs quadraginta diebus. Si autem sñ ordinem literę intelligeremus, oporteret fuisse destructū vitulum post secundos quadraginta dies idest post 80. uel sñ aliam opinionē post tertios quadraginta, s. post 120. sed non est uerisimile, quod Moyses reliquisset vitulum tot diebus, ne populus iterum occasione haberet ad idolatrandum. Item, quia est sñ ordinem narrationis quae habetur Exo. 32. c. *In incendio quoque.* Hic superaddit alia peccata, quae etiā Deus eis pepercit, & primo in incendio, idest in loco ubi incensus est ignis, & denorauit extremam partem castrorum. Et hoc fuit immediate post recessum de monte Synai, in quo fecerunt vitulum, quia de monte illo recesserunt in secundo mense secundi anni, & deinde antequam uenirent ad aliquam mansionē, cepit murmurare pro labore itineris, ut Nume. 10. & 11. cap. & tunc incensus est ignis in eos. *In tentatione.* Idest in loco tentationis, s. in Cadesbarne, ubi tentauerunt Deū in petitione aquae. *Et in sepulchris concupiscentiae pronocastis dominum.* Est nomen mansionis quae sic uocatur, quia populus ibi desiderauit comedere carnes, & uenit in eos ignis, siue aliqua pestis, & mortui sunt, & sepulti ibi, Nume. 11. c. & in hoc imitatur ordo rei gestae quia ante mortui fuerunt in sepulchris concupiscentiae, quam tentarent in Cadesbarne, quia Cadesbarne est post sepulchra concupiscentiae per 19. mansiones ut Numeri 33. c. Item quia in sepulchris concupiscentiae steterunt 2. anno ab exitu de Aegypto, ut sepe probatum est, & patet supra 2. c. sed in Cadesbarne tentauerunt anno quadagesimo post mortē Mariae, ut Numeri 20. c. *Et, quando misit uos.* Idest exploratores uestros de Cadesbarne, hoc fuit ante medium secundi anni exitu de Aegypto, quia bis steterunt in Cadesbarne, primo in secundo anno quā ueniebāt directē in terram promissionis, ut Num. 13. c. & inde exploratores missi sunt, & quia ibi peccauerunt Deum, lata est sententia, quod non intrarent terram promissionis, quae erat 20. annorum, & ultra, ut Num. 14. c. Et inde retrocesserunt uagantes usque ad 40. annum in cuius principio, s. mense primo uenerunt iterū in Cades, siue Cadesbarne, quod idem est, ut Num. 20. c. *Ascendite, & possidete terram quam dedi uobis.* Uoluerat Moyses, quod nullo alio premissio immediate, ut uenerunt in Cadesbarne, directē ascendissent ad terram promissionem. *Et contempsistis imperium*

Superadditio aliorum peccatorum.

perium Domini Dei uestri. Quia Deus mandauerat, ut ascenderent, & possiderent, ipsi autem discredentes uerbo Dei nuncios praemiserunt, quod eis magnū fuit scandalum dimittentes diuinum auxilium, & ad humanū recurrentes, de quo late diximus supra 1. c. *Et non credidistis ei.* Idest non cōfisi fuistis, quod uox eius uera esset, ipse namque dixerat ascendite, & possidete, si autē ipsi credidissent uoci Domini, non curassent de aliquo alio ex quo ipse securabat eos, sed adhuc miserunt suos exploratores uolentes ab eis magis securari de qualitate terrae, & habitatorum, in quo magnam Deo offensionem faciebant non assentientes nec confidentes summam certitudinē, & magis credentes suae certitudinē humanę quae nulla erat: nam & hō de hoc irasceret: si enim quispiam haberet amicum qui nimis amicum se demonstraret, & postea eum dicente non assentiret, uel nō consideret uerbis eius, sed adhuc quereret alias certitudines, uehementer tali amico irascendum esset, quanto magis Deus cuius uerba permanentiora sunt ipis fundamentis seculi: sic enim dicit Luc 21. c. caelum, & terra transibunt, uerba autē mea non transibunt. *Nec uocem eius audire uoluistis.* Idest non obedistis ei: nam licet audierunt, quia tñ non obediuerunt ei facientes, quod imperabatur, dicuntur non audiuisse, quia nihil audire prodest uocē, nisi fiat id, quod per uocem signatur, cum uox imperatiua ad illum finem dicatur, dixerat autem Deus istis ascendite, & possidete, ut patet s. 1. c. idest nihil aliud curantes facere, nisi ut immediate ascenderent ad terram Chanaan terram hereditatis suae, ipsi autē non obediuerunt isti uoci, quia manserunt 40. diebus in Cadesbarne expectando exploratores quos miserant, ut uiderent quid afferrent de qualitate terrae, & gentium, & quia immediate non ascenderunt, ut mandauit Deus peccauerunt, & quanto magis manserunt, tanto magis peccauerunt, & sic iuxta numerum dierum in quibus peccauerunt manendo 40. diebus in Cadesbarne, expectando exploratores, datus fuit eis numerus quantitatis pena sic patet Num. 14. c. cum dicitur uerba cadauera iacebunt in solitudine, filij uestri erunt uagi in deserto 40. annis, & portabunt fornicationem, donec consumantur cadauera uestrorum patrum in deserto iuxta numerum 40. dierum quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur, & 40. annis recipietis iniquitates uestras, & sciatis uisionem meam. fuit ergo magnum peccatum in non obediendo immediate uoci Domini, s. ut immediate ascenderent, sicut dñs praeeperat, quia ergo morati sunt, iustum fuit in eis, quod puniti sunt. *Sed semper fuistis rebelles a die qua nosse uos cepi.* Magna increpatio erat ista, quia populus durae ceruicis, ita increpari merebatur. *A die qua nosse uos cepi.* Idest a die qua cepi uos, ut praelatus regere, & uestri curam gerere, non potest intelligi a die qua primo cognouit eos, s. in pueritia sua, quia tunc non leguntur mala fecisse, sed magis passos fuisse, sed a die qua Deus primo misit Moysem ad eripiendum eos: cum enim Moyses primo coram Pharaone astitit, & grauauit eos Pharaon plus solito, murmurauerunt Deo Moyses, & Aaron dicentes, fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, iudicet Deus inter nos, & uos Exo. 5. c. *Et iacui coram domino quadraginta diebus.* Isti sunt secundi 40. quibus orauit pro dimissione peccati populi. *Quibus eum suppliciter deprecabar.* Licet in istis 40. diebus esset Moyses in quadam amaritudine animae, quia nesciebat adhuc utrum Deus dimitteret peccatum, tñ abudabat ex Dei praesentia gaudio quodam quo pascebat, ne deficeret: nam aliās defecisset fame, cum in istis secundis 40. diebus, & 40. noctibus non gustauerit panem, nec biberit aquam, aut quicquam aliud, ut patet, sup. in litera, oportet nā-

que animal dum uiuit semper nutriti, ut ait Aristoteles in 2. de Generatione, & corruptione, nutritio autē fit per cibum, si ergo cibus desit, impossibilis est nutritio, necesse est ergo, uel quod animal deficiat, uel quod aliquid loco cibi nutritiui ei apponatur, ergo Moysi quadam redundantia Dei gloria, quae eum sufficienter pascebat, tenuisset eum etiam decem millibus annorum. Et ista delectatio, uel redundantia Dei poterat poni dupliciter, uno modo, quod esset quaedam redundantia gloriae Dei quae teneret Moysem ne esuriret, nec indigeret cibo, & esset, ita corpulentus, & pulcher, sicut ante, immo magis, nam lucebat facies eius, quā descendit a dño, ita quod non possent inueniri in eum filij Israel, donec poneret uelamē faciei suae, & sic loquebatur, ut patet Exo. 34. & ad Corinth. 2. c. 3. & tñ poterat esse ista redundantia Dei talis, quae non tolleret aliquas curas, nec anxietates, aut dolores, & sic Moyses a dño consolatur, ita ut cibo non indigeret, habebat anxias curas flagrans desiderio populi sui, ut saluaretur alio modo potest poni quod ista redundantia gloriae Dei super Moysem, quae tollebat cibum, & potus necessitatem, erat ita delectabilis, quod excedebat omnes delectationes, quas Moyses expertus fuerat, uel quas aliquis hō experiri potuisset. Et tñ cum ista delectatione hñe magnam tristitiam non est inconueniens: nā nulli delectationi repugnat totaliter tristitia, nisi summa delectationi quae est beata uisio, ceterae autē cum angustia aliqua esse possunt: uidemus autem hoc in hoibus huius seculi, qui simul, & semel gaudium habent de aliqua re quae eis magna ualde est, ut si adipiscantur, quod desiderant, qui tñ si tunc aliqua aduersa de rebus suis eis nunciatur, tristantur, in eis est qui uere penitent, hoc reperitur, nam simul tristantur ualde, quia Deum offenderunt, & delectantur, quia sperant certissime per hanc contritionem sibi dandam uitam aeternam, & quod maius est, quia sciunt per ueram contritionem eos amicos fieri altissimi Dei, & sic dicit Aug. de uere penitentibus, doleat peccator, & dolēdo gaudeat. reperiebatur et hoc simul in beata Virgine tpe passionis Christi: nam ipsa ex charitate magna, quae eam repleuerat Spiritus sanctus ardentem diligebat salutem humani generis, quā sciebat nō, nisi per filij uiginitati sui mortem posse celebrari: cum ergo eum uidit patietem, & maxime, quā uidit iam passum, admirabiliter consolabatur, quia certissime uidebat redēptionem totius generis humani iam factam, dolebat tñ acerbe, & inextrinabiliter, quia uidebat tenerrimum illum iuuenē Christum Iesum, qui erat Deus suus, & pater suus, quem ipsa sola conceperat, & ipsa sola lactauerat, in quo totum eius bonum totaque eius iocunditas, quem magis diligebat quam animam, ita ut pro eo mori elegisset si licuisset, & acerimas sustinere angustias in delicatissimo corpore: ergo in ea simul dolor, & gaudium, & utrunque, quippe magnum, sed satis unum alteri cōcordabat. in illis est quibus Deus ex grā dedit uersari circa cōtēplationē dñice passionis, haec eadem suo modo sentiuntur: nam crudelē ualde est redemptori, qui tāta, & talia pro nobis sustinuit, compatiamur, & hic magnus innascit dolor, nam compati est partem doloris patientis accipere, qui penetrat quosdam, sicut gladius anceps transfigens cordis medullas, & pertingens usque ad diuisionē aīae, & spiritus, rursus autē hoc gaudium magnū est: nā nullus fructus maior est, quā fructus dñice passionis, in quo gaudentes perficimur. Fuit ergo huiusmodi consolatione illa Moysi, quae recipiebat ex praesentia gloriae diuinae, s. ut magnam ei iocunditatem afferret, & tñ curas, & infixas ualde angustias aīae suae nō tolleret: nam ista cōsolatio Moysi, licet esset de diuina praesentia, tñ nō erat maxima, quia non erat beatifica quae summa est: nam cōsolatio beatifica nulli uiuenti cōcatur, nisi ipse sit sibi

Aug. de uere penitentibus.

sibi felicitas, sicut in hoīe Christo q̄ uiuens, & nondū morte gustata beatus erat, q̄ ipsa beatitudo sibi inerat, uerbum diuinum sub unitate hypostatica: Moyses aut̄ talem consolationem sustinere non potuit, et si oīa per essentiam uiderit, q̄ non fuit cōicata ei illa per modum beatificum, q̄ ut dixit Deus, non uidebit me hō, & uiuet, i. non poterit me uidere ita, q̄ p̄ illam uisionem sit beatus, & postea uiuat. *Vt non deleat uos.* Non rogauit Moyses Deū, ut nō puniret Israel, sed ut non deleat eum: nam punire eum erat qualē cūq; peccatam ei inferre, q̄ non totaliter perimeret, delere erat eos totaliter occidere, ita q̄ non maneret ex eis nomē nec uestigium, & patet hoc in orōne Moysi, & in rōsione Dei: nā orauit Moyses, ut patet Exo. 32. c. & Deo primo dixit cerno, q̄ populus iste durē ceruicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus q̄ eos, & deleat eos, te aut̄ faciā in genitē magnā, Moyses aut̄ orauit dicens cur dñe irascatur furor tuus q̄ populū tuū, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna in manu robusta: ne q̄o dicant Aegyptij, callide eduxit eos, ut interficeret i mōtibz, & deleat e terra: simile h̄r Nu. 14. ca. de pronocatione Dei in murmure populi: nam orauit Moyses dicens, dimitte obsecro p̄ctm̄ populi huius iuxta magnitudinē misericordiae tuae, sicut p̄pitiis fuisse egrediētibz de Aegypto, vsq; ad locū istū: Deus aut̄ r̄sudit ad Moysen dicens, dimisi iuxta uerbū tuum, i. sicut tu petisti, ita ego cōcedo, & tñ immedia te sequitur, q̄ dñs punitōis suam tulit super eos dicēs, uiuō ego, & implebitur gloria Dñi uniuersa terra, attamen oēs hoīes, q̄ uiderūt maiestatem meam, & signa mea q̄ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerūt me per decem uices, nec obediuerunt uocī meae, nec uidebant terram pro qua iurati patribz eorum, nec q̄ ex eis q̄ detraxerunt mihi intuebitur eā, patet ergo, q̄ Moyses non petiuit ne punirentur, q̄ tunc saluum esset uerbū illud Dñi, i. dimisi iuxta uerbū tuum, cum immediate p̄nam infligerit, orauit ergo solum, ut nō deleat, & hoc satis patet Exo. 32. c. nam postq̄ orauit Moyses, subiungitur placatusq; est dñs ne faceret malum, q̄ locutus fuerat aduersus populum suum, & tñ postea sequitur in fine eiusdē ca. ego aut̄ in die ultionis uisitabo hoc p̄ctm̄ eorum, percussit ergo dñs populum pro reatu uitali, quē fecit Aaron. *Vt fuerat comminatus.* Quia Deus dixerat Moysi Exo. 32. c. cerno, q̄ populus iste durē ceruicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus q̄ eos, & delebo eos, te aut̄ faciā in genitē magnam, sic ēt dñs Num. 14. c. vsquequo detrahet mihi populus iste? quousq; non credet mihi in oībz signis quē feci coram eis? feriam ergo eos pestilentia atque consumam, te autem faciā principem super gentem magnam, & fortiosem quā hęc est. *Et orauit dixi domine Deus ne desperdas.*

Quomodo Moyses tot dies orauit si hęc sola uerba non prolixa diceret. Quęst. V.

QUOMODO Moyses tot dies orauit si hęc sola uerba diceret, q̄ breuiter dici possunt: uel oportebat ea multoties replicari, maxime quia Moyses ad nihil aliud diuertebat, sicut nos cibum sumimus, & dormimus, & alias recreationes, & operōnes hēmus. Moyses autē toto illo tpe pronus in terra iacuit. R̄s̄detur, q̄ per certitudinem sc̄iti nō pōt vtrūm Moyses plura uerba dixerit, sed factis uerisimile est, q̄ nō dixit plura uerba, q̄ ipse expressit hic orōnem, sed non continētur plura uerba q̄ vsque ad finem huius. c. ergo non fuerūt plura. Item q̄ si aliquis cōsideret sanctorum oīum orōnes, reperiet eas uerbis quidem succinctas, deuotione autē amplissimas. Et si aliq̄s dicat, q̄ uerum est q̄tūm ad illos, qui

paruo tpe orauerunt, Moyses aut̄ magno tpe orauit. R̄s̄detur, q̄ ēt in orantibus continue, & magno tpe, pauca uerba esse debent, q̄ Christus mandauit semper orate, & nūq̄ deficere Luc. 18. c. & tñ dixit, q̄ orōnes breues esse deberent Matt. 6. c. cum oratis nolite multiplicare uerba, sicut ethnici: putāt. n. q̄ in multiloquio suo audiantur, nolite assimilari illis. & iō dans formam orandi sub paucis uerbis compleuit ibidem dicens, P̄ n̄r, & c. & posuit cām quare oratio breuis esse debebat, i. q̄ sc̄it p̄r uerba celestis, q̄d op̄ sit uobis. Orōnes aut̄, siue petitiones ad hoīes iō dilatantur, ut plane pateat q̄d petēs uelit. Deus aut̄ sc̄it q̄d uolumus, & q̄d nobis bonum sit, iō nō oportet multiplicare uerba, maxime q̄ qui multa loq̄tur, errat frequenter. **G** uenda est ergo prolixa petitiō, ne erremus. Ad orōnem enim primo uoluntas n̄ra ardentē feratur in Deum, ut disponat de nobis ad seruitium suum: deinde petitionem sub paucis sermonibus cōcludamus, quia orō proprie s̄m̄ d̄s̄initionē Damasceni, est ascensio mentis in Deum, & ab hac Christus mandat nō cessare, uel potius consilii. **Q**uā aut̄ in uerba prorumpamus nō est tanta necessitatis. Sed adhuc magis dubium restat, si uerum ista uerba frequenter Moyses dixerit. Et forte possēt dici, q̄ multoties dixit, q̄ sic legitur de Christo, q̄ ter eundem sermonem orauerit, i. p̄ si possibile est, & c. Matth. 26. c. sed magis v̄r, q̄ solum semel dixerit, q̄ uicā prostratio fuit, nec surrexit donec mandauit ei Deus, q̄ p̄cederet alias tabulas iam dimisso p̄ctō Exo. 33. & 34. c. Et non ualeat argumētū de Christo, q̄ ipse ter procidit, & ter surrexit, & qualibet uice Apostolis loquebatur, ut Matth. 26. c. iō oportebat, q̄ ex quo inter c̄sa fuerat illa actualis ascensio hoīs Christi in Deum p̄ conuersionem ad alios actus, q̄ ut iterū oraret, iterum uerba proferret. Item patet hoc uerū simile, q̄ Christus ista pauca uerba in vna hora solū protulit, sed potuisset ualde plura dicere, & hoc patet eo. c. & Mar. 14. q̄ Christus redarguēs Petrum ait, nō potuisti vna hora uigilare mecum, i. sicut ego vna hora steteri in orōne, ita tu stare debuisses, q̄ satis modicū erat. Et si arguas, q̄ Luc. 22. c. d̄r q̄ factus est in agonia, & apparuit ei Angelus confortans eum, & prolixius orabat. R̄s̄detur, q̄ hoc fuit in tertia uice, q̄n uidebat, sibi iam magis tps̄ penalitatis imminere, & patet quia d̄r prolixius orabat, ergo alie uices transierunt in quibus non tantum orabat, sed solum uerba quae ponūt Martheus, & Marcus, scilicet pater si possibile est, & c. Concluditur ergo ex superioribus probabiliter, quod Moyses ista uerba sola dixit, & semel tantum.

An Ecclesia in horis canonicis oret sub multis, & prolixis uerbis, uel sub paucis, & uerum liceat Christiano facere orationes longas. Quęst. VI.

SI autē obijcias q̄ supradicta, i. q̄ paucis sermonibus utēdum sit in orōne, quia Ecclesia magno tpe, & sub multis uerbis orat, ut patet i officio matutinali, & alijs horis. R̄s̄detur, q̄ aliud est laudare Deum, aliud est petere aliquid a Deo. orō autē proprie petitiō alicuius est, & hanc oportet esse in uerbis paruam ex causis s̄. assignatis: laudare Deum est p̄ sermonem explicare aliq̄ Dei magnitudinem, eo modo quo nobis balbutiēdo possibile est, uel in potentia aliquid faciendi, uel in magna benignitate miserēdi, & de hoc nō dictum est, q̄ sub paucis uerbis fieri debeat, quia uerba Christi solum dñr de pura petitione, ut manifestatur Matth. 6. c. sc̄it. n. pater uester celestis, quid opus sit uobis anteq̄ petatis. non facit ergo Ecclesia in recitando multa q̄ Christi sermonem, q̄ non facit orōnes, sed maxime canit diuinas laudes, & legit multa sanctorum facta ad n̄ram instructionem, cum

Qualis oratio esse debet.

eum autem ecclesia pure orat, sub paucis uerbis concludit, ut patet in orationibus quae dicuntur in fine cuiuslibet horae canonicae quae satis breues sunt. Sed nec ex hoc prohibetur quod si aliqua orationes magna a sanctis compositae sunt, quae dulcedine uerborum mentes ad celestium amorem prorrahant, quod eas dicamus: quia illa ad incendendum non ad petendum dicuntur: & patet quia nō legitur omnes orationes siue petitiones ut petamus, sed ut in eis instruamur uel inflammemur: manifestum est, quia aliquas petitiones Christi legitur, quas ipse in persona sua petijt, & non pro membris suis, quas nullus fidelis in persona propria dicere auderet: quia in eis maior excellentia petijt, quam puro homini conueniat: & sic legitur orationes David Moysi, & aliorum sanctorum quae secundum necessitatem illius temporis fiebant, & nobis nullo modo conueniant. *Hereditatem tuam.* Iste populus est hereditas tua, quia sumiter apud te manet sicut hereditas, uel possessio apud eum cuius est: reliqui autem populi non manent sumiter apud te, sed falsis numinibus applicantur. Et ex hoc debent manere Hebrei firmissimi apud Deum non mutantes eum pro alio Deo: quia & gentes, quae Deos ueros non habebant, multos lapides, ligna, atque metalla colentes firmiores manebant apud eos: vituperabiles ergo sunt Hebrei ualde, & Deus de hoc nimis conuenit Hiero. 1. cap. cum dicitur, transite ad insulas Cethin, & uidete, & in Cedar mittite, & considerate uelociter, & uidete si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt dij: populus autem meus mutauit gloriam suam in idolum: & ex magna ira conuenienter exclamatur dicens, obstupescite super hoc caeli, & portę eius desolamini uehementer, dicit Dominus. sunt ergo Hebrei hereditas Domini, sed mala quidem & destructione digna: sic patet Esa. 5. cap. ubi loquitur Deus ad totum Israel tanquam ad uineam: sic enim ipse dicit, uinea Domini exercituum domus Israel, & uir Iuda delectabile germen eius: inuehitur autem contra eos dicens, nunc ergo habitatores Hierusalem, & uiri Iuda iudicate inter me & uineam meam: quid est quod ultra facere debui uineę meę, & non feci? an quod expectaui, ut faceret uuas, & fecit labruscas? & nunc ostendam uobis quid ego faciam uineę meę: auferam sepem eius & c. *Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob.* Moyses humilians se non rogauit quod propter eum Deus misereretur, sed propter merita patrum suorum & in hoc magis merebatur. Sed dato quod Moyses dixisset, quod dimitteret iniquitatem populi propter eum, nihil obtinuisset etiam si sanctior esset: quia immundus est coram Deo omnis qui exultat cor suum, maxime quia sciebat Moyses, quod meritis patrum facta fuerunt promissiones posteris eorū: ideo propter merita eorum eis parcendum erat ne perirent. *Ne aspicias diuitiam populi huius.* Idest indomabilitatem uel in malis consuetudinem. *Iniquitatem.* Idest malitiam uel deprauationem interiorē. *Atque peccatum.* Idest opus malum exterius: quia malitia magis dicit modum habitus uel formę in herentis: peccatum uero modum actus uel. *Iniquitatem.* Idest peccatum grauissimum, scilicet adorationem uitali. *Peccatum.* Scilicet minus grauius mala, ut alij minores errores, & tentationes. *Ne forte dicant habitatores.* Hoc fuit expositum late Exodi 32. cap. hic dubitant aliqui quot quadragenis Moyses in monte steterit cum Domino, uerum duabus uel tribus, late diximus Exodi 33. cap.

Alph. Toft. super Deuter.

IN tempore illo dixit Dominus ad me. Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt: & ascende ad me in montem: faciesque arcę ligneam: & scribam in tabulis uerba quae fuerunt in his, quas ante confregisti: ponetque eas in arca. Feci igitur arcam de lignis Sethin. Cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus. & c.

Exo. 34.

IN illo. Supra fuit posita peccatorum narratio, hic ponitur eorum remissio, & Dei placatio. Et tanguntur duo primū p̄cedentis h̄storiae continuatio. Secundo quorūdam incidentium superadditio ibi. *Filij autem Israel in tempore illo.* Idest finitis quadraginta diebus secundis, quibus iacui orans ante Dominum tenendo quod fuerunt tres quadragenę dierum: si autem uelis dicere quod solum fuerunt duae, est sensus.

In illo tempore dixit Dominus ad me. Idest dum stare orando ante Deum in illis quadraginta diebus, & tunc dicemus quod in istis secundis quadraginta diebus facta fuit oratio & remissio, & deinde in eisdem scriptis & datae sunt secundae tabulae, sed primum uerius est.

Precedentis h̄storiae continuatio.

Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt. Primas tabulas non dolauit Moyses, nec uidit quousque scriptae ei traditae sunt: ideo uocat eas scriptura factas & scriptas digito Dei Exodi 32. cap.

Et ascende ad me in montem. Fortē lapidicinę ad radices montis erant, uel in descensu montis, Deus autem in cacumine Synai, ut Exodi 19. unde oportebat Moyses ad accipiendas & dolandas tabulas de monte descenderet, & dolatis eis rursus montē ascenderet. *Facies arcam ligneam.*

Qua arca erat ista quam fecit Moyses. Quęst. I.

ISTA est arca testamenti, quae erat intra sanctuarium in sancta sanctorum: sicut habetur ad Hebręos 9. cap. in qua erat uirga aurea habens manna, uirga Aaron quae frondebat, & tabulae testamenti. Rabbi Salom. dicit q̄ ista arca non fuit arca, quam fecit Beseleel de qua Exo. 25. cap. quia ista post facta fuit. Et si dicatur cōtra Rabbi Sal. quia arca quae fecit Beseleel posita fuit in sancta sanctorum, ut patet Exo. 26. & 40. cap. & illa uocatur arca testamenti, quia continet testamentum, scilicet tabulas in quibus erat testamentum Dei cum populo, scilicet decem p̄cepta: ergo positae fuerunt tabulae in arca, quam fecit Beseleel. Poterit respōderi q̄ q̄n Moyses descendit de monte, fecit aliquā arcā quae breuiter fieri poterat, in qua reposuit tabulas, ut interim custodirentur, deinde fabricata arca per Beseleel translatae sunt tabulae ad eam. Sed hoc non potest stare, quia dicitur q̄ post mandatum Dei facta fuit arca, & positae fuerunt in ea tabulae, & permanent vsque nunc. ergo uideatur quod non fuerunt positae in alia arca prius. *Et scribam in tabulis uerba.* Vocantur illi lapides tabulae, quia erant formati in modum tabularum: nam erant habentes satis de longitudine, de latitudine modicum: de profunditate autem siue grossicie ualde modicū, & patet quia nō fuerūt grossi lapides, & quadrati: quia

G tunc

tunc non posset descēdere Moyses portans eas solus, ipse tamē portabat vtraque manu, vnam tabulam in vna, & alteram in altera, vt habetur Exo. 32. cap. cum dicitur & reuersus est Moyses de mōte portans duas tabulas testimonij in manu: etiā quia isti lapides erāt, & vocantur tabulæ: oportet ergo quōd sic vocentur vel secundum naturam, vel secundum figuram: non secundum naturam, quia lapides non sunt ligna, ergo vocantur tabulæ secundum figuram, quia sunt tenues, & longæ, ac late ita quōd a quolibet homine portari possent. *Et scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas confregisti ponesque eas in arca.* Differunt istæ secundæ tabulæ a primis, quia primæ aut a Deo nouiter creatæ sunt, vel ab angelis dolatæ & postea ab eisdem scriptæ quæ hic vocantur Deus, vt declaratum fuit Exo. 3. & 19. cap. secundæ tabulæ præcisæ fuerunt a Moyse, & dolatæ & scriptæ a Deo solum, id est ab angelis, de primis tabulis patet Exo. 32. c. cum dicitur, reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonij scriptas ex vtraque parte, & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis: de secundis patet Exodi 34. cap. cum dicitur, ac deinceps magis tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Erant autem istæ tabulæ secundæ similes prioribus & in figura & in scriptura: in figura quidem, quia vtræque in modum tabularum fabricatæ erant, patet autem ex nomine: quia de vtriusque dicitur quōd erant tabulæ & in eandē leuitatem, nam sicut primas portabat Moyses descendendo de monte, vt patet Exo. 32. cap. ita portabat secundas, vt patet Exo. 34. c. quod non potuissent euenire, nisi vtræque formatae essent tenues in figuram tabularum. Secundo erant similes in scriptura, quia in vtriusque scripta erant præcepta decalogi: sic patet hic cum dicitur & scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas confregisti, sic etiam patet hic vbi ponuntur eadē verba: patet etiam aliquantulum in hoc, quōd Moyses nō peccauit in frangendo tabulas: nam Deus facit hic mentionem de fractione tabularum, & tamen non redarguit eum, quod tamen fecisset si peccauisset: nam quōd videtur Deus recollit in sacra scriptura aliquod peccatū, redarguit illud, patet hic precedenti cap. de peccato Israelitarū colentium vitulum, & de peccato Aaron fabricantis vitulum: eodem modo recitatur ista confraçtio tabularum a Deo Exo. 34. cap. per eadem verba quæ hic ponuntur. *Feci igitur arcam.* Id est mandauit fieri, Beseleel enim fecit, sed Moyses mādabat, & præerat magistris operum videns ne in aliquo deuiarent a mandato Domini. *De lignis Sethin.* De istis lignis dicit Rabbi Salo, quia Iacob plantauit ea in terra promissionis, in qua morabatur, videns in spiritu, quod de eis tabernaculum ædificandum esset: cum autem descendit in Aegyptum duxit secum radices illorum lignorum, & plantauerūt in Aegypto: deinde cum egressi sunt tulerunt secum multa de illis. Aliqui volunt quod ista ligna nascerentur in deserto, scilicet apud montem Synai. Sed hoc non stat: quia dicitur Exo. 35. c. quōd Moyses dixit viris & mulieribus, quōd offerret aurum, & argentum, & ligna Sethin: subditur, quōd illi qui habuerunt ligna Sethin obtulerunt ea: si autē ligna Sethin ibi nascerentur, non hortaretur eos ad offerendum ea tanquam aliquid magnum: sed magis mandaret ea scindi secundum necessitates & loca congruentia. Aben Ezra vult quōd ista ligna ducta sint de quadam mansione, quæ dicitur Beselethin, in qua fornicati sunt Israelitæ cum Moabitibus & Madianitis Num. 25. cap. & quōd vocatur Beselethin a lignis illis quæ ibi nascuntur. Sed hoc non potest esse, dato enim quōd ibi ligna illa nascerentur, quōd dubium

Varie opiniones de lignis Sethin.

est, non potuissent inde Iudai afferre: quia Beselethin est vltima mansio, in qua fuerunt filij Israel, & est prope Iordanem, ad quam nunquā accesserūt filij Israel vsque ad quadragesimum annum: quia viam solitudinis ignorabant nisi regente columna nubis. Et si arguas quōd exploratores præcesserunt filios Israel ad terram promissionis non dirigente columna. Respondetur quōd non est simile, quia Cadesbarne de qua missi sunt exploratores, ex vna parte est terminus terræ promissionis, vt patet Num. 34. cap. ideo immediate intrauerunt terram promissionis, in qua quia populata erat, poterat viam scire inquiredo. Nō est autem sic, si aliquis veniret de monte Synai vsque Beselethin, q̄ est via per solitudines magnas & inuias. Item quia his datis non possent inde adducere, quia Beselethin est in terra regum Amorrhæorum, scilicet regis Seon iuxta montē Phegor in confiniibus Moabitum, vt patet Num. 33. & supra 3. cap. sed Amorrhæi non permisissent Israelitis intrare in terram suā, nec inde ligna asportare: quia cum venirent castra Israel eis armati occurrerūt, vt Nu. 21. & supra 2. cap. videretur ergo opinio Rabbi Salomonis magis rationabilis, *Cumque dolasset secundas tabulas lapideas.* Moyses dolauit. Primas autem angeli Dei dolauerāt vel Deus eas de nouo creauerat, cū dicantur factæ opere Dei.

Quomodo Moyses ad dolandum lapides in deserto habere potuerit instrumenta. *Quæst. I I.*

SE D quæres quomodo Moyses potuit habere instrumenta ad dolandum & leuigandum lapides in deserto, ita vt lapides essent valde plani ad scribendum in eis. Respondetur quōd hoc solui potest dupliciter, vno modo quōd Deus parauit ei in deserto aliquod instrumentum, quo dolaret & planaret lapides. Alio modo & melius, quōd descendit Moyses in castra, & ibi accepit dolabram, & hoc patet quia Moyses descendit de monte, & mandauit ei Dominus quod in reditu nullus ascenderet cum eo, ex quo videtur quōd ipse ad populum venturus erat & locuturus, aliās non erat aliquid propter quod diceretur ei, ne ascenderet aliquis cum eo, de hoc patet Exo. 34. cap. cum dicitur, esto paratus vt ascēdas mane super montem Synai, stabisque mecum super verticem montis, nullus ascēdat tecum, nec videatur tecum per circuitum montis: oues quoque & boues non pascantur e contra: ex quo patet manifeste, quōd Dominus mandabat ei loqui ad populum, cum diceret quōd nullus videretur in circuitu montis, quod non poterat facere Moyses, nisi loqueretur populo admonens ista, & etiam vt boues non pascerentur e contra. *Ad instar priorum.* Scilicet in quantitate & figura, iuxta id quod prius scripserat, eadem cōtinebantur in secundis tabulis quæ in primis, & ratio est quia secundæ tabulæ succedebāt loco primarum: ideo idē continere debebant. Et si dicas quod aliquid erat scriptū in primis, quod non erat in sc̄dis, oportet quod aliquid superfluum daretur in primis, vel defectus in secundis, quod non conceditur, maxime cum tex. repugnet dicens, quod in secundis erat scriptum id quod erat in primis. Et si arguas, quia primæ tabulæ erant scriptæ intus & foris, vt patet Exodi 32. cap. cum dicitur, & reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonij scriptas ex vtraque parte, & factas opere Domini: de secundis autem tabulis non dicitur, quōd scriptæ erant intus & foris, sed solum quōd erant in eis decem verba: ergo plura erant in primis tabulis quam in secundis.

Item

Itē cū in primis tabulis esset scriptura intus & foris, vt patet Exodi 32. cap. necesse erat quōd esset aliquid præter præcepta: nam in prima tabula sunt solum tria præcepta ad Deum pertinentia: in sc̄da sunt septē ad pximū: ergo si essent scripta partim intus & partim foris, necesse esset, vt in vna parte poneretur vnū pceptū, & in alia duo præcepta: sed non v̄ hoc esse rōnabile. q̄ in vna parte tantæ tabulæ solū esset vnū pceptū ita paruum. Si autē dicas quod in primis tabulis erant decem præcepta ex vna parte duarum tabularum, sc̄da in vna, & septem in alia, & alijs partibus earundē tabularū erat expositio pceptorum, hoc autē non erit in sc̄dis, nam solum fuerunt decē præcepta in secundis vt patet hic, cum Deus scripsit in tabulis iuxta id quod prius scripserat verba decē, quæ locutus est Dñs ad vos de monte de medio ignis, idē patet supra 4. cap. ergo plura erant in tabulis primis quæ secundis. Sed nō pot̄ stare hoc. q̄ ista præcepta habuerint aliquā expositionē: nā vt declaratum fuit ple ne Exo. 20. c. illa præcepta Deus per seipsum proposuit populo quæ nullo docente siue exponēte indigēt, ita vt immediate postq̄ Deus talia diceret, quilibet audiens conciperet horum necessitatem, & obligationem: alia autē quæ expositione indigebant, Deus per seipsum non declarauit, sed per Moysen: cum ergo ista quæ Deus dixit, expositione non egerunt, vt ab omnibus intelligerentur, a fortiori nec postea indigerent, cum oēs illa corde tenus scirent, & intelligerēt. Item patet quod non erat talis expositio in tabulis: quia hic fit mentio de his quæ scripta erāt in tabulis sc̄dis, & dicit quod erāt ea quæ in primis tabulis, & postea subdit quod erant decē verba, vt patet supra 4. c. Ad argm̄ quod supra fiebat de scriptura intus & foris, r̄ndetur quod in tabulis solū erāt pcepta, tñ in qualibet tabula erant bis posita: nā in prima tabula erant tria pcepta ex vna parte, & eadem tria ex altera: & in sc̄da tabula erant septem pcepta in vna parte, & eadem septem in reliqua: & isto mō erant ordinata in 2. tabula, licet non ita fiat expressa mentio: satis. n. est quod dñs idē esse scriptum in sc̄dis quod in primis. *Verba decem quæ locutus est Dominus ad vos in monte.* Vocantur verba licet sint propositiones pfectæ, siue orationes imperatiuæ, vt medijs loquamur: quia in mō loquendi vulgari sic dicim⁹ vocātes verba orōnes cōpletas, & multas orōnes vocamus duo verba: vocantur etiam verba, quia valde breuia sunt, quasi si vnū verbū solum diceretur, vbi vna oratio breuis ponitur, vt non mechaberis, nō occides, & sic de alijs. Scilicet in monte Synai qui vocatur mōs Antonomafice, quia nō legūtur in aliquo monte tñ bonum recepisse: nam ibi leges, & sacrificia, & ordinationes sacerdotū datæ sunt, & tabernaculū cū oibus q̄ ad eū pertinent, constructū est. *De medio ignis.* Quia totus mons Synai erat cooperatus igne, & fumo, & nube caliginosa maxime in altitudine montis, qñ venit Deus ad dādū legē, vt patet Exo. 19. & 20. & supra 5. cap. *Quando populus congregatus est.* Ad radices mōtis Synai: & ponitur tanq̄ aliquid singulare, quia nunquam legitur totus populus congregatus ad audiendum vocem Domini, nisi tunc: nam multa Deus dixit ad directionem populi tam moralia q̄ caremonialia, sed inter cætera ista verba decem per se proposuit populo, cætera autē per Moysen, vt declarauimus Exodi 20. cap. ideo nunq̄ populus congregatus fuit ad audiendum Deum loquentem nisi tunc: alijs autem vicibus Moyses recipiebat aliqua præcepta a Deo, & postea pponēbat toti populo congregato, vt patet Exo. 24. cap. quando Moyses proposuit coram toto Israel præcepta iudicialia, & caremonialia, quæ continentur Exo. 21. & 22. & 23. & totus populus recepit, & in tēpore mortis suæ cunctis con-

Alph. Toft. super Deuter.

gregatis locutus fuit omnia verba libri huius, vt patet infra 29. cap. & in multis alijs locis, vbi Moyses referebat ad totū Israel præcepta Dei, sic etiam patet Exo. 12. vbi pceptū de phafe mandatur dici toti populo. *Et dedit eas mihi.* Primo nāque mādauit Deus Moysi, vt descenderet de monte, & dolaret tabulas, & reduceret eas ad eum: dolauit autem Moyses tabulas atque planauit ita, vt in eis scribi posset, deinde ascendit in montem portans eas secum, & acceperunt eas angeli Dei, qui locum Dei in hoc tenebant, & scripserunt: scriptas autem tradiderūt Moysi, & hoc est quod dicit, & dedit eas mihi, scilicet postquam scripsit eas. *Rursus de monte descendit.* Multotiens enim ante hoc montem illum ascenderat & descenderat Exo. 19. & 24. & 32. & 34. *Et posui tabulas in arca quam feceram.* Nō fuit factum hoc immediate post descensum de monte: quia prius fecit Beseleel arcam, & ornauit eam. *Quæ hucusque.* Id est vsq; hodie ibi sunt: loquit Moyses de tempore suo, scilicet quando ipse ista dicebat, quia tunc erant in arca, & nūc etiam abscondita permanent in quadam spelunca ultra Iordanem in monte Nebo in vertice collis: quia imminente captiuitate Babylonica Hieremias audiuit mandatum a Domino, quōd absconderet tabernaculum, & arcam, & altare incensi in spelunca, quam ei mōstraret in monte, & detulit illuc Hieremias adiuantibus eum quibusdam: & inuenit speluncā a Deo paratam ad conseruationem istorum: & quidam secuti sunt eum volentes notare locum, quos Hieremias increpauit dicens, quōd nulli demonstrabuntur ista vsquequo congreget Deus populum suum. de his 2. Macha. 2. cap. *Filij autem Israel.* Hic ponitur secundum, scilicet quorundam incidentium super additio: sed dices quomodo ponuntur istæ caltrametationes hic, cum non continuentur superiori narrationi, nec vsque ad finem omnium mansionum describantur? respondetur quōd Moyses intendebat ponere notabilia, quæ contigerunt eis in itinere, quæ supra non fuerunt numerata, & ponit de ministracione sacerdotij in filijs Aaron, ideo solum nominat illas māsiones interdicis, vbi ista contigerūt: sed nō est vera intentio Moysi vt infra patet: quia in istis locis qui hic computantur, non fuerunt facta aliqua notabilia de ministracione aut separatione ministrorum sicut aliqui putant: sed facit hic scriptura magnam digressionem ponendo quoddam incidēs: cum enim hic agatur de traditione legis & tabularum, quam legem præcipue gubernabant sacerdotes, qui erant ministri & doctores legis, introduxit Legislator narrationem, de morte primi sacerdotis, qui fuit Aaron, & de successione secundi qui fuit Eleazar, & hoc fuit in monte Hor, vt patet Nu. 20. cap. licet hic dicatur quōd fuit apud Mosera: nam non accipit Mosera pro Moseroth quæ est mansio octaua ante montem Hor, vt patet Nu. 33. cap. sed pro ipso monte Hor, qui alio nomine vocatur Mosera, & propter hanc in qua accidit mors Aaron, ponuntur aliquæ mansiones, quædam ante, quædam post: ante quidem, scilicet mansio Verot filiorum Iacham, non quidem quōd aliquid notabile factum sit in ea, sed quia est immediata mansio Mosera, in qua accidit mors Aaron: & non est ista Baneiachan de qua ponitur Nu. 33. cap. quia illa est apud Mosera, si enim Mosera distat a Moseroth, distabit Baneiachan a Beroth filiorum Iacham: nam sicut se habet vna mansio duarum priorum ad alteram, & vna secundaria ad alteram: sed Moseroth distat a Mosera per octo māsiones, vt patet Nu. trigesimo tertio cap. ergo Baneiachan distat a Beroth filiorum Iacham: ponuntur autem hic aliquæ mansiones post Mosera, scilicet Gagad, & Ihetabatha, & non ponuntur

Quomodo ponuntur istæ caltrametationes.

G 2

quia

quia aliquid notabile in eis acciderit, sed quia ibi finitur terminus deserti intrando in terram Amorrhœorum: nam sunt aliqua istarum mansionum circa torrentem Arnon in sinibus Amorrhœi de quibus Nu. 21. cap. & ponitur primo mors Aaron, quia ipsa fuit filiis suis ministrandi causa. Moverunt castra ex Beroth filiorum Iacham. Eadem mansio est in nomine sed nō in re, vt patet infra Banejacham; de qua Nu. 33. cap. cum Beroth filiorum Iacham: sed hic superadditum est Beroth. i. putei: Baneiachā idem est q̄ filij Iachā: quia Bane Hebraicè filij sunt: & fuit ista castrametatio apud puteos filiorum Iacham, In Mosera vbi mortuus est Aaron & sepultus.

Quomodo in Mosera mortuus est Aaron, cum alibi dicatur quod in Hor. Quæst. III.

Q UOMODO in Mosera mortuus est? quia Nu. 20. cap. dicitur q̄ mortuus & sepultus fuit in monte Hor, & idem d̄r Nu. 33. cap. Mosera autem per octo mansiones est ante montem Hor, vt Nu. 33. cap. Dicit Rab. Salom. q̄ in monte Hor mortuus & sepultus est, sed in Mosera ita planxerunt eum ac si ibidem mortuus fuisset & sepultus: & ad hoc dicit q̄ cū accesserit castra Israel ad montem Hor, filij Benjamin propter labores & penurias quas patiebatur populus, retrocesserunt, vt redirent in Aegyptum, & fugerit per octo mansiones, quæ sunt inter Hor & Mosera, filij autem Leui persecuti sunt eos ibi comprehendentes, & cōmissio prælio & plurimis interfectis delata sunt quinque familie de Benjamin, & duæ de Leuitis: ad vltimum præualuerunt Leuitæ, vt reducerent filios Benjamin ad castra, & fecerunt planctum magnum pro occisis in bello, & pro morte Aaron: ista autem conficta sunt a quibusdam Iudæis, vt dent occasionem redeundi in Mosera, sed hæc falsa sunt: quia non perierunt duæ familiae Leuiticæ: quia 1. Paralip. 26. cap. ponitur omnes familiae Leuiticæ rursus ministrantes: quod factum fuit tempore Dauid: ergo non perierunt in solitudine. Item dato quod istud bellum fuisset, & magnus planctus pro morte Aaron, tamen scriptura nō vitur tam longa transumptione, vt dicat aliquē mortuum & sepultum vbi eum planxerit, maxime in historicis narrationibus, vbi res sine tropicis figurationibus exprimuntur: forte dicit aliquis quod Aaron vere mortuus sit, & sepultus in Mosera. Et si dicatur contra quia in monte Hor mortuus est. Poterit responderi q̄ mons Hor non est nomē proprium, sed appellatiuum, & signat montem altum, & sic secundum literam Hebraicam multoties alij montes vocantur mons Hor, vnde potest esse, q̄ in Mosera sit mons altus, in quo mortuus est Aaron, & sic erit mortuus in Mosera in monte Hor. Sed hoc non potest stare, quia in libro Numerorum vbi directe ponitur Israelitici populi historia, habetur quod post Cadefbarne mortuus fuerit Aaron, vt ibidem 20. & 33. cap. Itē quia mors Aaron fuit anno quadragesimo mense quinto, vt Nu. 33. cap. sed in Mosera steterunt anno secundo: ergo non fuit ibi mortuus. Dicendum ergo quod fuit mortuus in monte Hor, & ille mons vocatur Mosera, quia non est eadem mansio Mosera & Moseroth: de Moseroth autem dicitur Nu. 33. c. q̄ est ante montem Hor per octo mansiones. Et si obijciatur quod de Mosera venerunt in Galaad, & deinde in Ebathara, quæ mansiones ponuntur Num. 33. cap. post Moseroth autem ad montem Hor. Respondetur quod ista loca quæ hic nominantur, non sunt illa loca, quæ ponuntur in prædicto cap. post Moseroth autem mōtē Hor, licet eadem nomina sunt:

quia multotiens diuersa loca vnum nomen habent, vt patet manifeste in qualibet regione: q̄ vt ait Philolophus in primo Elenchorū, quia res infinitæ sunt, voces autem finitæ, necesse est plures res vno nomine appellare æquiuocatione vtentes: quare æquiuocatio locus publicissimus est. Pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius. Qui erat primogenitus Aaron, & indutus est vestibus pontificalibus patris in monte Hor vidente Aaron, & immediate mortuus est, vt habetur Numeri 20. capitu. Inde venerunt in Gadgad, Gadgad & Ethabata sunt nomina aliquorum propinquorum locorum monti Hor: qui sub istis nominibus non nominantur in libro Numerorum, & forte Ethabata est in confinibus Amorrhœorum & Moabiturum: quia vocatur hic locus aquarum & torrentium: quia in sinibus illis accesserunt Israelitæ ad torrentes Arnon, & puteus super quo fecerunt canticū Nu. 21. cap. Eo tempore separauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini. Leuitæ & sacerdotes de tribu Leui separati fuerunt a reliquo populo: quia dati fuerunt pro redemptione primogenitorū totius populi, vt Nu. 3. & 8. cap. & hoc in monte Synai, vbi omnia facta sunt, vt patet ex processu Exodi, Leuitici, atque libri Numerorum: nam omnia quæ dicuntur a 19. c. Exo. vsque 10. c. libri Numerorū, facta sunt in monte Synai, & fuerunt distincta officia eorum Nu. 4. cap. & deinde ministrauerunt portantes arcam, & alia vasa cum toto tabernaculo, vt Nu. 10. cap. Item quia nullus alius de populo ausus fuisset t̄gere arcam, neque alia vasa, ne moreretur, vt dicitur Nu. 8. & 17. cap. de sacerdotibus etiam habetur, q̄ ministrauerunt Num. 16. cap. quando contentio fuit inter Chore, & familiā suam contra Aaron: quia ibi sumpsit Aaron thuribulum, & stetit inter mortuos & viuentes: etiam in sua consecratione ministrauerunt, vt patet Leuit. 8. & 9. atque 10. cap. ad portandam arcam, & ad ministrādū. Rab. Sal. dicit q̄ licet Leuitæ in monte Synai electi & separati fuissent, tamē hic rursus separati fuerunt: sicut enim in mōte Synai separati fuerunt, quia ceteris adorantibus vitulū, ipsi non adorauerunt, ita hic alijs fugientibus de castris ad Aegyptum ipsi non fugerunt, sed fugientes redierunt: & hæc positionem sequitur Nicolaus, sed iam supra eam improbauimus. Itē quia ista quæ subduntur, non possunt referri ad secundam separationem etiam si daretur: sed principalem institutionis & separationis originem dicunt. Rabbi Abrahā Aben Ezra dicit q̄ hic fuit facta noua institutio, vel separatio: quia forte tpe intermedio non ministrauerat tribus Leui in solitudine: ideo ne periret ministerium de tribu illa, renouata fuit institutio vel separatio: sed hoc non stat, quia satis probatum fuit, q̄ sacerdotes semper ministrauerunt, & dato q̄ nō ministrassent, quia non habebāt similia, vinum, & oleū, quæ requirebant in sacrificijs, vt Nu. 28. cap. sed tamē Leuitæ semper ministrauerunt, quia necesse fuit eos portasse arcam, & cetera vasa, quæ nullus alius t̄gere ausus fuisset, vt Nu. 17. c. sed hic dicitur q̄ separati sunt ad portandū arcam & cetera vasa. Sed forte potest dici q̄ ista separatio fuit quadam dispositio facta de officio sacerdotū & Leuitarū, & fuit prioris institutionis confirmatio siue approbatio. Et rō motiua fuit, quia tūc mortuus fuit Aaron, qui fuit primus pontifex: in mortibus aut̄ taliū magnorū pōtificum solēt aliqua de statu populi & ministrorum innouari: hoc satis apparēs est, sed adhuc verū nō est: nā repugnat hoc literę: quia dispō secundaria vel ordinatio sacerdotum & Leuitarum iam ministrantiū præsupponit primā, & fundat sup̄ eā: si ergo ista dispō, de qua hic fit mētio, fuisset sc̄daria dispō, vel aliqua leuis & qualiscūq; ordinatio facta immediate post mortē Aarō,

Qñ Leuitæ fuerunt separati.

præsupponeret primā ordinationem, & loqueretur de ea scriptura tanquam de secundaria: sed p̄riū est in textu, qui loquitur de ista tanq̄ de prima, ita q̄ nulla alia præcesserit: cum d̄r eo tpe separauit tribum Leui, vt portaret arcā fœderis Dñi, quod pertinet ad officium Leuitarum: nam non debuisset dici sic, sed eo tempore ordinari tribum Leui vel dispoſui, quasi esset alia noua ordinatio: sed nec rursus potest dici, q̄ in Mosera ordinauit Moyſes Leuitas, vt portarent arcam Domini: nam portauerāt iam eam per totum desertum a monte Synai vsque ipsam mansionē Mosera: de qua hic loquitur scriptura: nec potest dici q̄ eo tpe ordinauit Moyſes qualiter portarent Leuitæ arcam: nam modus portandī & inuoluendī eam scribitur Num. 4. cap. in officijs Caathitarum: cum ergo dicitur hic eo tempore separauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini: ergo ante nō erat separata ad hoc tribus Leui: necesse est ergo referre istam literam ad tempus in quo tribus Leui nōdum esset separata a ceteris tribubus ad portandam arcam. Item quia dicitur in litera. Et staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsque in presentem diem. Id est quod tunc separauit tribum Leui, vt ministraret coram Domino faciendo sacrificia, & benedicendo nomine illius, quod erat officium sacerdotum: sed sacerdotes iam alijs ministrauerant, & benedixerant populo tempore consecrationis, quo ad minus sacrificia fecerunt in monte Synai, vt patet Leuit. 8. & 9. & 10. cap. non fuerunt ergo nūc nouiter separati, sed litera loquitur de separatione ad faciendā ista ministeria, ergo non est intelligenda ista litera de tpe quo fuerunt in Mosera de aliqua dispositione ibi facta. Itē patet hoc ex causa horum quæ redditur in litera cum dicitur. Quamobrem non habuit Leui partem, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse Dominus possessio eius est sicut promisit ei Dominus Deus tuus. Id est quia tuit tribus Leui separata ad ministrandum Domino in portandō arcam, & stando coram Dño, & benedicendo populum, non recepit Leuitica tribus sortem inter ceteras tribus: quia Deus est possessio eius, id est quia fructus & redditus prouenientes ei pro ministerio diuino, de quibus Nu. 18. cap. sunt ei loco possessionis: sed manifestum est quod ista nō est ratio ordinationis factæ in Mosera dato q̄ ibi aliqua facta fuisset: nam nō fuit causa, vt Leuitæ nō haberent partē inter fratres suos, & q̄ Dñs esset pars corū, id quod factū est in Mosera, sed id quod factum est in monte Synai: nā ex eo tpe quo mādauit Deus numerari Leuitas, & dari eos pro omnibus filiis Israel, fuerit separati a reliquo populo, & applicati ad Deum: nam cū reliquo populo nō numerati sunt ad pugnam, vt patet Nu. 1. cap. de alia separatione Leuitarum a populo & applicatione eorū ad Deum loco totius populi, patet Nu. 3. cap. ergo ad illud tempus referenda sunt hæc: sed illa facta sunt in monte Synai, vt patet ex prædictis. q̄ omnia quæ continentur a 19. cap. Exo. vsque in finē & in toto Leuitico & in libro Numerorū vsque ad medium 10. c. facta sunt in monte Synai, patet quia totum est quid continuatum, & Exo. 19. cap. fit mentio quod accesserunt ad montem Synai, & Num. 10. cap. fit mentio quomodo inde recesserunt: omnia ergo intermedia Exodi Leuitici, & libri Numerorū facta sunt in monte Synai. Est enim veritas manifesta, a qua nescio quō antiqui doctores deuiauerunt, q̄ hoc referatur ad tps quo Moyſes descendit de monte Synai, & fregit primas tabulas, & tunc consonat tota litera. Et non est miranda talis mutatio: quia obseruat Legislator ordinem artificialem & non naturalem, & modus rethoricus est: sic enim cum supra dixisset de his quæ facta fuerant in mōte Synai, nullo interposito transi-

Alph. Tost. super Deuter.

uit ad ea quæ facta sunt in mōte Hor multis intermedijs relictis: sed illa interpositio facta est, quia mors Aaron, & successio Eleazar faciūt ad ea, quæ narrare intendebat Moyſes, quæ facta sunt in monte Synai: & concordat ista expositio superiori & inferiori literæ, quia supra de oratione Moyſi agebatur in principio cap. hic agitur de aliquibus quæ facta sunt immediate ante orationē Moyſi, & litera sequens hoc vult, & est sensus, q̄ qñ Moyſes descendit de monte prima vice, & vidit alios populares colentes vitulum, adiuantibus eum Leuitis occidit de populo 23. milia virorum: eo tempore acceptauit Deus Leuitas ad ministerium suum, & tunc Moyſes separauit eos, vt susciperent officia sanctorum: sed non data fuerunt eis officia donec post descendente iterū Moyſe de monte tabernaculum factum est, & omnia plene distincta sunt: & hic proprie separati sunt a populo ad portandam, & tunc rectissime continuatur litera sequens. Ego autem steti sicut prius steti quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Id est postquam ista separatio Leuitarum facta fuit ascendit Moyſes secundo in montē, vt oraret pro peccato populi quadraginta diebus: & patet iste ordo narrationis Exo. 32. & sequitur ergo litera. Eo tempore quando. Primo descendit de monte, & vidi populum adorare vitulum, & refertur hoc ad principū cap. quia paulo ante ista facta sunt. f. per 40. dies ante, quia tabulæ secundæ delatæ & scriptæ fuerunt quadraginta diebus postquam ascendit Moyſes ad orandum pro populo, & vocatur hoc idem tēpus. Ad completam intelligentiam huius considerandū est, quod hic fit interpositio cuiusdā incidētis in medio sententiæ continuatæ, & propter interpositionē incidentis non debet discontinuari sententia principalis: assumatur ergo tota ista litera quæ incipit ab illo loco. Filij Israel castra mouerunt. Vsque illum locum. Eo tempore separauit. Et expellatur de medio quasi non esset, & tunc continuetur litera superior cum inferiori illo abiecto, & dicitur sic: reuersusque de monte descendit, & posui tabulas in arca quam feceram, quæ ibi vsque hodie sunt, sicut præceperat Dominus: & tunc subiungatur, eo tempore separauit tribum Leui, vt portaret arcam: & tunc plana est sententia: quia eodem tempore facta sunt omnia ista, & tunc interponatur litera incidentalis quodocunque voluerimus, scilicet filij Israel castra mouerunt de Beroth filiorum Iacham. Separauit tribum Leui. Quia Deus eam acceptauit propter non fuisse idolatrantibus mixtam, ideo ego eam separauit ad ministrandū, licet immediate officia distributa non fuerint, vt patet Exodi 32. cap. cum Moyſes descendens de monte & parans vicisci crimen in eos, qui peccauerant, dixit si quis est Domini iungatur mihi, id est si aliquis est qui habeat zelum, & velit se ei coniungere, iungatur mihi, & tunc sequitur in litera, congregati sunt ad eum omnes filij Leui, & sic Moyſes vocabat ibi eos, qui tenebant zelum Dei, & volebant separari in partem Dei, & ipsi Leuitæ immediatē separauerunt se cum Moyſe quasi obediētes vocationi, sicut Apostoli vocati Christo obediēbant vocationi eius, & veniebant sicut mandabat: vt patet in principijs triū Euangelistarum. f. Matthei, Lucae, & Ioannis: & in textu Exodi eiusdem cap. magis declaratur cum d̄r, & ait Moyſes, consecratis hodie manus vestras Domino, vnusquisque in filio suo & fratre suo, id est ita cōsecratæ sunt manus vestræ hodie ad ministrandam Dño per sanguinem filiorū & propinquorum, quos occidistis ad magnum honorem Dei: sicut si consecrataræ fuissent manus vestræ ad sacrificandum, sicut consecrantur manus sacerdotum: & multum differt in hoc: quia non solū dixit cōsecratis hodie manus vestras

Notandū circa verū literæ intellectum quō debet legi.

Leuitæ vocati sunt a Moyſe sicut Ap̄t a Christo.

vestras in sanguine, sed cōsecrasti manus vestras Domino, idest manus vestras ex hodie cōsecrantur, vt sint apud ad ministrandum Domino, & postea sequitur in eadem litera Exodi, vt detur vobis benedictio, idest per ista quæ nunc fecistis, dabitur vobis benedictio, vt sitis pars benedicta Domino, & electa in sortem eius: fuit ergo tunc meritum Leuitarum, vt separarentur in partem Domini, & fuit principium separationis: separatio tamen realis de qua hic dicitur, fuit in principio secundi anni exitus de Aegypto castrametantibus adhuc ipsi ad radices montis Synai, de quo Nu. 3. cap. habetur, cum dixit Dominus ad Moysen, applica tribum Leui & fac stare in cōspectu Aaron sacerdotis, vt ministrant ei, & post hoc subdit, numerā primogenitos sexus masculini de filiis Israel a mense vno & supra, & habebis summam eorum, tollesque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus, & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecoris filiorum Israel, & postea subditur in idem, tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, erantque Leuitæ mei; ego sum Dominus: ista est ergo separatio de qua hic loquitur Moyses, nā nunc loquebatur ad totum populum: oportebat ergo quod loqueretur de his quæ nota erant toti populo: fuit autem ista separatio nota toti populo, quia coram omnibus filiis Israel in monte Synai facta est. *Vt portaret arcam.* Per hoc significatur ministerium omnium Leuitarum, quod erat in portando tam Caathitarum quam Meraritarum quam Gersonitarum, vt patet Nu. 4. cap. *Arcam federis.* Idest arcā in qua erant tabulæ continententes decem præcepta, quæ vocatur fœdus Domini cum Israel. *Et staret coram eo.* Tangitur officium sacerdotum quod faciebant: duo stabant coram Domino offerentes, & orantes, & benedicebant populo, ideo subditur. *Ac benedicent nomine illius.* Idest benedicerent inuocantes nomen Domini super populum: forma autem benedictionis ponitur Nu. 6. c. *Vsq̄ in presentem diem.* Idest ista administratio Leuitarum durabit vsque nunc, & sic durabit in futuras generationes. *Quamobrem non habuit Leui partem.* Quia altaris & tabernaculi seruitio applicitus erat, ideo de bonis sanctuarij gubernari & habere debebat, quia qui altario seruit, viuere debet de altario, vt patet prima ad Corinth. 9. cap. & extra de præben. cap. cum secundum Apostolum, *Partem cum fratribus suis.* Idest non suscepit sortem in hereditate, sicut alij suscepunt, ideo licet nominetur Leui vnus de filiis Iacobi, & caput vnus tribus, vt habetur Gen. 49. & Apoc. 7. cap. tamen non suscepit sortem, nec vocatur communiter tribus in alijs locis veteris testamenti: sed Ephraim & Manasse duas tribus faciunt, qui sunt de genere Ioseph, vt patet Gen. 48. cap. & diuersitas est, quia tribus est quædam extensio cognationis aliquorum ab eodem principio: & magis ista capita tribuum denominantur a diuersitate hereditatum quam a diuersitate personarum, sicut nunc est apud nobiles: quia si aliquis nobilis multos filios habeat, non denominat illi diuersas domos vel genera: quia solum est vna fors, quæ apud vnum filium manet, alij autem possunt coniungi alijs generibus, & perdere nomen, sed ille apud quem manet fors, nunquam perdet nomen, quia ex sorte denominabitur: de his dictum fuit latius Nu. 27. cap. & iste modus denominandi tribus est communior in sacra scriptura, quia infallibilior. In Gen. autem denominatæ sunt duodecim tribus a duodecim filiis Iacobi quia nondum venerat sortes, erat denominatio a personis sic Apoc. 7. cap. vbi nominat Leui tribum: quia ibi agitur de diuersitate conuersionum ab Apostolis, & numeratur sub nomine tribuum

Q̄is nominantur duodecim tribus cū Leui non faciat tribum.

Israel propter significationem duodecim Apostolorum, qui eos conuertebant, & propter cōgruentiam nominis, quia omnes veri Christiani Israelitæ vocantur: quia templum sunt Dei, & Deum vident, & sic dixit Christus de Natanaele, quia sine malitia erat ecce vere Israelita, in quo dolus non est, Ioan. 1. cap. & vocantur Iudei, idest Christum confidentes, vt vult Apostolus ad Ro. 2. non qui in manifesto est Iudeus, Iudeus est, sed qui in abscondito, in conuersione autem nõ requiritur hereditas, sed persona, ideo a filiis Iacob, & non a sortibus tribus duodecim nominantur. *Quia ipse Dominus possessio eius est.* Idest ea quæ dantur ei de iure ministrandi Deo, sunt ei pro possessione. Sic enim mādauit Deus sine sorte propter ministerium ciuitates ad habitandum dari, sicut alijs tribus per sortem habebat & erat 48. ciuitates, vt habetur Nu. 35. c. Et sicut alijs tribus de possessionibus suis pascebatur, ita Leuitæ de decimis & alijs iuribus, vt Nu. 18. cap. *Ego autem steti in monte.* Idest postquam separati tribum Leui a reliquo populo post vindictā idolatriæ, ascendi in montem Synai ad caliginem nubis in qua erat Deus,

Quare duæ separationes Leuitarum factæ fuerunt, & quando & quomodo litera debet coordinari vt id cognoscatur. *Quest. III.*

Sicut autē dicebamus duæ separationes Leuitarum ad ministrandum Domino factæ sunt, vna quæ non fuit perfecta separatio, sed principium separationis, & causa separationis, & fuit occulta, quia non cognouit populus Leuitas in hoc facto dicatos esse ad cultum Dei, secunda & perfecta separatio, atque cunctis manifesta, & determinata: quia in ea determinata sunt officia Leuitarum secundum familias suas. prima fuit post dationem legis paululum, scilicet quadraginta dies vel paucis plus, & hoc in quarto mense anni primi exitus de Aegypto iuxta medium mensis, secunda fuit in primo mense anni secundi exitus de Aegypto. Et litera ista potest exponi de vtraque, si enim exponatur de prima separatione, litera nõ mutabit ordinem, scilicet quia primo dicitur quod Moyses reuersus fuit de monte, & posuit tabulas: & tunc separauit tribum Leui, scilicet in descensu post quadraginta dies quando rursus quadraginta diebus alijs sicut prius steteram, scilicet in secundis quadraginta diebus, quo orauit pro populo. hoc autem aliquibus bene videtur, scilicet, quod exprimitur de prima separatione, & sic litera continuata: dicendum autem quod nõ potest exponi ista litera nisi de secunda separatione, quæ est proprie separatio, vt supra dicebamus: nā in prima separatione licet Leuitæ meruerint separari ex facto suo, tñ Moyses non separauit eos, licet denunciauerit eis quod postea separarentur cū dixit eis Exo. 32. cap. consecrasti hodie manus vestras Domino, vnusquisque in sanguine filij, aut fratris sui, vt detur vobis benedictio, idest ex hoc quod nunc fecistis promeristis, vt daretur vobis in futurum benedictio, scilicet in ministracione: in ista tamen litera dicitur eo tempore separari, necesse est ergo non referri ad primam separationem, sed ad secundam, in qua Moyses separauit eos coram omni populo: item dato quod prima diceretur separatio facta a Moyse, tamen non fuit determinata ad aliquid: quia non magis ad hoc quam ad illud, sed in ista separatione de qua hic dicitur, fuit facta distinctio officiorum sacerdotum & Leuitarum, cum dicitur vt portaret arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio, atque benediceret in nomine illius, vsque

vsque in sempiternum: necesse est ergo referri ad secundam separationem, in qua ista determinata sunt de officijs sacerdotum atque Leuitarum: item dato quod posset intelligi litera ista de prima separatione, tamen litera non esset continua: quia supra dicebatur, reuersusque de monte descendi, & posui tabulas in arca: ergo erant istæ secundæ tabulæ: nam primas tabulas non duxit Moyses ad castra, nec posuit in arca, sed fregit ad radices montis, vt patet Exo. 32. cap. & supra præcedenti cap. sed prima separatio Leuitarum fuit facta ante adductionem secundarum tabularum. scilicet descendit prima vice Moyses de monte, & inuenit populum idolatrantem, & coniuncti sunt ei Leuitæ, vt adiuaerent ad occidendum idolatrantes, & dixit Moyses consecrasti Domino hodie manus vestras: vt patet Exo. 32. cap. post hæc autem Moyses rursus ascendit ad montem, vt oraret pro peccato filiorum Israel: & vt acciperet alias tabulas, & datæ sunt ei postea, quod patet ex ordinatione literæ Exo. 33. & 34. c. ergo ante fuit separatio Leuitarum prima, quæ id quod supra ponitur: ergo non erit litera continuata: item quia dicitur supra, & posui tabulas in arca, quam feceram, quæ vsque hodie ibi sunt: hoc necessario intelligitur de arca fœderis quæ erat in sancta sanctorum, in qua semper tabulæ fuerunt, & tunc erant, & nunc sunt: vt declarauimus late Exo. 20. cap. sed ista arca facta fuit cum cæteris vasis, atque suppellectilibus sanctuarij, vt patet Exo. 25. cap. circa finem primi anni exitus de Aegypto: ergo valde ante fuit quæ ista prima separatio Leuitarum: ergo etiam ponendo istam literam intelligi de prima separatione, nõ potest esse litera continua. Nec enim debet quis tentare facere quouis modo istam literam continuatam: nam Moyses hic eadem sepe dicit & replicat, quod tollit continuitatem scripturæ, & valde perturbata litera est circa finem præced. cap. & in toto isto non feruatur aliquis ordo cōtinuitatis scripturæ: & patet quia hic dicit, ego autem steti in monte sicut prius 40. diebus & 40. noctibus, & exaudiuit me etiam hac vice, nec perdere te voluit. Et supra præcedenti cap. dicitur idem. & iacui coram Dño 40. diebus & noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleteret vos, etiā aliqua quæ fuerunt priora ponitur hic, quæ ea quæ ponuntur in principio huius cap. nam manifestum est, quod prius Moyses orauit 40. diebus pro populo quàm acciperet tabulas secundas, sed in principio huius cap. agitur de tabularum secundarum datione, cū dicit dola tibi duas tabulas lapideas sicut prius fuerunt, & postea subditur, cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus, scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat verba decem: hic autem fit mentio de deprecatione pro peccato populi: ergo mutatus est valde ordo in isto cap. & in præcedenti, debet ergo ista litera intelligi de secunda separatione Leuitarum, & tunc erit continuata cum tota litera superioris, licet non cū inferiori, quia hic fit repetitio prædictorum. *Sicut prius.* Quia iam steterat alia vice, scilicet quando recepit primas tabulas & fregit eas, & nunc stetit secunda vice, scilicet ad orandum pro peccato.

Nota qualiter litera legi debet.

An ista fuerit secunda quadragena vel tertia. *Quest. V.*

ET dicit Nicolaus quod illi qui ponunt tres quadragenas morati fuisse Moysen in monte, ponunt istam fuisse tertiam, sed nullo modo potest poni tertia, siue ponantur tres quadragenæ, siue duæ: quia secundum illos qui ponunt tres quadragenas, prima fuit ad recipiendum primas tabulas, secunda ad orandum pro peccato, tertia ad Alph. T. off. super Deuter.

recipiendum secundas tabulas: sed ista quadragena de qua hic dicitur fuit ad orandum pro peccato, patet quia subditur. *Et exaudiuit me Dominus hac vice.* Ergo videtur quod illa vice orabat: sed deceptio quorundam est, quia iam bis dictum fuerat quadraginta diebus, & videbatur ista tertia quadragena: sed falsum est quia ista quadragena bis nominatur, scilicet præcedenti cap. de orando, & hic rursus: si ergo dicitur vbi ponetur tertia quadragenaria? responderetur quod licet in litera non ponatur expresse, tamen inferitur ex præcedenti cap. & ex isto, quia supra dicitur quod quadraginta diebus stetit coram Dño, quibus orauit: deinde in principio huius cap. dicitur, quod mādauit ei Deus dolare lapideas tabulas, & dolauit, & deinde legem scriptam suscepit: ergo ultra quadraginta dies orationis aliqui transierunt, in quibus ista facta sunt, & istos vocant quadragenam tertiam: sed quot fuerunt nõ patet manifeste. *Et te perdere noluit.* Sicut ante comminatus fuerat, vt patet præcedenti cap. *Dixit que mihi vade & precede populum.* Scilicet intrando ante eos ad terras ignotas, & loca periculosa, vt non timerent, sicut fecit in mari Rubro: quia nullus audebat intrare, & ingressus est Moyses ante eos, & sic quando Deus dixit Moysi quod moreretur, vt patet Nu. 27. c. rogauit Moyses Deum, vt constitueret Deus hominem super populum, qui præcederet eos, possit exire, & intrare ante eos, educere & introducere eos: hic mandat Deus Moysi vt præcedat filios Israel ad ingrediendum in terram Chanaan, & ad delendum hostes illos capiendo loca illorum: nam Hebraei sine duce intrare non audent: nam etiam cum duce intrare timebant, & potius volebant mori in solitudine, aut reuerti in Aegyptum, vt patet Nume. 14. cap. cum dicitur, murmurauerunt contra Dominum, & contra Moysen cuncti filij Israel dicentes: vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine: vtinam pereamus, & non introducat nos Dominus in terram istam, vt cadamus gladio, & vxores atque liberi nostri ducantur captiui. nõne melius est reuerti in Aegyptum? dixerunt alter ad alterum, constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum, sic patet supra 1. cap. & in alijs locis. Moyses autem quia erat vir potens in opere & in sermone, multum confortabat corda filiorum Israel, & erigebat genua dissoluta: ideo erat multum necessarius eis ad præcedendum. Dices quomodo Deus mandauit hic Moysi, vt præcederet filios Israel, & introduceret in terram Chanaan, cum alibi Moyses rogauerit, & Dominus noluerit assentire, vt intraret in terram Chanaan ultra Iordanem? vt patet supra 4. cap. cum dicitur precatusque sum Dominum in tempore illo dicens, Domine Deus tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manumque fortissimam &c. Et sequitur, transibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egrugium & libanum: iratusque est mihi Dominus propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, sufficit tibi, nequaquam loquaris ultra ad me de hac re: vnde ergo tanta mutatio, vt quem antea Deus præcedere admoneret, atque mandaret, nunc deprecantem, vt præcedat, vel saltem vt transeat, nullo modo Deus exaudire voluerit? omnia nobis futura siue bona siue mala, & quid nos ipsi in futurum agemus non tamen nobiscum sic se habet, vt exitus actionis nostræ promerebitur: sed secundum quod prius iustitia vel iniustitia exigit, vt singula puniat, & præmet tempore suo: Moyses autem tempore quo lex data est, & stetit cum Domino in monte orans, & recipiens tabulas, nihil peccauerat in Deum propter quod priuaretur ingressu terræ Chanaan: & si sic durasset

ipse ingressurus fuisset in eam, & introducturus illi populum Hebraeorum, nec erat dignum quemquam alium praefici, vt praecederet ipso viuentem, qui tantam dignitatis extiterat, vt Deo familiarissimus in verbo, & visione erat vt patet Num. 12. & infra 34. cap. & non fuit delusorium mandatum Dei ad eum, quia si sic permaneret infallibiliter praecessisset, atque terram illam ingressus fuisset: sed quia conditio humana defectibilis valde mutatur, maxime secundum liberum arbitrium, Moyses post fere 39. annos dum starent in Cadesbarne ad extrahendum aquas de petra non benedixit Domino sicut debuerat, accensus zelo contra populum rebellem, ideo incurrit quandam culpam fati lenem, ex qua tamen Deus priuauit illum ingressu terrae promissionis trans Iordanem, ne gauderet in ea: de hoc late diximus Nu. 20. cap. & supra 3. cap. in fine, licet ergo Deus ante istud peccatum madauerit Moysi, vt ingrederetur, praecederetque Israelitas ad terram illam, post peccatum eum rogantem hoc idem exaudire non voluit, de hoc Nu. 27. cap. sic dicitur ascende in montem istum Abarim, & contemplantur inde terram, quam daturus sum filiis Israel, cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum sicut Aaron frater tuus: quia offendisti me in deserto Syn in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluisti coram ea super aquas. *Et nunc Israel.* Enarratis supra peccatis, quae populo fuerunt dimissa, hic inducit primum intentam, quae debeat timere Deum. *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te.* Quasi dicat vobis Israel, quod Deus multa peccata tibi remisit, & nunc petit a te solum quod timeas eum, hoc paucum est, facias ergo. *Nisi vt timeas Dominum Deum tuum.* Scilicet, Timore filiali, qui est timor castus vel sanctus, & permanet in seculum seculi. Pl. 118. *Et ambules in vijs eius custodiendo mandata eius diligas eum.* Ille est ordo procedendo in gratia perfectione, primo aliquis timet Deum timore seruili tanquam punitorem, deinde obseruat mandata eius pro timore: deinde per assiduum talem obseruationem concipit Dei amorem. *In toto corde tuo & in tota anima tua.* Expositum fuit supra 5. cap. satis late, & vtrum possit in via seruare tale preceptum. *Vt bene sit tibi.* Non dicitur vt, finem sed consecutionem, id est, seruas Deo tuo, & bene erit tibi: si autem diceret sine, esset sensus, quod seruare Deo ea intentione, vt nobis beneficeret: sed hoc falsum est, nec tale mandaretur: quia talis amicitia esset vtilis & non honesta, & esset contra preceptum charitatis, quo quis tenetur Deum super omnia diligere, & talis vteretur Deo, & frueretur creatura, quae est magna deordinatio: & pater quia ea quae sunt ad finem respectu finis vtilia sunt: quia accipimus ea ad talem finem subordinando, & solum propter illum finem accipiendo, de quibus in principio primi Ethic. *En Domini Dei tui calum est.* Dixerat quod Deus beneficeret diligentibus. Sed dubitaret aliquis quomodo Deus posset nobis benefacere. Et respondet quia celum est in potestate Dei, & omnia alia, ideo benefacere potest. *En Domini calum est.* Id est celum visibile: & accipitur hic nomine huius celi congregatio orbium visibilium, scilicet septem orbis planetarum, & orbis stellatus, & coelum crystallinum, quod magis visibile est quam alij caeli: quia alij propter raritatem non sunt visibiles nisi in solis stellis existentibus in eis, quia habent lumen aggregatum: coelum autem crystallinum propter densitatem gelidarum aquarum valde visibile est, & videtur in noctibus serenis sub imagine coloris azurini ex densitate lucis siue magna radiositate.

Et calum cali. Id est coelum empyreum quod per excellentiam coelum dicitur, in quo sancti gloriantur cum Christo, & illud inuisibile est, & sine aliqua stella vel motu.

Terra & omnia quae in ea sunt, & tamen patribus tuis conglutinatus est. Scilicet nimo amore: & est sensus licet Deus habeat in potestate sua caelum & terram, & nullo indigeat, tamen ex sola benignitate sua dilexit patres tuos: deberes ergo pro tanto beneficio ei toto animo inharrere.

Quomodo Deus dicitur conglutinatus Iudaeis.
Quaest. VI.

DICITUR autem hic Deus conglutinatus amore Israelitis, scilicet patribus eorum, qui supererant tempore Moysi ad notandum magnum amorem: nam sic Deus omnia possidet, vt patet Exodi decimo cap. & Psalm. 23. scilicet Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo, idem Pl. 49. & 102. ita Deus omnia amat, nam si ea non amaret diffundendo benignitatem suam in ea, nullo modo permanerent saltem per iustitias, vt patet Sapientiae vndecimo cap. cum dicitur: sed miseris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam, diligis enim omnia quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti: nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti, quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset conseruaretur? quasi dicat impossibile erat: Deus tamen omnia amans non aequaliter omnia amat: & vt de ceteris sileam quae naturalia sunt, & quae Deus diligit secundum quod eis maiorem perfectionem tribuit, ita vt magis amet equum quam margaritam & quam arborem, de hominibus dicendo in tempore illo nullos homines Deus magis amat quam Hebraeos, vt patet Exodi decimonono capitulo, cum dicitur, si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiū de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Ad declarandum ergo istum amorem singulari, quem habebat Deus ad filios Israel, dixit conglutinatus est: quia istud verbum signat quandam magnam vniōnem, & amor est vis vniūta faciens duos esse vnum, nam amicitia est idem velle & idem nolle, vt ait Tullius in libro de vera amicitia, & Aristoteles in 9. Ethic. ait, quod amicus est alter ipse: magnus autem amor multum vnit, & hoc iam vocatur conglutinari siue sit amor honestus, siue delectabilis inhonestus: nam in quolibet genere est date intensiōnem amoris, quae iam vocatur conglutinatio. de amore inhonesto habetur Gen. 34. de amore quem concepit Sichem filius Emor principis terrae illius, admauit eam, & rapuit, & dormiuit cum ea vi opprimens virginem, & conglutinata est anima eius cum ea: de amore autem honesto dicitur hic, nam Deus quicquid amat honeste amat, licet amor eius multum distinguatur a nostro: quia in eo non est vlla affectio, vt in nobis, qui mensuramus quantitatem amoris per quantitatem affectionis. *Id est nos de cunctis gentibus.* Quia nullam aliam gentem nisi Iudaeos elegit, vt patet supra 4. cap.

Sicut hodie comprobatur. Satis enim patebat per mirabilia, quae Deus pro ipsis fecerat, & continuo faciebat, scilicet in apertione maris Rubri, in manna dato, in victoria mirabili de hostibus.

Circumcidite ergo prapucium cordis vestri. Id est superflua vel noxia desideria: sicut prapucium aliquid in carne superfluum videtur, ita malitia voluntatis magis est per superabundantiam, quam per defectum, sed vtrumque malum est: quia in solo medio virtus est, & patet Psal. septuagesimo nono. Incensa

igne

igne & suffosia ab increpatione vultus tui perierunt. Incensa igni, id est super medium eleuata, quia ignis eleuat, & suffosia, id est defectus infra medium, quia ita deficit a medio, sicut suffosia ab equalitate terrae deficit: ab increpatione vultus tui perierunt. id est Deus vtrumque detestatur. *Et ceruicem vestram ne induretis amplius.* Metaphora est, qua Deus communiter vitatur contra Hebraeos, sicut enim qui habet duram ceruicem caput flectere non potest, ita qui superbus & inobediens est subici Deo non vult: huiusmodi autem erant Hebraei quia etiam si aliqua bona eis dicerentur, cito deserebant ea reuertentes ad mala, quibus assueti erant, & sic dixit de eis Deus Moysi Exodi 32. ca. cerno, quod populus iste durus ceruicis est, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. & supra cap. 9. dicitur scito, quod non propter iustitias tuas dominus dedit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimae sis ceruicis populus, & sic cognoscens Iosue duos fore dixit, quod non poterant seruire Deo, sic pater Iosue. 24. ca. cum dicitur, non poteritis seruire Domino: Dominus enim Deus sanctus, fortis, & emulatur est, & non ignoscet delictis vestris: sic etiam dixit eis dominus per Hieremiam cum videret duritiam & incorrigibilitatem Hierem. 13. cap. si potest mutare Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene agere cum didiceritis malum: ab hac ergo ceruicis duritie admodum net Moyses eos corrigi, vt Deus acceptet eos in populum gratum sibi. *Ipse est Deus deorum.* Id est Deus potentior quam illi quos Gentiles deos vocant: inducit autem hic Hebraeos ad amorem Dei, & quia id quod amat sub ratione boni amatur, & quanto magis bonum est, tanto magis amatur secundum regulam philosophi: si simpliciter ad simpliciter, & magis ac maxime, ideo vt Deus verus maxime ametur ab eis, ponit multas conditiones & bonitates Dei, & primo vocat eum Deum deorum, id est Deum excellentem alios deos, & hic facit scriptura improprium partitionem & comparisonem: nam dii nulli sunt praeter Deum verum: ideo non poterat comparari Deus verus alijs dijs, sicut non est partitio, siue comparatio inter ens & non ens, sed loquitur secundum intentionem hominum errantium, qui putant ista, quae coluntur ab eis deos esse: est tunc sensus, quod Deus verus, qui est Deus Hebraeorum est Deus deorum, quia alij dii quicunque sunt, nihil possunt facere praeter Deum verum, & ipse potest eos destruere quando vult, sicut destruxit deos Aegyptiorum, vt patet Exo. 12. & Num. 33. cap. cum dicitur: nam & in dijs eorum fecerat iudicia. *Dominus dominantium.* Sic dicitur Apoc. 1. c. quod Deus est rex regum, & dominus dominantium, & sciendum, quod Moyses ponit hic duo magna de Deo per ordinem primum, quod Deus est, secundum quod dominus est, & a mortalibus cogitatur, & secundum quod veritas est, est eadem Deum: nam sic diffinit, quod Deus est, quo nihil maius excogitari potest. quia tamen gentes multos deos posuerunt, oportebat, quod si aliquid summum bonum esset, foret maior omnibus illis dijs positus a Gentilibus: quia ob hoc dixit Moyses ipse est Deus deorum, id est maior quam alij dii: Gentiles autem post deos maximum bonum reputabant esse reges: nam reges felicissimum iudicabant, & sic ipsi reges aliqui in vita vocabantur dii, & gentes tenebant eos quasi in reuerentia deorum: sic vocat eos Ouid, deos in libro primo de arte amandi, cum dicit,

Parate mortales natales numerare deorum,
Caesaribus virtus euenit ante diem.

& quia reges dominantur valde, exprimit Deum esse dominum dicens, Dominus dominantium Deus magnus, & potens, vocatur Deus magnus ex magnitudine virtutis suae, & bonitatis: habent namque omnia attributa magnitudinem virtutis in Deo, cum sint infinita secundum essentiam & bonitatem. *Deus magnus*

& potens & terribilis. Istud est quod maxime attendebant Iudei, id est vt Deus suus esset talis, qui posset eos liberare ab omnibus aduersitatibus: nam quidam dii aliarum gentium non poterant liberare cultores suos a malis, sicut dii Aegyptiorum in quos fecit iudicia: Deus autem Hebraeorum potens erat liberare eos ab omnibus malis, & sic eripuit in mari rubro, & in deserto, atque ceteris locis, vt sepe enarrauit eis Moyses: terribilis dicitur Deus terribilis malis, quia eos contra titer punit maxime potentes huius seculi, qui contra eum superbiunt, vt patet Sapientiae 6. cap. cum dicitur potentes autem potenter tormenta patientur: vel dicitur fore terribilis contra hostes eorum, quia eos duriter punit, vt patuit in Pharaone & seruis eius in mari rubro, & in Amorrhais quos deleuit in foraminibus petrarum, vt patet Num. 21. cap. *Qui personam non accipit, nec munera.* Id est non agit contra iustitiam pro aliquo, qui diues est, nec pro nobili vel potente.

An in Deo sit acceptio personarum, quia quosdam praedestinatos alios vero damnatos. *Quaest. VII.*

ET si arguas quod Deus personam accipit, quae antequam homo sit aliquid sine causa eligit, & aliquid sine causa cadere dimittit, vt habetur Mala. 1. & ad Rom. 9. c. antequam quicquam boni, vel mali faceret Iacob dilexi: Etsi autem odio habui, Respondetur quod cum acceptio personarum sit contra iustitiam distributivam, solum est in eis ubi requiritur dignitas personarum ad distributionem, & distribuens habet regulam ad sic, vel sic distribuendum: si tamen dignitas personae cui distribuitur, dependet ex voluntate distribuētis, non potest esse acceptio personarum, vt si aliquis iudex debet distribuere sententiam damnum vel commodum, poenam vel honorem, requiritur dignitas in persona cui distribuitur, & ista dignitas non dependet ex voluntate distribuētis, sed a re ipsa, ita quod non potest iudex per voluntatem suam iustificare causam aliquam, sed iustificatio dependet ex meritis causae, ideo si iudex non attendit meritis causae alicuius causam alterius ex sola voluntate iustificare vult pronuncians esse bonam, personam accipit: si tamen aliquis de bonis suis distribuere velit, & alicui minus honesto det non dans magis honesto, non accipit personam, quia dignitas quae hic requiritur, vt alicui distribuatur ex sola distribuētis voluntate dependet. Sic dominus vineae, qui distribuit magis venientibus sero quam cito, non fuit acceptor personarum: vnde dixit si oculus tuus, nequus est, ego autem bonus sum Matth. 20. cap. & hoc Christus approbavit, & in istis cum non sit aliqua regula cogens distribuētē ad certum modum distribuendi, nunquam est acceptio. In Deo autem sic est, quod gloria, quae est visio Dei, est quoddam bonum eius ad quod eligitur homo antequam nascatur: cum ergo tunc non sit in homine aliqua dignitas, nec indignitas, Deus non accipit personam in eligendo hunc, & non eligendo illum, & sic ait Apostolus ad Rom. 9. tu homo quis es, vt respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui se fixit quid me fecisti? non est autem aliqua regula secundum quam Deus in eligendo dirigi posset: ideo non potest accipere personam: si autem Deus aliquem qui iuste operatur damnaret, & aliquem male operantem saluum faceret, personam accipere esset, quia iam legem posuit per quam semper operabitur. I. qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui vero mala, ibunt in ignem aeternum. Et ideo beatus Petrus quando vidit, quod Cornelius, qui conuertitur in Gentilitate adhuc existens quantum poterat bene operari, a Deo illuminatus est: dixit in veritate comperi,

peti, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, & facit iustitiam acceptus est illi, Actuum. 10. cap. *Facit iudicium pupillo & vidua.* Id est non corrumpit iudicium contra eos propter favorem, quod frequentissime iudices consueverunt, vt scilicet primo. c. pupillo non iudicant, & causa viduae non intrat ad eos. *Amar peregrinum.* Iudaei erant crudes cum nullo charitatem habentes, & maxime efferebantur, vt bestia contra peregrinos cum nullum haberet adiutorem destruentes eos, & dominus hoc nimis prohibebat, vt patet Exo. 22. cap. cum dicitur, aduenam non contristabis, nec affliges eum: aduenam enim fuistis in terra Aegypti: vult ergo eos incitare ad amorem peregrinorum, vt infra concluditur, scilicet, & vos ergo amate peregrinos: & quia homines mouentur ad agendum aliqua quando vident aliquos sapientes, sive viros bonos facere ea: ponit hic exemplum de Deo qui certissimus est dans omnibus certitudinem, quam habent, & nunquam potes errare dicens, quod Deus amat peregrinum. *Et dat victum atque vestitum.* Hic ponitur signum dilectionis. nam diceret aliquis quod Deus non diligit peregrinos, respondet probando, quod sic per id quod facit: nam vt ait Gregorius in Homelia super illud Ioan. hoc est praecceptum meum, vt diligatis inuicem, & signum dilectionis exhibitio est operis: si ergo Deus facit bonum peregrinis, eo modo quo facit eis bonum diligit eos, sed dat eis victum atque vestitum, ergo diligit eos, hoc autem ipse dicit hic, quod Deus dat istis peregrinis victum & vestitum, vt patet ps. 136. qui dat escam omni carni, & Sapientie 6. dicitur, quod pusillum & magnum ipse facit, & equa est ei cura de omnibus, ergo de peregrinis, & aduenis, & omnibus generibus personarum curat Deus bonitatem suam cunctis distribuens. *Et vos ergo amate peregrinos.* Quasi dicit, si Deus amat eos, iustum est vos amare eos. *Quia & ipsi fuistis aduenae in terra Aegypti.* Et sicut volebatis tunc vobis beneficii, ita & istis bonum faciatis, sic dicitur Exo. 22. c. aduenam non contristabis, nec affliges eum: aduenam enim fuistis in terra Aegypti. *Dominum Deum tuum timebis.* Vt non facias contra mandata sua. *Et seruis ipsi.* Faciendo praeccepta affirmatiua quae mandant. *Ipsi adhaerebis.* In ipso totam tuam spem & amorem locando. *Iurabis in nomine eius.* Non mandat iurare: sed si iurare volueris melius est iurare in nomine eius quam in nomine idolorum, quia non licebat illa nominare Exo. 23. per nomen externorum deorum non iurabis, nec audientur ex ore vestro, & ps. 15. non memor ero nominum eorum per labia mea: simile habetur. psal. 4. irascimini & nolite peccare. i. si irati fueritis insurgentibus in vobis talibus motibus nolite peccare. i. non deducatis ad executionem percutiendo, vel malum dicendo per iram, vt sic peccetis: de isto iuramento dicitur etiam supra 6. cap. dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruis, & in nomine eius iurabis. Ex quo aliqui Iudaei assumpserunt occasionem errandi dicentes iuramentum esse actum patrie, & esse frequentandum tanquam quilibet bona opera, quae dicitur, quod iuremus in nomine domini. de hoc vtrum sit actus patrie, vel quomodo oporteat iurare late diximus Exo. 20. c. super secundum praecceptum. sensus autem huius literae non est, quod nos iuremus tanquam ex praeccepto vel necessitate, aut tanquam bonum sit iurare, sed si placuerit vobis iurare, sive debueritis ex aliqua causa iurare, non iuretis per nomen deorum alienorum: nam in hoc quendam honorem eis impendebant, quod Deus per omnem modum intendebat vetare, ne maneret in eis vlla radix idolatriae. *Ipsa est laus tua, & Deus tuus.* Ipsi est quae laudare debes, ita quod solum gaudeas, quod talis Deus colis, vel ipse est, qui te

laudabilem facit, quia alie gentes laudabant Iudaeos, quia talem Deum, & talem legem, & beneficia habebant, vt patet supra 4. c. haec est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes uniuersi praecpta haec dicant: en populus sapiens & intelligens, & gens magna, & ps. 143. beatum dixerunt populum cui haec sunt, & beatus populus cuius dominus Deus eius. *Qui fecit tibi haec magna atque terribilia quae uideris oculis tuis.* Potest ista litera intelligi dupliciter. vno modo, quod magna & terribilia sint idem, & tunc est sensus, quod Iudaei debent colere Deum, qui fecit in Aegypto mirabilia, in Pharaone & seruis eius, & ista mirabilia vocantur magna, quia erant a magna Dei potestate. nam nullus alius poterat facere ista, nisi esset verus Deus, & sic dicit ipse Exo. 9. & 10. c. in hoc cognoscet Aegyptius, quod ego sum Deus. vocant terribilia, quia erant dura Aegyptiis patiebantur ea. Alio modo potest intelligi, vt sint duo scilicet magna & terribilia referantur ad mirabilia, quae Deus faciebat hebraeis dando eis bona, & terribilia referantur ad miracula facta super Aegyptios inferendo eis mala: & hoc proprie innuit littera cum immediate subdit exemplum de magnalibus dicens in 70. animabus descenderunt patres tui in Aegyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus sicut astra caeli: nam valde fuit mirabile, vt in tam paucis temporibus, & ex tam paucis personis tanta milia nascerentur. ideo tanquam pro admirabile posuit illud scriptura Exo. 1. cap. cum dicitur filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati atque roborati sunt nimis, & repleuerunt terram: pro vtriusque autem tam pro magnalibus, quam pro terribilibus ei gratias agere debebant laudantes eum. *In septuaginta animabus.* Id est cum septuaginta. *Descenderunt patres tui in Aegyptum.* 66. animae venerunt cum Iacob de terra Chanaan in Aegyptum: & Ioseph, & duo filij sui, qui nati sunt in Aegypto ante aduentum patris scilicet Ephraim, & Manasse sunt. 69. & ipse Iacob, qui non computabatur in filios suos, & sic sunt. 70. anime vt patet Gen. 46. cap. vbi de hoc late fuit dictum. *Et ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus sicut astra caeli.* Et hoc magnum beneficium est, quare teneris eum amare, & timere.

Duplex littera expositio.

C A P. XI.

A itaque Dominum Deum tuum, & obserua praeccepta eius, & caeremonias, iudicia, atque mandata omni tempore. Cognoscite hodie, quae ignorant filij vestri: qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius, & robustam manum, extentumque brachium: signa & opera quae fecit in medio Aegypti Pharaoni regi, & vniuersae terrae eius, omni que exercitui Aegyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquae maris rubri, cum vos persequerentur.

A itaque. In superioribus a 6. c. vsque huc posuit diuersa incentiua ad diuinum amorem: hic infert intentam conclusionem, & tanguntur principaliter duo. Primo conclusio intenta. Secundo huius conclusionis superadduntur multa fulcimenta ibi. *Cognoscite hodie.* Et ista in multis particulis subdividitur, de quibus infra patebit. *Ama itaque Dominum Deum tuum.*

Connexio cap. Diuisio eiusdem.

Quare

Quare Moyses primo loquitur de amore Dei. *Quest. 1.*

Licet secundum viam naturae, vel generationis per timorem ad omne bonum deueniatur, quia est initium in generatione imperfectorum, cum amor est in viam eminentiae omnia bona contineat in virtute, quia qui diligit proximum legem impleuit, & plenitudo legis dilectio ad Rom. 13. cap. mandat ergo amare tanquam in hoc omnia bona mandet, vt patet Math. 22. quia in amare lex praedat & Prophetae. *Et obserua praeccepta eius.* Bene sequitur ex praecedenti, qui enim amat omnia facit, quia amari nihil est difficile: nam fortis est, vt mors dilectio, & dura, vt infernus. *emulatio, vt patet, Cant. 8. cap. nam lampades eius lampades ignis: aquae enim multae non poterunt extinguere charitatem, & flumina non obfuerunt illa: quoniam amor fortis sit siue honestus, siue inhonestus, satis dictum fuit sup. 9. c. nam si amor inhonestus fortis est, & amor honestus fortis erit cum deuenit ad eundem gradum perfectionis uterque in sua specie, sicut enim amor inhonestus est fortis vt mors, ita amor radicatus Dei est fortior quam mors: nam amantes mortem sperant, vt fruuntur Christo amato. primo ipsam amplectuntur, quia eis mandat ad consecutionem amati: nam ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati, vt patet Actuum. 5. ca. hoc autem est, quod cum verissime diligebant: de fortitudine huius amoris ait Apostolus ad Rom. 8. c. quis ergo nos separabit a charitate Christi tribulatio, an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius? sicut scriptum est propter te mortificamur tota die, & astimati sumus, sicut oves occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos: certus sum. n. quod nec mors, neque vita, neque angeli, nec principatus, neque virtutes, nec instantia, nec futurus, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec creatura alia poterit nos separare a charitate, quae est in Christo Iesu Domino nostro. *Aequae mandata omni tempore.* Hic ponuntur 4. c. Praeccepta. i. moralia. *Et caeremoniae.* i. praeccepta caeremonialia. *Iudicia.* i. praeccepta iudicialia. *Et mandata.* Hoc generaliter quacumque speciem praecceptorum, nec est alia species praeter istas tres. *Cognoscite hodie.* Hodie hic ponitur sicut praedictae conclusionis fulcimenta: probat enim hic quod Deum amare debent, & ponuntur tria.*

Praeritorum beneficiorum narratio.

Primo narratur beneficia praerita, Secundo ponuntur futura ibi. *Terra enim ad quam.* Tertio ad ingressum terrae promissionis quaedam documenta ibi. *En propono cognoscite hodie,* i. recordare vel recogita ea, quae cognouisti & vidisti. *Quae ignorant filij vestri.* i. paruuli qui boni & mali ignorant distantiam: potest etiam intelligi de filijs, qui iam erant iuvenes, licet a patribus audissent mirabilia: non viderant oculis suis omnia, quae Deus pro eis fecerat. Intentio huius literae est, quod Moyses intendebat reducere Iudaeos ad amorem veri Dei, & quia homines amant eos, qui benefaciunt eis, quia vt ait Salomon in prouerbij multi colunt personam potentis, sed sunt amici dona tribuentis: volebat eos in hoc reducere per memoriam beneficiorum receptorum, & iste modus frequentatus est in sacra scriptura, sic enim inducebat Exo. 19. cap. dices vos ipsi vidistis quae fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum: dicit ergo eis hic cognoscite hodie, quae ignorant filij vestri, quasi dicat, vos cognoscitis secundum habitum mirabilia, quae Deus fecit pro vobis, quia tamen cognitio habitualis modicum aut nihil mouet, nisi cum actualiter per habitum cognoscimus, vt declarat Aristo. in 7. Ethic. tractans de cognitione incontinentis: monet eos, vt

ad memoriam reducant actualem cognitionem de mirabilibus Dei, & hoc est quod dicit cognoscite hodie, id est licet vos a multis temporibus cognouistis mirabilia, quae Deus fecit in vobis & pro vobis, tamen ante cognoscite, id est actualiter considerate de eis reducentes ad memoriam, & hoc hodie, quia tunc Moyses eis narrabat ea, quae Deus fecerat pro eis: haec autem ignorabant filij sui, quia licet sepe audiuissent a patribus suis, tamen per se non viderant: visus autem certiorum & distinctiorum causat cognitionem, quam auditus, vel quilibet alius sensus, nam vt ait Aristotel. in principio primi Meta. sensum visus plus diligimus, quia plures rerum nobis differentias ostendit. *Qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri.* Scilicet qualiter peccantes correxerit, quando murmurauerunt, vel vitulum adorauerunt. *Magnalia eius.* Id est miracula. Et significat large omne miraculum, *Robustam manum & extentum brachium.* Ista sunt miracula quae pertinent ad bellum contra hostes. i. qualiter Deus pugnauerit contra Aegyptios, vt Exo. 14. fugimus Israel, quia dominus pugnat pro eis contra nos. *Signa & opera quae fecit in medio Aegypti Pharaoni regi.* Id est plagas quas intulit Aegyptijs. *Et uniuersae terrae eius.* Quando aliqua plaga veniebat toti Aegypto communis erat, ita quod non esset aliquis locus habitatus in tota Aegypto, in quo non mitteretur plaga praeterquam in locis, in quibus habitabant filij Israel, vt habetur Exo. 8. & 9. cap. non tamen est putandum quod in terra, in qua erant filij Israel, non erant istae plagae: nam Hebraei habitabant in terra Gessen, & morabantur inter Gentiles, vt patet Exo. 3. & 11. cap. vbi mandat Deus, quod mulieres perant vasa aurea, & argentea, & vestes preciosas, vnaquaque a vicina sua Aegyptia, & sic spoliat Aegyptum: ergo Hebraei inter Aegyptios habitabant, quos pro vicinis & hospitibus habebant, sed omnes isti Aegyptij patiebantur, sicut & ceteri Aegyptij: ergo oportebat quod plaga a Deo infligere veniret in terra illa, sed Hebraeis non nocebant, quia propter eos datae non erant: nam licet aqua vera esset in sanguinem, vbi Hebraei morabantur, tamen quando ipsi aquam hauriebant vertebatur in aquam dulcem, atque potabilem: locuste etiam, & grandines, ventus vrens, & ceterae plagae fuerunt in locis, vbi fuerunt Hebraei, sed neque grandines eis nocebant, aut iumentis suis, nec aliquid aliorum: modi autem quomodo non nocebant istae plagae Hebraeis, & rebus eorum positi sunt a nobis Exo. 7. cap. *Et omni exercitui Aegyptiorum.* Quia subuertit eos in mari, vt Exo. 14. cap. *Equis ac curribus.* Isti sunt currus falcati, in quibus ad bellum procedebant antiquitus reges, & in Alexandride lib. 3. vbi dicitur, quod Darius in curru pugnavit & Zoroas Memphites: isti currus magni valoris erant, & patet in hoc, quia magni reges non poterant habere nisi 400. vel 500. currus, & habebant isti currus 4. equos: ideo quadrigae vocantur, vt currum veloci impetu raperent, & erant equi armati habentes in frontibus longos & acutissimos enses, vt quicquid obuium e regione haberent, facilliter transigerent: erant rotae habentes enses multos affixos curuis in modum falcis, vt quicquid a dextris, vel a sinistris impeterent, vel acutiae & impetu scinderent, vel curuitate retinerent, ideo currus falcati ab ensibus curuis in modum falcis dicebantur: insidebant autem euilbet currus 4. vel quinq; milites pro magnitudine curus & fortitudine equorum, qui inde iaculis in diuersas belli acies vtebantur: isti currus praer velocitate & fortitudine acies hostium disturbabant: sed hoc damni habebant, quod solis planioribus locis vires erant propter periculum euerisionis, & subita contractio-

Falcato currus antiquitus in bello utebantur.

nis:

nis : ideo in modernorum bellorum vsum non veniunt. *Et delenerit eos dominus vsque in presentem diem.* Id est tunc totaliter deleri sunt per mortem, vt nequaquam vterius nocere valeant, & sic patet Exo. 14. ca. Aegyptios enim quos nunc videtis nequaquam vltra videbunt vsque in sempiternum. *Vobisque quae fecerit in solitudine.* Est constructio suspensiva, id est filij vestri etiam ignorant quid fecerit Deus in solitudine, scilicet in solitudine, quae erat ex mari rubro vsque Cadisbarne: est enim ibi magna solitudo & terribilis, vt habetur sup. 8. c. Quando autem ista loquebatur Moyses non erant in solitudine, sed in terra regum Amorthorum, quasi ceperant contra phanum phagor, vt patet sup. 1. cap. *Dathan atque Abiron filij Heliab qui fuit filius Ruben.* Id est etiam nesciunt quid fecerit Deus istis: quid autem passi sunt, & propter quam causam habetur Num. 16. c. isti namque Dathan & Abiron insurrexerunt in surgente Chore, & terra absorbit eos viuentes cum tota eorum substantia, & omnibus quae ad eos pertinebant, vt patet Num. 16. & 26. cap. patet duo Dathan & Abiron fuerunt fratres, & filij vnus patris, scilicet Heliab, & iste Heliab dicitur filius Ruben, non quod ipse Ruben genuit cum immediate, sed quod veniebat de proge sua. nam non poterat esse, vt isti essent nepotes Ruben, nam sequeretur eos habere cum introissent in desertum plures quam 150. annos quod impossibile erat secundum conditionem status illius temporis, & patet con sequentia, nam si Heliab pater istorum esset filius Ruben genuisset eum Ruben cum intrasset Aegyptum. nam tunc erat Ruben 46. annorum, vt declaratum fuit Exo. 2. c. & in eo tempore, & ante hoc maxime generabant: dato ergo quod Heliab, tunc nasceretur cum homines illius temporis accipiebant vxores in 18. anno, & generabant aut paulo ante vel paulo post, vt declarauimus Gen. 38. capit. nascerentur ergo ad magis Dathan & Abiron: 40. vel 50. annis post introitum in Aegyptum: computando ergo reliquos quibus manserunt Israelitae in Aegypto qui simul fuerunt. 215. vt declarauimus Gen. 15. & Exo. 2. cap. manebunt anni. 165. ad minus vel quasi, quos tunc haberent isti duo Dathan & Abiron, quod totaliter falsum est: dicendum ergo quod vocatur Heliab pater istorum filius Ruben non, quod esset filius natus ab eo immediate, sed quod esset de genere eius, & omnes tales vocantur filij, sic dicitur de Asa rege Iuda, quod fuit filius Dauid, vt patet 3. Reg. 15. cap. & tamen fuit abnepos eius, scilicet tertius ab eo, vt patet computando lineam, quia Dauid genuit Salomonem: Salomon genuit Roboam: Roboam genuit Asa: Haec patet Mar. primo. cap. sic Iosias vocatur filius Dauid, vt patet 4. Reg. 23. cap. & Ezechias dicitur filius Dauid. 4. Reg. 18. ca. & dicitur Elisabeth mater Ioannis de filiabus Aaron, vt patet Luc. primo. c. quae tamen distabat ab Aaron per multa tempora. *Quos aperto ore suo absorbit terra.* De ore terrae Iudaei quaedam trifurca fabulantur, scilicet quando Deus creauerit os terrae & alia decem coeua, quae dicunt a Deo creata in die sexto cum sol velleret occidere ad introitum horizontis ante initium sabbati, de quibus Num. 16. cap. dictum fuit.

Quomodo hic dicitur, quod terra habeat os, cum non sit animal. Quaestio. 11.

SCRIPITUR tamen quod hic loquitur scriptura sub metaphora dicens terram habere os: nam os solium competit rei animatae: terra autem animal non est, nisi forte loqueremur secundum opinionem erroneam illorum, qui posuerunt totum mundum esse animal vnum, & Iouem esse ani-

mam mundi, & sicut anima est tota in corpore, & tota in qualibet parte corporis, ita dicebant Iouem esse in tota terra & in toto mundo, & omnia esse plena Iouis, vt tenuerunt antiqui, & recitauerunt poetae. nam Lucanus in nono libro de Bello plusquam ciuili dixit, Iupiter est quicquid vides, in omnibus rebus est Iupiter, & Virgilius dixit Iouis omnia plena, vt patet in bucolicis Ecloga. 3. quae incipit

Dic mihi Dameta, cuius pecus an Melibaei, cum inquit. Ab Ioue principium misse Iouis omnia plena: Ille colit terras, illi mea carmina curae.

sequendo ergo veritatem cum terra non sit animal non habet os, sed quia os dicitur in animali, id quod panditur ad sumendum cibos & deuorandum aliquid, ita in terra id quo aliquid deuorabat, vocabatur os, & quia omnes istos terra deuorauit, quia intra sua viscera recondit, dicitur habere os. *Quos aperto ore suo terra absorbit.* Antequam terra aperiretur, erat continua, & non videbatur habere os, postquam autem aperta fuit, visa est habere os: ideo dicitur quod terra aperto ore deuorauit eos, id est cum in se diuisa est. *Cum domibus & tabernaculis suis.* Domus vocatur hic non ipsa compositio ex parietibus, & tecto, atque fundamento, quia in deserto nihil tale habebant, sed morabantur in vmbraculis factis de ramis arborum, aut de panno, sed hoc non vocatur domus, sed tabernaculum, vt immediate subditur. Vocatur ergo hic domus congregatio omnium domesticorum, scilicet viri & vxoris cum tota familia: sic enim saepe dictum est, quod domus multipliciter accipitur.

Primo modo pro congregatione vnus totius gentis, sicut omnes Hebraei vocantur vna domus, vt patet psal. 112. domus Iacob benedicite dominum, & sic in poetis consuetum est, vt ait Virgilius Aeneidos libro sexto.

Cum domus Assaraci Phibian clavaeque Mycenae, Imperio reges & victis dominabitur Argis:

& vocatur hic domus pro congregatione omnium Romanorum, qui descendebat ab Assaraco Troiano patre Anchiisae, & Antenore per Aeneam, qui venit in Italiam, & populauit radicem Romanorum.

Secundo modo accipitur domus pro congregatione vnus tribus, & sic vocatur domus Aaron pro omnibus Leuitis, vt patet psal. 112. cum dicitur domus Aaron benedicite dominum.

Tertio modo accipitur domus pro congregatione omnium eorum, qui descendunt ab vno stipite sub eadem tribu, vt in tribu Iuda quidam descendebant per lineam regiam, alij non: qui autem descendebat per lineam regiam vocabantur domus Dauid, vt patet Luc. 1. cap. cum dicitur ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis Maria.

Quarto modo accipitur domus pro vna speciali congregatione cognatorum in eadem familia, & sic dicitur Iosue. ca. 7. quando inquirebatur quis furatus fuisset aliquid de Anathemate hierico, diuisoque toto Israel per tribus inuenta est tribus Iuda, qua diuisa per familias inuenta est familia Zareth, & ista per viros diuisa repertus est Zabdi, cuius domus in singulos viros diuisa est, & inuentus est Achar, & tamen adhuc Achar habebat vnam partem, quia filios & vxorem, & afinos, & boues, atque caeteras possessiones habebat, & sic ibi accipitur domus pro speciali congregatione cognatorum.

Quinto modo accipitur domus pro vna oeconomia speciali. i. pro congregatione viri & vxoris, & filiorum atque seruorum, vel bouum, quia bos pauperibus pro ministro est, vt ait Arist. 1. Poli. ca. 1. & sunt tres personae principales in oeconomia siue domo: vir, vxor, & seruus,

uus, vel bos arator, vt dixit Hesiodus poeta & recitat A dictum eius Aristot. vbi supra.

Sexto modo accipitur domus pro ipso aedificio co pacto ex parietibus, tecto, & fundamento, & isto modo domus & tabernaculum coincidunt. quia ergo hic ponitur domus, vt aliquid distinctum a tabernaculo, oportet accipere domum quinto modo pro congregatione personarum faciendam vnam oeconomiam. i. pro dno & vxore cum tota familia, & oes isti deuorati sunt: nam omnes homines pertinentes ad eos absorpti sunt viuentes, vt patet Num. 16. c. & 26. *Et tabernaculis.* Vocatur tabernacula illorum domus facta de arboribus, aut pellibus, vel lino cerato, aut caeteris operimentis, in quibus morabantur in deserto, & ista est tabernacula absorpta ruentia in hiatum dehiscente terra sub pedibus. *Et vniuersa substantia eorum.* Dicitur substantia post festum in rebus tam animatis quam inanimatis, & oia ista cum eis demersa sunt: nam oues, boues, caprae, & asini, caeteraque quae ad ius eorum pertinebant, apud tabernaculum eorum erant, & tota terra in circuitu dissiluit, factoque hiatu magno cuncta absorpta sunt. *Quam habebant in medio Israelis.* i. inter Israelitas: nam tota congregatio filiorum Iacob vocatur Israel, sicut ipse Iacob vocatur Israel, & isti dicebantur hinc in medio Israelis substantiam. i. inter Israelitas: nam medium non accipitur hic secundum aequidistantiam, sed secundum interpositionem. scilicet quod quod est inter aliqua duo dicitur esse in medio istorum, siue aequaliter distet ab utroque, siue inaequaliter, & isti non poterant esse in medio Israelis per aequidistantiam: nam in deserto vbi isti perierunt soli Leuitae, & sacerdotes cum tabernaculo erant in medio Israel, quia 12. tribus erant ordinatae sub quatuor vexillis dispositis situ tetragono, vt patet Num. 2. c. & tribus Ruben, de qua isti erant, vt patet hic, & Num. 16. & 26. ca. erat ad partem meridie tribus Ruben, vt patet in eod. c. isti ergo, qui erant in tribu Ruben, non erant in medio Israel, sed inter Israelitas. *Et vniuersa substantia eorum.* Etiam filij, & vxores, & omnes alij, qui moniti per Moysen noluerunt recedere a tabernaculis illorum, absorpti sunt siue paruuli, siue magni, de quibus latius Num. 16. c. q. d. omnia vidistis vos, & filij vestri non viderunt, ergo ista vos ad amorem Dei prouocare debent, quia eo agente tanta pericula euadentes tanta beneficia recepistis. *Oculi vestri uiderunt.* Hic continuat narrationem loquendo ad solos antiquos, qui viderant bona & mala, quae acciderant eis in Aegypto atque in deserto, & non potest iste sermo dirigi ad totum Israel, quia non omnes cognoscebant hoc vt patet supra cum dicitur, cognoscite hodie quae ignorant filij vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, & magnalia eius, atque robustam manum. *Opera Domini magna quae fecit.* Ista sunt opera quae fecit in Aegypto plagas inferendo, & in mari rubro Aegyptios penitus delendo, & in deserto bona conferendo, atque ab oibus aduersitatibus eruendo. *Vt custodiatis omnia mandata illius.* i. ista magnalia Dei, quae vos vidistis, semper vos deberent animare, vt custodiretis mandata Dei. *Quae ego praecipio vobis hodie.* Quia in isto die, quo Moyses ista dicebat, recitabat istum librum, in quo continentur mandata Dei, quasi oia quae in alijs libris data sunt breuiter recapitulata. *Vt possitis introire.* i. & poteritis introire, quia vt coeter tenetur in talibus locis consecutiae, & non finaliter vel casualiter. *Et possidere terram ad quam ingredimini.* Quia si non custodiretis mandata Dei, et si ingrediamini terram promissionis, ea non possidebitis, sed gladio hostium corruetis, *Multoque in euuatis tempore.* i. licet introducat vos Deus ut possidatis, si tamen peccaueritis deum delebit vos de terra. *Lacte & melle manantem.* i. valde abundantem. *Terra, nam ad quam ingredieris possidendam.* Hic ponitur secundum substantiam futura,

& demonstrat quomodo conditio terrae ad quam transiuri sunt, exigit eos Deo acceptos esse & non peccare. *Non est sicut terra Aegypti de qua exiisti.* Quasi dicat, licet omnis terra bonum suum a Deo recipiat, tamen quaedam terrae indigent magis Deum hinc placati, in terra Aegypti legetes & vniuersae arbores sine caelesti pluuia sola Nili irrigatione fecundantur, vnde non indigent isti aqua pluuiali, quia facillime sic tota terra rigari potest cum plana sit.

De Nilo flumio, an irriget totam Aegyptum. Quaestio. 111.

DE Nilo autem dicendum est, sicut late diximus Exo. 10. & 13. c. q. Nilus non irrigat totam Aegyptum, sed maiorem partem eius meridiana: nam a parte meridiana ingreditur veniens per desertum Aethiopicam, vt declarat Paulus Orosius libro primo de Orbe mundi, & Solinus in Polistor. c. de Aegypto: rigat ergo solum Nilus partem meridiana Aegypti, & non potest rigare totam Aegyptum, quia dupliciter impeditur. Primo quia tota terra non est ita plana, quod inundatio Nili intrans per alueos peruagaret totam terram Aegypti. Secundo quia mare rubrum venit a parte Septentrionali Aegypti per desertum Arabicum, & intrat diuidendo quandam partem Aegypti: illam autem partem quae ad Septentrionem vltra mare rubrum, non potest irrigare Nilus: ideo cum illa terra paucarum & valde rararum pluuiarum sit, oportet vt aqua flumiuum artificialiter eleuatis & euagantibus per terram irriget, quemadmodum fit in multis alijs terris. Et non solum illa pars quae est vltra mare rubrum ad Septentrionem, sed et aliae partes Aegypti existetes versus meridiem, ad quas non poterit venire inundatio Nili, irrigantur isto modo fluminibus adiacentibus, & ista irrigatio fiat per inundationem Nili, quia eleuatur, vt coeter vsque ad 16. cubitos & alij ad 22. cum autem deficeret venit vsque ad 5. & nunquam minus visus est crescere Nilus, ut patet per Solinum in Polistor. c. de Aegypto. sunt tamen facti artificialiter quidam meatus, per quos aquae fluunt ad irrigandum, & non spargantur inutiliter per superficiem coniunctam Nilo: in alijs autem fluminibus Aegypti, oportet esse maiorem laborem, quia aqua non inundat, sicut in Nilo: sed artificialiter eleuatur & ducitur ad diuersas partes, quia tamen Nilus magis irrigat de terra Aegypti, quam oia alia flumina simul, denotatur tota irrigatio a Nilo, licet non totam Aegyptum Nilus irriget. Terra autem Iudaea cum sit montuosa & campestris non potest fluminibus irrigari, sed aqua de caelo expectat, id est deum precibus semper debent hinc propitiis, ne pro peccata famem imitrat, sicut patet 2. Reg. 21. c. & 3. Re. 17. & 4. Re. 6. *Vbi iacto semine in hortorum morem aqua ducuntur irriguae.* Postquam seminauerant in Aegypto aperiebant alueos Nili, qui diffunditur in multa capita, & totam regionem irrigat, & ad hoc adiuant duo. scilicet dispositio terrae, quia valde plana est, id est de Nilo ad totam terram Aegypti per alueos aqua duci potest, Secundo inundatio Nili, quia in principio & fine mensis semper inundat, vt ait philosophus in fine secunda Poster. & in lib. paruo de Inundatione Nili, & Seneca. 6. lib. de quonibus naturalibus.

An tota Aegyptus irrigetur Nilo, prout litera videtur sentire, & maxime terra Gessen, in qua erant Iudaei, & de inundatione Nili. Quaestio. 1111.

DE causa autem huius inundationis multi multa dicunt, & nisi esset ista inundatio non posset irrigari tota Aegyptus ex aqua Nili, quia deficcarent eos, & oporteret aquae ductus profundos esse, quicunque dicatur hic, vel in alijs scripturis aliorum totam Aegyptum irrigari a Nilo

a Nilo flumine, intelligendum est de maiori parte, quia Nilus non potest totam Aegyptum irrigare ex duabus causis supra assignatis: sed hoc non obstante tota Aegyptus irrigatur, sed in quadam parte irrigatur aquis Nili inundantibus, in alijs autem partibus irrigatur aquis aliorum fluuioꝝ artificialiter ductis per omnes agros, & loca exulta, & sic tenet verum litera, quod in Aegypto iactatur semen, & postea in morem hortorum ducuntur aquae irrigantes ab ipsis fluminibus. Considerandum autem, quod in Aegypto fit dupliciter irrigatio: nam illi quorum terra Nilo flumine irrigatur, aliter se habent, quam illi qui irrigationem suscipiunt a fluminibus alijs: alia namque flumina Aegypti non inundant sicut Nilus, immo non reperitur aliquis fluuius in toto orbe, qui inundet sicut Nilus, praeter Eufratem, ut ait Solinus in Polistor. c. de Eufrate, & ibi redditur causa quare inundet Eufrates sicut Nilus: ideo illi quorum terra irrigatur alijs fluminibus, possunt quicumque voluerint irrigare agros suos, nisi forte multa flumina deficcata essent: illi autem qui terram suam aqua Nili irrigant, non possunt irrigare quicumque voluerint, sed oportet expectare inundationem Nili. Fit autem inundatio Nili dupliciter, quaedam in principijs & finibus mensium, & ista est valde modica, & quasi nulla. Alia quam coloni Aegyptij expectant, & est magis, & est duplex in quolibet anno. Prima est a die quo intraverit Sol in cancrum, quod est in medio mensis Iunij, & durat usque ad principium Leonis, quod est in medio Iulij, vel modicum ultra. Secunda inundatio Nili est incipiente Sole intrare primum gradum virginis quousque in libram intrauerit, ideo oportet ut quando venerit Niliaca inundatio sit semen iactum in terra, ut sic humectetur, & putrefiat, & virtus eius germinatiua exurgat, & postea Sole veniente insurgit seges in altum: sic enim fit in hortis, qui rigantur labore humano, & non expectatur aqua de caelo. Sed quia hic dicebat Deus Iudaeis, quod non erat talis terra Chanaan ad quam ingressuri erant, sicut terra Aegypti: in qua prius iactatur semen, & postea in hortorum more aquae ducuntur irrigue: oportet ut terra Aegypti, in qua erant Iudaei, talis esset in qua in hortorum morem ducerentur aquae irrigue, & non irrigaretur terra de caelo, quia tunc nihil valeret exemplum: nam Iudaei principaliter cognoscebant terram illam Aegypti in qua morabantur, immo quasi nullam de alijs terris Aegypti cognoscebant, quia ad nullam ibant cum cogenerentur ad dura opera luti & lapidis, vel potius lateris, quia lapides rari erant in Aegypto, ut diximus sup. 9. c. Sciendum autem, quod terra Aegypti, in qua erant Hebraei non poterat irrigari Nilo, quia ipsi morabantur in terra Gessen in solo Ramesse, ut patet Gen. 47. cap. Ramesse autem erat ultra mare rubrum versus Septentrionalem partem, ergo non poterat irrigari a Nilo: quia mare rubrum veniebat a parte Septentrionali, & Nilus veniebat a parte meridiana, & Nilus non poterat perlabi toti terrae Aegypti versus Septentrionem, quia illi qui erat ultra mare rubrum versus deserta Arabica perlabi non poterat, & in hac parte erat terra Ramesse & Gessen, in qua morabantur Hebraei, & pater quia ipsi recedentes a loco in quo erant, poterant intrare immediate per viam terrae Philistinorum quae brevis erat, non transiendo mare rubrum, & hoc erat eis iter rectum atque vicinum, sed Deus voluit eos transducere per viam deserti, & transgredi mare rubrum: nam si iussisset per terram Philistinorum, quae populata erat, videntes contra se bella insurgere immediate redissent in Aegyptum. Et huiusmodi causa erat duplex. prima quia cuntes per terram Philistinorum quae populata erat, immediate habuissent hostes obuios, & insurgere bello, quia essent

prope Aegyptum, redirent. Secunda causa erat, quia illa via erat multum cognita & cois, & non hñs aliquod impedimentum fluminis, aut maris, vel alicuius alterius: ideo inclinarentur ad redendum in Aegyptum, de his Exo. 13. c. in litera, & ibi diximus. Eundo autem per viam qua eos duxit dominus. s. per desertum & transendo mare rubrum erant duae causae oppositae facientes, quod non redirent in Aegyptum. Prima ratio erat, quia in illa via non ita inuenirent hostes, sicut in via terrae Philistinorum: nam vsque ad mare rubrum nullum hostem inuenirent, ut colligitur ex litera Exo. 13. & 14. cap. & postea ambulantes per illas solitudines nunquam inuenirent hostes, vsquequo steterunt in raphidin iuxta motem Synai, ubi pugnavit contra eos Amalech, ut patet Exo. 17. cap. & iam longe erant a terra de qua exierant, quia mense & dimidio ambulauerant: nam in prima die mensis tertij accesserunt ad montem Synai, ut patet Exo. 19. cap. & die 15. mensis primi recesserunt de Aegypto, ut patet Num. 33. ca. & colligitur Exo. 12. & 13. c. Secunda causa obstante ne redirent erat via difficultas. primo quia illa terra erat sine via, & ipsi non bene scirent redire in Aegyptum. Item quia dato, quod scirent viam, oportebat eos venire ad mare rubrum, per quod transire non possent: nam antea diuino miraculo sic transferant, quod in reditu sperare non poterant, cum contra Dei mandatum redirent, & si vellent deuiare transiunt maris rubri, necesse erat eis ascendere per montes altissimos per quos nullus poterat ascendere, nec descendere, & ita credidit Pharaon cum vidit Hebraeos consistentes super mare rubrum dixit, coarctati sunt terra & conclusit eos desertum, ut patet Exo. 14. c. quod non esset verum nisi illi montes, ita essent excelsi atque praeiuncti, ut per eos homines, nec iumenta transire possent. Item dato, quod transire possent mare rubrum, nullum cibum pro se haberent, quia terra illa erat deserta, & cum nullo poterat habere comercium, sustentabant autem solo manna, ut patet Exo. 16. & sup. 8. & infra 29. c. ista ergo omnia retraherent eos ad non retrocedendum. Satis ergo patet quomodo Hebraei potuerunt transire in terram Chanaan per terram Philistinorum sine transitu maris rubri, nisi Deus a proposito propter aliquem finem duxisset eos per viam deserti, & maris rubri. Ergo habitabat ad partem Septentrionalem Aegypti post mare rubrum, ad quam terram nullo modo transire poterat Nilus: & tñ in terra illa sic bar id quod ponitur in littera. s. quod prius iaciebatur semen in terra, & postea ducebatur aqua de fluminibus per alueos factos artificialiter & hoc erat in hortorum morem, quia sic fit in hortis, & ista flumina non inundant sicut Nilus. Sed montuosa est, & campestris. Ita quod aquae fluuiales non possunt irrigare praedia sita in collibus, vel non potest transire aqua de vna parte ad aliam obstititibus collibus. De calo expectans pluuias. Quia non potest eas de fluminibus habere. Quam dominus Deus tuus semper inuisit. Respicit & videt eam: inuisere idem est quod visere, est autem visere cum desiderio videre, quae verba terminata in se sunt desideratiua, ut capeffo. i. cum desiderio capere, & faceffo cum desiderio facere viso & inuiso idem est cum desiderio videre, dicitur autem Deus videre cum desiderio illam terram secundum Metaphoram sumptam a nobis, quia nos cum desiderio videmus ea quae diligimus: ita cum Deus dicatur illum terram diligere super alias terras, quam populo suo praeparabat, dicebatur illum cum desiderio videre, quia non sic cum desiderio respiciebat alias terras, cum non dispoſneret tanta bona dare habitatoribus aliarum terrarum sicut habitatoribus illius. & hoc dicebat Moyses ad laudem illius terrae, ut sic eam desiderarent. *Oculi domini sunt in ca. a principio anni usque ad finem.* id est Deus attendit quo tempore anni illa terra indigeat pluuiis,

Præcipua hominum ac iumentorum nutrimenta.

pluuiis, & tunc dat ei: vel possunt intelligi omnia supra dicta ad laudem terrae promissionis, & est sensus multum Deum amare debes, quia talem terram tibi daturus est, quae melior est quam Aegyptus: in Aegypto. n. cum magno labore colitur agri, quia oportet per alueos deduci aquas Nili frequenter sicut fit in hortis: in terra autem quam tibi dabo nullo tali labore fatigaberis, quia Deus de caelo irrigat illam. *Si obedieritis mandatis meis.* Descripta conditione terrae, hic dicitur qualiter in ea viuendum sit. s. custodiendo mandata. *Quae hodie praecipio vobis.* Omnia praepcepta legis in isto libro colliguntur, & recitauit ea Moyses in vna die, in qua & mortuus est secundum aliquos, sed hoc non multum refert vtrum vna dies sola fuerit vel plures: satis constat quod non fuerunt multi dies, quia videbat Moyses mortem suam imminere: ideo quantum poterat festinabat: possunt ergo isti dies etiam si duo, vel tres fuissent, vna dies dici, quia continue praedicabat in eis Moyses, & admonabat, & quae ea quae in hac die dicta sunt seruaret, totam legem seruaret. *Ut diligatis Dominum Deum vestrum.* Omnia ista praepcepta fundantur in dilectione, & reducuntur ad dilectionem: nam qui proximum diligit legem impleuit, ut patet ad Rom. 13. ca. Et Christus totam legem sub duobus praepceptis adhuc expressius copulauit, ut patet Matth. 22. c. cum dicitur, Dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum, sicut te ipsum: in his duobus mandatis tota lex pendet & propheta. Moyses, ergo volens eos in custodia omnium praepceptorum instruere praepcepit amorem: nam qui vere amat, omnia complet, nec est quicquam amanti difficile. *Ut diligatis dominum Deum vestrum.* Scilicet super omnia in ipsum cunctas operationes ordinando. *Et seruatis ei in toto corde uestro, & in tota anima uestra.* Recte subiungitur seruare ad amare: nam qui recte Deum diligit, ipse totaliter seruare desiderat. quid sit Deum ex toto corde amare, & ex tota anima. sup. 6. cap. declaratum fuit, & vtrum possit compleri istud praepceptum in via: ex toto corde amat, qui totum desiderium suum ponit in Deum, & in Deo & semper illum vult, nec ad aliquid alterum volendum diuertit. ex tota anima siue ex tota mente, ut alibi dicitur, amat qui totum intellectum suum circa Deum versat, ita quod ad nihil alterum intelligendum diuertat. *Dabit pluuiam terrae uestrae temporaneam.* Id est quae cito post seminationem venit ad fecundationem terrae & augmentationem. *Et serotinam.* Scilicet ante tempus inhorrendi, ut grana ingrossentur, & sic quantum ad vineas dabit pluuiam congruentem. *Ut colligatis frumentum, vinum, & oleum.* Hic ponuntur principalia nutrimenta hominum, & iumentorum, & omnia haec nascuntur per irrorationem aquae inebriantis terram: aqua enim pluuialis in fructibus terra proficit multipliciter, ita quod sine ipsa nihil in terra gignitur: nam semina quae in terra iaciuntur sicca sunt, & id quod debet germinare & crescere, oportet ut tenerum sit: quia durum non dilatur, nec nutritur, si totaliter durum & siccum sit, nullas partes succosas habes, quod dico propter ossa animalium quae nutriuntur, & augentur, dura sunt, habent tamen intra se partes succosas. s. medullas, & dum in corpore ossa sunt, licet sint dura atque compacta, non tñ sunt tñ dura, ut nullam succositatem ab extra recipiant & ex se emittant: semina autem dum in terram iaciuntur simpliciter sicca sunt, quia non habent in se actualiter aliquas partes formaliter succosas, ideo nisi adiuuaret ab extrinseco, non possent germinare culmum & spicam. Item quod cum ex tam paruo grano tanta spica nascatur, & frequentius ex vno grano multa spicae per appositionem, siue per intus susceptionem, sicut omnis nutritio &

augmentatio, ut saepe dicit Arist. in libro de Generatione, oportet ut aliqua materia exterior suscipere in granum, & ibidem digerere, & committere in substantiam culmi, & spicae: fieri autem talis digestionem intra granum & eunti ad superiores partes, ut increfcat spica, praesupponit materiam teneram valde esse: terra enim sicuti nunc est dura, non posset digeri, nec suscipi intra granum, nec mitti ad partes superiores per culmum ut crescat spica: ad causandam teneritudinem necessaria est aqua quae est humida & mollis: et quia cum in gemine digeritur substantia illa panis intrinseca, debent subintrare humiditates terrae conuenientes naturae illius seminis, ex quibus concrefcat culmus & spica: haec autem non possunt subintrare substantiam granuli intra folliculum eius, nisi humore aequo terra delibuta sit, & hoc est inebriare terram atque fecundare. i. causare in ea multitudinem humiditatis illius conuenientis naturae seminis, ut sic multitudo frugum, sequatur, tanquam mulier fecunda fructum ventris scindat seculo: terra ab aqua inebriari, quia sicut ebrius vino perfunditur atque repletur, ita terra aequa humiditate satiatur, & sic germinat, de quo Elai. 5. c. quomodo descendit imber & nix de caelo, & illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semine ferenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: aqua ergo temporanea atque ferotina omnibus seminibus, & arboribus, & quibuscunque plantationibus necessaria est, & sic promittens se daturum abundantiam omnium rerum Iudaeis promittit aquam temporaneam atque ferotinam tanquam dando illam omnia det. Sed praerquam adhuc est aliud ad generationem frugum & arborum necessarium. s. calor: nam omnia ex calore & humore bene commixtis gignuntur: humor est, ut principium materiale actiuum: calor ut principium formale actiuum: sicut. n. est de semine materno, & paterno, quia semen siue membrum maternum habet rationem materialis principij in se tu, ita quod tota materia fetus ex ipso sumitur, ut quidam voluerunt, & nulla virtus ad agendum est in eo, sed habet se ut bene passum & dispositum a semine paterno: semen autem patrum habet se, ut principium formale hñs in se virtutem formatiuam, & per eam disponens, & formans fetum ex semine materno, & postea in vapores exhalat, ut quidam volunt, licet veritas sit, quod aliquid ibi maneat materialiter de semine paterno, licet aliquid per suam subtilitatem & calorem exhalet: sic ergo de calore & humore in feminibus & generationibus fungit aliarumque rerum naturalium, dicendum est generaliter, quod res fiat ex humido, ut ex materia. Calor autem non est principium materiale ex quo, sed est principium actiuum digerens ipsum humorem ad certam raritatem, & formam conuenientem naturae, cuius forma introducenda est, quia ergo vtrumque est necessarium principium ad generationem cuiuslibet rei, deficiente alterutro eorum necesse est deficere generationem, & sic plerumque in dicta multitudine aquarum veniente, & non secundo calore solis ad digestionem humidam, extingui in feminibus calor naturalis digestionis & formatiuus spicae, & sic mori semina atque putrefieri, & si calor superuenisset, non corrupta atque mortua fuissent semina: non tñ dicit Deus hic se daturum calorem, sicut dicit se daturum aquam, licet vtrumque sit aequaliter necessarium, quia calor solis nunquam solet deficere partibus suis regulariter, ascendente & descendente sole per certa spacia & signa caeli, & si rarissime deficiat non quidem deficit, ita quod non sit, sed quia tanta aquarum pluralitas inundauit, ut calor ille solis non possit sufficienter digerere, vel pluralitas aquarum calorem seminis naturalis formatiuum spicae praefocauerit: aquae autem multoties deficiunt, & magno interdum tempore peccaris nostris exigentibus, interdum ex influenza caeli, quia secun-

Omnia ex calido & humido bene commixtis gignuntur.

Quare Deus non transduxit Iudaeos per breuiorem viam, scilicet per Philistinorum.

secundum coniunctiones, & aspectus planetarum ce-
terumq; ordinem motus celestis, a quo tota inferior
corporea creatura gubernatur, sic necesse est esse, nisi
Dei potentia utens oibus vt vult, placatus intercessio-
nibus sanctorum aquam benignitate sua nobis im-
pluerit: has ergo tanq magis & coius deficientes ho-
mines petunt, & Deus tanq pro magno concedit mu-
nere. Caueo. idiligenter attendite. Ne forte decipiat
cor uestrum. Maxima vigilantia in hoc habenda erat, ne
aliqua occasione ad feruendum idolis ducerent. Tra-
usque dominus claudat celum. Ex motu celi fiunt omnes
generationes & coruptiones in terra sm virtute in-
fluxiuam ei a Deo datam: tunc vero claudere celum
dr, qui facit ne sm necessitates nostras bene influat,
sed econtrario influit pestem, & alios morbos. Et plu-
uiæ non descendant, nec terra det germen suum. Deus est pri-
mum ens & primum operans simpliciter, nam ab ip-
so ois operario & virtus, que est operandi principium
deriuatur: causa namq; prima ex coeditione sua debet
influeri in oes effectus: Deus ergo in oia influet: sed
Deus non agit ista per se, ita q immediate proceden-
ter a virtute sua, sed per agentia quasi instrumenta-
lia, quæ sunt causæ secundariæ ista operatur, & ista sunt
agentia tam spiritalia q corporalia. Spualia agentia
sunt ipse intelligentiæ mouentes orbes, vt voluit phi-
lofophi, & sic Arist. declarat in 12. meta. & nos sic te-
nemus: de his autem agentibus no fuit locutus Moy-
ses, ne forte decepti eos Deos putarent atque coleret.
coicaf aut virtus Dei secundario ipsis coelestib9 corpo-
rib9, & ista sunt ageria corpalia. & de his dr, & ponun-
tur tanquam prima agentia. Oia ergo quæ hic fiunt
sunt exactione corporum coelestium: operatio autē
eorum conueniens ad aliquem effectum quem nos
intendimus, vocatur apertio. non operari aut conue-
nienter ad effectum, quem nos volumus, vocat clau-
sio, & est metaphora de domo: nam cum domus a-
peritur, quod in ea latet aperiri pot, cum autem clau-
sio est nihil quod intra eam fit, poterit exire: cum au-
tem celum aperitur. i. influit eo modo quo. nos desi-
deramus, dat pluuiam: pluuiæ aut dant germina sm
modum supra declaratum, ergo conuertendo a nega-
tione causæ sequitur destructio istorum oium: si em
claudantur celi non descendunt pluuiæ, si non descen-
dent pluuiæ, no erunt germina: si non sunt germina,
necesse est perire homines. hæc catenatio causarum
& effectuum ponitur Osee. 2. c. nam cum primo pon-
nuntur omnia hæc negatiue, postea subiugitur & ma-
gis explicite: & erit in die illa exaudiam dicit dñs, &
exaudiam celos, & ipsi exaudient terrâ, & terra exau-
dient triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient
Iezrael. Perreatis que uelociter de terra. Quia licet hostili-
bus gladijs non cadatis, tñ famis inedia coisum emini.
Ponite verba mea in cordibus uestris. Ita verba ponuntur
supra 6. ca. & ibi exposita fuerant. Ponite hæc uerba mea
in cordibus uestris. Id est diligenter attendite ad ea: quia
seruando hæc quæ nunc vobis dico, habebitis vitam.

Agentia Dei quasi isti alia sunt duplicia.

Ois cor pro anima accipitur.

Animus ponitur potentia intellectuua.

Agentia Dei quasi isti alia sunt duplicia.
In cordibus uestris. Accipitur hic cor pro anima, sicut
coimuniter loquentes accipimus: nam cor quoddam
membrum corporis est carneum, & nullo modo capax
rationis & intelligentiæ verborum, sed dicimus cor
pro anima, in qua est ratiocinatio & cognitio, cñ
ibi fit potentia intellectiua. Et non fiat hic cor pro to-
ta ipsa anima, quia ponitur cor & ponitur animus, q
tunc coinciderent, sed cor ponitur hic pro potentia
intellectiua, quæ mouetur per modum inclinationis
& desiderij, secundum quod in corde dicimus affectus
passionales: animus ponitur hic pro potentia intelle-
ctiua, quæ mouetur per modum inclinationis & desi-
derij, secundum quod in corde dicimus affectus pas-
sionales: animus ponitur pro ipso intellectu, qui mo-

uetur per modum apprehensionis & iudicationis, &
in his duobus debent esse uerba præceptorum, scilicet
in intellectu & voluntate: nam præcepta non perti-
nent ad considerationem speculationum, sed ad practi-
cam, quia præcepta non dantur, vt intelligantur so-
lum, sed vt secundum ea operemur, vt ait Aristot. in
secundo Ethic. f. negotium huiusmodi. i. morale non
est speculationis gratia, sed operationis: principium
aut potissimum operandi est ipsa voluntas, sicut prin-
cipium intelligendi est intellectus, & quia ad operari
non solum requiritur operari ipsum, sed intelligere
quid, & qualiter, & vbi &c. operandum sit, quod per
voluntatem nesciri potest: ideo oportet intellectum
eriam concurrere cum voluntate, vt principium actiui
moralium: præcepta ergo quæ directiua sunt actuum
moralium, debent poni in his duabus potentijs, in vo-
luntate per modum inclinationis, vt sm illa inclinet,
& in intellectu per modum conceptionis, vt sm illa
iudicet, quia duo hæc principia sunt agendi, & vocan-
tur cor & animus: sed primo dicitur, q ponantur in
corde. i. in voluntate, & deinde in animo, id est in intel-
lectu, quia licet primo sint in intellectu, cum intel-
lectus præcedat operationem, que est a voluntate, tñ po-
tissimum est voluntas a qua est moralis actus qui est
eligere, & in ea consummatur totum bonum nostrum.
Et suspendite ea pro signo in manibus uestris. Duplex
intelligitur. vno modo, q sicut interdum vt memore-
mur, colligamus aliquid in digitis manui, vt si inci-
pianus obliuisci viso illo signo reducamur ad memo-
riam eius, quod volebamur, ita mandata Dei nobis
debent esse in continua cogitatione prout humana
fragilitas patitur, vt nunq contingat nos obliuisci illa
tanq si essent posita pro signo. Et inter oculos uestros col-
locate. Ita vt sint quasi aliquid appensum inter oculos,
velut moueantur inter oculos. i. q quicunque hō ce-
perit moueri, necessario illud moueatur, & videat il-
lud: sic namque præcepta debent esse in nobis, vt sem-
per illa videamus. Secundo modo possunt ista intel-
ligi, q per manum significetur operatio, & per oculū
significetur intellectus consideratio, quia sm Aristot.
in 6. Ethic. in fine intellectus siue vis demotica, quam
ipse ibi vocat, est visus animæ, & erit sensus, q præce-
pta ista debent esse colligata in manibus nostris. i. in
operatione nostra, quæ signatur per manum, quæ est
organum maxime operatiuum, & vocatur organum
organorū, vt patet in secundo de Anima. f. q ois no-
stra operatio, que est p manum vel aliās, deat esse collig-
ata cum his præceptis non deuiando vltatenus ab eis,
& q debeant esse inter oculos nostros. i. quod cōtinue
consideremus, & speculemur in eis, vt videamus ne
deficiamus in aliquo eorū, sic nāq; dr de viro beato:
sed in lege dñi fuit voluntas eius, & in lege eius me-
ditabitur die ac nocte. vtraq; harum expositionū con-
gruens videtur, quæ aut sit melior declaratum fuit la-
te Exo. 13. c. tota aut litera, que sequitur vsq; ad illam
partem. Quamdiu calum terra imminet. Exposita fuit la-
te Exo. 13. & magis supra 6. c. & ibi vide. Quamdiu cæ-
lum terræ imminet. Hyperbole est, & significat magnitu-
dinem durationis, ita q si Israelitę mandata Dei ser-
uassent, & verum Messiam suscepissent, vlque hodie
permanerent posteri sui in pace & honore, licet non
sub eisdem ceremonijs, quia lex ipsa præfigurabat se
non esse permanentem, & non potest intelligi hoc ad
litteram, quia dato quod Israelitæ custodissent omnia
mandata Dei, tamen non manerent tamdiu quam-
diu cælū terrę imminet, quia cælum & terra in eter-
num manent, vt patet ecclesiastes primo c. boni aut,
siue mali per mortē deficiunt. Si enim custodieritis man-
data mea. Vocantur mandata esse Moyli non, q ipse
ea coediderit, quia non hēbat potatem condendi legē
169

Duplex expositio literæ.

sed ipse ea recitabat populo, & ab eo videbatur recipere
populus, cum a nullo alio ante eū reciperet ea, nec
audiret, & isto modo et loquitur Deus dicens istam
esse legem Moyli, quia promulgauit eam populo iā
datam a Deo, sic patet Mala. 3. c. cum dr mementore
legis Moyli serui mei quā mandauit ei in Oreb: sic et
dr in Ecclesiastico legē posuit nobis Moyles, & est in
hoc principiu deficere faciēs ad causandā fallaciā am-
phiboliæ in primo mō. sicut dr liber Aristi. factus ab
Aristi. uel possessus ab Aristi. ita dicit mādata Moyli. i.
mādata facta a Moyse, vel mādata ab eo primo reci-
tata, & declarata populo. Si n. custodieritis mandata mea.

Quid intererit inter facere mandata, & custodire mandata.

PNVNTR hic duo. f. facere mandata, &
custodire mandata. possunt ista duo uerba re-
ferri ad diuersā. f. q custodire referat ad man-
data negatiua, quia non est custodire aliquid
facere, sed cauere ne faciamus, & sic est in negatiuis,
quia nihil fieri det, sed cauere ab affirmatione oppo-
sita: facere referat ad mādata affirmatiua, q sunt in agē-
do aliquid, & in his duobus cōpletur totum bonū. f.
bonū agendo, & a malo abstinento, vt patet pl. 33. cū
dicit quis est homo, qui vult vitam, & diligit dies vi-
dere bonos, phibelinguā tuam a malo, & labia tua ne
loquantur doli, diuerre a malo, & fac bonū, inquire pa-
cē & persequere eā. Alio mō pot intelligi, q ista duo.
f. custodire & facere referant ad idē, sed diuersimode.
f. q custodire dicatur quantum ad cogitationem, ita q
apud se proponat hō, & intendat in oibus actibus suis
sequi ista pcepta: facere dicatur quantum ad actū. f. q ea
actualiter exequatur sm q apud se cogitauerit, & iūc
verū est tam de affirmatiuis q de negatiuis, quia circa
vtraq; contingit meditari, & intendere ea, & postea
in executione ponere: nam sicut in affirmatiuis pcep-
tis oportet actualiter operari, cum casus se offert, ita
in negatiuis se offert casus, in quo opari possemus, vel
nō opari, qā aut ibi resistat tentationi esse loco opati-
onis, & hoc vocabit facere. q aut istarū sniarum sit vera
dicendū est necessario, q scda sit vera. nā prima stare
nō pot, qā sm primā expositionē ista duo uerba custo-
dire & facere referunt ad diuersā. f. custodire ad nega-
tiua, & facere ad affirmatiua. Quantum ad scdām expo-
sitionē vtrumq; verbū referat ad idē. f. tā ad negatiua q
ad affirmatiua, sed necesse est, q vtrūq; verbū referat
ad idē, ergo scda snia est vera: ans patet qā in lra dr, si
custodieritis mādata mea, q ego pcepto vobis, & fece-
ritis ea: ecce qualiter istud relatiuū ea, facit q ista duo
uerba referant ad idē, & sic scda snia necessario est. ve-
ra. f. q ipsi dērent custodire mādata Dei apud se medi-
tādo, & pponēdo semp ea tenere quantum ad oēs actio-
nes, & dr q debent ea custodire facere opando p ea.
vt diligatis dominū Deum nostrū. Cū hic mandauerit oia
pcepta Dei custodiri, & fieri, clulit i dilectione Dei.
Et ponit hic duo. f. Deū diligere, & ambulare in oib9
vijs eius, qā in his duobus totū bonū est, & vnū pēdet
ex altero: nā q Deū diligit oēs eius vias i sequit: amor
. n. est principiu custodiēdi mādata: nā amor fortis est,
& oia superas, qā lapades eius lapades ignis, & aquæ
multæ nō poterūt extinguere charitatem, nec flumina
obruent illā, qā fortis est, vt mors dilectio, Cant. 8. c. q
ergo vere amat, siue honeste amet, siue inhoneste, ni-
hil est, qd nō sustineat, aut aggrediat, qd cōplocat a-
mato, vt declarauimus latius. 5. 9. c. si ergo Iudæi vere
Deū amarēt, pculdubio sequerent vias eius. i. mādata e-
ius, quæ sunt quædā viæ directiue actiui nrorum in re-
ctū finē, ideo tanq primū principiu, & radice pposuit
amorē Dei toti operationi: deinde subiunxit vias dñi
esse tenēdas ambulando per eas in oibus operatio-

Quæst. V.

In duobus est totum bonum.

Alph. Toft. super Deuter.
nibus. i. q operationes nostrę q sunt quædā ambula-
riones vel itnerationes in terminū. q est ipsa felicitas
vitę eterne nunq exeat illas vias. i. q semper dirigantur:
q aut p illas ambulauerit, non offendet. Et ambu-
laueritis in omnibus vijs eius. Quia qui delinquit in vno
factus est omnium reus, sicut enim agendo q omnia
præcepta charitas perditur, & Dei odium incurrit m:
ita agentes q vnū pceptum charitatem perdimus, &
Dei odiū incitamus: & ita pro vno pctō indigni sum9
vita æterna sicut p mille, & ita in æternū cruciabitur
dānatus, p vno sicut p multis. Sed nō assumat quisq
ex hoc peccādi occasione, multum. n. differet semel,
vel multoties peccasse, qui enim semel facilius redu-
cetur ad bonū, q qui multoties: quia minus perdidit
de pronitate liberi arbitrij ad bonum. Item facilius ei
Deus grām dabit, quia non tñ demeruit gratiam ap-
poni sicut qui multoties peccauit. Item quia si dānat
minori supplicio cruciabitur, q qui multoties: est. n.
differentia in pēnis malorum secundum q in gloria
beatorū: quia vtrobique iuste distribuitur, licet bea-
tis supererogetur, vt dixit Christus Luc. 6. mensuram
bonā conferam, & coagitatam, & supereffluentem
dabant in sinum vestrum. Adherentes ei. Adhesio. n.
firmiorem notat. f. q illi qui in mandatis Dei ambu-
lare debent, & diligere eū, ita vt cōplaceant ei, debent
firmiter ei applicari: ita q nō leuiter ex quolibet mo-
tu inanis glorię, superbię, inuidiæ, tētationis & cuius-
libet laboris in se concuriantur, & recedat ab ipsa viā
Dñi, quā elegerūt: nam melius est viā Dñi nō cogno-
scere q post agnitam retroire, vt patet 2. Pe. 2. c. & ex-
tra de apostaticis & reiterantibus baptismum. c. qdā:
nam qui mittit manū ad aratru, & respicit retro, non
est aptus regno Dei, vt patet Luc. 9. c. & extra de voto
& voti redēptione. c. magne & in decre. 22. q. 2. c.
scimus in fine & de pēni. dist. 4. cap. si refugietes, & hoc
patet qā sicut iudicant aliqui esse vere amici hoīum,
ita probant esse amici Dei. Amicus nāque quidā est
qui est amicus mente, & non permanet in die tribu-
lationis, & iste nō est verus amicus: alius est amicus q
permanet in die tribulationis, & iste est ver9 amicus,
vt patet Eccles. 2. 6. & sic dicit Apol. 2. ad Corinth. 1. c.
si fueritis socij passionū, eritis & cōsolationum: sic
dicebat Christus Apoftolis, vos estis qui permanistis
mecū in tribulationibus, vt patet Luc. 22. c. Dispudet
Dominus omnes gentes istas. Id est septē gentes, quas Dñs
dare promiserat in manus Hebręorum, vt possideret
terrā Hebręorum gentes, quæ tenebat añ oēs ista na-
tiones: nam licet Deus promiserit Abrahæ terrā de-
cē gentium, vt patet Gen. 15. c. tñ solū septē datę sunt
Hebręis, vt declarauimus supra 7. c. Ante faciem uestrā.
Id est anteq vos perfecte intraueritis in terrā illā erunt
destructę: quia angelus Dñi præcedebat Iudęos qui
expellebat hostes eorū de terra sua, & occidebat eos,
de his Exo. 23. cap. dicitur terrorem meum mittā in
præcursum tuum, & occidā oēm populum ad quem
ingredieris: cunctorumque inimicorum tuorū corā
te terga verram emittens prius Crabrones qui fuga-
bunt Euęum Chanagū & Etheum anteq introeas:
de his etiam supra 7. cap. vel dr. Ante faciem tuam. Id est
q qñ istę gentes apparebant coram facie Hebręorū,
ita turbabunt a Deo q nō poterūt resistere eis, vt pa-
ret in bellis factis per Iosue. nā Dñs faciebat magna-
lia, vt patet Iosue 10. c. qā Deus pluit lapides gradinis
super hostes Iudęorū, & plures ceciderūt mortui per-
cussionibus lapidū q fuerāt ab Hebręis occisi: & sic
nullo mō poterāt cōsistere ante faciē Hebręorū: nā
quotcūq; essent necesse erat eos vinci, nisi forte He-
bręi peccauissent, vt patet in bello q ciuitatē Haynā,
quia peccauerant Hebręi accipiendo de anathema
hierico, aliqui de Israel ceciderūt in manus hostiū de

quo Iosue 7. cap. Et possidebitis eas. Idest terram earum: nam gentes nullo modo poterant possidere, quia mandauerat Deus, qd omnes occiderent, vt Num. 34. & supra 7. cap. Quae maiores vobis sunt. Scilicet in multitudine. Et fortiores. Viribus. Omnis locus quem calcauerit pes vester. Hic inducit eos promittendo terrae magnitudinem. Omnis locus. Scilicet ad quem intraueritis vř erit.

Quomodo intelligitur omnis locus ad quem intraueritis vester erit. Quest. VI.

Istud non intelligitur extra terram gentium septem Chanaanorum: nam per aliquas terras transferunt Hebraei, quae pertinebant ad alias gentes, de quibus eis nihil datum est, vt patet supra, vt patet de terra filiorum Esau: nam per illam transferunt, vt declaratum fuit supra 2. cap. & per terram Moabitaram, s. per Moabitas qui morantur in Ar, vt patet in eodem cap. nam per illos transferunt in terram duorum regum Amorrhoeorum, s. Seon & Og, sed de istis terris nihil habuerunt, vt patet supra c. 2. s. cum dicitur: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seyr, & timebunt vos: videte ergo diligenter ne moueamini contra eos, nec enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest vnus pedis calcare vestigium, quia in possessione Esau dedi montem Seyr, postea subditur, qd nihil habere debebant de terra filiorum Moab, licet transissent per eam, cum dicitur: Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in monte Seyr, per viam campestris de Elath, & Afongaber venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab, dixitque dñs ad me non pugnes contra Moabitas, nec in eas aduersus eos bellum: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filius Loth tradidi eam in possessionem: & postea subditur, quod nihil habituri erant de terra filiorum Ammon, apud quos transibant, vt patet infra cum dicitur, tu transibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, & accedens in vicinia filiorum Ammon caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prelium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filius Loth dedi eam in possessionem: intelligendum ergo solum hoc de terra septem gentium quae erat eis promissa: sic namque dictum fuit Caleb, qd terra quam calcaret pes eius, esset possessio sua, vt patet Iosue 14. & Num. 14. cap. manifestum est aut qd non intelligitur hoc de omni ea quam calcavit Caleb: nam Caleb calcavit multam terram in terra Gentilium, etiam cum alijs exploratoribus circuevit totam terram Chanaan, vt patet Num. 13. c. sed non fuit ei data illa terra tota, nam tunc tota terra promissionis Israel esset sua, sed falsum est, vt ipse Caleb declarauit. Ios. 14. ca. vbi solum petiuit Ebron, & ibi allegauit verbu Dei dicens, terra quam calcavit pes tuus, erit possessio tua, & filiorum tuorum in eternum: sic autem est hic, qd non intelligitur ista litera de oi terra, ad quam ingrederentur, sed de oi terra illarum septem gentium: nam tota terra septem gentium, quam perambulauerunt fuit eis data: hoc autem est verum, quia ad quemcunq locu introirent Hebraei cedebat eis hostes, sed sciendum qd hoc pot dupliciter intelligi cum dicitur. Omnis locus quem calcauerit pes vester, erit vester. Nam potest referri ad totum populum, & tunc est sensus, qd omnis terra, ad quam ingrediebantur oēs Iudei, cedebat eis, vt satis vř ex processu libri Iosue. Alio modo potest intelligi, qd loquatur ad aliquam partem populi, & sic erit verum saltem de exploratoribus, qd omnis terra, quam calcaret pes eorum cederet in possessionem eorum: licet enim non esset verum pro tunc, s. qd immediate, vt calcarent esset sua, esset tamen verum pro temporibus futuris: nam paulatim, & successiue terra

F illa cessit in possessionem Hebraeorum, quousque tpe Salomonis regis tota in possessionem Israel cessit, vt patet 2. Paralip. 8. c. & ista secunda sententia est magis vera quam prima: nam non est simpliciter verum, quod omnia loca, ad quae ueniebat ad pugnandum populus Hebraeorum totus simul, aut magna pars exercitus, traderentur eis immediate, vt patet Iosue 15. cap. cum dicitur Iebuseum aut qui habitabat in Hierusalē, non potuerunt filij Iuda delere: habitauitq; Iebuseus cum filiis Iuda in Hierusalē vsque in presentem diem, idem patet Iosue 16. c. cum dicitur, & non interfecerunt filij Ephraim Chananeu, qui habitabat in Gazer: habitauitq; Chananeus vsque in diem hanc in medio Ephraim, idem patet Iosue 17. c. cum dicitur, nec potuerunt filij Manasse has subuertere ciuitates, sed cepit Chananeus habitare in terra sua: non potest autem dici, qd tota terra, quam perambulauerunt Hebraei post regressum terrae Chanaan esset eorum: nam non solum exploratores, qui iuerunt ad explorandum terram, antequam Israel intraret, vel appropinquaret terrae Chanaan dum esset apud Cadesbarne, vt patet Num. 13. c. venerunt, & circueverunt totam terram Chanaan: sed magis, & distinctius circueverunt eam, & ambulauerunt singula loca multi viri missi a Iosue, & toto populo Hebraeorum de Silo, vt patet Iosue. 18. cap. vt circuevit terram, & viderent vniuersam, & conspicerent loca, atque scriberent in libro, & diuiderent in septem partes, & sic factum est, vt patet Iosue 18. cap. sed tamen totam istam terram non habuerunt vsque ad tempus Salomonis vt supra declarauimus: patet ergo, quod non intelligebatur quod immediate vt intrarent terram illam quantumcunq calcarent, sua esset; sed post temporum successiones. Sed his non obstantibus videtur & melius dicendum, quod est intentio huius litterae, quod omnis terra septem gentium ad quam ingrederentur, immediate vt ingrederentur esset sua, & tamen ista erat promissio Dei non quidem simpliciter, sed secundum presentem iustitiam, scilicet quod si ita permaneret, vt tunc erant quando Deus ista loquebatur; Deus traderet terram ad quam ingrederentur, immediate vt ingrederentur: quia tamen non manserunt, non compleuit Deus promissionem quae erat conditionalis: quod autem fuerit condicionalis patet Iud. 2. ca. cum dicitur ascendit Angelus domini de Galgala ad locum silentii, & ait, eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuravi patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita dumtaxat vt non feriretis foedus cum habitatoribus terrae huius, & aras eorum subuerteretis, & noluit delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinam. Idem patet postea in fine eiusdem. c. cum dicitur, iratusq. est furor domini in Israel: & ait quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit, ego non delebo genes has quas dimisit Iosue, & mortuus est: patet ergo, qd ista promissio erat simpliciter de dando eis oem locu ad quem ingrederentur; & tñ erat facta scdm prescientiam Dei respicientem praesentem iustitiam: quia tñ illi mutauerunt praesentem iustitiam nolentes obedire, vox domini non compleuit in eis promissiones, na datu conditionale non existente eo p quo fit non existit: sed non exiit conditio vel pactum ex parte Hebraeorum, vt patet in auctoritatibus allegatis; quia ipsi pactum Dei irritauerunt: ideo etiam Deus irritauit eis pactum pro eorum utilitate factum: quia frangenti fidem fides frangatur eidem, vt patet extra de iure iurando. in capitulo, peruenit in secundo, sic patet in alijs mul-

Aut. opi. pio.

A multis. nam multoties Deus facit aliquas promissiones vel mandata, quae non implentur, quia sunt s. m. p. sententia iustitiam, & non s. m. praedestinationem, vt patet de Moyse cui mandauit Deus, qd pcederet & introduceret filios Israel in terram promissam eis. sup. 10. cap. cum dicitur vade & praecede populum, vt ingredias, & possideat terram quam iuravi patribus eorum, vt traderet eis, sed postea dixit Deus, qd non posset Moyse intrare in terram Chanaan ultra Iordanem, vt patet Num. 27. c. & Moyse precatus est, vt permitteretur intrare in eam, & nullo modo permittus est, vt patet supra cap. 3. A deserto & Libano. Isti sunt termini. vocatur hic desertum solitudo Pharae siue desertum Syn, quae terminantur ad Cadesbarne, & ipsa est in terminis terrae promissionis a meridie, vt patet Num. 34. c. Libanus mons est terminus a parte Septentrionali apud Tyrum & Sydonem. A flumine magno Eufrate. Quod est in Septentrionali circa confinia Orientalis plagae: ideo opponitur hic termino occidentali.

An isti termini sint termini terra Chanaan a 4. partibus. Questio. VI.

PONUNTUR hic quatuor nomina signantia terminos terrae Chanaan, & tñ non sunt termini a 4. partibus, sed a tribus partibus. s. a meridie, a Septentrione, & ab occidente: ab oriente namque est Iordanis, quod satis patet, quia filij Israel, qui stabant in parte orientali terrae Chanaan ultra Iordanem transierunt per Iordanem. nam totus Israel erat congregatus in terra, quam obtinuerat de manu duorum regum Amorrhoeorum, vt patet supra 3. ca. & ista est ad orientem terra Chanaan, vt patet Num. 32. c. & tñ ipsi ibi exiit ingressi sunt in terram Chanaan per Iordanem, vt patet Iosue 3. cap. Iordanis ergo ad Orientem terrae Chanaan est: ponitur autem hic aliter terminus: nam cum dicuntur termini eius esse a deserto hoc est a desertis Arabiae, quae aliquo modo tangunt in parte meridiana, vt est Cadesbarne & desertum Syn, vt patet Num. 34. cap. a parte occidentali ponitur mare quod vocatur mare occidentale: quia est ad occidentem huius terrae ad dñam aliorum marium, quae sunt in terra illa, quae sunt ad alias partes, vt mare mortuum, & mare Cenereth, siue Genezareth, aut Tyberiadis. nam ista maria sunt ad partem occidentalem. s. mare mortuum in parte orientali in coniunctione lateris meridiani cum latere orientali, etiam mare Genezareth, siue Tyberiadis est orientale. nam Cenereth & Tyberias, idem est, vt declarauimus Num. 34. cap. & ista duo maria sunt orientalia, vt patet ibi cum dicitur: pars meridiana incipit a solitudine Syn, iuxta Edon & habebit terminos contra orientem mare salissimum, & postea dicitur, inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth, tendentque ad Iordanem, & ad vltimum salissimum claudentur mari: ista ergo duo maria, quae valde parua sunt, orientalia sunt, mare autem occidentale dicitur mare mediterraneum, quod fluit ab Oceano per fretum Gaditanum, & per fretum Septentrionale, & istud est ad occidentem terrae Chanaan, quia terra Chanaan est in Asia: mare autem mediterraneum diuidit Europam & Asiam: terra autem Chanaan in Asia est circa eius terminum ad Occidentem: duo autem termini ponuntur a parte Septentrionis, scilicet mons altissimus. i. Libanus, & fluvius magnus Eufrates: Libanus est a parte Septentrionis circa coniunctionem lateris Septentrionalis & occidentalis. nam mons Libani est in terra Tyri, & Sydonis, vt patet 3. Re. 5. c. vbi rex Salomon misit ad Regem Tyri, & rogauit, vt serui sui cinderet ligna de Libano. Tyri autem est in mari terraneo, vt patet Alph. Tost. super Deuter.

Situs libani montis.

Ezech. 27. c. cum dicitur quae est vt Tyrus qd insedit in maris medio de mari implesti populos multos. & Ezech. 28. cap. cum dicitur quod eleuati est cor tuum, & dixisti, Deo ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis ho & non Deus: est ergo Libanus mons altissimus in parte septentrionali circa confinia occidentis: fluvius magnus Eufrates est circa confinia orientis in eodem latere septentrionali, & sic sunt hic termini positi a parte occidentali meridiana & septentrionali: ab orientali est Iordanis. Vsq. ad mare occidentale erunt termini vestri. Quod vocatur Mediterraneum quia est brachium deriuatum a mari magno. Et vocatur occidentale, quia est ad occidentem terrae promissionis: in Hebraeo vocatur mare Palaestinarum: quia ciuitates Philistinorum sunt sitae ad littus illius maris: sed isti termini non fuerunt possessi ab Israelitis vsque ad tempora regum: quia noluit Deus eis totam terram tradere simul: quia non implerent eam, & insurgeret contra eos bestia agri. vt patet Exo. 23. & supra 7. c. Terrorem vestrum & formidinem. Terror est timor non valde magnus: formido est magnus timor qui hominem stupidum vel immobilem reddit. Dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturus estis. Idest faciet qd oēs gentes ad quas ituri estis, timeant vos. Sicut locutus est vobis. Exo. 23. c. quando dedit legem promissit hoc. En propono. Hic ponitur tertium. s. ad terrae promissionis ingressum qd documenta. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem. Idest en hodie pono super vos benedictionem, si custodieritis mandata Dei: maledictionem si non custodieritis: & istam maledictionem ponebat hodie Moyse, quia amplius victurus non erat: & tñ mandauit eis qd poneret cum intrarent terram promissionis. En propono. Non est sensus qd Moyse diceret, ego pono super vos maledictionem, & pono super vos benedictionem: quia ponere ista super aliquem est potestas, sicut index dicit ponere super tales vel tales sententiam excucationis. Moyse autem ad imponendum ista nullam habebat potestatem: quia benedicere aut maledicere a Deo est: na nihil est benedicere nisi bona dare, & nihil est maledicere nisi mala infligere. haec autem ad Deu pertinent, qui potest quodcuq. vult: Moyse autem solum precari poterat: sed est sensus licet ego non videam nunc ea, quae vos in futurum facietis, aut habituri estis: tamen hoc possim vobis denunciare anteq. fiat, qd si secuti fueritis Deum verum, benedictio erit super vos. si autem secuti fueritis idola, oia mala inuenient vos: & istum modum loquendi habuit Moyse ad Israel supra 4. cap. cum dicitur, si genueritis filios & nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem patratem malum coram Domino Deo vestro, & eum ad iracundiam prouocantes: testes inuoco hodie celum & terram, perituros vos esse de terra quam transito Iordane possessuri estis, non habitabitis in ea longe tempore. Benedictionem si obedieritis mandatis Domini Dei vestri. Idest ego denuncio vobis ex nunc benedictionem a Deo esse venturam, si obedieritis Domino Deo vestro in mandatis eius ambulantes. Quae ego hodie praecipio vobis. Idest quae ego recito vobis: sed iam olim a Deo precepta fuerunt vobis aliqua etiam noua addita sunt, quae tunc primo praecipiebantur: & pp hoc totus iste liber, qui de preceptis est, vocatur aliud foedus vel alia lex qd ea quae data est in Oreb, siue in monte Synai, vt patet infra 29. c. cum dicitur haec sunt verba foederis quae precepit Dñs Moyse, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab pter illud foedus qd cum eis pepigit in Oreb. Post Deos alienos quos ignoratis. Quia nulla mirabilia fecerunt p vobis per q cognosceretis esse Deos, sicut me Deu esse manifeste cognoscitis, qa mirabilia opa vobis feci. Cum vero introduxerit te Dominus Deus

Possit Moyſes ſupra, maledictionem, & benedictionem: hic dat modum quo ipſi ponant. *In terram ad quam pergis habitandum.* Ideſt ad terram Chanaan: nam ad eam pergebant, quia illa eis promiſſa fuerat: & certifiſime expectabant ſe eam habituros: quia Deus dixerat, nam verbum Dei nō tranſit, vt patet Luc. 2. 1. cap. Celum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſiunt: & hoc non loquitur Moyſes ad totum Iſrael, quia non pergebat totus Iſrael ad habitandum ultra Iordanem, cum duæ tribus, & dimidia accepiſſent poſſeſſionem ſuam in terra duorum regum Amor, & Rhetorū, vt patet ſupra 3. & 4. cap. & in illa terra factis caulis pro pecoribus, & ciuitatibus pro filiis, & vxoribus, tranſierit cum reliquo Iſraele, vt patet Num. 3. 2. cap. ſed loquitur ad reliquam multitudinē, quæ erat in nouem tribubus, & dimidia: quæ poſſeſſiones acceperunt ultra Iordanem, vt patet Ioſue 15. & 16. & vſque ad 19. cap. incluſiue. Iſtud tamen mandatum, quod hic dicitur de ponenda benedictione, & maledictione ſuper montes Hebal, & Garizim ad omnes tribus extēdebat: tam ad eas quæ poſſeſſionem habebant trans Iordanem, quàm ad eas, quæ ibant ad accipiendum poſſeſſionem ultra Iordanem, vt patet 7. 27. cap. nam ad benedicendum ponebantur in monte Garizim Simeon, Leui, Iudas, Iſachar, Ioſeph, & Benjamin: in monte Hebal ponebantur ad maledicendum Ruben, Gad, Aſer, Zabulon, Dan, & Neptalim: & rō eſt, quod oēs tribus ſtarent in iſta benedictione, & maledictione: nam quælibet illarum pro bono opere magnam gratiā acceptura erat: & pro malo ſuſtinere debebat penā durā: nā ſicut nouem tribus, & dimidia, quæ erat ultra Iordanem, captiuitatibus, & hoſtibus preſſæ ſunt: ita duæ, & dimidia, quæ erant trans Iordanē: nā etiā ipſe in captiuitatē Aſſyriorū ductus fuit cum reliquis tribubus, vt patet in 4. Reg. 17. cap. patet etiā in libris Paralip. *Ponens benedictionem ſuper montem Garizim.* Mōs Garizim, & Hebal ſunt trās Iordanem: & ſuper iſtos mandauit Moyſes, quod aſcenderent ſex tribus ſup mōtē Garizim, & alię ſex ſuper Hebal, & aſcenderent Leuitę, & ſacerdotes, & imprecarētur benedictiones ſuper Garizim: & tunc rñderent ſex tribus, quæ ibi erant amē: deinde imprecarētur maledictiones ſuper male agentes in monte Hebal, & rñderent amen ſex tribus quæ ibi eſſent: quæ aut maledictiones, ſiue benedictiones preponi deberent, habentur 7. 27. & 28. cap. montes iſti ſuper quos debebat poni benedictio, & maledictio, ſunt in introitu terrę Chanaan non multum ultra Iordanem, & Hierico: nā ambo propinqui erāt, ſed vnus erat vnus vertex, & alius erat alius vertex, & inter vtrunq; erant quedam valles, in quibus erat tota multitudo Iſrael, & arca dñi erat: quæ arca in medio & medietaſ populū. ſ. ſex tribus iuxta mōtem Hebal: & ſex tribus iuxta montē Garizim, vt patet Ioſue 8. c. & ſunt iſti montes apud Bethel ciuitatem terrę Chanaan: nam in latere montis Garizim eſt Bethel, vbi dormiuit Iacob, & vidit ſcalam per noctem, de quo Gen. 28. cap. & in iſto Bethel poſitus fuit vnus de vitulis, quos fecit rex Hieroboam, vt patet 3. Reg. 12. cap. ſunt etiā iſti montes coniuncti ciuitati Sichem: nam mons Garizim diſtat paulomagis quaſi media leuca, vel ſere vna, mons aut Hebal modicū ultra eſt magis verſus Orientē, vt ſit quaſi leuca, & dimidia, vel non tñ: diſtant aut iſti mōtes ab Hieruſalem, quaſi vnde-cim leucis, de his in lib. de diuiſione terrę ſanctę. *Qui ſunt trans Iordanem.* Hic accipitur trans pro vltra: nā licet reſpectu noſtri qui ſumus Occidentales reſpectu Iordanis ſunt iſti montes citra Iordanē: quia Iordanis eſt Orientalis reſpectu iſtorum montium, tñ reſpectu terrę illius in qua erat tunc Moyſes, quæ iſta loquebatur, non erant trans Iordanē: ſi trans ſignificet citra:

quia ipſi erāt ad Orientem Iordanis, & Iordanis erat Orientalis his montibus: ergo erat tunc Iordanis intermedius. *Post viam que pergit ad Solis occubitum.* Ideſt montes iſti ſunt aliquoter declinātes ad Meridiē, & apud illos tranſit via, qua directe itur ad Iordanē, quæ eſt ad Orientē & Occidentem, iō dñr eſſe poſt viam, i. ad ſiniſtrā partē viæ: eſt aut iſta via ſic intelligenda, ſ. quæ a Iordane verſus Occidentē terrę Chanaā, ſ. mare Occidentale, quod eſt Occidentalis terminus terrę huius, ſit quedā via magna, & ad partē ſiniſtram eius ſunt iſti montes, ſ. cōtra Meridianā partem illius viæ.

An ſit tantum vna via, quæ tendat a Iordane contra Occidentem. Quæſt. VIII.

NON eſt autem intelligendū, quod ſolū ſit vna via, quæ tendat a Iordane cōtra Occidentē, & quæ ad ſiniſtrā illius, ſiue poſt illā ſunt iſti duo montes: nam neceſſe eſt eſſe multas vias: quæ a quolibet loco habitato ad alia loca habitata propinqua eſt via, & quæ tranſeundo Iordanē pergēdo contra Occidentē erant loca habitata, tendendo per lineā rectā in Occidentē, & tendendo in partē Meridianā, aut aſcendēdo verſus latus Septentrionalē, & per latitudines intermedias, erant loca habitata, neceſſe erat, vt a Iordane tendēdo aliquo modo verſus Occidentē, ſiue directe, ſiue indirecē, & tñ aliquo modo appropinquando Occidenti, multę vię eſſent. Nec eſt intelligendum eſt, quod quælibet via quæ tendat ad latus Occidentale, ſiue vt proprius dicam, ad frontem Occidentalem, ſit ad dextram horum duorum montium: & quod iſti duo montes ſint Meridiani, & ſiniſtri reſpectu eius: nam cum aliqua loca ſint magis Australia in terra Chanaan, quæ ſunt illi duo montes, erit via a Iordane ad illa loca, & iſta perget contra Solis occubitū: quia ad quamcunque partem declinet intra terram Chanaan, magis appropinquabit Occidenti, quæ ipſe fluuius Iordanis, qui eſt terminus Orientalis terrę Chanaan, vt patet Numeri 34. cap. Ergo dicitur declinare ad Solis occubitū, & tamen non erit a dextra iſtis montibus, ita quod iſti duo dicantur eſſe poſt viam, quæ tendit ad Solis occubitum, ideſt Occalum. *Vbi incipit terra promiſſionis ex parte Orientis.* Considerandum ergo, quod a Iordane incipit terminus Orientalis terrę Chanaan, & a tranſitu eius dirigitur itinera ad omnes partes terrę Chanaan, quedam in Meridiem, quedam in Aquilonem, quedam vero directe in medium frontis Occidentalis appoſitæ tranſitus loco Iordanis: via autem de qua hic loquitur eſt aliqua via multum celebris, & famoſa in terra Chanaan, quia hic nominatur via generaliter nō determinando ad talem, vel talem locum, & iſta via directe tendit a Iordane verſus mediam frontem Occidentis terrę illius: nam ſi declinaret contra Meridiem, aut contra Septentrionem, licet aliquo modo tenderet contra Occidentem, nō vocaretur via, quæ tendit ad Solis occubitum: neceſſe eſt ergo, quod iſta tendat directe contra Occidentem, & inter ceteras quæ tendunt verſus Occidentem, iſta eſt maior, atque famoſior, & magis frequentata: ideo generali nomine via nuncupetur: ad partem autem ſiniſtram, i. Meridianam ſunt iſti duo montes Hebal, & Garizim, coniuncti valle intermedia. & ſic magis ſunt iſti montes in parte Meridiana illius terrę, quæ in Boreali. *In terra Chanaan.* Hic accipitur Chanaanus ſpecialiter pro vna ſola gente inter ſeptē, quæ ſic vocatur: hoc quod hic dicitur de terra Chanañe cōuenit his, quæ dicta ſunt, ſ. quod iſti mōtes ſunt per partem Meridianā terrę Chanaā: nā iſte populus quæ vocatur populus Chanaanorū ſpecialiter habitat verſus partē Meridianā terrę Chanaā, ſ. circa Iordanē, & verſus mare: nā hoc ad Meridiem declinat.

Dñs Chanaanorū inter ſe.

declinat. ſic patet Num. 13. c. iuncto. c. 14. nam Chanaanus moratur circa mare & fluuenta Iordanis: Amalechites autem moratur in meridie, ſed poſtea in c. 14. dicitur Chanaanus & Amalechites ſimul habitant, cū dicitur Amalechites & Chanaanus ante vos ſunt, quoruſi gladio corrueritis, ſed Amalechites habitabat in meridie, vt dictum eſt, ergo eſt Chanaanus. & licet iſta probatio non videatur multum ſolida, vt patet ex his, quæ diximus ſup. 7. c. tñ ſatis eſt, quod Chanañe ad partē meridiana, vt in multis locis patet: de iſto autem Chanaan quæ habitabat apud Amalechitas, de quo dicebamus, ſatis patet quod habitet ad partem meridianam: ſic namque dicitur Num. 21. ca. quæ cum audiret Chanaanus rex Arad qui habitabat ad meridiem, quod aut iſti Chanaanæ ſunt qui ſunt coniuncti Amalechitis patet ſic, nam Num. 14. c. cum Iſrael ſtare in Cadesbarne, ſiue Cades deſerti Syn dixit Moyſes ne vltra procederēt, quia ibi erant ſimul Amalechites & Chanaanus quorum gladio corruerent, & de hac mōſione Cadesbarne ſit mentionem Num. 20. c. vbi mortua eſt Maria, & immedie in cap. 21. i. ſit mentio quod Chanaanus rex Arad audiens veniſſe Iſrael per viam exploratorū, fecit cōtra eos bellum: iſti Chanañe ſunt ſeparati a terra promiſſionis. Et ex hoc patet, quod non ſunt idem iſti Chanañe & illi: nam illi de quibus ſit mentio Num. 21. ca. multum diſtant a terra promiſſionis ſaltem ſimul iter Hebræorum. nam poſtquam tranſierunt terram illorum Chanaanorū, venerunt verſus terram Edom, & circueierunt eam multo tempore, vt aliquoties Numeri 21. & ſupra 2. cap. & poſtea per viam campeſtrem de Helath & Aſongaber ierunt ad torrentem Zareth: deinde per terminos Moabitarū intrantes terram eorum apud ciuitatem nomine Ar, & poſtea tranſierunt torrentem Arnon intrantes in terrā Amorrhæorum duorum regum, quam deſtruxerunt occidentes duos reges, de quibus ſupra & 3. c. poſtea aut tranſeuntes Iordanem intrauerunt terram Chanaanæ: patet eſt ex hoc: nam iſti Chanaanæ, de quibus hic dicitur habitabant vltra Iordanē. ſ. tranſito veniendo ab illa parte qua veniebāt Hebræi, cum dicitur iſti montes ſunt trans Iordanem, & tñ ſunt in terra Chanañe. Ex hoc aut patet, quod non ſunt idem iſti Chanañe & illi, quia iſti de quibus loquebamur. ſ. qui ſunt coniuncti Amalechitis. i. Amalechitę multum diſtant a terra promiſſionis: conſequenter ergo Chanañe vicini eorum multum diſtabant. de iſtis Chanaanæ ſatis patet Num. 21. c. quod morantur in parte meridiana reſpectu terrę per quam tranſibant, ſed eſt de iſtis qui erāt intra terram promiſſionis, patet. nam iſti habitabant apud Iordanem & mare: maniſeſtum eſt aut, quod ſtarent ad partem Septentrionalē vię illius, quæ verſus extremitatē Septentrionalē terrę Chanaan eſt, quod ad illā non eſſet aliquod mare circa quod poſſent eſſe Chanañe. Itē quia iſta campeſtria, quæ hic dicuntur, ſunt quedā loca plana deſcendentia a montibus claudentibus terrā Moab, & per mediū illorū campeſtriū tranſuerſaliter. ſ. a Septentrione verſus meridiē tranſit Iordanis, donec inſtat in mare ſaliſſimū, vt patet Ioſue. 3. c. ſiue in mare mortuū, vt ibi dicitur: diuidit aut, ibi Iordanis terrā Chanaā a terra Moab, & regū Amorrhæorū, & a terra Ammon, & tñ iſta campeſtria vltra Iordanē tenduntur, & in illa parte, quæ eſt vltra Iordanē in terra promiſſionis deſcendēs & cōtinuata campeſtribus, ſiue locis planiorib; deſcendentibus a mōtibus Moab, habitat Chanaanus populus, hoc aut neceſſario eſt ad meridianā partē terrę illi. nā pētapolis. ſ. Sodoma & Gomorra ſunt in pñio, ſiue in angulo cōtadi frōtis orientalis, cū latere meridiano, vt patet Nu. 34. c. & tñ ſup Sodomā & Gomorrā terminant mōtes Moab. nā & mōs. ſ. quo erat Balaā reſpiciēdo caſtra Iſrael, quæ Alph. Toſt. ſuper Deuter.

Sinus Sodoma ac Gomorra.

volebat eos maledicere, vt patet Nu. 23. & 24. c. ſunt cōiuncti pētapolis. i. illi valli. vbi quondā Gomorra & Sodoma & alię tres ciuitates fuerūt, vt patet in lib. de diuiſione terrę ſanctę. *Qui habitat in campeſtribus Moab.* Cāpeſtria Moab ſunt quæ magna terra plana deſcendens a montibus, quibus clauditur terra Moab, & in iſtis campeſtribus eſt fluuius Iordanis, & aliqua terra promiſſionis vltra Iordanē: & non ſunt iſta campeſtria in terra Moab, ſed extra, vt patet Num. 33. cap. vbi ponuntur alię mōſiones in campeſtribus vel planioribus Moab: & tñ erant in terra regum Amorrhæorum extra Moab, vt patet de Belſerhin in qua fornecatus eſt Iſrael cum Moabitibus mulieribus extra Moabitarum terrā: & tñ dicitur in campeſtribus Moab, vt patet Nu. 33. cap. alię Biblię habent ſolum. *In campeſtribus.* Et verior litera: & tunc eſt ſenſus quod Chanaanus habitabat in quadam parte terrę promiſſionis quæ eſt cāpeſtris ſiue plana. *Contra Galgalam.* Quæ ad orientalem plagam Hierico eſt, vt Ioſue 4. cap. & ibi facta fuit circunciſio omnium Iudeorum intrantium in terram promiſſionis, vt patet Ioſue 5. cap. *Quæ eſt iuxta vallem tendentem & intrantem procul.* In Hebręo hī: *Quæ eſt iuxta vallem ilicis Mambre ſiue More.* Apud Galgalam eſt principium cuiuſdam magnæ vallis intrantis ad magnam partem terrę promiſſionis: & in illa valle eſt Ebron, & Sichē, & illex Mambre apud quam magno tpe habitauit Abraham, vt hī Gen. 18. cap. Hiero. autem perambulauit totam terram promiſſionis, vt cognofceret diſpoſitionem locorū, ne turbaretur in varietate nominum, & ſituum locorum, vt ipſe teſtatur in prologo ſuper Paralip. & quia vidit quæ illa vallis erat magna continens multa loca terrę illius, non nominauit eam ab illice Mambre, ſed dixit. *Tendentem & intrantem procul.* Ideſt intrantem ad magnam partem terrę promiſſionis. *Vos tranſibitis.* In c. ſeq. inci tractare de cęremoniis: ideo ponit hic quandam exhortationem, vt cuſtodiat eas. *Quæ hodie ponam in conſpectu veſtro.* Et ſunt iſta quæ ſequuntur.

Cāpeſtria Moab qd.

Mandetur deſtrui loca idolarie. Supra 7.

C A P. XII.

Hæc ſunt præcepta atque iudicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus eſt tibi: vt poſſideas eā cunctis diebus quibus ſuper humū gradieris. Subuertite omnia loca, in quibus coluerūt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos: ſuper montes excelfos & colles, & ſubter omne lignum frondofum.

Hæc ſunt. Supra poſuit Legislator præcepta moralia, hic cōſequenter agit de quibuſdā determinationibus moralium: quia in moralibus dicebat Deū eſſe amādū & timendū: in his determinat per quod Deus amet vel timeat. Et iſtæ determinationes ſunt duplices: quædam pertinent ad amorē & timorē Dei: & quædam ad amorē proximi. Prima vocantur cęremonialia ſcđa iudicialia. de ſcđis incipit Legislator infra 17. c. & quæ amor Dei demonſtrat in cultu: ideo primo tradit modū colēdi quātū ad ſacrificia: & tanguntur tria. Primum deſtruitur idolatria. Secundo agitur de loco pro diuina cultura ibi. *Non ſacietis ita Domino Deo.* Tertio reſponderetur ad quædam

quædã dubia ibi. Quando dilatauerit dominus. Hæc sunt præcepta, scilicet ceremonialia, quia iã nihil agitur de moralibus cum de eis supra dictũ sit. Atque iudicia. i. præcepta iudicialia, de iudicialibus autem non agitur hic immediate vsq; 17. c. Quæ facere debetis in terra, quam vobis daturus est Deus.

An præcepta ceremonialia obligarent Iudeos in deserto. Et quare non fuerunt circumcisi in deserto. Quest. I.

EX quo videtur, qd in deserto non obligabatur ista implere ex multis causis. Primo ex defectu materiæ, quia non habebat ibi ea, qd Deus mandauit offerri. Item quia aliqua præcepta concernebant locum, & quasdam alias dispositiones, quæ in deserto haberi non poterant, & patet quia circumcisio quæ magis necessaria erat, quã aliquod ceremoniale, quia per illam distinguebatur populus Dei ab alijs populis, nõ fuit seruata in deserto, quia nullus de his, qui in deserto nati fuerunt in 40. annis circumcisus est, vt patet Iosue 5. ca. cum dicitur hæc est causa secundæ circumcisionis, omnis populus, qui egressus fuerat de Aegypto, & vnuerſi bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circumcisi erant, populus autem, qui natus est in deserto per 40. annos itineris latissimæ solitudinis in circumcisus fuit donec confumerentur, qui non audierunt vocem Domini, & quibus iurauerat Dominus, vt ostenderet illis terrã suam lacte, & melle manantem, horum filii in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt a Iosue, quia sicut nati fuerant in præputio fuerant, nec eos in via quisquam circumciderat. Quare autem isti non fuerunt circumcisi in deserto in tot temporibus, Hebræi sã communiter respondēt, ab non fuisse circumcisos, quia in illis annis 40. quibus ambulauerunt per desertum, non flauit ventus Aquilonaris, s. Boreas. Et fundamentum istorum est, qui circumciduntur in effusione sanguinis, s. si de vulnere sanguis multus effluat, & moriantur, & quia fluxus sanguinis est si venæ mollescentur, & debilitetur vis retentiuã, quod fit per tempus pluuiã, aut per ventum austrum, aut notium, vel libycum, qui ab eadem parte orbis nobis efflant, nam iste humidã cõplexionis est quorum actus est mollificare, & humiditates augere, & qñ vires retentias dissoluere, ideo in tẽpore status Austrini periculosa est circumcisio, status autem Boreales, & omnium ventorum flantium ab eadem parte mundi est valde frigidus, & siccus, ideo humiditates desiccant sua siccitate, & sua frigiditate cõgelat, & indurat, sicut patet in aqua. nam tẽpore quo ventus Borealis fortis est, aquæ gelidæ sunt, & redactæ ad lapideam duriciem, qñ ergo iste ventus confortat habet potentiam retentiuã indurando venas, & capita earum, in quibus retinetur sanguinea humiditas, ideo tunc fluere non poterit ita cito, sicut in tempore status Austrini. Ista positio deficit in duobus. Primo, quia præsupponit, qd infans non sit circumcidendus, nisi cum validus Boreas incubuerit, sed falsum est, nam in vere raro flat Boreas, & si interdũ flat Occidente Sole, ita tenuis est, qd non sufficit ad desiccandum, & fortificandum potentiam retentiuã, & tñ quocunq; tempore infans nascatur, die octauo circumciditur, vt patet Gen. 17. c. hoc ergo non obstant quocunq; tempore infans nasceretur, siue in deserto, siue extra desertum circumcideretur, nisi aliud fortius obſisteret. Secũdo deficit ista positio, quia assumptũ eius non est verisimile, qd in 40. annis nõquã Boreas flauerit, nam nulla est Hiems, in qua, aut multum, aut paucum Boreas non flet, cum temporis cõ-

plexio hoc exigit, ideo dato, qd ex aliquo euentu mirabili, nunquam flauisset Boreas, tñ qd in 40. annis cõtinuis, nec in vere, nec in Hyeme, nunquam flauerit, videbatur monstrum quoddam temporis, immo aliquid monstro maius, s. totius naturæ mutatio, Itẽ hoc videtur esse confictum, nam cõcedunt, quod in anno precedenti antequam intrauerint in desertum, flauerit Boreas, & qd in anno quo exierint de deserto, flauerit Boreas, & in toto continuo intermedio 40. annorum nunquam flauerit: ista ergo positio tanquã frivola repellenda est. Alij dixerunt quod ideo circumcisio in deserto facta nõ est: quia circumcisio ponebatur tanquã signum distinctionum populi Dei a cæteris populis, vt patet ad Rom. 4. cap. Sed populus existens in deserto non indigebat tunc distinctione ab alijs populis, ideo non distinctus est: cum autem intrauit in terram Chanaan, quia indigebat distinctione a cæteris populis, cum inter eos conuerſatus erat, accepit circumcisionem, & hæc fuit causa, quia Iosue circumcidit totum Israel in Galgalis, vt patet Iosue 5. cap. Ratio autem fundatur in hoc, quia distinctio ponitur inter extrema distingubilia, cum autem solũ vnum extremũ est, distingui non potest, sicut vnũ solũ, non est simile, nec dissimile maius, nec minus. Iudej autẽ erant vnũ extremũ distingubile, cũ autẽ in deserto erant, soli erant, nec erant ibi gẽtiles, qui erant alterũ extremũ distingubile: iõ nõ erat opus poni distinctionem. Sed ista ratio non est conueniens. Primo, quia circumcisio dabatur pp duo, s. propter cãm p̄sentẽ, & pp significationẽ futurorũ, causa p̄sens erat distinctio istius populi a cæteris populis; & hoc est causa literalis; causa significatiua ad futurum erat, quia circumcisio cum sit assumptio cuiusdam particule parue superflue signat abscissionem mortalitatis: & hoc fiebat in octaua die, quia in octaua etate, quæ in sãctorum requie clauditur, abscinditur ab electis omnis mortalitatis corruptio, quia iam non erit luctus, nec clamor, nec vllus dolor, nec tanget eos sol, nec cadet super eos estus: quoniã priora transierunt, vt patet Apoc. 7. c. & quia ista significatio multum intenditur in sacramentis veteris legis, qd omnia sunt figuralia, siue vmbatica: nam oia in figura contingebant eis, vt patet ad Cor. 10. c. oportebat vt in illis, qui erant de populo Dei semper attenderet ista significatio. Item secundo circumcisio non solum distinguebatur, & futura significabat, sed et̄ efficiebat: nam a peccato originali soluebat cunctos, ita vt aperiret ianuam vitæ eterne, sicut nunc facit baptisimus, quia est sacramentum perfectum noue legis: si ergo ipsi qui erant in deserto non circumciderentur, nulla alia impediẽte occasione, rei efficiebatur p̄cepti contempti, & obligatio originalis culpe non aboleretur, quod erat magnũ inconueniens, quia sic oporteret dici, qd omnes qui nati sunt in deserto, & ibidem mortui sunt, quia circumcisi non fuerunt, perissent eternaliter, quod magnũ valde inconueniens est, maxime cum hoc Moyſes vidisset in toto tẽpore quadraginta annorum, & si sciisset aliquod fore in his non circumcisis, euitasset, cum valde salutem populi diligeret: necessario ergo dicendum, qd aliqua causa impeditiuã erat ne circumciderentur. Item tertia ratio istorũ non habet fundamentum: nam dicunt, qd in deserto non indigerent circumcisione, quæ erat distinctiuã, cum non fuerint ibi aliqui a quibus distinguerentur: nam si isto modo arguamus etiã in terra Chanaan, non oportebat esse circumcisionem: quia istud signũ non est patens, per quod homines cognoscantur ad extra, sicut in habitu: nam aliquis gentilis videns Iudeum si non poneretur aliud signum, nisi circumcisio, nunquam cognosceret vtrũ gentilis, an Iudeus esset: quia illud signũ nullo modo patet, cũ nihil sit in corpore

pote, quod magis absconditum referretur q̄ illa pars: quã illa sunt membra verenda: si ergo ad solã cognitionem esset, non magis cognosceret hñs q̄ nõ hñs: iõ inutile erat hñe: non oportet ergo sic intelligere distinctionẽ, sed satis est, qd licet alij per hoc non cognoscant, saltem ipsi Iudæi per hoc se cognoscant ab alijs populis esse distinctos. cum de alijs dici audiant qd in circumcisi sunt, & ipsi sepe hoc viderunt, sicut Dauid qui tulit ducenta præputia Philistinorum Sauli regi, vt fieret gener eius, sicut hñ 1. Reg. 18. c. signum autẽ ad cognitionẽ exteriorẽ erat in modo colendi Deũ, & iurandi & multis alijs. manifestius autẽ signũ erat cognitionis eorũ in quatuor angulis palliorũ. nã madauit Deus, vt oēs Hebræi per 4. fimbrias palliorũ poneret quatuor fimbrias hyacinthinas, & cũ quis videbat vestem sic angulatã hyacintho Iudeũ illum esse sciebat, vt patet Numeri 15. c. Dicendũ ergo qd causa quare nõ circumcisi sunt Hebræi aliqui in deserto, fuit periculum circumcisionis: nam caput membri virilis, siue p̄putium cũ sit membri extremitas, finitur in magna venarum cõgerie, quæ pp debilitatẽ suam multũ sanguinẽ fundere possunt, & mori: fluxus autẽ huius sanguinis prouocat per calorem subtiliantẽ humorem sanguineũ, & debilitantẽ vim retentiuã venarũ, & iõ contingit sæpe in cõtate, cũ quis multũ laborauerit, & velociter motus fuerit, largũ sanguinẽ de naribus effluere, quod raro contingit frigore brumæ: fluxus iste sanguinis per calorem maxime causatur in motu, quia motus calefacit ab extrinseco, & subtiliat ab intrinseco, maxime quia per motum causatur cõfictio partium, & descensio: in calore autẽ ignis, aut solis extrinseco, si ille qui caleſcit, non mouetur nõ est huius periculum, ita qd nihil magis eis, qui circumcisi sunt, repugnat q̄ motus itineris, sed illi qui erant in deserto erant in hoc periculo, nam nesciebant qñ moueri debebant, sed ad motũ nubis mouebantur, erantq; expectantes eam, vt patet Num. 9. c. cum dñs, cuiusque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculũ protegebat, itic proficiscebantur filij Israel, & in loco vbi stetit ibi castrametabantur, ad imperium dñi proficiscebatur, & ad imperium illius figebant tabernaculũ: cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculũ manebant in eodẽ loco, & si eueniret, vt multo tpe maneret super illud, erant filij Israel in excubijs dñi: si fuisset nubes a vespere vsque ad mane, & statim diluculo tabernaculũ reliquisset, proficiscebantur, & si post diẽ & noctẽ reliquisset, dissipabant tentoria. si biduo aut vno mense aut longiori tpe fuisset super tabernaculũ, manebant filij Israel, & nõ proficiscebant: statim vt recessisset mouebat castra: his ergo sic fuit hñibus, si circumcisio facta fuisset in deserto, cõtingisset sepius qd dum aliquis circumcideretur, inciperet moueri columna, & immediate oportebat moueri post ipsam tam circumcisos q̄ circumcidentes, qd in manifestum periculũ eius, qui circumcidebat, redidabat: maxime quæ erant valde tenere gratis. s. 8. dierũ, & ex debilitate venarũ, & paruitate potẽtiæ retentiuæ apertis capitibus venarũ terminatis ad p̄putiũ vrgente motu itineris necesse erat sanguinẽ effluere, & hoc ipſis non dubiã mortem efficere: ista fuit causa quare cum Moyſes mandato dñi veniret in Aegyptum adduceret; tecum vxorẽ, & duos liberos Gerson. s. & Eliezer, quorum Gerson circumcisus erat, Eliezer autẽ minime: voluit Deus enim occidere in diuersorio, propter nõ esse puerum circumcisum, vt patet Exo. 4. c. ipse tñ Moyſes non circumcidit eum in via ante hoc, quia credebat esse periculũ in motu. Sed nec ex hoc quisq; assumat occasionem arguendi dicens, qd licet illis immineret mortis periculum deberent circumcidi, cum ibi in itinere filius Moyſi circumcisus fuerit.

Doctores rñsio ad questum.

Motus calescit ab extrinseco, & subtiliat ab intrinseco.

Gerson & Eliezer filij Moyſi.

Alph. Toft. super Deutez.

Ad quod responderi potest dupliciter, vno modo qd in rebus dubijs homines agere debent secundum prudentiam suam: & maxime in periculosis debent se caute habere deviando a periculis: si tamen circa aliquod agibile dubium vel periculosum diuina sententia habeatur, non debet inquiri vltierius aliquod consilium humanæ prudentiæ circa factum vel modum agendi, sicut magis declarauimus supra 1. cap. sic autem in proposito filij Israel in deserto existẽtes videbãt manifestam mortem puerorum, si eos circumciderent. Securi ergo humanam prudentiam euitantesque manifestum periculum, cum non haberent aliquam diuinam sententiam specialiter ad istum casum, scilicet vtrum tunc deberent circumcidere vel non: non circumcidebant, si tamen Deus mandasset tunc omnes circumcidi, ipsi non curassent de quocunq; periculo, quantumcunq; manifesto: sic etiam Moyſes videns periculum, si filium suum Eliezer in via circumcideret, dimittebat eum in præputio, quousque veniret in Aegyptum: & ibi sine periculo pueri in quiete circumcideretur: Deus tamen aliter prouiderat, scilicet qd deberet reuerti vxor Moyſi cum liberis suis in terram Madian: ne ergo maneret tanto tempore incircuncisus, voluit vt in itinere circumcideretur, & reduceretur in terram suam: nam si Moyſes recessisset puero manente incircunciso, nõquam circumcidisset eum mater quæ erat gentilis, & de circumcisione modicũ curabat: nam in itinere non circumcidisset ipsa eum, nisi quia vidit angelũ dñi persequentem ad mortem virum suum Moyſen, vt patet Exo. 4. cap. Item alia ratio erat in illis qui mouebantur in deserto, quã in filio Moyſi. nam illi qui erant in deserto debebant moueri ad motum nubis, vt supra declaratum: & quia erat eis incertũ quando nubes inciperet moueri, magnũ periculum erat circumcidere pueros: filius autem Moyſi nõ fuit sic: nã statim vt circumcisus fuit, separata fuit ipsa vxor Moyſi ab eo, i. qd non comitara fuit eum eundo in Aegyptũ: sed recessit in terram suam Madian: poterat ergo si vellet, & videret expediens fore puero manere in diuersorio cum puero circumciso, quousque sanaretur: quod non contingebat in eis qui mouebantur per desertum: qui non poterant expectare, nec per horam si columna moueretur. Sed contra hæc arguas quod istas ius deberet tenere in anno primo, quo exierunt de Aegypto, & in principio secundi quousque peruenirent in Cadesbarne: in qua legati exploratores redierunt ad castra Israel, vt patet Num. 13. & 14. cap. & in vltimo anno quo steterunt in deserto, nam in his duobus annis siue duobus & dimidio moti sunt, in primo namque anno & fere dimidio venerunt vsque Cadesbarne: in vltimo anno, s. 40. processerunt de Cadesbarne vsque planiora loca campestrium Moab super Iordanem in vltima mansione, vbi mortuus fuit Moyſes: in toto autem in intermedio tempore quod fuit fere annorum 38. nõ processerunt pp maledictionẽ eis datã a Dño, s. qd staret 40. annis in deserto, vt patet Nu. 14. c. & sic sic fixi steterunt, vt patet Deute. 1. c. in fine cuncti dñs sedistis ergo in Cadesbarne multo tẽpore, s. 38. annis fere: poterant ergo omnes natos in toto intermedio isto circumcidere, vt patet ex se: & sic manerent incircuncisi soli illi, qui nascerentur in anno quadragesimo quando moti sũt vsque ad Iordanem. Responderetur quod isti fallum supponunt: nam si verum esset qd totus Israel mansisset in Cadesbarne tanto tẽpore, & sciisset se mansurum ibidem tanto tpe: debuissent circumcidere omnes qui prius nati circumcisi nõ fuerant, & omnes qui ibidem nascerentur, sed nec Israel tanto tempore ibi mansit, nec se mansurum ibidem cognouit.

H 4 Primum

Primum patet, quia quādo Deus dedit maledictionē, vt manerent in deserto 40. annis, non dixit q̄ manerēt semper in Cadesbarne, idest in illa mansione, sed dixit q̄ mouerentur per desertum vagi, sic patet Num. 14. cap. cum dicitur vestra cadauera iacebunt in solitudine, filij vestri erūt vagi in deserto annis 40. & portabit iniquitatem vestram: eadem causa ergo erat nunc, cum mouerentur, sicut ante quando veniebant directē de Aegypto: in hoc differt motus istorum annorum 38. fere, quia in primo anno fere, & dimidio moriebantur directē per solitudinem versum terrā Chanaan, & venerunt vsque Cadesbarne: in anno 40. qui erat vltimus moti sunt de Cadesbarne directē versus terram Chanaan, & accesserunt ad illam super Iordanem terminum eius ab Oriente, in annis autē 38. fere intermedijs mouebantur nō directē, sed vagi incedebant hinc inde: verū tamen est, q̄ in isto tempore, quo fuerunt vagi, maiorem moram contrahebant in mansionibus, quā in tēpore quo directē p̄cedebāt versus Aegyptum. Secundum autem, s̄ q̄ ipsi nesciebant se manuros certe in aliqua mansione, q̄ Deus nihil eis dicebat, sed per columnam nubis indicabat eis, q̄ esset tempus standi, vel mouēdi castra, & sic semper incerti erant, q̄ mouere castra deberent expectātes motum columnę nubis licet per annum manerēt in eodem loco: ideo non debebant aliquem circūcidere formidantes semper columnā confestim mouēdam: nā si hoc respiciatur idē argueremus q̄ tempus illud, quo directē tendebant in Aegyptum: nam tunc quādo faciebant magnam moram in mansionibus, sicut in monte Synai, in quo steterunt vno anno exceptis decem diebus, vt probauimus c. 18. & 19. satis late, & tunc procedebant directē contra terram Chanaan de Aegypto, quousque accesserunt ad Cadesbarne, vbi via interrupta est, & tamen ibi nullus est circūcisus, cum in toto deserto nullus circūcisus fuerit, vt patet Iosue 5. c. & si arguas, q̄ Iudei p̄scierunt se māuros in Cadesbarne annis fere 38. cum Deus dixerit eos non intraturos terram Chanaan vsque ad completos 40. annos. Respōdetur q̄ licet ipsi scierint se nō intraturos in terram Chanaan vsque ad consummationem horum temporum, cum nesciebant vtrū in vno loco semper deberent manere, an quāto tempore remanere deberent in quolibet loco mansionis, immo dicendum, q̄ sciebant se non manuros in vno loco semper, cum dictū fuerit eis in sentētia maledictionis, q̄ filij eorum vagi essent 40. annis per desertum, ergo moueri debebant, sed nesciebāt quantum aut quādo. Ad argumentum quando dicebat, sedistis ergo in Cadesbarne tempore multo, vt patet supra 1. c. quod intelligitur de istis 38. annis fere iam dictis, vt clare apparet ex litera: ibidem ergo tunc steterunt sedentes in Cadesbarne: respondetur, q̄ dicitur eos sedisse multo tempore in Cadesbarne, non q̄ toto illo tēpore annorū 38. fere ibi steterunt, sed q̄ in toto illo tēpore vltra non transierunt p̄ter modicum tēpus, in quo accesserunt ad torrentem Zareth, qd̄ non fuit sex mēsum, vt satis probaretur ex his quę habentur Num. 20. & supra 2. c. sed propter prolixitatem probationis nō curio inducere: manet ergo ex hac ratione q̄ nunquam illi, qui steterunt in deserto, habuerūt tēpus ad circūcidendum paruulos suos. Alia autem ratio est ex dolore circūcisionis, s̄ postquam aliquis circūcisus est, in terra die ēuenit ita magnus dolor, q̄ etiam si ille qui circūciditur fuerit vit magnę etatis, & robustus, in terra diejerit quasi mortuus, & nō poterit moueri, & tunc periculi valde magnum est mortis si moueatur ab aliquo ipsi circūcisus: patet autem hoc Gene. 34. c. de viris Sichimitis, quos in dolo fecerunt circūcidi filij Iacob, vt possent eos secure occidere in die tertia

& tūc dicitur, q̄ in die tertia, quādo solet esse nimius dolor vulnerum, arreptis Symeon & Leui gladiis intrauerunt confidenter ciuitatem Sichem tanquā pugnaturi cōtra mortuos, & ipsi duo occiderunt omnes viros totius ciuitatis Sichem, ita q̄ nec vnus fuit qui eis resisteret, quia omnes erant quasi mortui: nō ergo licebat tali tempore mouere circūcisos, quod tamē non contingebat in deserto, quia quocunq̄ tēpore nubes moueretur oportebat eos moueri. *Cumq̄ diebus quibus super humum gradieris.* Conditionalis pmissio erat ista, s̄ si obseruarent mandata, sed quia non seruauerunt, data fuit terra illa alteris gentibus. *Subuertite omnia loca.* Positurus Moyses locū veri cultus destruit primo locum mali cultus, ne esset occasio cadendi populo; & hoc quia via rationis, & nature primo malū extirpatur, quā bonum instituitur. *In quibus coluerunt gentes.* Quia talia abominabilia erāt Deo. *Quas posseditis estis.* Idest quātū terram, & diuitias possiduri estis: ipsas autem gentes possidere non poterant.

An Iudæi deberent possidere terram istarum gentium, vel ipsas gentes. *Quest. 11.*

QUOD autem terram illarum gentiū possessuri essent patet, quia in multis locis omnium istorum quinq̄ue librorū promittit eis terra septem gētiū, s̄ Chananeorum, Amorheorum, & c. q̄ autem diuitias eorū possessuri essent patet supra 6. c. cum dicitur, cumque introduxerit te dñs Deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates optimas, & magnas quas non edificasti, & domos plenas cūctarum opum, quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vinea & oliueta quę non plantasti, & comederis, & saturatus fueris, caue ne obliuiscaris dominum qui eduxit te de terra Aegypti, scdm̄, s̄ q̄ nō poterant possidere illas gentes patet, nā accipiēdo proprie possessionem vocatur possessio id, quod est totaliter alterius; & sic non est iustum inter hominem, & suam possessionē, vt patet p̄ Philosophum in 5. Ethic. nam quicquid agit ei homo, non facit iniustitiam ei, quia totaliter res sua est, licet in hoc sit quedam dñia parua si sit res possessa animata, aut inanimata, cuius radicem late declarauimus Exo. 21. ca. s̄ differentia inter seruū, & domum, vel res brutas, quas hic animaras non voco. Quod ergo aliquis possideat aliquā gentē, contingit dupliciter, quia aut proprie sunt possessio eius, & tunc debent esse ipsius totaliter: & isto modo possidebit eos vt seruos: nam seruus est esse totaliter domini sui, & est possessio eius: sic enim vocat Philosophus 5. Ethic. dicens, Non esse iustum inter hominē & suam possessionē, i. inter hominē, & suum seruū, nisi iustum despoticum, siue dominatiuū, quod nō est iustum simpliciter. & sic vocat sacra Scriptura seruū pecuniam dñi sui, vt patet Exo. 21. ca. & istum modum sequitur Arist. in 1. Polit. c. 2. in fine diffiniens seruū: nā vocat eū rē simpliciter dñi sui cū diffinit sic dicēs, seruus est organum animatum separatū hō existens simpliciter alterius: isto modo non poterant possidere Israelitę populos Chananeorum: nā de gētibz alijs accipere poterant seruos, de illis autē septē populis terrę Chanaan nequaquā, vt j. dicitur. Scđo modo poterat esse, q̄ aliquis possideat aliquam gentem accipiēdo large possessionem pro eo, qd̄ non est totaliter eius qui possidet, sed aliquo modo, & sic poterāt Hebrei possidere aliquas gentes in tributarias: nā esse tributarias non est esse totaliter alicuius, sed quātum ad aliquid, s̄ ad certam per solutionem tributi, aut obsequii alicuius, sed etiā isto modo nō poterāt possidere Iudei gentes Chananeorū, quia de alijs gētibz poterant

Possidere aliquā gentem dupliciter contingit.

terant facere tributarios: sed de Chananeorum populis non, vtrunq̄ autem patet, quia tenebantur omnes Chananeos occidere: qui autem occiditur nec est seruus, nec tributarius, de hoc patet j. 20. cap. cum dicitur q̄ si pugnant contra aliquas ciuitates, quę erāt in terra Chanaan, primo offerent eis pacem, & si reciperent eam, erunt tributarii, si autem non reciperent, sed pugnant se defendēdo, capta ciuitate occidebant omnes abque mulieribus, & paruulis, quos vendebant, & tunc sequitur sic facietis cunctis ciuitatibus, quę a te procul valde sunt, & non sunt de his quas in possessionem accepturus es, de his autem ciuitatibus, quę dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere: sed interficies i ore gladij Ethaū, & Amorrhauū Chananaū, & Pherezeū, Eugeū, & Iebuseū sicut p̄cepit tibi dñs Deus tuus, & si forte objicias, q̄ filij Israel tenuerunt aliquos in seruos secundū, q̄ Gabaonitas, ut patet Ios. 9. c. & aliquos tenuerunt in tributarios sicut fuerunt de Gabaonitis patet Iosue. 9. c. quia dicitur in fine, fecit ergo Iosue vt dixerat & liberauit eos de manu filiorum Israel, ut non occiderentur: decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris domini, cedentes ligna, & aquas portantes vsq; in presentis tempus, in locum quem dominus elegisset de tributariis: patet Iosue. 16. cap. de populo Chananeorum qui fuit tributarius tribus Ephraim cum dicitur, & nō interfecerūt filij Ephraim Chananeū, qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananeus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius; respōdetur ad primū cum dicis de seruitute Gabaonitarum, q̄ non factum fuit hoc a proposito. s̄ q̄ filij Israel dimitterent aliquas ciuitates Chananeorum vt seruirent sibi, nā hoc nullo modo poterant agere, sed fuit p̄ter eorum intentionem, quia Gabaonitę venerunt ad eos in dolo dicētes, se esse de terra longinqua portantes vestes attritas, & veteres vtres, & calciamēta disrupa, ut hec essent illis in testimonium distantis terrę suę. credidit autem Israel, & putans eos esse de terra longinqua iniuit cū eis sedus, ne contra eos unquam bellum mouerent, & super hoc iuramentum inter virosque positum est. postea cum comperissent eos esse incolas terrę Chanaan voluerunt eos destruere, ut vulgus postulabat, sed principes Iudæorum tamen Iosue duce suo putantes se obligatos hoc iuramento non occiderunt Gabaonitas, sed ut non manerent impuniti propter fraudem, quę egerant, fecerunt eos seruos, nec tamen fecerunt eos seruos suos, ita quod omnes Gabaonitę diuiderentur inter populares Israel, & daretur vni vnus, & alteri alter, & sic diuidendo proportionaliter, sed quia ipsi si cognouissent eos esse de terra Chananeorum, nō poterant eos accipere in seruos, ita cū nunc cognouerūt, noluerunt eos p̄ se accipere, sed statuerunt eos seruos tabernaculi in loco, quem elegisset dominus, ut patet Iosue. 9. c. & licet dicatur ibi q̄ seruire debebant populo, non est intelligendum, q̄ seruire deberent toti populo, sed solum quando esset populus coniunctus antequam acciperet hereditatem terrę pacifice: quia tūc simul erant populus, & tabernaculum domini: cum autem populus emissus est in possessiones suas, secutus fuit populus Gabaonitarum tabernaculum, i. quocunq̄ loco esset ut satis patet Iosue. 9. c. Ad aliud de tributarijs Chananeis respondetur, q̄ non factum fuit licite: nam non omnia, quę in sacra scriptura scribunt, approbantur, ut multa facta fuerunt mala aliquarum personarum, quę in sacra scriptura enarrantur, ut patet discurrenti in sacra scriptura, & hoc patet, quia ex hoc q̄ isti acceperunt gentes illas tributarias non delēdo eas, Deus iratus fuit, & non delēuit eas, cum ipsi non seruauissent pactum veniēdo in pactum cum gētibz, ut patet Iud. 2. c. quando angelus domini ascen-

dit ad locum flentium. *Super montes excelso.* Ibi enim maxime fiebant templa idolorū tanquam in cōgruentissimis locis, & magis ad hoc naturaliter adaptatis, sicut apud capita fluminum, ut ait Seneca, & sic templū Baal erat in excelso monte, ut patet Numeri 22. capit. duxit eum ad excelsa Baal, & phanum Phegor in alto erat, vt patet Numeri 23. c. duxit eum ad montē Phegor. idest, in quo colebatur Phegor, sic etiam Iupiter in Olympo altissimo monte Thesaliae colebat, a quo Olimpiades vocantur: ideo Deus ad magnā culpam reputabat sacrificare in montibus, vt patet Ezechiel. 18. cap. *Et colles.* Montes dicuntur altitudines terrę habentes ligna frondosa: colles dicuntur altitudines siue arboribus, vel montes sunt magnę altitudines, & colles parua. *Et subter omne lignum frondosum.* Etiam si esset in locis planis, quia ibi colebant priapū, qui vocatur Deus hortorum. *Dissepate aras.* Scilicet in quibus cremantur carnes ad honorem deorum. *Confringite statuas.* Idest imagines deorum corpulentiam habētes quę ferreae, lignea, siue lapideę erant, siue alius cuius alterius metalli. *Lucos igne comburite.* 7. cap. ista exposita sunt. *Disperditē nomina illorum de locis illis.* idest struite templa vel aras, in quibus colebantur, vt iam non nominetur in terra illa templum siue ara Iouis, vel Mercurij, siue alterius Dei. *Non facietis ita domino Deo vestro.* Hic intendit inducere legislator, q̄ locus in quo sacrificia fiant, sit vnus in tota terra promissionis propter periculum idolatrię, si cuilibet permitteretur, vbi vellet sacrificare, quia nesciretur, an Deo, an demonibz. sacrificaret, vt patet Leu. 17. c. *Non facietis ita domino Deo vestro.* Sicut illi faciebāt sacrificātes in montibus vel collibus siue locis frondosis quilibet vbi volebat: vos autem in uno loco solum sacrificabitis. *Sed ad locum.* Scilicet vnum. *Quem elegit dominus.* Non erat locus iste eligendus ab hominibus, sed a Deo, ut magis constaret hominibus sacrificia sua Deo accepta esse, quia ipse locus illum ad talia elegisset quod non esset si homines eligerent: & de isto loco nondum constabat Moyfi quis futurus esset, vel dicebat incerte: quia multa loca Deus voluit secundum diuersa tempora. i. enim fuit tabernaculum in Sylo, vt patet Iosue. 18. cap. & permansit ibi tempore iudicium ut patet Iud. vlt. c. Et post i tempore Heli sacerdotis arca capta fuit a Philistin vt patet. 1. Regum. 5. cap. & Deus repulit tabernaculum Sylo q̄ erat in forte Ephraim, ut patet Psal. 77. & translatum fuit ad tribum Iuda, ut in eodem Psal. & positum fuit in Ebron, patet, quia ibi sacrificabant filij Dauid antequam fieret templum per Salomonem vt patet 2. Regum 15. ca. de Absolone qui obtulit Deo in Ebron: hoc quidam voluerunt. s̄ q̄ stetit tabernaculum in Ebron, & inde in Gabaon translātū autumāt, q̄ autem tabernaculum fuerit aliquādo in Gabaon satis patet ex testimonijs. j. allegatis: & ex his quę diximus Exo. 20. cap. sed q̄ in Ebron fuerit falsum est, & an recedens eorum verum est: sed consequentia est mala quod sic patet. nam isti fundant super hoc q̄ vbiq̄ue fiebant sacrificia esset tabernaculum: nam coram arca fiebant sacrificia ut patet. 2. Regum. 6. cap. quando ducebat eam Dauid in domum suam: nam cum mouissent sex passus immolabant: itē immolabat Samuel in Ramatha vbi nō erat tabernaculum nec arca, ut patet 1. Regum. 7. cap. immolauit etiam in Masphat, vt patet eodem cap. immolauit in Bethleem vt patet 1. Regum. 16. cap. & sic de multis alijs locis, in quibz non erat tabernaculum, nec arca. quę patent discurrenti. in Masphat autem fiebant sacrificia, quia Dauid & filij sui & reliquus populus sacrificabant ibi, non tamē erat ibi arca vel tabernaculum, nam postquam de Sylo translātum est positum fuit in ciuitate Nobe, de quo 1. Regum. 21. cap. ubi demonstratur fuisse ibi sacerdotem

In quibus locis fuerit tabernaculum.

rem magnum Achimelech cum tota sua progenie, & mensam propositionis. ex quo arguitur fuisse totum tabernaculum: & hoc fuit tempore Saulis, quando fugiebat David a facie Saulis. postea autem translatus fuit in Gabaon destructa vrbe: nam quia sacerdos, Achimelech dederat David panem, & gladium, mandavit Saul occidi eum, & totam suam progeniem. f. totam domum patrum suorum: & fuerunt occisi. 84. vestiti Ephod ut patet. 1. Regum. 22. ca. necesse ergo fuit destruere illa: quare, eam destruxit Saul, & transferri tabernaculum domini ad aliud habitaculum, & tunc translatum est in Gabaon.

Opinio doc. de domini tabernaculo.

Dicendum est ergo quod tabernaculum domini nunquam fuit in Ebron, licet ibi fierent sacrificia, nam de ipsis sacrificiis factis in Ebron: & de causa quare facta sunt, & aliquo ceperunt, & de sacrificiis factis in aliis locis, & de mutatione arce, & tabernaculi varia plenius fime Exo. 20. c. dictum est: & ibi vide: fuit ergo. 1. tabernaculum in Sylo ubi mansit magno tempore usque ad mortem Heli sacerdotis, deinde translatum fuit in civitatem Nob: deinde translatum fuit in Gabaon, & ibi sacrificabant, unde illuc ascendit Salomon petiturus sapientiam a Deo, ut habetur 3. Regum. 3. cap. & 2. Paralipom. 1. c. deinde translatum est in Hierusalem, & collocavit illud ibi Salomon in templo quod fecit, ut satis apparet in processu. 3. Regum. & 2. Paralipom. in multis locis. De cunctis tribubus vestris. Non est intellegendum quod Deus eligeret de cunctis tribubus unum locum, sed de qualibet tribu unum locum: quia sicut erant. 12. tribus, ita essent tunc. 12. Sanctuaria. quod valde erat inconueniens secundum illum statum, in quo erat inclinatus populus ad idolatriam: & si videret Deus in multis locis coli, putaret esse multos Deos: sed est sensus, quod Deus eligeret unum locum de cunctis tribubus, i. respiceret omnes tribus, & in tribu quae magis ei placeret, eligeret unum locum, in quo magis sacrificaretur sibi, & fierent alia caeremoniae legis, ut congregatio ad tria festa principalia, scilicet festum azymorum, ad pentecosten, ad festum tabernaculorum: nam in his tribus festis totus Israel congregabatur ad locum Sanctuarium ut patet Exod. 23. & 34. & Deuter. 16. c. locus iste erat in electione Dei, ideo ubicunque vellet, ibi fiebat ei obsequium, & ponebatur tabernaculum: ideo si aliquando volebat repellere locum, & accipiebat alterum sicut fecit, quia repulit Sanctuarium civitatis Sylo, quod erat in tribu Ephraim sive Ioseph. cum Ephraim sit filius Ioseph, & voluit sibi transferri ad Syon, ubi mansit, licet non immediate transierit, quia primo stetit in civitate Nob, deinde in Gabaon, ad ultimum in Hierusalem. & ibi fuit firma habitatio eius, de hoc Ps. 77. dicitur, & repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda, montem Syon quem dilexit. *Ut ponat nomen suum ibi.* i. ut sit memoria nominis eius in loco illo specialiter. scilicet licet in aliis locis Deus colatur fide, & spe, atque chantate, tamen cultu sacrificiorum & aliarum caeremoniarum in uno loco colebatur, & ibi dicebatur ponere nomen suum, quia in illo loco magis, & specialius denominabatur, quam in aliis locis, & ille locus specialius pertinebat ad eum quam alia loca, sicut licet Sanctos Dei ubique invocemus, & honoremus, quaedam tamen sunt loca in quibus magis honorantur, & invocantur nomina eorum, sicut loca in quibus sunt sepulti, vel ecclesiae, quae denominantur ab eis, unde ille eorum invocationes nominantur, quia potius ibi invocantur quam alibi. *Ut habitet in eo.* i. ut invocetur nomen eius ibi, quia Deus nusquam habitat cum in nullo loco comprehendatur, & sic dixit Salomon, 3. Regum. 8. cap. non est putandum quod Deus super terram habitet, cum caeli coelorum eum capere non possint, sed istam domum edificavi ei, ut

sint oculi eius super orantes ad eum in domo ista. quia liter Deus dicitur esse in aliquo loco per potentiam, & essentiam sive praesentiam, ut communiter dicitur Exo. 3. & 20. c. dictum est, & ibi quomodo angeli sunt in loco, & quomodo anima: Deus autem specialiter dicitur habitare in loco Sanctuarium, quia ibi fiebat ei specialis honor, qualis non fiebat ei tunc in toto orbe: nam solum notus erat in Iudaea Deus, & in Israel magnum nomen eius, ut patet Psal. 75. vel dicebatur habitare in tabernaculo in loco Sanctuarium, quia ibi specialia fiebant quasi in toto regno Israel: nam ibi loquebatur, quod non erat in aliis locis, intra Sancta Sanctorum super arcam propitiatorium inter duo cherubim loquebatur dominus, quodcumque Moyses consulebat, & inde dabat dominus praecipua pro populo Israel ut patet Exod. 25. & 30. & Numeri 7. cap. loquebatur etiam Deus apud altare holocaustorum in introitu tabernaculi, & ibi respondebat de dubiis quaesitis, & interdum non respondente Moyses Deus loquebatur vocando Moysen, & ista responsio fiebat ad declarationem eorum, quae erant necessaria populo, & fiebat hoc circa introitum tabernaculi ad ostium eius, super altare, de quo Exod. 29. ca. de qua mansionem Dei in alio loco iam magis dictum est. *Venietis, & offeretis ibi holocausta.* Ista littera est multum larga, quia ponitur quantum ad illa, ad quae obligabantur, & quantum ad illa, ad quae non obligabantur: nam tribus diebus in anno obligabantur venire in locum Sanctuarium, ut patet in locis sup. allegatis, & tunc debebant ferre aliquid ad offerendum, ut patet Exod. 23. & 34. cap. cum dicitur non apparebis vacuus in conspectu meo. & istae erant hostiae pacificae de quibus offerentes ipsi, & omnes, qui non offerebant, sed pertinebant ad ipsos offerentes, comedebant, nam maximum gaudium tunc erat, de hoc patet 7. 16. c. vbi ponitur, quod in festo pentecostes de oblatione spontanea comedere debebat ipse offerens, & servus, & ancilla, & filius, & filia, & omnes alii, idem patet ibidem de festo tabernaculorum, de festo autem azymorum non ponitur, quod eadem fierent, sed satis intelligendum est, quod eadem fierent, cum festum azymorum esset festum principale totius anni, & mandabatur quod in omnibus istis festiuitatibus, cum apparerent coram domino, non apparerent vacui: ergo aliquid offerre debebant magis adhuc, quam in aliis festis. *Et offeretis in illo loco.* Non solum debebat aliquis venire in tribus festiuitatibus anni, in quibus obligabatur omne masculinum, ut supra diximus, sed etiam si quis voueret offerre aliquid animal domino, debebat illuc ire, quia non poterat offerre in aliquo alio loco terrae suae: sic enim prohibetur & 7. cum dicitur caue ne offeras holocausta tua in omni loco; quem videris, sed in loco quem elegit dominus Deus tuus. *Holocausta, & victimas vestras.* Tria genera sacrificiorum distinguuntur Leuit. 1. cap. f. holocausta quae sunt sacrificia ad solum honorem vel laudem Dei, ex nulla alia causa, & ista totaliter incendebantur, nec aliquid inde habebat sacerdos nisi pellem, ut patet Leuit. 6. cap. ideo vocantur holocausta ab olon quod est totum & cauma quod est incendium quasi totum incensum. s. m. genus est sacrificium vel hostia pacifica, quae fiebat quasi aliquis rogabat aliquid Deum, & offerebat hostiam, & ista uocabantur pacifica, quia fiebant pro pacificatione nobis Deum, ut adiuuaret, vel reddendo gratias Deo nobis pacificato. Et de hostia ista renes cum toto adipe, armina, & reticulo incendebatur ad honorem Dei, armus & pectusculum cedebat in partem sacerdoti, ceterae autem carnes pertinebant ad offerentem, & comedebat eas intra atrium tabernaculi, de his Leuit. 3. & 7. c.

Tertium genus est sacrificium pro peccato, & circa hoc sunt multae caeremoniae, & distinctiones de quibus

Sacrificiorum tria genera.

bus Leui. 4. & 5. & 6. cap. Et ista duo vocantur hic victimae: & sic comprehendit hic omne genus sacrificii per holocaustum, & victimas. *Decimas,* quae pertinebant ad ius Leuitarum, ut patet Numeri. 18. cap. omnia alia iura quae sequuntur, pertinebant ad sacerdotes.

Quare Leuitae separati sunt ad seruiendum domino. Quae. III.

SCIRNDVM quod tota tribus leui separata erat ad seruitium domini specialiter, pro toto alio populo, cuius primogeniti obligati erant domino quia secundum antiquam consuetudinem primogeniti erant sacerdotes, & quia ceteri primogeniti aliarum tribuum ad hoc erant inepti, & dominus repererat eos, quia coluerunt vitulum conflatilem, elegit tribuum Leui, quae non coluerat vitulum: sed adiunxit Moysen ad vindicandum peccatum colentium, ut patet Exo. 32. c. & separavit eam a reliquo populo sibi ad obsequium: sic patet Numeri. 3. cap. cum dicitur tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitae mei ego sum dominus: isti autem qui erant in tribu Leui, erant diuisi, nam quidam erant sacerdotes. s. Aaron & filii eius, vel omnes qui descendebant ab eo: nam eo iure soli filii sui consecrati sunt, & mori ad obsequendum domino: de hoc Exo. 29. & Leui. 4. & 9. atque 10. cap. Alii autem erant qui non erant sacerdotes, sed vocabantur simpliciter Leuitae, & isti non ministrabant in altari sacrificando, aut Thimiama cremando, vel faciendo aliqua alia, sicut faciebant sacerdotes: sed solum seueiebant ministerio tabernaculi mouendo ea, quae in tabernaculo erant, & totum ipsum tabernaculum, s. m. distinctiones onerum eis impostorum, de quibus habetur Numeri 4. cap. de diuisione Chaathitarum, geronarum, & meraritarum quilibet secundum officia sua, & quia omnes hi tam Leuitae quam sacerdotes uinebant in obsequio tabernaculi, de sumptibus tabernaculi viuere & sustentari debebant, cum aliunde sustentari non possent, quia non habebant alia officia, nec conuenienter exercere poterant, & ob hoc cum data fuerunt eis loca ad habitandum, nam data fuerunt praedia ad colendum, sed paruum territorium ad alendam pecora, ut patet Numeri. 35. q. d. quod filii Israel sustentationem daturi erant: quia loco eorum domino ministrabant, separati ergo dominus ad istorum sustentationem ultra iura. *Decimas, primitias, vota, sacrificia spontanea,* & primogenitorum redemptiones, aut sanctificationes, ceteraque in hunc modum, ut patet Numeri. 18. capit. erat tamen differentia, quia leuitis, qui non erant sacerdotes, quia erant plurimi, dabatur magnus redditus. s. decimae totius populi, nam iste erat maximus redditus: sacerdotibus autem dabatur primitiae cum ceteris iuribus: leuitae tamen quae minores erant, postquam accipiebant decimas, dabant decimam partem earum summo sacerdoti, ut patet Num. 18. c. nouem autem partes decimarum reseruabant sibi, & in hac solutione ita se habebant ipsi, ac si essent homines populares habentes vnde decimas darent, cum ramen isti nihil haberent, nisi quod eis dabatur. *Primitias manuum vestrarum.* i. primitias de frugibus, & aliis, quae manibus colitis, tria autem sunt genera primitiarum. s. in viridi spica, in festo azymorum, & panes in festo pentecoste. Et omnium frugum primitias in festo tabernaculorum mense septembri collectis omnibus quae in agro: de his Leui. 23. c. & de quolibet genere istarum primitiarum intelligitur, quod deberent ferri in Hierusalem, vel in locum alium in quo esset tabernaculum domini. *Vota.* Etiam ibi soluebantur, sive aliquid immolandum esset, sive non: de votis dictum fuit aequaliter Leui. 27. c. & numeri. 30. *Atque donaria.* Ali-

In viridi spica tria sunt genera primitiarum.

qua dona quae offerebantur, & non ex voto, nec immolabilia erant. *Primogenita bouum, & ouium.* Quia ista offerenda erant, quae sanctificari debebat omne primogenitum masculinum per immolationem in omnibus capris, & bobus primogenita autem hominum, quia immolabilia non erant, redimebantur quinque siclis ut patet Exo. 13. & Numeri. 3. ca. *Et comedetis ibi in conspectu Dei vestri.* Hoc intelligit de hostiis pacificis, vel de aliis, de variis quae offerebantur domino, de quibus offerenti comedere licebat de holocausto autem vel hostia pro peccato, sive de votis, offerenti nihil licebat comedere. De holocausto autem quod nihil accipere liceat offerenti ad comedendum nam holocaustum dicitur sacrificium, in quo nihil relinquebatur de ipsa re sacrificata quod non cremaretur, & dicitur holocaustum ab olon, quod est totum, & cauma, quod est incendium quasi totum incensum, & hoc patet Leui. 1. c. nam licet fieret holocaustum de boue, sive de oue, sive de capra detracta pelle, totum quod intra erat incendebatur in altari super strue lignorum, nam carnes ipsae cum ossibus cremabantur, & caput, & pedes & ipsa intestina quae primo plena erant, lauabant, & postea cremabantur cum ossibus partibus suis aliis, nihil ergo manebat quod ipse offerens comedere posset, nam & ipse sacerdos qui immolabat, & comburebat carnes aialis coram deo, nihil inde habebat nisi pellem, quae detrahebatur aiali, ut patet Leui. 7. cap. cum dicitur sacerdos qui offert holocausti victimam habebit pellem eius. Si autem pro peccato aut delicto, (cuius eadem lex sacrificii est ut patet Leui. 7. c.) hostia fiat, aut fiebat pro peccato sacerdotis, aut pro peccato multitudinis, aut pro peccato principis populi, aut pro peccato alienius singularis personae: sic n. distinguit Leuit. 4. c. in tribus inferrebat de sanguine hostiae intra tabernaculum ad expiandum in altari thimiama, ut patet Leuit. 4. c. & in 4. modo non inferrebat sanguis intra tabernaculum ad expiandum, & s. m. hoc ponitur regula Leui. 6. c. in fine, quod omnis victima pro peccato cuius sanguis inferretur intra Sanctuarium ad expiandum. scilicet ad altare thimiama, non debebat comedi, sed comburi extra castra, & hac erat causa fiebat pro peccato sacerdotis, aut totius multitudinis, aut principis populi, si autem sanguis hostiae pro peccato non inferrebatur intra Sanctuarium, debebat eam comedere sacerdotes in loco Sanctuarium & omnes de genere sacerdotali dum tamen masculi comedere poterant ut patet Leui. 6. c. ut sup. dictum est, & sic nullo modo ipse qui offerebat pro peccato, poterat comedere aliquid de eo quod offerebat: sed vel nullo modo comedebatur, vel ipsi sacerdotes totaliter comedebant.

Quaedam de holocausto.

Item de votis non poterat aliquis comedere, ut si quisquam vouebat vnam quem aut capram domino, non poterat comedere de illa, nam cum quis vouisset simpliciter aiali suo deo, si illud mundum esset immolari debebat deo, & non poterat commutari pro altero aiali, quod si mutaretur tam ipsum quod mutatum est & id pro quo mutatum est, sanctum erit deo, i. consecrari debet, & tunc de isto aiali mundo votum promissio sic fiebat, quod sanguis eius fundebatur per cornua altaris, sicut in aliis immolationibus, & adeps eius immolabatur: sed nihil de carnibus incendebatur, tota. n. simul ad sacerdotes pertinebant, ut patet Numeri. 18. c. si autem aiali immundum erat, quod votum promissum erat adducebatur coram sacerdote & determinabat precium eius, & sic vendebatur, & illud precium pertinebat ad sacerdotes ut patet Numeri. 18. c. si autem dominus qui vouisset volebat redimere aial, dabatur quantum a sacerdote assignatum fuisset, & insuper partem quintam, ut patet Leui. 27. c. & ibi de istis sup. dictis, de his ergo ipse offerens nullomodo cohibebat, de donariis autem eodem modo, nam si aliquis aliquid dedisset donum sacerdotibus, sive esset aliquid immolabile,

molabile, siue non, transibat in proprietatem sacerdotum, & sic nihil debebat ipsi offerenti, in sola autem pacifica hostia ipse offerens poterat aliquid recipere, vt patet Leui. 7. c. f. oēs carnes ipsius aialis pter oēs adipēs, qui adolebant dño, q̄a oīs adeps dñi erat iure perpetuo in generationib. & cunctis habitaculis vris. nec adipem nec sanguinem oīno comederis vt patet Leui. 3. c. & Leui. 7. dñi si quis adipem qui offerri debet in incensum domino, comederit, peribit de populo suo. i. morietur: & pter renes cum cauda & duos reniculos: nā ista incendebant dño vt patet Leui. 3. c. pter hoc aut in ius sacerdotum cedebat armus dexter rei inolata, & pectusculum eleuationis, ceterę aut carnes manentes erant pro ipsis offerentibus, ut patet Leui. 8. c. dñi aut inter sacrificia pacifica, & holocausta, vel pro peccato, vel in votis & donariis erat, q̄a q̄ offerebat hostiā pacificam, rotā non offerebat, sed ex eo, q̄ dicebat saltem intra se velle offerre pacifica dicebat se velle accipere de eis certā partem, in aliis aut eo q̄ talia faciebat, totaliter donabat, ita q̄ nihil ad eum p̄tineret: iō inter aialia differ, que offerebant in sacrificiis pacificis, & illis quę offerebantur in voto vel pro peccato, nam pro victimis pacificis quedam animalia aliquantulum immaculata accipi poterant, in votorum solutione autē oportere aialia totaliter esse munda & integra ut patet Leui. 22. cap. cum dñi ouem, & bouem, cauda & aure amputatis voluntarie offerre potes: votum autē ex his solni non potest: & ratio est quia in his q̄ pacifica sunt, nulla obligatio est ad offerendum, sed sola voluntas offerentis in votis autē acquisita est obligatio: nam licet in votuendo sit libertas, post votū tñ emissum nulla libertas est, sed ita tenetur ipse uouens ac si alias deberet, ut patet extra de uoto, & uoti redemptione in ca. licet cum dñi licet vnueris liberam sit arbitrium in uouendo, vt que adeo tñ necessaria est solutio post notum, vt sine dispendio salutis proprię non liceat alicui resilire; iō hñ in decretis. 37. q. j. c. nuptiarū. cum ergo aliquis obligatus est, quia tenetur strictus, imponit ei facere id, q̄ melius est, si ergo quis se obligauit ad offerendum, tenebit iam ad offerendum aial q̄ mundum, & immaculatum totaliter sit, cum autem non tenet quisq̄ offerre quicquam, quodcumq; obtulerit recipiet: iō siue bos, aut ouis aures vel caudam amputatas hēant, siue non recipient a sponte offerentibus, aut minime.

In conspectu domini Dei vestri. Qui comedit carnes hostie pacificę in atrio tabernaculi comedere debebat corā altari sacrificiorū, in quo Deus esse dicebat, q̄a ibi ei offererebat. Alia dona q̄ ferebant que comestibilia essent, poterant extra atrium comedi vocatis pauperib. & leuitis vt. j. patet. Et letabimini in cunctis ad que miseritis manum. i. quę per manuum uestrarum laborem habuistis. In quibus benedixerit vobis dominus Deus uester. i. qui multiplicauerit vobis Deus: quia licet vos in eis laboraueritis, tñ magis gratia Dei q̄ labore manuum uestrarū habuistis. Non facietis ibi. Hic excludit quendam errorem quia crederet aliquis q̄ sicut inuente Moysi, qui legislator & sanctus propheta erat, faciebant, ita facturi essent post mortem eius in terra promissionis. ideo dicit Non facietis ibi que hic facimus. Et hoc pot dici de oib. ceremoniis q̄ nō seruabant in deserto, sed quilibet faciebat q̄ uolebat, vel si seruabant aliqua, nō s̄m eandē formam q̄ habere deberent, sed principalis hoc dici pot de loco sacrificij, quia aliquis uolebat offerre in vno loco, alius in alio, in terra autē promissionis vnum locum determinare habituri essent.

An Rab. Sa. opinio circa oblationes sacrificiorum possit stare. Quest. III.

R A B B I Sa. dicit, q̄ dum essent in deserto filii Israel, q̄ quilibet offerebat voluntarias oblationes,

vt holocausta, & hostias pacificas, vbi vellet, siue in tabernaculo, siue extra: victimas autē quas ex necessitate offerre debebant, in atrio tabernaculi offerre cogebantur. Sed non vt verum, quia dñi Leui. 17. c. q̄ quicumque siue de Iudæis, siue de alienigenis obtulerit hostiam, & non ad ostiū tabernaculi, ira reus est, ac si sanguinē effu disse. Holocaustum autē sp̄ voluntarium est, q̄a solū necessaria sunt q̄ uouent, & q̄ pro peccato dant: victimę autē pacificę ēr voluntarię sunt ibi, aliter omne sacrificium fieri, phibet i agro, quia talia demonib. fieri vñt. Item patet esse falsum, quia ēr holocausta non licebat offerre extra locū Sanctuarij, ut dñi. f. caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quē videris, sed in eo quē elegit dñs Deus tuus i una tribu tuatū offeres hostias & facies quęcumq; ego p̄cipio tibi, & suadet hoc magis, quia nullū est sacrificium q̄ minus habeat de natura sacrificij, q̄ agnus paschalis: sed offerre illū oēs cogebant, & hoc in loco quē Deus elegisset, ergo a fortiori in aliis sacrificiis tenebant ad offerendū ea intra atriū tabernaculi, patet antecedentis prima pars: quia cetera sacrificia ad sacerdotes magis pertinebant, & nullus popularis tenebat ad illa, sacrificia autē agni paschalis ad oēs pertinebant, cum oib. mādaret sub pena magna q̄ phasē celebrarent, ut patet Nu. 9. c. Sed m. f. q̄ cogerebunt imolare phasē in loco, quē Deus elegisset, & non poterat extra facere ut patet. j. 16. c. cū dñi nō poteris imolare phasē i qualibet vrbiū tuarū, quas dñs Deus tuus daturus est tibi, sed in loco quē elegerit Deus tuus vt sit nomen eius ibi. Iē fundamentū oīum istorū est, quia Deus volebat oīa, q̄ imolabant, in uno loco solo terrę promissionis imolarent: & hoc vt nō daret locū hęreticę prauitati, q̄ erat quantum ad cultū idolorū. f. q̄ essemus certi, vt dñi ubi q̄ faciebat sacrificiū, faceret Deo an dāmoni, hoc aut videri non poterat, si daret licentia faciendi sacrificiū extra locum illū vñt, ubi quęque vellent: & hoc non referebat vtrum esset holocaustū, vel hostia pacifica, vel votū, cum in quolibet horū æqualiter poterat cōmitti idolatria, uel illi sacrificiō cui sacrificandū non erat, vel cū talib. ceremoniis sacrificare, cum quibus non oportebat, utpote q̄a erant superstitiosę, & continebant aliqd̄ similitudinis ad idolatrię cultū. cū ergo q̄tum ad ista sit eadē rō phibitionis, siue cōmittat idolatria, debet stare eadē phibitio, nō ergo magis iertur in voto q̄ in sponte datus quibuscumq; sed cū debent intra atriū tabernaculi in altari holocaustorū offerri. *Singuli quod sibi rectum uidentur. Quia offert q̄ vult, & qñ vult, in qua mansione uel castrametatione uoluerit. hoc aut fati littera: psonare vñ, in qua agit de loco sacrificandi, q̄a debet esse vnus tñ magis vt referri ad alia ceremonialia: nā in deserto (ut alias lape dictū est) nō vñ facta imolatio nisi primo anno exitus de Aegypto in monte Synai, qñ p̄firmauerunt legē ut patet Exo. 24. c. & in 2. anno exitus de Aegypto iteū qñ cōsecratū fuit templum & sacerdotes de quo Exo. 29. & Leui. 8. & 9. & 10. c. & Nu. 7. de oblatione principum, & in eodē anno in mente. i. in 15. die mēsis & celebratū fuit phasē. i. agnus paschalis s̄m oēs ceremonias suas, ut patet Nu. 9. c. & tunc in 15. die debebant celebrari imolationes, de quib. Leui. 23. & Nu. 28. c. in aliis aut locis nō vñ factū sacrificiū, cū loca idiposita essent, nec poterant habere necessaria ad sacrificium, quia in quolibet sacrificio pecorum cuiuscumq; speciei requirebatur certa pars farina: delicatę q̄ vocat similia, & certa pars vini s̄m quantitatem sacrificij de quo Nu. 15. c. in deserto aut rarissime poterant habere farinam, aut vinū pp̄ duo. primo quia non poterant accedere ad loca habitata pp̄ periculum hostium, q̄a oēs in circūta nationes eos tangē hostes habebant imentes eos, ut patet Iosue. 2. l. in rñsione Raab hiericomunę. secundo quia per vastam & terribilem solitudinem incedebant,*

Erroris ex cluso.

cedebant, ut patet. sup. 8. c. & iō non vñ q̄ errant q̄ legem, quia sacrificabant aliter q̄ lex mandaret, sed quia nullo mō sacrificarent, cū lex aliquo mō, & tpe aliquo sacrificare iuberet. Ideo est sensus quantum ad obseruationem huius p̄cepti, & aliorum. f. non faciatis in terra promissionis cum eam possederitis, ea quę hic facimus, quilibet quod bonum ei appareat, quia non curamus de sacrificando, nec sacrificamus; nec etiam pro tunc obligabatur. Et non solum quantum ad hoc, sed etiam quantum ad alia, quia non obseruabant alias ceremonias, utpote in solutione decimarū, & primiciarum, & in obseruatione festorum, non enim obseruabant tunc festa, quia recedebant mouebantq; castra quando nubes mouebatur, siue moueretur in sabato siue quoadcūque, & aliquando verisimile est i sabato fuisse motam, & ambulasse hebręos, de quo diximus magis sup. 12. c. non obseruabatur etiam pascha, quia non legitur, obseruatum fuisse aliquod pascha azymorum in deserto, p̄ter pascha, secundum quod fuerat circa terrā Madiam de qua erat Ietro socer Moysi, & non erant hostes hebręorum homines terrę illius ideo poterant habere necessaria, in aliis autē locis non poterant sic habere necessaria, de hoc magis declarauimus sup. 6. c. de festo pentecoste idem est dicendum, p̄cipue cum ibi offerri debeant panes qui in deserto nō erant, cum ibi nulli essent nec noui, nec ueteres: etiam quia istud festum fieri debebat computando. 50. dies ab eo die, quo mitteret falcem in messem, & tunc celebrabatur festum hebdomadarum. i. pentecoste, in deserto autem non ponebatur falcis in segete cum nulla seges ibi esset, nec panem vllō modo comederent, vt patet infra. 29. capitulo. etiam, quia in hac die offerebantur victimę spontaneę in loco quem dominus elegerit ut patet. j. 16. c. vbi agit de his omnibus, in deserto autem habitantes nondum habebant aliquē locum, quem elegerit dominus, ergo non faciebant hęc. De festo tabernaculorum clarius patet, nā istud festum erat ad memoriam filiorum Israel, vt cognoscerent quomodo in deserto habitauerint in tabernaculis frondibus in montibus. Dum ergo ista fuerint in re, ideo dum sentiebantur, non oportebat poni aliquod signum rememorative horum, cum ipsę res p̄sentes sufficenter immutent nos ad cognitionem sui ipsarum magis quam aliquod signum, quia nō est tanta virtus, sed existentibus Iudæis in deserto, tabernacula de frondibus, & ramis arborum erant in re. actualiter fiebant, ergo non erat ponendum aliquod signum rememorative, quia circa principia non est memoria. q̄ autem videatur ad memoriam tabernaculorum factorum in deserto istud festum fuisse institutum, patet Leui. 23. c. in fine cum dicitur, mense septimo festa celebrabit, & habitabit in tabernaculis septem diebus, omnis qui de genere Israel est manebit in tabernaculis, ut discant posteri vestri, q̄ in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti. sicut enim non obseruabatur ista festa, ita nec obseruabatur festa clangoris, & propitiacionis. nam eadem ratio de omnibus est, cum in oibus sacrificia offerantur, ut patet Num. 28. & 29. c. sicut non obseruabatur ceremonię festorum, ita nec obseruabatur circuncisio, cuius causa supra assignata est i isto. c. idem est quantum ad omnia alia similia, quędā tamen obseruabatur, quia manifeste obseruari p̄cepta sunt, sicut expulsio leprosorū & castris, ut patet Nu. 15. & multa de quibus late diximus Exo. 13. c. dādo regulas quę debebant seruari, & quę non, & de istis dicit hic Moyses. f. q̄ non faciatis isti qui intrauerint terrā promissionis, sicut illi qui erant in deserto. f. q̄ stātes i deserto paucas, vel quasi nullas legis ceremonias ob-

seruabant, qui aut intrauerint in terrā Chanaan debēt oēs obseruare. *Nec enim vsq; in p̄sens uenistis in requiem.* In deserto quare non obseruabant q̄ post obseruari debebant, q̄a nondum uenerant in requiē, quā Deus eis daturus erat, ubi haberent dispositionem requisitam ad obseruantiam ceremoniarum maxime ad istam de vnitare loci ad sacrificandum, quia in terra promissionis tabernaculum stabile futurum erat, licet contigerit post in terra promissionis illud ex aliquibus causis mutari, s̄de Sylo in Nobe, deinde in Gabaon, deinde in Hierusalem.

An sit idem locus mansionis tabernaculi, & arca, & quibus in locis arca steterit: et que distinctio erat inter locum tabernaculi, & locum arca. Quest. V.

ET nemo turbetur in hoc, quia non est idem locus mansionis tabernaculi & arca; cum, n. uenerit filii Israel de solitudine, simul posuerit tabernaculum cum arca in Sylo post. 14. annos ab introitu in terram promissionis, & māsit ibi totum simul annis. 344. vsq; ad tps Heli sacerdotis, quando duo filii eius portauerunt arcam in castra, & portauerunt eā Philistin, exinde cepit arca seiuicta esse a tabernaculo, quia tabernaculum delatum est in Nobe, vt sup. probatum fuit, arca autē allata fuit in Cariathiarim, ut patet. 1. Reg. 7. c. deinde in Masphat, ut patet. 1. Reg. 7. c. aliquantulum morat deinde in Nobe, ut 1. Reg. 21. c. deinde in Gabaon de quo. 2. Paralip. 1. & 2. Reg. 6. c. deinde in domum Obethedon, ut patet. e. c. deinde in domum Dauid ut. e. c. deinde in templum Salomonis vbi firmiter mansit vsq; ad captiuitatem babylonicā; qñ Hieremias abscōdit arcā, candelabrum, & altare incensorum, ut patet. 2. Mach. 2. c. hęc quę ab aliquib. sic tenent, vt recitata sunt, nescientib. distinguere inter loca arce & tabernaculi, putant. n. arcam dñi post reductionem de terra philistinorum uenisse in Cariathiarim, cū meteret triticū, sed nō māsit in bethsames, q̄a accidit ibi plaga magna. nā mortui sunt plures quā 50. milia virorū, ut p. 3. 1. Re. 6. c. cū dñi p̄cessit astit de bethsames, eo q̄ uiderent arcam dñi, & percussit de populo suo septuaginta viros & 50. milia plebis, luxitq; populus, quia percussisset dominus plaga magna plebem, dixerunt Bethsamitę, quis poterit stare in conspectu domini Dei sancti huius? & ad quid ascendet a nobis, & postea sequitur ibi. & in 7. c. sequenti q̄o viri de Cariathiarim uenerunt in agrum Bethsames, & tulerunt inde arcam dñi portantes in Cariathiarim in Gabaon, & posuerunt in domo Aminadab, & sanctificauerunt Eleazarum filium eius, vt custodiret arcam dñi: ibi autem mansit arca donec translata fuit ad domū Obethedon per Dauid regem, vt patet 2. Reg. 6. c. & deinde fuit translata in domum Dauid, vt patet. eod. lib. & c. post hoc constructo templo per Salomonem portata fuit arca in templum cum tabernaculo toto, & simul posita sunt, Tabernaculum autem postquā de Sylo mortuum est, fuit positum in ciuitate Nobe, deinde destructa illa per Saulem, & occisis omnibus sacerdotibus translata fuit in Gabaon de his. 2. Re. 21. c. iuncto ca. 2. libri 2. Paralip. post Gabaon portatū fuit tabernaculum in Ierusalem factō templo Salomonis, vt patet 2. Paralipo. 2. c. hęc latissime distincta & probata fuerunt Exo. 29. cap. & ibi vide. Isti autem errantes circa locationem arce dicunt, q̄ arca post Cariathiarim ducta est in Masphat, in quo dupliciter errant. Primo quia argumentum, vel motium eorum non est sufficiens. Secundo quia falsum dicit primo, nam isti mouentur ad dicendū, q̄ fuit ducta arca in Masphat, quia ibi fuit factum sacrificiū agni lactis, vt patet 1. Reg. 7. c. & quia dñi ibi, q̄ hauserunt aquā, & fuderunt

fuderunt in conspectu dñi: nam volunt q̄ dicatur in conspectu dñi. in conspectu arc̄e super quā erat dñs, quia loquebatur super arcam de medio cherubin in p̄pitiatorio: ut patet Exo. 25. & 30. & Num. 7. c. primum motuum de sacrificio non est sufficiens, quia non solum fiebat sacrificia coram arca, sed et in atrio tabernaculi dato q̄ nō staret ibi arca, de quo declarauimus Exo. 23. c. & non solum intra tabernaculi atrium, sed et extra illū locū, ut p̄ 3 i multis locis: nā Helias sacrificauit i altari, quod fecit sup montē carmelī presentib. sacerdotib. Baal, vt conuinceret eos de errore suo, vt p̄ 3. Re. 18. c. et Samuel sacrificabat in Ramatha ciuitate hitationis suae, ubi ipse altare construxerat ad imolādū, & tñ ibi nullum istorum p̄dictorū erat. f. nec arca nec tabernaculum. de hoc. 1. Re. c. 7. in fine. Itē sacrificauit in Bethleem: vt patet. 1. Reg. 16. c. & tñ in Bethleē nec erat arca, nec tabernaculum, & in multis aliis locis faciebat hoc Samuel cū esset p̄pheta dñi, & q̄cunq; agebat sp̄ritu Dei agere credebatur, faciebat hoc idem p̄p̄s in ciuitate Ebron, in qua nihil horū erat. p̄ eo tpe, quo totus populus, vel valde magna pars colebat ibi Deū sacrificans. ei. de quo. 2. Re. 15. c. non ergo sequebatur q̄ vbiq; Deus coleret, & offerret ei sacrificiū, staret arca in Masphat: ergo licet steterint Israelitē, & sacrificauerint dño, tñ non fuit ibi arca, sed solum conuocauit eos Samuel, vt colloqueret eis, & incepit pro eis orare & postea sacrificauit: fuit. n. accidentaliter hoc factum: nam qñ ibat ad bellum (sue ad similes insultus, vt q̄ sacrificabat Deo ante inchoationem, ut patet. 1. Re. c. 13. cū dixit Saul ad Samuelem, nūc descēdit ad me Philistin in Galgala, & faciem dñi non placui, necessitate cōpulsus obtulit holocaustū. Et sic dicit ibi se necessitate cōpulsus obtulisse, quia iturus erat in hostem, vel portaturus impetum eorum. Cū autē dñs q̄ hebrei existentes in Masphat hauserūt corā dño, & fuderūt aquā non sequit̄ ex hoc quicq; quia non dñs solum stare corā dño ille, qui stat coram arca, sed et ille q̄ stat corā altari holocaustorum, quia sicut dñs iudicabat Moyse inter duo cherubin sup propitiatorium arc̄e, & dicebat p̄ hoc ibi esse, ita iudicabat super altare holocaustorum, vt patet Exo. 29. c. cum dñs, ad ostiū tabernaculi testimonij corā dño, vbi cōstituta vt loquar ad te, ibiq; p̄cipiā filiis Israel, & sequit̄ q̄ intelligat hoc de altari sacrificiorū, cum dñs, & sanctificabit altare in gloria vestra: iō nō solum in illo altari sacrificiorum, sed vbiq; cōueniret Israel, & fieret sacrificium ab eo qui licite facere poterat, dicebant stare coram dño, q̄ singulariter representabat Deus per altare, eo q̄ fieret ei ipsius cultus ibi, & sic cū cōueniret Israelitē in Masphat ad eligendum regem, dicebant stare corā dño, ut patet. 1. Re. 10. c. cū dñs, nunc ergo state corā dño per trib. v̄sas. Et ibidē dñs conuocauit Samuel oēm p̄p̄m i Masphat corā dño: sic et qñ debuerunt cōfirmare regem Saul cōgregati sūt in Galgala, & dicebant ibi esse coram dño, ut patet. 1. Re. 11. c. cū dñs, & fecerunt ibi regem Saul corā dño in Galgala, & immolauerūt victimas pacificas corā dño & in sequenti. c. in. 12. Dixit Samuel in eodē loco loquimini de me corā dño, & corā Christo eius, nō tñ diceret aliq; q̄ arca dñi steterit in Galgala. nā hoc mō quo tidie mutata fuisset. f. m. c. q̄ nō stetit arca dñi i Masphat licet isti dicant falsū afferentes, q̄ vt s. declarauit, qñ primo arca dñi ducta fuit in terrā Philistinorum, & venit in agrum Bethlames posita fuit in Cariathiarim in Gabaa in domo Aminadab, sed postea nō educta fuit inde, donec David rex duxit eā in domum Obethedon volens ducere in ciuitatē suā, ergo non stetit in Masphat nec alibi. s. in Galgala vel Ramatha, licet de oibus locis dicat q̄ facta sunt ibi sacrificia: p̄na patet, q̄a postio arca in Cariathiarim fuit statim post mortē Heli sacerdotis, capta namq; arca captus fuit ipse reuens de sel

la audita arca captione: ut patet. 1. Re. 5. c. & post mentes septē arca reducta est de terra Philistin: ut p̄ 3. 1. Re. 6. & tunc posita fuit in Cariathiarim, ut patet. 1. Re. 6. & 7. c. fuit ergo hoc ante sacerdotiū Samuelis, & Saulis regnum q̄ cōputant post mortē Heli sacerdotis p. 40. annos, & postea in tpe regni Dauid, dñs arca portata de Cariathiarim siue Gabaa in domū Obethedon, ergo nunq̄ fuit mutata tpe intermedio, sed cū steterunt Israelitē corā dño in Masphat, fuit in tpe Samuelis ante principiū regni Saulis, ut patet ex serie l̄e. 1. Re. in c. 7. & ultra: si. n. arca dñi ducta fuisset de Cariathiarim in Masphat, & in alia loca multa, in quib. dñr stetit corā dño Israelitē, qñ Dauid voluisset reducere arca ad se, non iuisset ad Cariathiarim, sed ad alia loca in qb. fuisset posita, q̄ autē de Cariathiarim duxerit eā Dauid p̄ 3. 2. Re. 6. c. cū dñs, iposuerunt arcā Dei sup plaustrū nouū tulerunq; eā de domo Aminadab, q̄ erat in Gabaa, & est iste locus Gabaa idē q̄ Cariathiarim, ut p̄ 3. 1. Re. 7. cū dñs, venerunt viri Cariathiarim, & reduxerūt arcam dñi, & intulerunt eā in domū Aminadab in Gabaa, & tñ isti viri Cariathiarim nō reduxerunt arcā Dei i aliū locum q̄ in suū. s. in Cariathiarim. Et patet magis, quia postq̄ dñm fuit q̄ posita fuit arca in Gabaa in domo Aminadab sequit̄, & sc̄m est ex qua die mās arca dñi in Cariathiarim, ergo in Cariathiarim, q̄ tñ impossibile est, nisi Cariathiarim, & Gabaa idem essent, cū ipsa dicat posita in Gabaa ibidē, & 13 apud nos est aliqua perturbatio, in l̄a tñ hebraica nulla est, q̄a Cariathiarim ē nomen p̄prium loci, Gabaa autē est appellatiuum, nos autē putantes esse duo noīa p̄pria locorū turbamur. Sed adhuc dato q̄ Cariathiarim, & Masphat nō essent idē locus, tñ q̄ manet intentū n̄m. f. q̄ nō fuerit mota arca dñi postq̄ ducta fuit de terra Philistin, v̄sq; quo eā duxit Dauid i domū Obethedon, ergo nō fuit ducta in Masphat nec in alia loca, de quib. dñs, q̄a iste mutationes necessario foret i tpe sacerdotij Samuelis, & regni Saul. patet aīns quia. 1. Re. 7. c. dñs q̄ posuerūt arcā in domo Aminadab in Gabaa, q̄ fuit cū ducta fuit de terra Philistin, vt ibidē p̄ 3. & postea. 2. Re. 6. c. dñs, iposuerūt arcā Dei sup plaustrū nouū, tulerunq; eā de domo Aminadab, q̄ erat in Gabaa, ergo nō fuit mota tpe intermedio. s. in toto tpe sacerdotij Samuelis, & regni Saulis, q̄ simul fuit annorum. 40. de quo magis declarauimus Exo. 20. cap. concludi etiam potest hoc aliter, quia Israelitē poluerunt arcam domini in Gabaa, q̄ est in Cariathiarim, ut ibi maneret custodita, si tamen ipsa mutaretur per diuersa loca. s. in Masphat & Galgala, & alia loca, non maneret in custodia in Gabaa: nam poni in custodia est poni ad manendum immobiliter saltem pro magno tempore: antecedens patet. 1. Regum. 7. c. cum dicitur intulerunt arcam domini in Gabaa in domum Aminadab. Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam domini. Ex dictis ergo manifestum est q̄ arca dñi non stetit in Masphat. Isti et errantes dixerunt, q̄ post mutationem de Masphat stetit in ciuitate Nobe, ut patet. 1. Re. 21. c. hoc duo inconuenientia habet sicut supra dictum. Primo, quia motuum non concludit. Secūdo quia falsum dicit. Primū patet, quia ipsi mouentur ad dicendum, q̄ arca Dei stetit in ciuitate Nobe, quia. 1. Reg. 21. c. dicitur q̄ cum Dauid fugeret a facie Saulis, uenit in ciuitatem Nobe ad Achimelech sacerdotem, & petiuit ab eo panes, q̄ respondit non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum, & postea sequit̄, nec enim erat ibi aliquis panis nisi tantum panis propositionis, qui sublati fuerant a facie domini, ut ponerentur panes calidi. Ecce enim motuum istorum est multiplex ad dicendum q̄ ibi fuerit arca domini, primum, quia dicit̄ ibi coram domino. f. quod essent panes coram domino, q̄ ad rem sacram pertinet.

Secundum

Distinctio inter loci arc̄e & locum tabernaculi.

Secundum quia dicitur q̄ erat in Nobe sacerdos Achimelech, qui erat princeps sacerdotum vt colligit̄. 1. Regum. 22. cap. Tertium motuum quia dicitur, q̄ erant ibi panes propositionis, qui ad sacerdotes, & loca sancta pertinet. Respondetur q̄ motiua ista nō sufficiunt, de primo namq̄ iam dictum est. f. q̄ in quocunq; loco in quo erat altare, & offerebantur sacrificia, dicebantur homines stare coram domino, & ibi offerebantur holocausta, ut patet, cum esset ibi altare holocaustorum cum tabernaculo: ergo recte dicebantur ibi esse coram domino, dato quod non esset ibi arca. Secundum motuum de mansione sacerdotum ibi non valet: nam isti nesciunt distinguere inter locum arc̄e, & locum tabernaculi: erat autem in Nobe locus tabernaculi totius: sed non erat ibi arca, q̄ patet quia erant ibi propositionis panes, qui ponuntur in mensa, quā est intra tabernaculum, & q̄ ibi fuerint sacerdotes nō arguit fuisse ibi arcā, sed potius tabernaculum: nā cū diuisa essent in tempore illo arca, & tabernaculum, sacerdotes sequebantur tabernaculum, nā cum esset locus Sanctuarii locus in quo esset tabernaculum, & non locus in quo esset arca, vt declarauimus late Exo. 23. c. & in loco Sanctuarii fiebat congregatio omnium Israelitarum ter in anno in tribus festiuitatibus. scilicet azymorum, & pentecostes, atq; tabernaculorū sicut scenophagiarū, ut patet. 1. Re. c. 16. c. & Exo. 23. c. & 34. & faciebant ibi multa sacrificia & oblationes, conuenientius hec fieri poterant in tabernaculo, vbi erat altare holocaustorum, & thimiamatum, & cetera utensilia, quā coram sola arca, p̄cipue cum Leui. 17. c. mandatum fuisset q̄ omne sacrificium, q̄ fieret offerretur ad ostiū tabernaculi. s. in altari holocaustorum, q̄ erat ad ostiū tabernaculi: vt patet Exo. 29. c. in loco arc̄e non erant aliqui sacerdotes, cum non fierent ibi alij qui cultus diuini, quando separata erat a tabernaculo, sed solum custodiebatur in vna domo, donec esset voluntas Dei, vt iungeretur tabernaculo, & ad hanc custodiam solum deputabatur vnus lotus vir & mūdus, qui diligenter custodiret eam, vt patet. 1. Regum. 7. c. cum dicitur Eleazarum autem filium Aminadab posuit eam in domo Obethedon Gethai, ut patet. 2. Re. 6. cap. nec fit mentio q̄ aliqua alia solennitas fieret posita arca ibi. In Nobe autē erat Achimelech princeps sacerdotum & tota domus eius. f. omnes sacerdotes, qui tunc ministrabant, vt patet. 1. Reg. 22. c. nam 8. 5. sacerdotes venerunt de Nobe cum Achimelech corā Saule, & omnes trucidati sunt coram eo. Tertium motuum de panibus propositionis nō arguit ibi arcam fuisse, sed potius arguit fuisse tabernaculum, nam panes propositionis ponebantur in mensa coram domino, ut patet Leuit. 20. c. ista tamen mensa erat intra tabernaculum in latere aquilonari, ut patet Exo. 26. c. cum ergo ponerentur panes in mensa, oportet vt ipsa staret intra tabernaculum, nam alijs non dicebatur stare coram domino, coram arca autem sola poni non debebat: ergo in Nobe ciuitate non erat arca, sed tabernaculū, vel saltem non arguebatur ex hoc debuisse ibi esse arcam. Secundum. f. q̄ nō potuerit ibi arca esse patet per argumentum q̄ s. hebat. f. q̄ nō stetit in Masphat, nam de Cariathiarim non fuit mota donec eam Dauid transtulit in domum Obethedon Gethai: cum de Cariathiarim siue Gabaa dicitur eam adduxisse Dauid i domum Obethedon: ut patet. 2. Re. 6. cap. ergo non stetit in Nobe quia hoc fuisset tpe Saulis, q̄ tunc erant ibi sacerdotes: ut patet. 1. Re. 21. c. & 22. c. sed hoc non potuit esse, quia tunc non duxisset eam Dauid de Gabaa de domo Aminadab: sed de alijs locis ad quā portata fuisset. Isti etiam dicunt q̄ post destructionem ciuitatis Nobe

be trāslata fuit arca de ipso loco in Gabaa, & probant per id quod habetur. 2. Paralipom. 1. capitu. Sed isti falsum assumunt nescientes distinguere de arca & tabernaculo, nam ibi dicitur, quod Salomō trāslulit de Gabaa totum tabernaculum domini & altare de Gabaa, & arcam transtulit de Cariathiarim Dauid pater eius, & posuit in ciuitate sua, & de ipso loco Salomon transtulit in templum quod edificauerat, & est argumentum istorum ex falsis, scilicet quod arca domini fuerit in Gabaa: nam si ibi fuit putant eam illic venisse post destructionem ciuitatis Nobe, nam non poterat Salomon auferre arcam de Gabaa ad portandum in tabernaculum de Gabaa, nisi prius adducta fuisset in Gabaa, & non uideretur quod illic ducta fuisset nisi destructa ciuitate Nobe, sed vtrumq; falsum est, quia nec stetit arca domini in Nobe nunquam ut supra probatum est, & si non stetit non potuit portari de loco ipso in Gabaa, nec etiam stetit in Gabaa villo modo si ne portata de Nobe, vel de aliquo alio loco, quia 2. Paralipom. 1. cap. non dicitur q̄ portata fuit de Gabaa i Hierusalem sed quod tabernaculum fuit portatum de Gabaa in Hierusalem. Vltimo errant dicentes quod post Gabaa fuit ducta in domum Obethedon, nam hoc fuit de Cariathiarim, cum enim non steterit arca domini in Gabaa sed solum tabernaculum, impossibile est ut de Gabaa in domum Obethedon ducere tur, sed fuit ducta de Cariathiarim, siue de Gabaa q̄ idē est. Si ergo uelis scire plenissimam veritatem de locis in quibus manserunt arca & tabernaculum, siue quando erant coniuncta, siue quando erant distincta per totum tēpus legis veteris, v̄sq; ad Messiam nide Fxod. 20. c. vbi latissime diximus & Exo. 23. aliquiditer. *Transibitis Jordanem.* Loquitur Moyses hic propheticē: nā tēcebat certissime q̄ transitori essent Iordanem, & possessuri terram totam quam eis promiserat Deus: de se autem iam notum erat sibi, q̄ non esset in illam transitorus, sed moreretur in terra ante Iordanem in terra Amorrhæorum, sic. n. dixit sup. 4. c. i. ratu/sq; est dominus contra me p̄ sermōnes vestros iurauit, ut non transirem Iordanem, nec transirem in terram optimam, q̄ daturus est uobis: ecce morior in hac humo, & uos trāsibitis, atq; possidebitis terram egregiam. *Et habitabitis in terra quam dominus Deus daturus est uobis.* Ista est maior assicuratio, nam dato quod transirent Iordanē, si non vincerent hostes qui habitabant in terra illa, non possent habitare in ea, & tunc transitus Iordanis nihil proderat, & sic dixit Iosue quando vidit q̄ in expugnatione ciuitatis Hai mortui fuerant, 3. 6. v̄m de Israel, & fugerant a facie hostium prosequentium, ut patet Iosue. 7. c. f. heu domine quid noluisti transducere populum istum Iordanem fluium, ut traderes eos in manu Amorrhæi, & perderes vineam vt cepimus mansissemus trans Iordanem: m̄ domine Deus quid dicam uideus Israel hostibus tuis terga vertentem? *Requiescatis a cunctis hostibus per circuitum.* *An ista promissio de requie ab hostibus fuerit statim completa.* *Quest. VI.* **I**STa est adhuc maior promissio quam aliqua de predictis, & nunquam fuit completa vsque ad tēpus Salomonis regis, cui omnes gētes Philistinorum, & aliorum, qui erant intra terminos terrarū p̄missæ Israel subiecti sunt, & facti tributarii, ut patet 3. Regum. 5. cap. & clarius. 2. Paralipom. 8. capitu. cum dicitur, & in uniuersa terra potestatis suae omnem populum qui relictus fuerat de Ethais, Amorrhæis, Pherezis, & Egæis, & Lebuis, qui nō erant de filijs Israel, de posteris, quos non interfecerūt subiugauit Salomō in tributarios, idem patet Ecclesia. 47. c. cū dicitur Salomou

lomon imperavit i diebus pacis, cū subiecit Deus omnes hostes, vt cōderet domū i noīe eius nō fuerit aut subiecte oēs istae gentes vsq; ad tps illud, ppter duo, primo pp peccata Israelitarum, qui hoc demeruerūt non destruendo aras gentilium, & faciendo cum eis federa vt patet Iud. 2. c. cum dī, angelus dñi descendit de Galgala ad locum flentium, & ait, eduxi uos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuravi patrib. vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meū i sempiternum, ita duntaxat vt non feiretis fedus cum habitatorib. terrae huius, & aras eorum subuerteretis, & noluisistis audire vocem meam, cur hoc fecistis? Gōbrem nolui delere eos a facie vestra, vt hēatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinam, idem replicatur p alia verba in fine huius. c. secunda cā fuit pp vtilitatem Israel, s. ne pigrescerent Iudaei. Si. n. omnes, in circuitu hostes deleri fuissent, non maneret Israelitis vlla mouendi arma occasio, & fierent inepti ad omnem actū virilitatis. Et si contingeret alios extraneos venire sup eos nescirent se vllatenus defendere, reliquit ergo eis aliquas gentes de Chanagorum ppis, cū quib. pfecte acq̄rerent vsū pugnādi, ut patet Iud. 3. c. in principio cum dī. hē sunt gentes quas dñs dereliquit, vt erudiret in eis Israel, & omnes qui non nouerant bella Chanagorum, ut postea dīceret filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praeliandi. cum autem venit tempus Salomonis satis erant eruditi Israelitae in armis per torannos. s. p. 440. annos. nam ab exitu de Aegypto viquequo incepit Salomon aedificare templum domino, anno quarto regni sui mense secūdo, ut patet. 3. Reg. 6. c. transferunt anni 480. a quib. auferantur. 40. quibus mansit Israel in deserto, ut patet. 3. 8. c. manebunt. 440. anni in quibus poterant satis. esse eruditi ad bellum, iō tps erat, vt subicerentur eis oēs gentes promissae: cā tps potissima, quare magis omnes gentes fuerunt subiectae tempore Salomonis quam pcedentib. temporibus, fuit quia Salomon aedificare debebat domū domino, sed m q̄ fuerat prænunciatum a Deo per Nathan prophetam, ut patet. 2. Reg. 7. c. ad aedificandum autem perfecte requirebatur vt quiesceret bellis. & ob hoc finiuit aedificationem illam breuiter. s. in annis. 7. vt patet. 3. Reg. 6. c. templum autē s. m post captiuitatem babilonicam restauratum fuit i valde magno tempore. s. 47. annis vt dixerunt Pharisei quando Christus dixit, possum destruere templū hoc & in triduo reaedificare, & hoc quia magna bella sustinebant in ista aedificatione secunda, ita vt in vna manu tenerent lanceam, & alia manu facerent opus: ut patet Neemia. 3. c. & ista causa tangitur Ecclēsiastici. 47. c. cū dī, Salomon imperavit in diebus pacis cui subiecit dominus omnes hostes, vt conderet domum in nomine eius. *Vt absque vllō timore habitetis in loco quem Deus elegerit, ut sit nomen eius in eo.* Non q̄ omnes habitarent in loco illo, quem Deus elegisset ad ponendum nomē suū ibi, sed poterant ibi sine vllō timore facere ea, quae ad Dei cultum pertinerent, quia Deus omnes hostes eorum deleturus erat, vel saltem pressurus formidine, ut nullo modo in surgere auderent, ista littera potest dupliciter itelligi. Vno modo q̄ accipiatur hic locus strictē pro vna ciuitate vel oppido, in quo poneretur Sanctuarium. Alio modo q̄ accipiatur locus large pro tota terra promissionis, quātum ad primum modum est sensus, *Vt absq; vllō timore habitetis in loco quem Deus elegerit.* i. qñ transieritis Iordanem, & deleueritis gētes Chanagorum, vel saltem multas earum, & habitaueritis securi in terra illa, & posueritis tabernaculum domini in loco vno, ad quem secure confluere possitis, & ibidem manere ad habitandum, & ad sacrificandum, faciendumq; aliās ceremonias domino, tunc offeretis sacrificia, & dabitis decimas, & facietis omnia, quae hic

sequuntur, *Vt absq; vllō timore habitetis.* Id est manere possitis non quidem ad habitandum, quia hoc non mada batut nec requirebatur, q̄ omnes habitarent in loco vbi esset Sanctuarium, sed cogebatur ibi manere certo tempore anni, quia debebant ter ascendere in locū, quem dñs elegisset. s. vbi stare tabernaculum. s. in festo paschali azymorum, & in pentecoste, & in festo tabernaculorum, ut patet. j. 16. c. & Exo. 23. & 34. & licet hic habitatio aslunatur pro mansione paucorum dierum quam contrahebat totus Israel in loco Sanctuarii tamē adhuc p̄ accipi hīratio pprie. nā sp̄ illo Sanctuarii aliqui debebant habitare, nam ad minus ipsi sacerdotes qui principaliter ministrabant, morabantur in eodem loco, & morabantur ibi Leuitae in ministerium tabernaculi secundum officia eis distincta, quae distincta fuerat Moyses, ut patet Num. 3. & 4. c. & ista institutio officiorum durauit vsque ad tempus Salomonis, nam Dauid pater eius videns q̄ Deus dedisset requiē Israel, instituit Leuitas seruire secundum alia genera ministeriorum, nam antea ministrabant in portando onera tabernaculi. s. ipsum tabernaculum cum omnib. quae ibi erant: ut patet Num. 4. c. hęc autem ministeria conueniebant pro tempore quo tabernaculum domini erat in motu, cum autem tempore Dauid accepisset regē, quia ipse cognouerat per reuelationem prophetica, q̄ in Hierusalem esset aedificandum templum dño, q̄ stabile esset, instituit officia conuenientia tpi quietis, & sic quidam de Leuitis facti sunt cantores, quidam ianitores, quidam principes eorum quae frangebantur i saragine, quidam custodes thesaurorum domus domini, de quibus. 1. Paral. 23. & 24. & 25. & 26. c. habitabāt etiam in loco Sanctuarii alii seruientes tabernaculis in comportando aquas ad lauandas hostias, & cedendis lignis atq; portandis in tabernaculi atrium ad holocausta, & cetera sacrificia, & aquas ad abluendas hostias. isti autem ministri seruientes circa similia erāt Gabonitae, qui pro eo, q̄ deceperant filios Israel dicentes se esse de terra longinqua, & sic fecerūt cū eis pactum, cū aliās non licuisset hebrais, q̄ erāt de terra q̄ possessuti erant, qñ cōpērtū est eos colonos esse terrae illius, quā possessuri erant Israelitae, & satis propinq. pp iusurādū q̄ eis iurauerant, illis vitā concedentes eos perpetuos seruos effecerunt, ita vt seruiret in loco vbi esset tabernaculum dñi in cedendis lignis, & comportandis aqs, vt p3 Ios. 9. c. isti ergo Gabonitae erāt in loco Sanctuarii habitabant, requirebat ergo q̄ oēs isti secure habitare possent in loco quē dñs elegisset. nā si ibi nō hītarēt secure, mutare debebāt tabernaculū, licet hoc nunq̄ eueniebat, q̄ cū Iudaei boni essent, vbiq; securitas erat & fugiebant procul hostes de terra eorum, & si ad eas per vnā viā ueniebant, per septē vias reuertebant, ut p3 Leui. 26. & plenus. j. 28. ca. si autē mali essent, vbiq; p̄se quebant eos hostes, siue in loco Sanctuarii, siue aliās. iō dato q̄ fieret mutatio loci Sanctuarii nihil proficiebat & sic nunquam facta fuit in toto tpe veteris testī mutatio Sanctuarii, siue bonum eis accideret, siue malū. requirebat ergo vtrūq; s. q̄ in illo loco quē Deus elegisset, ut habitaret nomen eius ibi, q̄ posset totus Israel, qñ illuc confluere trib. tpi. anni, securus manere, & q̄ sacerdotes, & alii q̄ in eodē loco continue morabant, possent secure habitare, nam vnum sequebant ad alterū: iō idem iudicium erat de vtroq; . *In loco quem dominus elegerit.* Deus eligebat ista loca, & non ponebat ibi Sanctuarium voluntate humana, vt uideretur magis q̄ sacrificia illa Deus acceperat, qui loca ipsa ad sacrificiorum oblationem elegisset, quō autē Deus elegerit talē, v̄ talē locū ad habitādū i eo, cognoscebat per prophetas, qui de hoc domini oraculum, i. responsonē accipiebant, sicut Dauid declarauit, q̄ dominus abieciisset tabernaculum Sylo q̄ erat in tribu Ephraim

Ter annuatim Israelitae locū a deo electū ascende bāt.

Varia lenitariū officia.

Ad quid dñs locū aliq̄ elegerat.

Notandū.

& q̄ elegisset sibi fieri in tribu Iuda, ut patet Psalm. 77. A cum dicitur, & repulit tabernaculum Sylo, & tribum Ephrem, nō elegit, & c. Nathan Propheta etiam prophetizauit ipsi Dauid de aedificatione futura tabernaculi, vel potius templi magni, de quo secūdo Regum 7. capitu. *Vt sit nomen eius in eo.* Ad hoc eligebat dominus locū aliquem, vt esset nomen eius in eo, id est, vt ibi fieret p̄cipua inuocatio nominis eius, & cultus, hoc autē solum erat in loco Sanctuarii, quia ibi erant sacerdotes, & fiebant sacrificia, & alię ceremonię legales de oblationibus, & similibus, quae ad solum locum tabernaculi, siue Sanctuarii pertinebant. Alio modo exponitur ista littera accipiendo locum large, s. pro tota terra promissionis, & sic accipitur Exodi 23. c. cum dicitur, ecce ego mittam Angelū qui p̄cedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum quē paraui, id est ad terram promissionis, quia non erat vnus aliquis locus, ad quem omnes in introducendi erant, & tunc est sensus. *Vt absque vllō timore habitetis in loco quem elegerit dominus.* Id est ista sacrificia, & dona, ac decimas, & similia non tenebantur dare, donec intrarent in terram promissionis, & victis hostibus, atq; deletis omnibus, vel maiori parte eorum, secure habitarent in loco quē dominus elegisset, id est in terra promissionis, quia inter ceteras terras hanc dominus elegerat ad habitationem populi sui Israel. *Vt sit nomen eius ibi.* Id est istam terram eligi ad dandum tibi, vt sit nomen eius in ea, id est, vt in hac terra p̄cipue colatur, nam in cunctis alijs terris gentiles idola colunt, & si aliqui sunt qui de gentilibus Deū colunt, sicut fuerunt a principio populi Brachmanorum, de quibus mores, & vitam late descripsimus, super Prologum primum Biblię qui est Epistola Hieronymi ad Paulinum. c. i. eius. & Iob qui gentilis erat Deum colebat, & eorum secebat, & tres amici eius, vt satis patet ex verbis eorum, quae sunt valde catholica p̄cipue, quia Iob 42. c. circa finem Deus locutus fuit eis, vt offerrent pro peccato suo victimas, & rogaret Iob pro eis, atque dimitteretur. si autem non cognouissent Deum, sed coluissent demones, non locutus fuisset eis sic Deus, nec ēt ipsi Deum loquētem audirent, cum contra ritum Deorum suorum loqueretur. Socrates etiam Philoprophus, & Plato, & similes Deum verum coluisse credūt, & videntur ex quibusdam gestis eorum, s. ex vita, & morte Socratis, de quibus alibi magis dicitur post libros Regum. isti tamen gentiles Deum verū colentes paucissimi erant in cōparatione ad eos, qui demones colebant, immo quasi nulli erant, soli ergo Iudei erant qui Deum colebant, & in terra illa nomen domini nominabatur. sic patet Plal. 75. notus in Iudaea Deus in Israel magnum nomē eius, ista expositio secunda, licet in cortice satis videatur applicari littere: tamen non est ista intentio litterae. & patet, quia necesse est, quod locus de quo hic dicitur sit vnus locus specialis, cum dicitur infra, illuc, id est ad ipsum locum omnia quae p̄cipio cōferetis holocausta, & hostias, non ergo potest stare pro tota terra promissionis, vt volebat ista secunda expositio, redeundo ergo ad primam. *Illuc omnia quae p̄cipio offeretis.* Illuc motum signat, & non quietem: est sensus ad ipsum locū omnia, quae mandauit vobis ad offerendum, deducetis. *Omnia quae p̄cipio vobis conferetis.* Ea autem quae mandātur conferri ad locum, quem dominus elegisset, sunt ista quae hic nominātur, scilicet holocausta, & hostias, decimae, atque primitiae, & quicquid in muneribus p̄cipuum est: nec est intelligēdum, quod Deus ista duci iuberet ad locum quem elegisset, ita quod cogeret hominēs illuc ducere, nam tunc sequeretur, quod ista sacrificia essent sub lege necessitatis: sed falsum est, quia omnia

erant spontanea, praeter sacrificium quod pro peccato fiebat. nam in hoc tenebatur ipse delinquens subire poenam legis, quia deliquerat in holocaustis autem, & in victimis pacificis libertas erat, vt si aliquis vellet talia sacrificia facere agebat ea: sin autem, nullus in eum vim coactiuam habebat. Istud verbum p̄cipio importat tamen quandam necessitatem hic, nam secundum significationem quam istud verbum p̄cipio habet in iuribus humanis, quicquid p̄cipitur imperatur, & quod imperatur necesse est fieri, & si non fiat poenam habet, sed ista necessitas non est necessitas simpliciter, scilicet, quod necessitas non homines ad ipsum actum qui est offerre aliquid horum, sed est conditionalis necessitas, scilicet, quod si quis voluerit offerre holocausta, aut hostias, vel similia quae hic exprimuntur, necesse erat, vt veniret ad locum quem dominus elegisset, nam si alibi offerret ista, ita reus iudicabatur, ac si sanguinem effudisset, vt patet Leuitici decimo septimo capite. causa autem horum Leuitici decimo septimo, expressa fuit. & Exodi vigesimo, scilicet, vt tolleretur idolatrādi occasio quae posset faciliter suboriri, si cui libet permitteretur sacrificare vbi vellet, siue Deo, siue demōni, & secundum quas caeremonias, velle, sicut faciebant gentiles immolantes quibus volebant. *Holocausta.* Hic declarat, quae sunt illa quae deferri debebant in locum, quem dominus elegisset. & primo dicit de holocaustis, est holocaustum vnum genus sacrificij: sunt enim tria. Primum est holocaustum. Secundum est hostia pacifica. Tertium est victima pro peccato de quibus late dictum est Leuitici primo capite. & Gene. 15. atque in multis locis. & est holocaustum primum inter ea, scilicet, quando ad solum Dei honorem, & laudem aliqua pecora immolantur, non ex aliqua necessitate peccati, vel voti, sed liberę voluntatis. & in isto sacrificio totum corpus ipsius animalis comburebatur immolati, cum capite, & pedibus, & ipsis intestinis lotis, vt patet Leuitici primo capite. cum autem aliquis vellet talia sacrificia offerre domino, non poterat in agris, aut alijs locis iuxta libitum suum offerre, vt patet Leuitici decimo septimo, sed portare debebat ad ostium tabernaculi, & ibi offerre. *Et hostias.* Hostia autem signat duo genera sacrificiorum, scilicet sacrificium pacificum, & sacrificium pro peccato, licet istud nomen hostia secundum proprietatem nominis Latini solum signat sacrificia illa, quae fiebant ad reddendum gratias, quando quis redibat ab hostibus deuictis eis. vnde Hebrardus ait: *Victima quae cecidit ferro victrice vocatur Hostibus a domitis hostia nomen habet.* Hieronymus tamen, & multi Latinorum non curantes de proprietate huius nominis hostiā vocant quod cunque sacrificium, quocunque modo, aut quocunque sine fiat, maxime tamen ponitur ad signandum duo sacrificiorum genera, scilicet hostiam pacificam, & sacrificium pro peccato. & ita accipitur hic, cum dicitur. *Et hostias.* Id est non solum inferetis in locum Sanctuarii holocausta vestra, sed etiam hostias vestras, id est hostias pacificas, & hostias pro peccato, quia haec non licebat alibi offerre, cum existeret eadem ratio prohibitionis quae in holocaustis est, & in victimis pacificis, & pro peccato erit, dicitur hostia pacifica quae offertur pro pace, sed ista pax consistit dupliciter: aliquando enim vult habere pacem cum aliquo, quem repugnantem habebat, & ad recuperandam pacem hanc preces, & sacrificium fundit domino, & talia sacrificia vocantur pacifica. Et hoc, siue istam pacem habere velimus, cum aliquo domino temporali, quem offensum habemus,

Triā sacrificiorum sunt genera.

Hostia duo signat sacrificiorum genera.

Pax pro qua pacifica hostia offert dupliciter cōsideratur.

Duplex iure expositio.

mus, vel cum aliquo alio homine, aut cum Deo cui peccauimus, & eum nobis iratum credimus, volumusque eum nobis reconciliari, & ignoscere delictis nostris. aliquando est ista oblatio pacificorum ad pacis habitam congratulationem, utpote si quis contra hostes certamen inierat, & deuictis hostibus pax facta est, quia hostes in feruituram, aut tributum recepti sunt, aut quia contracti sunt, & aliquo modo pax habita est, sicut illis deficientibus nullus est qui obuiam infingat, vel quia forte hostes qui dudum prouerui erant, nunc aliquo modo demeriti pacis foedera cum alijs hostibus ineunt, vel forte, quia homo Dei se credens inimicum ex peccatis suis, si rogans hoc obtinuerit, ut cognoscat clarereuelatione, vel aliquo signo sibi peccata dimissa, exultans gaudio ineffabili offerat sacrificia pro tanto beneficio. pacificae hostiae vocantur, id est hostiae oblatæ pro pace habita. de tunc autem horum sacrificiorum, si quod de sacrificijs pacificis offerebatur Deo, & quid datur sacrificantibus, s. sacerdoti iugulanti sacrificandum pecus, & quid postremo ipsis offerentibus sacrificia, satis patet Levit. 2. cap. & 6. atque 7. & 8. De sacrificijs etiam pro peccato dicendum est, quia ista sunt diuersa secundum diuersitatem personarum, nam aliquando offeruntur pro peccato summi sacerdotis, aliquando autem pro peccato principis populi, aliquando autem pro peccato cuiuslibet de populo. & secundum istam diuersitatem, ita offerebantur diuersa animalia, & obseruabatur diuersus ritus immolando de quibus patet Levit. quarto, & quinto cap.

Ac decimas. Decimæ etiam offerebantur in loco illo quem Deus elegisset. quot autem decimæ fiebant quolibet anno, vel si fiebant plures uno anno quam altero, vel quibus dandæ erant, infra patet in expositione huius cap. & magis infra cap. 14.

Vtrum meretrices, & aleatores, ac histriones & usurarij de lucro suo teneantur dare decimas: & hæ quotuplices sunt. Quæst. VII.

SCIENTIUM autem, quod decimæ sunt duplices, quædam sunt prædiales, & quædam sunt personales: prædiales dicuntur a prædij, s. ille quæ habentur de prædiorum fructibus, & de istis non est dubium quin debeant dari integre, & possunt peti si non dentur ab ipsis qui seruiunt ecclesijs. nam cum debitum exigi potest, ut patet extra, de deci. in c. Parochianos. alia dicuntur esse personales, id est quæ debentur ratione personæ etiam si res nulla possideatur, ex qua fructus prouenire possint. hæ de omnibus rebus quas homo acquirit, decimas dare tenetur, si licite acquirit, ut patet extra, de deci. ca. ex transmissa. lucra autem personalia licite esse possunt, vel potius licite esse debent, ideo de illis decima dari debet, licet de meretrice, & aleatore, & similibus dubium sit, utrum decimam dare debeant de lucro suo, cum illud lucrum sit iniustum.

Quidam dicunt, quod meretrix non debet dare, nec aleator, nec symoniacus, nec usurarius, & sic de similibus. nam ista illicite acquiruntur iuxta c. ex transmissa supra allegarum. Alij autem potius dicunt, quod meretrix, & histrio, & sic de similibus tenentur dare decimas, & possunt dare elemosynas. Pro quo distinguendum, quia ille qui aliquid licite acquirit, aut facit rem suam, aut non. si autem rem suam facere potest, licet iniustus modus acquirendi sit, tamen decimæ dari debent. si autem non potest facere rem suam, non debet dare decimas, nec elemosynam. de primo, ut patet in meretricibus, quæ licet acquirant, turpissime tamen efficiunt suum id quod acquirunt: sic etiam de histrionibus, &

similibus, nam contra istos non competit repetitio, & hoc est signum, quod possidens efficit rem suam, quando autem ipse qui lucratur non efficit rem suam, sed competit repetitio, non potest dare elemosynam, nec sacerdos sciens hoc debet recipere, quia semper competit repetitio ei, cui istæ res subtractæ sunt aduersus quemlibet possidentem, aut potius detinentem: si ergo cognoscat ipse sacerdos recipere non debet, quia repetitio eodem modo competit contra eum. sic autem est de latronibus, aut furibus, qui licet accipiant aliquid, tamen non efficiunt res suas, sed semper competit repetitio, & poena. idem de symoniacis, & usurarijs, & aleatoribus, & omnibus alijs similibus, qui secundum ius restituere debent. Et hoc quia quilibet debet dare decimam aut elemosynam de suo. Qui autem aliquid acquirit, quod non potest efficere suum, non est illius, ideo dare non debet, ut patet extra de decimis in cap. tua nobis. & extra de iurando, cap. debitorum. & extra de symonia. cap. veniens.

Sed circa hoc considerandum est, cum aliquis acquirit aliquid iniuste, quod non potest facere suum, sed competit repetitio, an illud acquisitum sit aliquid prædij, an non. si autem non sit aliquid prædij, nec res fructum dans, sicut vestes, & iumenta, & pecunie, & similia dicendum est, ut supra dictum fuit, si quod non debet dari qui sic acquirit, & sacerdos recipere non debet si constat ei, quod illud iniuste acquisitum sit, & non possit effici ipsius acquirentis, quia tenebitur ipse recipiens ad restitutionem: nam recipit ab eo qui dare non poterat, ideo nullum titulum habet ad rem, ut suam efficere possit: nam in alterum nemo plus iuris constituere, aut transferre potest quam eum constat habere, sed constat sacerdoti recipiendi decimas a latrone de furto suo, vel ab alio qui non facit res acquisitas suas, quod ille qui dedit non potuit facere res illas suas, ergo constat ei, quod transferendo in ipsum sub nomine decimæ nihil transferre poterit, cum suum nihil esset, ergo constat sibi, quod ipse possidere licite non potest, immo peccat mortaliter, quando decimas taliter accipit. nam scit se recipere decimas tales quales suas facere nequit, & cognoscit manifeste, quod ad se nullo modo pertinent. Si autem ille qui iniuste aliquid acquirit, nec potest efficere suum, acquirat aliquid quod sit prædij.

Dicendum, quod debet recipere decimas, & elemosynas factas de illo. nam hic est alia ratio, quia de prædio secundum se debentur decimæ ipsi Ecclesie, siue ipsum prædij sit apud unum hominem, siue sit apud alterum: cum hic non respiciatur persona, sed res, & ille res semper erant secundum se obnoxie Ecclesie, ut penes quemcumque essent, tenebantur dari decimæ, & primitiæ de ipsis. Cum ergo aliquis usurarius, vel symoniacus, vel similes non poterit facere rem suam acquirunt ex talibus illicitis contractibus aliquod prædij, quia si illud maneret apud dominum priorem qui iuste possidebat, tenebantur dari decimæ de ipso, sic nunc. aliam fraudaretur Ecclesia ex facto malo horum, & cum peccatum, aut fraus patrocinari nemini debeat, ut sunt iura vulgaria. sepissimè, repositare enim iste commodum de malo, quod egit, scilicet, quod prior dominus tenebatur decimas dare de tali prædio, & iuste possidebat. si autem datur, quod iste qui illicite acquisiuit nihil dare pro decimis debet, esset in lucro propter malum quod egit. nam si ex iusta causa acquireret, utpote quia emit, aut quia donatum accepit, aut quia hereditario iure suscepit, teneat dare decimas, nunc autem qui acquisiuit iniuste si non tenet dare decimas esset in lucro. debet ergo dare decimas, sicut quicumque alius possidens, siue iuste, siue iniuste, nec in hoc recipientes decimas male agunt, quia non

Doct. ff.

considerant conditionem personæ possidentis, aut retinentis, sed ipsam rem de qua decimæ dari debent, apud quemcumque res sit. In personalibus autem secus est, utpote si aliquis acquirat vnam vestem, vestis namque non est fructuosa, id est de ea non debentur decimæ secundum se, tanquam de prædio, sed ille qui acquirit tenetur dare decimas non quidem de veste, quia est vestis, sed quia acquisiuit eam. cum ergo solū respiciatur conditio personæ acquirentis, si licite acquirit, si potens facere res suas, debet dare decimas, quia ibi non ipsa res non debentur decimæ, sed consideratur secundum se non debentur decimæ, sed consideratur actus personæ qui recipit bonitatem, vel malitiam ex persona. si ergo persona licite sit acquirens, debet recipi ab ea decima, si autem non acquirat debite, non debet exigi decima ab ipsa, nec ipsa debet dare, sed potius restituere ei cuius est. ista distinctio tenetur a Bernardo super cap. ex transmissa extra, de decimis. apud ludæos autem solum erant primæ decimæ, s. prædiales, s. de area, de torculari, & similibus. de laboribus autem personarum decimas dari non imperabat, ut patet considerando omnia loca in quibus mandantur solui decimæ in sacra Scriptura, quia immediate sit in medio de fructibus terræ. tales autem decimæ sunt prædiales, siue reales, & non personales. Ecclesia autem declarauit personales dari debere, ut patet in c. ex transmissa, supra allegato. & istæ decimæ debebant portari in locum quem dominus elegisset, secundum distinctionem quæ ponitur inf. 14. c. in litera, s. an locus esset distans a loco Sanctuarij, an non. Et primitias manuum vestrarum. Id est aliquid electum, aut separatim de fructibus agrorum, qui sunt acquisiti per manus vestras, & non fuit ista, ut decimæ, quia dabatur hic quicquid volebat ipse dās, siue de 60. partibus vna, siue de 40. & inter medium variabant, secundum quod volebat dans, ut ait Hierony. super Ezechielem, s. arque vero primitiæ quas de frugibus offerebant, non erant specialiter nominem distinctæ, sed offerentium arbitrio derelictæ: traditio nem quoque accepimus Hebræorum non lege præceptam sed inolitam, ut qui plurimum quadragesimam partem dabant sacerdotibus, qui autem paucum sexagesimam inter 40. & 60. licebat quodcumque voluissent offerre. nunc autem consuetudini locorum relinquuntur quantum pro primitijs dari debeat. superiora habentur extra, de deci. c. 1. in primitijs sequendo consuetudinem locorum, & voluntatem offerentium bene agemus, ut tenet Godof. & Innoc. si enim consuetudo est, ut detur certum quid pro primitijs, secundum istos doctores sequi tenemur illam, quia est laudabilis & coguntur homines stare consuetudini antiquæ quæ pro lege suscipitur. & dato, quod ipsi sacerdotes non possent exigere primitias, tanquam debitum, sicut exiguntur decimæ, ut supra dictum est: tamē iudex compellere debebat ipsos volentes soluere, ut teneant consuetudinem, sicut cum sacerdotes pro mortuorum exequijs petere nihil possunt, coguntur tamen laici obseruare laudabilem consuetudinem, ut patet extra, de symon. cap. cum ad Apostolicam. si autem non sit certa consuetudo, quantum dari debeat, dabit quilibet quantum voluerit, quia in obscuris quod minimum est tenendum est, ut patet extra, de regulis iuris, libro 6. in regula in obscuris. hæ autem primitiæ reddendæ erant in loco Sanctuarij, sicut decimæ.

Et quicquid præcipuum est in manibus quæ vouistis domino. Id est magna dona quæ domino vouistis, illuc adducetis. sic intelligendum est de paruis, quia omnia sacerdotibus danda erant, ut patet Numeri 18. cap.

Et quæ vouistis domino. Distinguantur hic dona, & vota. nam dona dicuntur esse illa quæ quis gratis dat non vouendo ea. vota autem dicuntur illa quæ quis

Doni, & vota differunt.

Alph. Toft. super Deuter.

vouet dare, & postea dat. differunt autem ista, quia donum est simpliciter liberum, votum autem est secundum quid liberum, patet sic: nam ut diximus donum non vouetur, non tenetur ergo aliquis ad dationem illius, cum non obligetur ex lege, nec ex promissione: ista datio libera est totaliter, s. antequam fiat, & quomodo sit, antequam fiat manifestum est, quia nemo tenetur dare donum quod propriè donum est etiam cum datur, nam & tunc est in potestate dantis non dare. votum autem est secundum quid liberum, s. a principio antequam voueamus, nam tunc subiacet nobis vouere, vel non vouere. cum autem vouerimus, iam non subiacet nobis non soluere, quia iam acquisitum est Deo ius per votum nostrum, & nos ita obligati sumus, quod si ne dispendio salutis æternæ non possumus retrocedere, ut patet extra, de voto & voti redemptione. c. licet vniuersis. potest tamen votum vocari donum, licet non totaliter, & vocatur donum in quantum est liberum, votum autem licet non sit liberum simpliciter, ante tamen quam voueamus liberi sumus, vtrū voueamus an non. ponit ergo hic Moyses omnia quæ Deo dantur, siue ex obligatione, siue voluntarie, comprehendens nomine holocaustorum, hostiarum, decimarum, primitiarum, munerum & votorum. & omnia ista adducebantur in locum Sanctuarij quomodo cumque essent immolanda, quia extra locum illum non licebat facere sacrificium, ut patet Levit. 17. & infra in litera. ea etiā quæ immolari non debebant erant tamen danda sacerdotibus, sicut primitiæ, & decimæ illuc afferebantur. Ibi epulabimini coram domino Deo vestro vos, & filij, ac filia. In lege solū mandabatur, quod ter in anno apparet omne masculinum coram domino. Exo. 23. & 24. c. sed ex deuotione ascendebant etiam femina cum filijs, & filiabus suis, & ancillis, & tunc omnes coram domino comedebant, sic legitur de beata Virgine, quod ascenderit in Ierusalem secundum consuetudinem diei festi, quādo perdidit puerum Iesum, ut habetur Luca 2. ca. Famili, & famule. Non est eadem lex totaliter ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram me. serui autem erant quædam masculina pertinentia ad dominum suum. ergo illuc compellebantur ducere eos domini sui. & patet fundamentum huius, quia omnes qui obseruabant legem Moysaycam tenebantur ad obseruationem istius ceremonie de eundo ter in anno in locum Sanctuarij, cum ista sit quædam pars legis Moysaycæ, sed serui tenebantur ad obseruationem legis Moysaycæ, ergo tenebantur ad hanc ceremoniam. antecedens patet, quia omnes circumcisi tenebantur totam legem Moysaycam, sicut omnes baptizati tenentur ad totam legem Euangelicam, quia vtrunque est ianua. & hoc dicit Apostolus ad Galat. 5. c. ego Paulus testificor omni homini circumcidenti se, quod debitor sit vniuersæ legis faciendæ, quod autem seruus esset circumciscus patet Exo. 12. c. cū dicitur: omnis seruus emptitijs circumciscetur, id est, quod quando cumque aliquis ludæus emeret aliquem seruum si esset de gentilitate, tenebatur eum circumcidere, & renuente ipso seruo, & hoc quia seruus est res dñi sui totaliter, ut patet 1. Politic. c. 2. in fine, & in 5. Ethico. ideo potest de illo agere quicquid voluerit: maxime quia hoc non est rectas leges, quod aut debeat dñs compellere seruum suum ad circumcisionem, patet per dñam quam ponit in illo ca. 12. litera: nam mandat, quod seruus emptitijs circumciscatur, & comedat de agno Paschali, mercenarius autem nec circumciscitur, nec comedit. hoc autem manifestum est, quia non habet aliquis potestatem super mercenarium suum

Qui ascendebant ter in anno ad Dominum.

1 2 suum

fitum totaliter, sicut super seruum suum, ideo non potest eum cogere ad assumendam circumcissionem. Ancillae autem ad nihil horum tenebantur, cum lex solis masculis imposta sit, quantum ad istum articulum de eundo ter in anno in Sanctuarii locum. Si tamē in istis festiuitatibus, siue alijs temporibus anni dominus veniret ad locum Sanctuarii, portaretque secum seruos, & ancillas, & offerret victimas pacificas, debebat epulari, & gaudere etiam cum seruis, & ancillis, si quibus non debebant premi serui, & ancillae onere seruitutis suae, sed latari, & epulari cum domino suo, quia letitia Dei est. *Coram domino Deo vestro.* Idest coram altari holocaustorum intra atrium tabernaculi, nam non debebant comedi carnes sacrificiorum in loco immundo, & comuni, sed ibi intra atrium tabernaculi coquebatur, & dabatur quod pertinebat ad sacerdotes, reliqua deinde partem comedebat ille, qui ad immolandum pecus dederat, & hanc non poterat extra locum tabernaculi portare, s. extra atrium eius: non tamen dicitur eodem modo comedere semper coram domino. nam etiam qui comedebant agnum Paschalem, dicebantur comedere coram domino, sed in tota ciuitate, vel loco illo, ubi esset Sanctuarium. & ratio diuersitatis est, quia hostia pacifica est quoddam sacrificium proprie dictum, quia immolabatur intra atrium tabernaculi, & quia funditur sanguis eius per gyrum altaris in cornibus, & ad basim, vt patet Leuit. 3. c. & quia tota arina eius, & adipis comburuntur coram domino, vt patet Leuit. 3. & 7. cap. & quia cauda cum renibus, & renunculis domino offeruntur, vt patet Leuit. 3. c. & datur pars illius victimae sacerdotibus, s. pectusculum, & armus, vt patet Leuit. 8. c. de agno Paschali nihil omnino dabatur sacerdoti, sed solum immolabatur intra tabernaculum, & dabatur adeps eius in incensum Domini, quia vt dicitur Leuit. 3. cap. omnis adeps domini erit iure perpetuo: de carnibus autem nihil comburebatur in altari, nec dabatur sacerdoti, sed quilibet secundum familiam suam comedebat totum agnum suum. Non est enim stricte loquendo sacrificium immolatio agni Paschalis, quia sacrificia sufficienter distinguuntur in tria, holocaustum, & victimam pacificam, & pro peccato. sub nullo autem istorum potest collocari victimam Paschalis, quia sub quocumque horum ponatur, oportet, vt sequatur legem illius, sed nullius legem sequitur agnus Paschalis, nec est eadem ratio faciendi istud sacrificium & alia, vocatur ergo hoc sacrificium large solum, quia adeps eius, & sanguis intra atrium tabernaculi offerebantur. & praecipua causa quare Numeri 9. capit. vocat Deus istam immolationem sacrificium est, quia fit ex mandato eius, & ad recordationem beneficij exhibiti eis a Deo liberando de Aegypto, quod signat ista immolatio, vt patet infra 16. cap. quando ergo comedebatur agnus Paschalis, quia non erat proprie sacrificium, comedebatur per totam ciuitatem in qua erat Sanctuarium. carnes autem pacificarum victimarum in solo atrio tabernaculi comedebantur, quia erat locus sacer: & sicut sacrificium proprie dictum excellit agnum Paschalem, quantum ad strictiores obseruantias comedendi respectu loci, s. quod non poterat comedi, nisi intra atrium tabernaculi, ita sacrificium agni Paschalis excedebat ceteros cibos communes, quia poterant Israelitae comedere carnes vbicumque vellent in cunctis vrbibus suis, vt patet infra, non tamen poterant immolare phasem in qualibet vrbe, vel loco, sed in solo loco quem dominus elegerat, vt poneret nomen suum in eo, vt patet infra 16. capit. etiam quia in alijs carnibus non oportebat considerare vtrum animal esset debile, aut amputatum cauda, vel naribus, aut aliquo alio membro, etiam quia poterat comedere de animalibus, quae non licebat immolare, vt de mul-

tis quadrupedibus, & volatilibus, tamen immolando agno Paschali multae speciales caeremoniae requirebantur, de quibus Exo. 12. cap. *Et Leuitae qui in vrbibus tuis commorantur.* Non habitabant Leuitae in aliquibus ciuitatibus cum alijs Iudaeis, quia eis datae erant sigillatim 48. vrbes cum suburbij suis, vt patet Num. 35. c. Sed loquitur hic Moyses ad totum Israel. Et tunc est sensus.

Et Leuitae qui commorantur in vrbibus tuis. Idest in vrbibus quas tu dedisti eis, quia totus Israel dederat Leuitis illas vrbes. *Nec enim habet aliam partem, & possessionem inter vos.* Quia Leuitae non diuiserunt hoc ad cultum alijs tribubus, nec aliqua praedia susceperunt, sed solum alebantur de his quae suscipiebant a filijs Israel, s. de decimis, & quibusdam elemosynis. *Cave ne offeras.* Sepius monet, quia maxime pertinebat hoc ad cultum Dei, vt non daretur locus idolatrando. *Holocausta tua in omni loco, quem videris.* Idest in omni loco qui videtur tibi conueniens, vel placet in oculis tuis. *Sed in omni loco quem elegerit dominus.* Vnus solus locus ad Sanctuarium eligebatur, & in eo solo morabantur sacerdotes, & ibi solum licebat immolare. qui autem extra locum illum Deo immolaret, potius ei abominabilis erat, quia ipse sub poena mortis constituerat, ne quisquam auderet alibi offerre, vt patet Leuiti. 17. cap. contingit tamen, quod quodam tempore Israelitae in multis locis immolarent, cuius occasio fuit, quia contingit tabernaculum, & arcam dissiungi, de quibus diximus late Exo. 20. tunc tamen prius locus sacrificandi erat in loco ubi staret tabernaculum, etiam si non staret ibi arca, quia ille locus vocabatur Sanctuarium, & ad illum locum concurrerat Israel totus ad celebrandas festiuitates suas, iste autem locus Sanctuarii eligebatur a Deo, quia ipse dabat aliquod signum per quod cognosceretur, quod illud locum illum volebat, vt pote si annuntiabatur per aliquem Prophetam, aut si in aliquo alio signo mirabili monstrabatur. & hoc fiebat, vt magis afficerentur ad colendum Deum ibi Israelitae, cum viderent ipsum Deum ad cultum suum loca eligere. *In vna vrbium tuarum.* Quia non erat sponte Moysi certum in qua vrbe ponendum esset tabernaculum, vel dato quod ipse Moyses cognosceret illud esse ponendum primo in Sylo, vt factum fuit, & Iosue 18. capit. tamen quia non semper in eo loco staturum erat, posuit sic indeterminate scilicet. *In vna vrbium tuarum.* Idest in quacumque vrbe voluerit, quia aliquando stabat in vrbe pertinente ad vnam tribum, aliquando stabat in vrbe ad aliam pertinente, vt patet in prima mutatione quae fuit de Sylo, quae erat in tribu Ephraim, mutatum fuit tabernaculum, & arca ad tribum Iuda, vt patet Psalmus 77. & sic de ceteris.

Offeres hostias. Holocausta, vel pacificas, siue pro peccato, vel votiuas.

Et facies quacumque praecipio tibi. Idest non solum facies ibi sacrificia, sed etiam omnia alia quae mandauit tibi: deferes illuc, scilicet decimas, primitias, donaria, & vota, vt omnia offerantur ibi. *Si autem comedere volueris.*

Dubium quoddam ad esum carniū auferitur.
Quaest. V III.

Hic tollitur quoddam dubium quantum ad esum carniū, quia dicebatur supra, quod coram domino de hostijs suis comedere deberent, & latari, & effunderent sanguinem ante altare, qui autem erant extra Ierusalem, non poterat offerre sanguinem ante altare. Et sic dubium erat, an comedere deberent carnes. Et responderetur, quod comedere possunt, dum tamē sanguinem non comedant, sed effundant super terram quasi aquam.

82

Si autem comedere volueris. Idest in atrio tabernaculi debes immolare victimas tuas, & effundere sanguinem, & seruare, quod debitum est, postea quod tibi ex lege debetur, comedes coram domino Deo tuo, si tamen praeter sacrificia quae fiebant in loco Sanctuarii volueris comedere carnes in aliqua vrbium tuarum, supple licitum erit, siue secundum ea quae infra dicuntur. *Et te esus carniū delestauerit.* Quasi dicat, melius esset in locis remotis a Sanctuario non comedere carnes, quam comedere, cum non possint ibi assumi aruina, & sanguis ad ponendum in altari, & cremandum adipem. si tamen delectat te esus carniū, poteris comedere vbicumque volueris. *Occide & comede iuxta benedictionem domini Dei tui.* Idest comede de illis quae dederit tibi Deus siue ouem, siue bouem, vel capram: in illis enim quae nobis Deus dat, nos benedicere dicitur, idest multiplicare, siue illa spiritualia, siue temporalia sint, siue immunda: licebat enim eis comedere immunda, siue munda. Et si arguas, quod non licebat comedere ea, nec tangere, vt patet Leuit. 11. c. & infra 14. respondetur, quod hic vocantur munda, & immunda respectu immolationis, & non respectu comestionis: aliqua enim quae ad offerendum immunda erant, ad comedendum munda erant, siue ex specie, siue ex casu: ex specie ceruus, & caprea, ad immolandum immunda erant, sed comedere licebat, vt patet in litera. Ex casu, vt si bos, ouis, vel capra quae offerre licebat, essent aliquo modo monstruosa in membris per superabundantiam, vel defectum, non licebat offerre, vt patet Leuit. 22. ca. sed comedere licebat, vt patet hic. & scriptura distinguit aliquando proprie inter mundum, & immaculatum. maculatum, & immaculatum sunt respectu oblationis: mundum & immundum sunt respectu comestionis: ideo litera exponit hic literam Hebraicam, quia in Hebraeo solum habetur. *Sive mundum, siue immundum.* Litera nostra dicit immundum hoc est maculatum, vel debile maculatum vocatur non, quod habet pellem variam, sed non licet offerre propter speciem, vt ceruus, & damam, & canem, & similia, quia solum tria licet offerre, s. ouem, bouem, capram, siue in genere masculino, siue feminino, vt Leuit. 1. c. vel quando est in specie immolabilis, sed est monstruosum. *Debile.* Idest debilitatum per abscissionem alicuius particulae, vt cauda, vel aurium, siue testiculorum, vt Leuit. 22. c. *Sive mundum.* Hoc est integrum, dicitur integrum, idest non debile, ita quod omnes partes suas habeat, & nulla sit ei amputata. *Et quod offerri licet.* Ista omnes sunt declinationes mundi, quia nullum animal perfecte est mundum, nisi quod licet offerre. *Sicut capream, & ceruum comedas.* Ly sicut non determinat verbum offerri, sed verbum comedas. Si enim determinaret verbum offerri esset sensus, quod mundum animal esset, quod licet offerri sicut ceruus, & caprea. & hoc falsum est, quia ceruus, & capream offerri non licet. refertur ergo ad verbum comedas. & est sensus, siue mundum sit animal, siue immundum indistincte comedas, sicut comedere soles ceruum, & capream. & posuit de istis duobus animalibus magis quam de alijs, quia de istis manifestum erat, quod non deberent offerre sanguinem ante altare, etiam si essent in Ierusalem, vt patet Leuit. 17. vbi dicitur, quod qui de venatione, vel aucupio animal ferum, siue auem acciperet, quibus vesca licitum est, effunderet sanguinem eius, & cooperiret terra: de ouibus, bobus, & capris, quia licebat ea offerri, non erat ita certum: ideo determinauit per id quod est certum comparans ceruum, & capream. & dicitur caprea syluestris capra quae velocissima est, & oculos acutissimos habet, & cum videt sibi aliquod periculum imminere, de excelis rupibus se precipitans super cornua se ilegitim recipit, vt ait Isido. 12. Etym. & vulgariter vocatur re-

Alph. Tost. super Deuter.

beco. *Absque esu, duntaxat sanguinis.* Hoc valde prohibetur hic, & Leuit. 17. ca. & infligitur poena mortis pro comestione sanguinis, vnde magis abhorrent Iudaei comedere sanguinem quam porcum. Et ideo Iudaei conuersi ad Christum valde scandalizabantur videntes gentiles conuersos comedere sanguinem, ideo in primo concilio Apostolorum, vbi definitum fuit, quod gentes non obligarentur ad obseruationem caeremoniarum, quantum ad cibos, nec ad alias obseruationes, solum prohibita fuit comestio sanguinis, & suffocatum, & immolatorum idolis. Sed post ista abolita sunt cum ceperunt non esse scandalosa: non enim fuit lex illa ad temper, sed ad tempus, ad scandalum vitandum, vt ait Apostolus ad Rom. 14. ca. Alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem, idest aliqui credunt illam obligationem esse ad aliquos dies, vel tempora. & deinde non ad sequentes dies, vel tempora. Alij credunt durare obligationem ad diem omnem, idest semper. *Sed quasi aquam effundes.* Idest totaliter disperges: quia valde abominabile erat sanguinem comedere, & quasi quadam crudelitas erat, ideo multum veruit dominus comestionem sanguinis, vt patet hic, & in multis locis.

Sanguinem comedere, quare erat valde abominabile.
Quaest. I X.

Causa autem multiplex est. Prima est, quia vt esse quadam species crudelitatis, quod quis comedat animam cum carne, nam anima pecoris in sanguine est, s. quod sanguis est talis complexio naturaliter, in quo magis reperitur harmonia requisita ad vnionem animae ad corpus, quam in phlegmate, aut cholera, vel aliquo alio humore. nam in sanguine reperuntur calidum naturale, & humidum radicale temperata, quae sunt duo principia vitae, & non reperitur hoc in aliquo alio humore, vel aliqua alia corporis parte. de his autem latius dictum est Leuit. 17. c. Alia causa est, quia sanguis dicitur esse ad expiandum, idest ad purgandum peccata, vt patet infra in litera. non debet ergo comedi, sed debet dimitti, vt sic expientur peccata. nam si quis velleret in sacrificijs comedere sanguinem, velleret comedere id per quod fit expiatio. & sic nulla expiatio fieret, quia id per quod expiatio fieri debebat, iam non erat, & fundamentum est hoc, quia cum Deus mandauerit nobis, siue per legem datam patribus nostris, siue per rationem nobis inditam, non peccare, quando cum peccauerimus, tenemur ei obnoxij mortis, & quia in morte dat homo animam suam pro se, si debeat fieri commutatio poenae, debet fieri dando animam pro anima. recipit ergo Deus ex benignitate sua animam pecoris pro anima nostra, idest, sicut satisfieret ei pro peccato nostro dando animam nostram, ita satisfieret, quia ipse vult, dando pro anima nostra animam pecoris, sed anima pecoris est in sanguine, vt patet hic, & Leuitici 17. cap. ergo sanguis debet dari Deo, qui pecoribus pro anima est. si autem sanguis Deo non datur, nihil datur, & sic non fiet satisfactio pro peccato. ex supradictis patet ratio fundamentalis duarum caeremoniarum, quae sunt in sacrificijs.

Vna est, quod quando aliquis offerrebat aliquod pecus, & tradebat sacerdoti, vt immolaret, imponebat manum eius super illud, vt patet Exodi 29. & Leuitici 1. & 4. & in multis locis, hoc erat, quia per istam impositionem imprecabatur conferens pecus, vt poena peccatorum ei debita transferatur in caput illius pecoris, quod autem ista sit intentio imponentis manus patet aliqualiter Leuitici 1. cap. cum dicitur, maculatum immolatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij

I 3 ad

ad placandum sibi dominum, ponetque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiatione eius proficiens, id est, quod postquam imposita fuerit sibi manus offeretis, proficiet ad expiationem, quia signatur in tali impositione manuum peccatorum translatio. hoc autem patet clarius Leuit. 16. ca. cum dicitur, postquam emundauerit Sanctuarium, & tabernaculum, & altare: tunc offeret hircum uiuentem, & posita utraque manu super caput eius confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta, atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius mitteret per hominem paratum in desertum: cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in desertum, reuertatur Aaron in tabernaculum testimonij &c. Secundum quod sequentur dicitur, si quare sanguis animalium immolatorum funditur per altaris quatuor cornua, & tubas eius, si quod cum quis peccauit coinquinatus est, sicut autem mundus efficitur cum debitam penam passus fuerit, & hoc est ut detur anima sua pro peccato suo, & effundatur sanguis eius, & quia Deus in altari esse iudicatur specialius, quia ibi est specialior cultus impenditur, cum aliquis debet pro peccato suo satisfacere, oportebat, ut sanguis eius emundaret altare a coinquinatione, quam nos causaueramus peccando: ut ergo pro eo satisfaciat anima pecoris quæ in sanguine est, necesse est, ut per cornua altaris effundatur, & sic emundabatur totum Sanctuarium per sanguinem ab omnibus contagionibus filiorum Israel, & hoc tam inter sancta Sanctorum, quam extra in tabernaculo, in altari thimiaturum, quam extra tabernaculum in atrio, ubi erat altare holocaustorum, de his Leuit. 16. c. quæ fiebant semel in anno: sed tunc argues, quod istud verum est, quando animalia offerentur domino, quia tunc sanguis ad expiandum dandus erat, sed quando non offerentur animalia, sed solum comedebantur, si uideretur existere eadem ratio, ergo poterat tunc sanguis comedi. Respondetur, quod dato, quod tunc non assumeretur sanguis ad expiandum, quia tamen in omnibus sacrificijs ad expiandum assumebatur, contrahit ex hoc sanguis quandam reuerentiam, ut etiam quando effunditur ab animali, quod immolandum, & offerendum non est, vel dato quod immolabile sit, tamen actualiter non immoletur ad faciendum Deo sacrificium, sed aliàs inguletur animal ad sumendum in cibum. nam etiam tunc non comedetur, ne cum sacrificandum fuerit ad comedendum sanguinem incitemur. *Non poteris comedere in oppidis tuis decimas frumenti, vini.* Ergo uidetur, quod in Ierusalem, siue in alio loco, ubi esset tabernaculum, licebat eis comedere eas, sed hoc in magnam iniuriam Leuitarum, & sacerdotum redundabat, quibus ista debebantur, ut patet Num. 18. ca. Ideo aliqui dicunt, quod hoc fuit factum semel post ingressum terræ promissionis. Sed hoc falsum est, quia tunc ista lex non fuisset seruata, nisi semel. Item in illo anno nihil haberent Leuitæ, & sacerdotes unde uiuerent, quia solum de stipendijs Sanctuarij, sustentabantur. Ideo uidetur dicendum, quod Iudæi quolibet anno duas decimationes faciebant. Prima decimatio erat de fructibus terræ, vel gregibus, seu armentis, & ista non portabatur in Ierusalem, sed Leuitæ ad quos pertinebat, colligebant eam per ciuitates vicinas, quia Leuitæ dispersi per omnes tribus habitabant, ut patet Numeri 35. cap. & de ista nihil accipiebant dantes eam, sed integra ad Leuitas perueniebat, de qua rursus Leuitæ decimam sacerdoti magno dabant, ut patet Num. 18. cap. Alia erat secunda decima, quam singulis annis separabant de nouem partibus remanentibus, & cum ascenderent ter in anno ante Deum in Ierusalem, ut patet Exodi 23. & 34. capit. sustentabantur in itinere, & in ciuitate de illis, & offer-

Opin. an-
toris.

Iudæi quo-
libet anno
dabāt du-
as decimas
& de tri-
ennio in tri-
niā tertiā.

rebant de illa decima hostias pacificas, de quibus comedebant abundanter coram domino conuocantes Leuitas, & satis indigebant ista decima ad cibos suos, & totius familiæ, & Leuitarum, cum ascenderent ter in anno, maxime illi qui procul a Ierusalem morabantur. de ista decima habetur in litera, & magis clare infra 14. capit. & sicut erat de decimis, ita erat de primitijs, quia post primitias quæ dabantur domino, totaliter separabat sibi quilibet aliquam, tanquam primitiam secundam, quod ueretur in cibos, quando iret ad locum sanctum. sic etiam de primogenitis, quia separato primogenito pro domino de gregibus, & armentis, separabatur aliquod animal, quod accipiebatur, quia primogenitum ad oblationes pacificas erat. sic de votis, sic de donarijs.

Alia decima tertia est, quæ de triennio in triennium separabatur, & dabatur pauperibus, uidijs, & pupillis, & Leuitis in modum elemosynæ, ne cogentur propter pauperitatem seruire gentilibus, a quibus inducerentur ad cultum idolorum. Et de ista decima infra 14. capit. Nicolaus dicit, quod ista non apparent ex sacra Scriptura, sed salua reuerentia eius satis apparent, quia de prima decima satis patet Numeri 18. cap. quia illa totaliter datur Leuitis nulla parte remanere apud dantem, & hoc magis patet Malach. 3. capit. ubi dominus loquitur contra auaros non soluentes totaliter decimas, & primitias, & concludit, in fine omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea. ponitur ibi omnis, id est tota. Et satis apparet, quod solum loquitur de decima quæ dabatur Leuitis, quia dicitur in horreum, ea autem quæ in horreis ponebantur, non sumebantur in cibos offerentium. Et ex hoc etiam eliditur illa positio, quæ dicit, quod de decimis debitis Leuitis dantes accipiebant aliquam partem, quæ coram domino comedebant. De secunda decima patet manifestissime infra 14. capit. ubi sic habetur decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra, per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit, ut inuocetur in illo nomen eius. De tertia decima patet eodem capitulo, circa finem: Nicolaus concedit primam decimam, & tertiam, sed non secundam, ideo dicit, quod istud quod offerentes comedere debebant, erant carnes pacificarum hostiarum. Sed tunc queritur, an ista hostia pacificæ erant de prima decima, an non: non potest dici, quod essent de prima decima, quia illa integraliter dabatur Deo, ut supra patuit. Si autem ista hostia pacificæ sint de voluntarijs, ergo nullo modo offerentes comedebant de aliqua decima, & sic nullo modo poterit exponere textum istum, & eum qui habetur euidentius infra decimo sexto cap. non concludit, quia ibi dicitur, quod oblationes spontaneas offerent, & comedent coram domino cum tota familia, & pauperibus, uidijs, & pupillis, & Leuitis, quia istæ oblationes spontaneæ fiebant de decimatione secunda, vel tertia, vel de votis, primitijs, primogenitis, & donarijs secundis, ut supra distinximus, & ista omnia separabat quilibet secundum benedictionem ei a Deo datam, immo si ex illo textu concluderetur non esse decimam, quam ponimus secundam, etiam concluderetur non esse decimam quam tertiam dicimus, quæ ipse concedit. Et patet consequentia, quia secunda decima est, ut comedat eam offerens cum Leuitis, ut patet in litera, & tertia quam ipse ponit est pro pauperibus, ut comederetur cum dante, ut patet 14. capitulo, si ergo propter illas voluntarias victimas excluditur secunda decima pro Leuitis, ita excluditur tertia, quia tam Leuitæ quam pauperes, & pupilli, & uidiæ comed-

comedere debebant cum offerente, ut patet inf. 16. c. *Primogenita armentorum, & pecorum.* Non intelligitur hoc de vere primogenitis, quia illa immolabantur domino, ut patet Num. 18. & quicquid supererat de eis ad sacerdotem pertinebat, sed de alijs animalibus separatis ad oblationem pacificam, & eligebantur secunda post primogenita, & uocantur hic primogenita.

An omnia primogenita poterant redimi. Quæst. X.

SCIENDUM pro hoc, quod quando aliquod primogenitum offerebatur de animalibus, de quibus immolati licebat, non poterat facere sacerdos, quod redimeretur, id est, quod daretur ei pecunia pro primogenito pecoris immolabilis, & non ipsum pecus immolabile: hoc autem dominus uerabat, ut patet Num. 18. ca. cum dicitur, primogenita bouis, & ouis, & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt domino: erant namque ista sacrificata domino, & si redimerentur pecunia, tollebat immolatio. im molatis autem illis quicquid manebat pertinebat ad sacerdotes: manebant autem post immolationem factam domino omnes carnes ipsius pecoris: nam cum aliquid domino immolabatur, ex hoc, quod ei immolabatur duo debebantur ei, scilicet sanguis ipsius pecoris immolati. nam pars sanguinis erat ad tingendum quatuor cornua altaris, ut patet Leuit. 1. c. reliquus sanguis fundebatur ad basem altaris. debebat etiam ad eum, quia omnis ad eum domini erat iure perpetuo, ut patet Leuit. 3. & 7. cap. ceterum, quod remanebat facta immolatione, sicut totum cadauer pertinebat ad sacerdotum iura, ut patet Num. 18. cap. ubi dicitur primogenita autem bouis, & ouis, & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt domino: sanguinem in eorum fundes super altare, & adipem adolebis in suauissimum odorem domino: carnes uero in usum tuum cedent, sicut peccatum sanctulum consecratum, & armus dexter tuæ erunt. Quando autem dicebatur de primogenitis, quod prima & uera primogenita comedi non debebant, cum pertinerent ad ius sacerdotale, ut patet in prædicitis, sed segregabant quedam: alia quæ essent secundo genita, & accipiebant ista pro primogenitis, & quod comedere coram dño, & sic quod deberet segregare offerens secunda vota, id est, si aliquid uouerit, quod alia tanta, & similia separaret, ut ipse comederet coram domino. idem de primitijs manuum, quod separarentur secundæ primitiæ: hoc quidem secundum antiquos, quibus uidebatur non posse exponi istum textum sine præiudicio eorū, quæ habentur Nu. 18. c. nisi sic exponeretur, satis conuenienter dicitur, sed nescio ad quid hoc facere oportebat, nam tunc quilibet obligaretur ad dandum duplum eius, quod dare debebat Deo, siue ex debito per legem, siue per uotum, quod satis erat durū, & distraheret homines a uouendo, cum tenerentur dare duplum eius, quod uoueant, etiā quia non uideretur quomodo ipse offerens ista posset, tam in loco Sanctuarij consumere, si primogenita, & primitias, & vota, & decimas. uidetur ergo facilius ad hoc respondendum, ita quod non ponatur ullum inconueniens, & satisfiat literæ, si quod quando dicitur hic, coram domino Deo tuo comedes, non refertur ad ea quæ hic ponuntur, sed ad illa, ad quæ potest de iure referri: ista autem sunt ea, quæ homo sponte offerre uolebat. nam illa erant uictimæ pacificæ, & pars illarum ueniebat offerentibus, ut patet Leuit. 7. cap. quam partem coquebant ipsi offerentes intra locum sanctum, scilicet atrium tabernaculi, & ibi comedebant: primitias autem, vel primogenita, vel uota non comedebant ipsi offerentes, immo si de illis comedere ualder peccabant, ut patet Leuit. 7. ca.

Alph. Toft. super Deuter.

quam partem coquebant ipsi offerentes intra locum sanctum, scilicet intra atrium tabernaculi, & ibi comedebant: primitias autem, vel primogenita, vel uota, non comedebant ipsi offerentes, immo si de illis comedere ualder peccabant, ut patet Leuit. 22. ca. cum dicitur. omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem, qui comederit de sanctificatis per ignosciam, addet quintam partem cum eo, quod comederit, & dabit sacerdoti in Sanctuarium, nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui cum sanctificata comederint.

Et si dicas si istud uerbum comedes, quod solum ponitur in isto contextu, non potest referri ad omnia, sed solum ad spontanea sacrificia, qualiter ponuntur hic omnia ista? Respondetur, quod intendit inducere hic Moyse omnes Israelitas, ut nullum sacrificium faciant extra atrium tabernaculi, quod erat in uia uerbium Israel, & hoc patet ex superioribus: ideo dicit hic, quod non poterant in qualibet urbium Israel dare decimas & primitias, & uota, atque spontanea sacrificia, sed in loco quem dominus elegerit, quia in illo debebat dare omnia hæc, & comedere quidem non de eis, sed de sacris spontaneis, quæ offerebant, quando dabant decimas, & primitias, & uota, nam ista soluebantur cum ipsi Israelitæ ibant in locum Sanctuarij, & tunc pacificas hostias faciebant, de quibus partes sibi debitas secundum legem comedebant: & si adhuc calumniaris, quia dicitur hic in litera, non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, vini, & olei, & primogenita armentorum: ergo uidetur quod in loco quem dominus elegerit, poterat comedere, cum hic solum ueteretur locus indebitus.

Sed hoc non poterat fieri de primis decimis, & primis primogenitis, & primis votis, atque primis primitijs, cum redundaret in præiudicium sacerdotum, & Leuitarum, ut patet Num. 18. cap. ergo oportebat poni secundas decimas, & secunda uota, & secundas primitias, & secunda primogenita.

Respondetur, quod non uideretur necessarium hoc totaliter de decimis, tamen quod plures fuerint manifestum ex superioribus, & infra 14. ca. etiam declaratur, sed primitias, & uota, & primogenita non oportet esse duplicata: nam hoc quod hic dicitur dirigitur ad totum Israel, & est sensus o tu popule Israel non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, vini, & olei, id est, non poteris in quolibet tuorum oppidorū, ut comedantur decima, & primitiæ & c. quia hoc esset facere in quolibet loco Sanctuarij, sed solum poteris comedere in locum quæ elegerit dominus Deus tuus tibi: & tunc uerum est, quod ille, cuius erant decimæ ista, & omnia ista, comedebat ista: nam omnia ista erant Israelis, & Israel comedebat, nam pars Israel decimas, & cetera quæ hic dicuntur, portabat, & pars eius, scilicet sacerdotes comedebant ea: ideo bene dicitur, quod tu Israel non poteris comedere decimas tuas, & omnia ista in oppidis tuis, id est in quolibet oppidorum tuorum, sed bene poteris ea comedere in loco, quem elegerit Deus. Quod autem loquatur hic Deus ad totum Israel, & non ad aliquem specialiter de Israel: patet quia dicitur, non poteris comedere in oppidis tuis decimas & c. manifestum est, quod ille qui offerebat decimas, scilicet unus homo non habebat oppida. ad totum ergo Israel refertur, qui oppida multa, & urbes habebat.

Decimam frumenti, vini, & olei. Ponit in istis exemplū, & per hoc omnes fructus terræ decimandi, etiam de herbis parui valoris, quæ in uelutis hereditatibus sunt, decimæ dandæ sunt, ut si illa sint alicuius quantitatis, & ueniat nobis ex eis utilitas, sicut sunt cuminum,

I 4 &c

& menta, & ruta, & similes, vt patet Marth. 23. c. cum locutus fuit Chriftus Pharifcis, dicens, vobis Pharifci qui decimatis mentam, & anethum, & ciminum, & reliquias quæ graniora funt legis, iudicium, mifericordiam, & fidẽ: hæc oportuit facere, & illa non omittere. *Primogenita armentorum, & pecorum.* Primogenita debentur domino ex caufa assignata Exodi 13. & sup. 6. cap. in istis tamen primogenitũ hominis, quod principaliter debetur, non est immolabile, sed redimitur quinque siclis, vt patet Num. 3. c. primogenitum aſini mutatur oue, vt patet Exo. 13. cap. primogenita autem ouis, & bouis; atque caprarum non poterant redimi, sed immolabantur domino, vt patet Num. 18. cap. distinguit autem hic litera inter primogenita pecorum, & primogenita armentorum, cum tamen ipsa armenta pecora ſint, vocantur primogenita armentorum primogenita magnorum animalũ, ſicut ſunt primogenita bouum: pecora vocantur hic animalia parua, ſicut ſunt capræ, & oues. de his namque omnibus decimæ danda ſunt. Accipiuntur tamen pecora hic contra communem modum loquendi, quia pecora communiter vocantur animalia magna, pecudes vocantur animalia parua, & ſecundum hoc armata ſunt pecora, & greges ſunt pecudes. Iſta primogenita pecorum, vel gregum, vel vt litera dicit primogenita armentorum, & pecudum, non poterat Iſrael in quolibet loco, vel oppido ſuo comedere, ideſt non poterat ea dare ſacerdotibus ſuis in quolibet loco, vt vbiunque vellent, comedere ea, & offerrent ea, ſed ſolum in vno loco quem dominus elegerit, ibi enim immolabant ea offerentes ſanguinem, & cremantes adipem eorum, coram Deo in altari holocauſtorum, & comedebant totum cadauer, vt patet Num. 18. cap. *Et omnia que noueris.* Etiam vota deferebantur, vt ſiquis uouiffet aliquod animal immolabile deferebat illud, & immolabatur coram domino. De lege autem vororũ vturum, animalia quæ uouebantur redimi poſſent, vel commutari, & quando commutari, & de quantitate precij in commutando, vel redimẽdo, & de rebus inanimatis, quando uouebantur habes late Leui. vltimo cap. in textu, & ibi ſatis declaratum eſt. Iſta ducebatur in locum Sanctuarij, ne offerrentur alibi, quod erat inconueniens, & cauſa ſchiſmatis, atque idolatriæ in Iſrael, vt declaratum fuit Exodi 20. cap. Secunda cauſa erat, quia quando aliquis ferebat, id quod uouerat in locum Sanctuarij, erat quidam honor ſpecialis Dei, quod in hoc profellabatur iſtud votum ad honorem Dei emiſſe.

Et ſponte offerre uolueris. Iſta ſunt hoſtiæ pacificæ de quibus licebat offerentibus comedere, vt patet Leui. 7. cap. & tamen non poterant comedere extra locum Sanctuarij, cum non poſſint aliquid immolare extra locum illum, ſicut nunc ſi quiſquam uellet dici ſibi miſſam, & conſecrari admirandum illud Eucharistiæ ſacramentum in quocunque loco, non habita differentia locorum, ſiue turpia loca, ſiue honeſta, ſiue dicata ad diuinum cultum ſiue non, non poſſet licite fieri, & ob hoc cum aliquis in veteri teſtamento motus ex deuotione uellet offerre pacificas victimas, q̄ ſpontanea ſunt, ueniebat in locum Sanctuarij, vt innuitur primo Regum 2. cap.

Et primitias manuum tuarum. Ideſt primitias de laboribus terræ quos manibus tuis exerces.

Aliqui putant hic, quod hic dicitur, & primitias manuum, eſſe decimas personales. nam decimæ prædiales dantur de fructibus prædiorum, & non vocantur iſtæ personales, quia licet in eis labor perſona requiratur, non tamen tantum pendet ex labore, & induſtria perſonæ, quantum pendet ex coeleſti influentia recepta in prædijs, & ex uirtute fertilitatis ipſorum prædio-

rum, ideo magis denominantur prædiales, quam personales. decimæ autem personales dicuntur, quæ dantur de his, quæ acquiruntur ex laboribus humanis ſolis, ſicut eſt in militia, & artibus mechanicis, & ceteris in hunc modum, vt de negociationibus. nã de omnibus quæ homo Chriſtianus licite acquirat, decimæ dare tenetur, vt patet extra de decimis in cap. ex tranſmiſſa, & ſupra declaratum fuit. vocantur autem iſtæ personales, quia labore perſonæ, & induſtria acquiruntur, & non de ipſis agris, vel coeleſti influentia recepta in eis, licet per accidens coeleſtis influentia, & uirtus terræ interdum agant ad augmentum acquisitionis in laboribus personalibus. quia ergo dicitur hic, quod de benis dare primitias manuũ noſtrarum, ideſt de laboribus, vel rebus acquiſitis per labores manuum: videtur, quod loquatur de labore personali, & decimis personalibus.

Reſpondetur, quod non loquitur hic de aliquibus decimis, ſed de quodam genere oblationis, quod uocatur primitia, & pertinet ad fructus agrorum, & hoc eſt ante decimam: uocatur tamẽ primitiæ manuum noſtrarum, quia licet de terræ fructibus iſta habeantur, tamen fructus illos laborãdo acquirimus. decimæ autem quæ personales ſunt, non fuerunt in veteri lege, vt declarauimus ſupra. uocantur autem primitiæ, quia de rebus melioribus dari debent, vt de frumento meliori, & uino meliori, & ſic de ceteris. & hoc patet ex deriuatione. nam iſte terminus primitiæ deriuatur de primus, ſignat autem primus antereceptionem, & hoc ſiue ſecundum tempus, ſiue ſecundum perfectionem: ſicut enim quædam priora dicuntur, quia primo nata ſunt, ita quædam priora, quia perfectiora ſunt. primitiæ autem dicuntur de primus iſto modo, quia de rebus primis, ideſt perfectioribus dari debent, & hoc ſatis ſignat diſtio Hebraica, quæ ponitur vbiũque nos ponimus primitias, & illa ſignat ſegregationem, vel electionem, quia res illæ quæ dantur in primitiam, debent eſſe ſegregatæ, vel electæ ab alijs, quod autem ab alijs ſegregatur, vel eligitur, tanquam bonum ſegregatur, vel eligitur, & nõ ſolum debet eſſe ſegregatio, vel electio in primitijs dandis, ſed etiam in decimis, & votis, & omnibus alijs oblationibus. ob hoc enim dicuntur ſacrificium Cain non fuiſſe a Deo acceptum, quia ex uoluntate mala de rebus peioribus offerebat. Abel autẽ ſuſceptus eſt, & munera eius, quia de bonis pecoribus ſuis ad Dei ſacrificium eligebat. in oblationibus enim ſemper hoc obſeruandum, & in votis de oblationibus, patet Malach. 1. cap. cum dicitur, ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum nonne malum eſt? offer illud duci tuo, & ſi placuerit, & ſi ſuſceperit faciem tuam dicit dominus exercituum, & nũc deprecamini Deum, vt miſereatur veſtri. de votis autem patet Malach. 1. cap. cum dicitur, & intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiam illud de manu ueſtra dicit dominus? maledictus dolofus qui habet in grege ſuo maſculum, & votũ faciens immolat domino debile, quia rex magnus ego dicit dominus exercituum. aliquando autem poſſunt uocari primitiæ, quia de primis fructibus dantur, ſicut fiebat quolibet anno in feſto azymorum. nam tunc ferebantur ſpicæ nouæ ordeaceæ, antequam quicquid de agrorum fructibus colligi inciperet, vt patet Leuitici vigefimo tertio c. cum dicitur. cum ingreſſi fueritis terram quam ego dabo uobis, & meſſueritis fegetem, feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis ueſtræ ad ſacerdotem, qui eleuabit ſalciculum coram domino, vt acceptabilis ſit uobis. *Sed coram Domino, Deo tuo.* Ideſt in loco Sanctuarij. *Comedes ea.* Ideſt ſpontaneas victimas, referendo ad eum qui offert, qui de his

ſolis partẽ habebat, vel dicitur. *Comedes ea.* Ideſt omnia iſta tam decimas quam primitias, & cetera. referẽdo ad Iſrael qui iſta comedebat: nam Iſrael offerebat, & Iſrael comedebat, quia pars Iſrael comedebat, & pars Iſrael offerebat, ſcilicet ſacerdotes comedebant, & populares offerebant. *In loco quem elegerit dominus Deus tuus.* Scilicet in loco Sanctuarij qui a Deo eligebat ad hoc, vt ſpecialiter ibi coleretur. *Tu, & filius tuus, & filia tua.* Quando aliquis offerens hoſtias portabat ſecum filium ſuum, aut filiam in locum Sanctuarij, illi comedere debebant de ſacrificiorum partibus, quia uolebat Deus, vt omnes gauderent in ſacrificijs eius, & ſic inclinarentur magis ad colendum eum. *Seruus, & famula.* Seruus circumcidi debebat, & ſeruare omnes leges, & ceremonias, vt ſupra declarauimus. ancilla autem accipitur hic pro ancilla gentili, vel Iudæa, de ancilla Iudæa non eſt dubium, quia illa erat puere Hebræa nata de Hebræis parẽtibus obligata ad obſeruantias legales, maxime quia illa non erat ancilla ſimpliciter, quia ſolum uendebatur, vt dominus eius acciperet eam in uxorem, vel daret filio ſuo eadem lege, quod ſi non feciſſet, ueniret puella ad nubilem ætatem, ſcilicet ad annos pubertatis, redibat ad patrem ſuum de quo patet Exodi 21. c. & ibi late diximus. ancilla autem de gentilitate aſſumpta etiam comedere debebat de ſacrificijs his: nã ſicut comedebat ſeruus aſſumptus de gentilitate de ſacrificijs, quia circumciſus erat a domino ſuo, & obligatus ad totam legem, ita ancilla obligabatur ad omnes Hebræorum ceremonias, & renunciamus idolis, & conſtitutum Deum cœli eſſe uerum Deum, quem colebant Hebræi, licet non circumcideretur, quia circumcidi non poterat obſtante defectu ſexus maſculini. *Et Leuitas qui manet in urbibus tuis.* Loquitur ad totum Iſrael qui habebat urbes. nullus autem de Iſrael urbes habebat, & dabat Iſrael de urbibus ſuis 48. ad habitationem ſacerdotum, & Leuitarum, vt patet Numeri 35. cap. hos autem Leuitas habitantes in urbibus Iſrael ipſi Iſraelitæ debebant ducere ſecum ad conuiuium, quando facerent immolationes uictimarum ſuarum. *Et Læuaberis, & reficietis coram domino Deo tuo.* Intentio Dei erat inducere iſtos Hebræos, vt deſideraret eum colere, & quia iſti erant adhuc ualde carnales, inducere eos Deus per quædam gaudia carnalia, ſcilicet, vt offerẽdo ſacrificia ſua Deo cœli in loco in quo ipſe mandabat, profiterentur eum eſſe Deum uerũ, & caſtrodirent mandata eius, & cum hoc comedebant, & bibebant de uicticijs melioribus, & abundantiori modo quam in alijs temporibus, & locis, & per hæc delectabilia corporalia quæ erant admitti diuino cultui, illi qui erant imperfecti, alliciebantur ad exercendum ſe in actibus latric, & poſtea per aſſuetudinem relinquebant iſtam intentionem, quæ erat delectari corporaliter in comestione talium, & aſſurgebant principaliter in cultum Dei, ſicut nunc homines per timorem Dei ſeruilem bene operantur, & per hanc exercitationem in bonis operibus prouehuntur ad hoc, vt ament Deum ex charitate, qua adueniente ceſſat ſeruilis timor.

Chriſti conuerſatio qualis erat ad conuertendum gentes. Et quem modum debent tenere prelati, & principes, ac potentes Chriſtiani, & diuites ad conuertendum infideles. Quæſt. XI.

HVNC etiam modũ Chriſtus habuit in principio prædicationis ſuæ, quia eis quos conuerrere ad ſe uolebat, familiare ſe exhibebat dulciter conuertendo, & comedebat, bibebatque cum eis, & ſic lucrabatur animos eorum ad ſe, & poſtea quicquid diceret eis credebant, & ſequ-

bantur uiam eius, in tantum hoc exercebat, vt occasione inuenta nequiſſimi Pharifci uocaret eum uoracem, & ebrium, & ſocium publicanorum, vt patet Marth. 23. cap. cũ dicitur hic eſt uorax, & potator uini, & publicanorũ ſocius, & alibi quærebant Pharifæi ab Apoſtolo Chriſti, quare cũ peccatoribus magiſter ueſter manducat, & bibit? ad quod Chriſtus reſpondit, non eſt ſanis opus medico, ſed male habentibus, in quo inuit eſſe conuerſandum cũ malis dulciter, ſi ſpes eſt, quod conuertentur. Et ſic ualde bonum atque meritorium eſt, vt aliquis bonus uir eos qui mali ſunt, & carnales, bonis temporalibus oblectet, inuitando eos, & distribuendo eis de bonis ſuis, vt ſic corda eorum ad ſe trahat, & ipſi poſtea aſſentiant uerbis eius, & conuertantur, & hoc ſi uiderit in eis ſpem ullam conuerſionis. Et ſic licitum eſt bonis uiris, & deuotis, qui perueniri a fide, & recta actione non poſſunt, communicare aliquo modo cum infidelibus aliquibus, ſpecialiter vt ſic eos ad fidem trahere queant. Etiam licitum eſt, dare alicui Iudæo, vel Sarraceno pecuniam, vt conuertatur ad Chriſtum: nam dato, quod ipſe, qui conuertitur, tunc quando conuertitur, pro ſolis pecunijs conuertatur, & nihil mereatur, poterit tamen poſtea penitere de hoc ſine malo conuerſionis ſuæ, & erit bonus, quod non contingeret ſi non fuiſſet conuerſus, bona ergo fuit conuerſio. Etiam quia poſtquam conuerſus fuerit ad Chriſtum, poterit cogitare ad obſeruantias legis Euangelicæ per quam erit bonus, quod non contingeret, ſi non fuiſſet conuerſus ſaltem per pecuniam. bonum ergo agit qui hoc modo pecunias dat. Item quia qui dat pecunias alicui, vt conuertatur, nullo modo dat ei occaſionem ad peccatũ mortale: dato enim quod conuertatur ad Chriſtum propter pecunias, & in hoc nihil mereatur, melius tamen eſt, quam quod non conuertatur: nam manendo in infidelitate mortaliter peccat, ſi autem conuertatur ad Chriſtum datis ei pecunijs, ſi pecuniæ ſint cauſa allicitiua, & Chriſtus ſit cauſa principalis, adhuc ipſe conuerſus aliquid mereretur, quia propter Chriſtum principaliter mouetur: magis tamẽ mereretur, ſi totaliter moueretur propter Chriſtum. ſi autem moueatur ad conuerſionem propter pecunias ſolum non curãdo de Chriſto, nihil meretur ſic conuerſus, melius tamẽ eſt nihil mereri, quam mortaliter peccare. Ergo bonum eſt ſemper, & nullam cauſam mali præbens dare pecunias infidelibus, vt conuertantur ad Chriſtum. de hoc autem ſ. q. cuilibet infideli dari poſſit licite pecunia, vt conuertatur, & non committitur ibi aliqua ſymonia, patet in decretis 23. q. 4. cap. vltimo, & 45. diſtinctione, cap. ſincera, & ſub tali conditione poteſt aliquis Chriſtianus contrahere matrimonium cum aliqua Iudæa, vel agarena, ſcilicet, vt efficiatur Chriſtiana, vt patet in decretis 28. queſt. 1. cap. caue, ſcilicet, quod contrahatur matrimonium conditionaliter, ſi ipſa uoluerit conuerti ad fidem, & ſic contrahens nõ peccat, nec punitur per aliquam humanam legem, ſi autem aliquis contraheret matrimonium per uerba de præſenti cum aliqua Iudæa, vel agarena nulla interpoſita conditione, ſed quod eã ſimpliciter in uxorem acciperet, dato quod non conſummaretur per copulam, talis contractus erit impius ualde, & magni ſceleris, atque ſecundum canonicas, & humanas leges grauiter puniendum: iſtud tamen matrimonium ſic conditionaliter contractum, non eſt conſummandum cum muliere infideli, donec ad fidem conuertatur, nam conſummare eſt ualde magnum peccatum, quaſi ſi eſſet acceſſus ſimpliciter ad carnaliter aliquam infidelẽ mulierem nulla interpoſita pacto- ne. Et patet hoc, quia cognoscere carnaliter aliquam mulierem infidelẽ eſt ualde magnum peccatum, niſi iſte actus iuſtificetur per aliquem contractum po-

Pecorum, & armentorum diſſerentia.

De hoſtijs q̄ non licebat offerri rebus comedere.

Cognosce re carnaliter mulierem infidelẽ eſt magnum peccatum.

tentem tollere peccatum, iste autem contractus esset, quod iste vir contraheret cum ipsa muliere infideli conuersa ea ad fidem, si autem contractus fiat conditionalis, scilicet, quod accipit eam in uxorem si facta fuerit Christiana, iste contractus nunquam habet aliquas vires donec adimpleatur conditio. donec ergo ipsa infidelis ad fidem conuertatur, contractus nullam sortitur firmitatem, ideo cognoscere eam carnaliter est tantquam si cognosceretur sine vlla pactione interposita, quia nihil, & inutile, vel non habens vires equiparatur: sicut ergo peccaret cognoscendo eam carnaliter ante interpositionem pacti, ita peccauit cognoscendo eam carnaliter interposito conditionali pacto, & tamen non impleta conditione. & maior pensio potest dari alicui mulieri, vt conuertatur, vt patet in decretis 23. quæst. 6. cap. iam vero istam sententiam tenet Ioannes & Bernardus super cap. dilectus extra de Symonia. *Coram domino Deo tuo.* Idest in atrio tabernaculi vbi victimæ comedi debebant. *In cunctis ad quæ extendis manum tuam.* Idest in omnibus quæ desideraueris, & ad quæ capienda manum extenderis: nam dicebat Deus, quod quando venirent ad locum Sanctuarij, comederet de omnibus quæ desideraret anima eorum, vt patet infra 14. cap. cum dicitur. Et emes ex eadem pecunia quicquid placuerit tibi, siue ex armentis, siue ex bobus, vini quoque, & siceram, & omne, quod desiderat anima tua. & comedes coram Domino Deo tuo, vel aliter. *In cunctis ad quæ miseris manum.* Idest comedes, & lataberis in omnibus rebus, ad quas extenderis manum, idest in quibus laboraueris extendendo manus tuas ad eas, quasi dicat, quod de omnibus rebus quas homo haberet, quæ essent comestibiles, & in quibus laborasset, deberet ducere in locum Sanctuarij, vt ibi comederet, & lataretur, vel aliter. *Lataberis, & reficiaris in cunctis ad quæ miseris manum.* Idest si sic feceris ducendo decimas, & primitias, & vota, atque sacrificia spontanea, & cetera coram Domino in locum, quem elegerit, & ibi epulatus fueris cum filio, & filia, seruo, & ancilla, & Leuitam ad conuiuium vocaueris, lataberis, & reficiaris in cunctis ad quæ extendis manum, idest Deus dabit tibi, quod gaudeas, & reficiaris, idest abundes in omnibus rebus ad quas manum miseris, idest in omnibus rebus quas inceperis, quasi dicat, obseruando ista supradicta, Deus dabit tibi tantam prosperitatem, quod omnes res, & negocia, quas inceperis, finias, & laetaris in eis. *Cave ne derelinquas Leuitem omni tempore quo versaris in terra.* Sed quolibet anno voca eum, quando eum que ascenderis ad sacrificia, sed non tenebantur ad hoc quando peregrinabantur extra terram suam, siue captiui, siue alio modo, quia etiam non tenebantur ascendere ad locum sanctum, cum impossibile eis esset, sed solum orabant contra illam partem mundi, in qua erat locus sanctus, vt patet de Daniele qui orabat tribus temporibus in die contra Ierusalem apertis fenestris domus suæ Dani. 6. cap. & sic orauerat Salomon Deum, vt de terra captiuitatis contra locum illi orantes exaudirentur, vt patet 3. Reg. 8. cap. *Quando dilatauerit dominus Deus tuus.* Hic ponitur tertium in quo respondetur ad quædam dubia, scilicet de comestione carnis, & dictum fuit hoc supra, sed hoc magis explicatur hic. *Quando dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos.* Ista dilatatio solum attenditur propter distantiam locorum a loco Sanctuarij, quia non possent adduci pecora ad ostium tabernaculi, vt ibi effunderetur sanguis eorum. *Et volueris vesci carnibus quas desiderat anima tua.* Idest quæ tibi videntur delectabiles valde, mulcebat Deus populum istum dans ei carnalia, quia sola carnalia petat petendo ollas carniuum Aegypti, vt Exodi 16. cap. *Procul fuerit.* Ita, quod non possit faciliter illuc ferre pecora ad occidendam. *Quas de-*

F *siderat anima tua.* Dicitur anima desiderare improprie, quia anima nostra nec desiderat, nec odit, nec diligit, nec intelligit, nec habet aliquem alium actum, sed homo desiderat, & diligit, odit, & intelligit, & habet omnes alios actus, quia actiones sunt suppositorum, anima autem dum est in corpore, non est suppositum, vel hoc aliquid, & sic dicit Philosophus 3. de Anima, quod dicitur animam tristare dicit eam texere, & edificare, sed nullus concedit, quod anima texat, aut edificet, ergo concedere non debet, quod tristetur, aut letetur, & sic de ceteris, sed homo tristatur, & letatur, & ratio est, quia differunt principium agendi, & agens, anima autem est principium agendi, scilicet principium omnium actionum humanarum, vt patet in 2. de Anima, ergo non est ipsa agens, vel non agit. etiam magis patet, quia forma dicitur proprie natura, vt patet in principio 2. Phys. & ibidem dicitur, quod natura est principium motus, & quietis eius, in quo est, idest principium omnium actionum eius in quo est, sed anima est forma, vt patet in principio secundi de Anima. ergo est principium actionis, & non agens: sed actus solum agentem denominat, ergo homo dicitur agere, quia ipse est agens, & non anima quæ est principium agendi, & hoc est, quod communiter distinguunt formalistæ, scilicet, quod, & quo, idest agens, & principium agendi, vel quod agit, & quo agit, licet ibi quo aliquo modo signat principium instrumentale, animam autem non vocamus principium instrumentale, sed radicale, quia ab ea deriuatur tota virtus agendi secundum omnes modos actionis compositi, principia instrumentalia vocamus organa potentiarum operatiuarum, & passiuarum. nam organum Græce Latine instrumentum dicitur, anima autem media est inter agens, & instrumentum: nam non est agens, quia non est ipsa suppositum, quod denominat adio, nec tamen rursus est instrumentum, quia ab instrumento nulla virtus deriuatur, sed potius deriuatur per instrumentum, anima autem non est per quam deriuatur virtus ab aliquo alio, sed est id a quo virtus deriuatur, & sic neutrum istorum existens inter medium eorum est, scilicet principium agendi, & sicut principium agendi non denominatur ab actione, ita nec instrumentum. nam non dicimus, quod oculus videt, aut potentia visiva, sed quod homo videt. communi tamen modo loquendi dicimus animam aliquid agere, vt concupiscere, & odire, & intelligere, & non solum animam dicimus aliquid agere, sed etiam carnem denominamus agentem, sicut loquitur Apostolus ad Galat. 5. ca. dicens spiritu ambulate, & desideria carnis non perficiatis: caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: & non solum attribuit his concupiscere, sed etiam operationes alias cum dicit, manifesta sunt autem opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, idolorum seruitus, inimicitia &c. & postea subdit operationes anime dicens, fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, &c. In his quidem dici potest, quod licet anima, & corpus non operentur, sed homo operetur, dicuntur tamen operari, quia sunt in eis principia operandi, vel potius ipsa sunt principia operandi, vt anima quidem non intelligit, sed est principium intelligendi, non concupiscit, sed est principium concupiscendi, dicitur tamen concupiscere, & intelligere, sed hoc de anima bene fiat, quod sit principium operandi, & ob hoc dicitur operari, sed de carne nihil tale videtur, quia caro non est principium agendi, cum caro sit materia, & materia non est principium motus, & quietis, sed ipsa forma quæ proprie vocatur natura. etiam quia anima dicitur principium omnium actionum compositi. quomodo ergo poterit esse, quod caro sit principium alicuius impossibile quidem est: Apostolus tamen dicit carnem concupiscere,

Quæ alio nes sunt suppositi, non autem soli, & quo.

Quare anima humana tripliciter videtur corpori: & scilicet, quod diuersimode videtur corpori, efficiunt in eo diuersas operationes.

scere, & habere quædam opera, & spiritum concupiscere, & habere alia opera, vel fructus, & omnes istæ concupiscentiæ dicuntur operationes, aut passiones compositi. Anima tamen dicitur principium concupiscentiarum omnium, quæ vocantur concupiscentiæ spiritus, & concupiscentiæ carnis, caro autem nullius concupiscentiæ, aut actionis principium est, sed dicitur principium, quia anima nostra rationalis, aut humana, vt melius dicatur, vnica est, & eadē est vegetatiua, & sensitua, & rationalis, vnitur tamen corpori nostro tripliciter secundum, quod dat perfectiones trium generum, aut modorum: nam per eadem sumus vegetabilia, vt planta: per eam rursus sumus sensitui, vt pecora, eadē etiam nos rationales efficit, quod ad homines solos est inter cetera animantia. Ideo necesse est, vt tribus modis vnatur nobis, vt triplices perfectiones det: secundum enim, quod dat nobis, vt vegetemur in toto corpore, est, quia totum corpus vegetatur, & hoc faciens digestionem in singulis membris, & applicans illis, atque assimilans, vt trahat in substantiam membri, sicut anima plantæ quæ solum vegetatur habet, quod sit in qua libet parte plantæ, licet anima nostra quæ est spiritualis substantia non sit coextensa toti corpori, sicut anima plantæ, quæ est aliquo modo quanta secundum quantitatem plantæ. Secundo modo vnitur corpori in quantum dat nobis secundam perfectionem, quæ est sensituos esse, vt pecudes: secundum ergo, quod operationes animales sunt in pluribus partibus, coniuncta est, cum qualibet res ibi est vbi operatur, habet autem anima secundum, quod est sensitua, vel animalis vim, sensitiuam, & si magis perfecta est, habet vim motiuam, & cum magis perfecta habet augmentum plurium virium, scilicet potentias quinque sensitivas exteriores, & potestas sensitivas interiores, quæ sunt alia quinque, & vim motiuam, & vim affectiuam ad quam passiones pertinent, scilicet in irascibili, & in concupiscibili: anima autem secundum, quod sensitua est non vnitur pluribus partibus quam vnitur istæ potentia: nam potentia motiua non est in toto corpore, sed in quibusdam partibus, sicut in partibus musculosis, & nervosis. vis autē auditua in certa parte corporis est, scilicet in organo auditus, & sic de visiva, & ceteris. vires autem interiores sensitivæ quæ sunt in cerebro eodem modo determinat sibi certam partem corporis, sicut cerebrum sola vis tactiua est quæ per totum corpus diffunditur in nervo ramificato, quod est organum tactus. vires autē affectivæ, irascibilis, & concupiscibilis, habent certa loca determinata, sicut hepatis, & cor, & similia membra, ita quod ad amandum, vel irascendum sit motus in istis, & non sit motus in pedibus, aut capite, vel manibus, & sic de ceteris membris corporis. anima autem rationalis secundum, quod rationalis, licet quantum ad substantiam eadem sit in nobis cum omnibus superioribus, tamen vnitur corpori solum quantum ad phantasmata: nam non determinat sibi aliquod organum ad operandum secundum, quod auditiva auditum, & visiva oculos, & sic de ceteris, licet præsupponat actus istarum potentiarum, sed solum requirit actualem conuersionem super phantasmata, sine quibus intelligere non potest, vt declarauimus Exodi 32. cap. Et ob hoc ponebat Commentator vnitate intellectus agentis dicens, quod ille vniebatur cui libet homini per phantasmata, & quoniam vniebatur phantasmatis vnus intelligebat ille, & quando vniebatur phantasmatis alterius intelligebat alius. Qualiter autē hoc factum sit, non est præsentis speculationis. Anima autem secundum, quod diuersimode vnitur corpori, ita efficit in eo diuersas operationes, & quia vnitur, vt vegetatiua, & vt sensitua, & vt rationalis, necesse est, vt diuersas operationes habeat, quando tamen anima distinguitur contra corpus, accipitur prout est separata

A ta a corpore, non quidem secundum essentiam, sicut sit extra corpus, sed quia non est alligata alicui operationi organice, sicut operetur per organa, aut in operando consequitur conditionem organorum. Anima autem secundum, quod est vegetatiua est alligata toti carni, quia tota caro vegetatur, & secundum, quod sensitua est infixa maiori parti corporis, ideo indicatur idem cum carne, & omnes operationes, quantum anima est principium vt alligata toti carni, vegetando, aut maiori parti corporis sensitiuum faciendo, vocantur operationes carnis, vel desideria carnis. operationes autem, quarum ipsa anima, vt non alligata partibus corporis est principium, sicut quantum rationales, vocantur operationes spiritus vel concupiscentiæ spiritus, & tunc stat dictum Apostoli, sicut caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, idest, quod anima est principium quarundam concupiscentiarum quæ sunt contra concupiscentiis carnis, idest concupiscentiis, quarum ipsa anima est principium, vt est infixa carni, sicut quantum sensitua, & habens vim irascibilem, & concupiscibilem: nam anima secundum, quod rationalis, desiderat verum bonum, & contemplationem, atque abstractionem ab his omnibus inferioribus, sed caro concupiscit aduersus spiritum, idest anima infixa partibus carneis, irascibili, & concupiscibili desiderat aduersus ea, quæ determinata sunt per rationem, quia per rationem, & voluntatem rationalem quæ est potentia anime volumus contemplari, & Deum super omnia diligere. secundum concupiscibilem inclinamur ad fornicandum, & diligendum ea quæ huius seculi sunt magis quam Deum. eadem ergo anima contra se concupiscit, & non concupiscit: caro contra spiritum, quia ipsa secundum, quod non alligata organo, sicut quantum est rationalis, est principium concupiscendi opposita eis, quorum principium concupiscendi est in quantum est alligata membris, quantum ad vim concupiscibilem, & irascibilem, & hoc modo intelligi oportet dictum Apostoli, ad Galat. sicut spiritus concupiscit aduersus carnem, &c. sic ergo dicitur hic. *Quæcunque desiderat anima tua.* Idest comedas de omnibus illis quæ concupiscis, cuius concupiscentiæ principium est anima tua, non quidem in quantum est absoluta ab organo, & partibus corporis, sed in quantum est sensitua habens partem affectiuam, sicut concupiscibilem, & irascibilem. *Locus autem quem elegerit dominus Deus tuus sit procul.* Erat Dei statutum, vt si quis vellet occidere aliquod pecus, adduceret ad ostium tabernaculi, vt sacerdos immolaret illud domino, sicut sanguinem eius, & adipes: nam adipes erat domini iure perpetuo, vt patet Leuit. 3. cap. si autem locus esset distans, non poterat hoc compleri, quia non possent pecora adduci in locum Sanctuarij, ideo fiebat quod sequitur. *Occides de armentis tuis, & pecoribus.* Vocantur armenta magna animalia, vt boues, pecora vocantur hic parua, vt capre, & oves, & de istis licebat immolari, & poterat occidere ipse qui habebat ea, & comedere in quocunque loco vellet. *Sicut præcepit tibi.* Supra hoc mandauit in isto cap. *Sicut comeditur capra, & ceruus: ita vesceris eis.* Idest, sicut capra, & ceruus sunt animalia immunda ad offerendum, & ideo effuso sanguine, & nulla alia solennitate præmissa comedi possunt: ita animalia quæcunque volueris poteris comedere in oppidis tuis, sine aliquibus caeremonijs præpositis. *Mundus & immundus.* Immundi fiebant per tactum mortui, vel animalium mortuorum, siue mulieris menstruatae, & in fluxu sanguinis, vel feminis, & multis alijs modis, de quibus Leuit. 11. 12. 14. 15. cap. *In commine vescentur, hoc solum carne me sanguinem comedas.* Idest quilibet poterit comedere de carnibus istis communiter, siue mundus, siue immundus, nec est in hoc aliqua differentia, de carnibus autem hostiarum

fiatum nullus comedere poterat, nisi mundus, vt pater Leui. 6. & 22. cap. & qui immundus esset, & scienter comedebat de sanctificatis, moriebatur, vt patet Leui. 7. cap. Sanguis eorum pro anima est. Anima enim sedet in sanguine, quia anima vnitur corpori secundum quamdam harmoniam repertam in corpore, & ista est precipue in calido, & humido, quae sunt principia viuendi, ideo dicimus calorem naturalē, & humidum radicale vitam conseruare. Et ista duo reperiuntur in sanguine magis quam in alio humore, ideo sanguis dicitur sedes animae: animam autem comedere velle horribile est, ideo nec sanguinem comedere debent, quia in pecoribus sanguis loco animae est. Ratio autem potissima quare sanguinem non comedebant erat, quia omnis sanguis est ad expandendum peccata, vt patet Leui. 17. & tangit eam Apostolus ad Hebr. 9. cap. Itaque non debes comedere animam cum carnibus.

An valeat consequentia de qua in litera, de esu sanguinis. Quest. XII.

Satis vult ista consequentia, scilicet horribile est comedere animam alicuius rei, cum sit principium essendi, & viuendi, sed sanguis in animalibus est loco animae quantum ad bruta. ergo non debet comedi sanguis, & caro, quia tunc comedere retur anima cum carnibus, quod horribile est. anima autem in pecoribus comedi non potest, quia non est in eis anima aliquid quod est, sed aliquid quod est ipsi animal, & per se non est ipsa anima pecorum ens, ideo deficiente illa harmonia secundum quam manebat anima iam non erit aliquid illa anima, sed non est sic de anima nostra, quia non deficit mox, vt homo moritur, immo ipsa anima humana immortalis est, & licet in corpore sit, vt pars speciei, & non sit suppositum, deficiente homine ipsa est suppositum, & hoc aliquid, & habet actus quos ipsa agere dicitur, sicut homo ante agere dicebatur, non ergo dicitur sic de homine, sicut de pecoribus, quia sanguis in homine pro anima esse non potest, cum anima maneat. in pecoribus autem sanguis pro anima est. Sed super terram funde quasi aquam. Hic manet adhuc sanguis in officio suo, nam cum sanguis sit loco animae ad expandendum est. cum autem super terram funditur, & non comeditur propter mandatum Dei, sit ei sacrificium de ipso sanguine, sicut cum funditur ad basem altaris in ceteris sacrificijs, & non concrementur, sicut ceterae carnes, sed solis cornibus altaris tinctis cum sanguine illo, reliquus sanguis ad basem funditur, & hoc generaliter erat in holocaustis, vt patet Leui. 1. c. & in victimis pacificis, vt patet Leui. 3. in victimis autem pro peccato interdum inferebatur sanguis in tabernaculum, vt aspergeretur coram sancto sanctorum, vt pro peccato summi sacerdotis, vt patet Leui. 4. ca. & ibi de peccato totius populi, & peccato principis, interdum autem sanguis iste partim aspergebatur intra sancta sanctorum contra arcam, & tingebantur cornua altaris thimiamatum, quod erat intra tabernaculum, de asperione sanguinis contra arcam patet Leui. 16. c. quia hoc erat in die propitiationis solum, & nunquam in alio die, vel tempore anni intrabat sacerdos magnus in sancta sanctorum: est autem iste dies propitiationis decimus dies Septembris, vt patet Leui. 23. c. de tinctione cornuum altaris thimiamatum in sanguine patet infra 30. c. Funde quasi aquam. Id est totaliter funde non retinendo aliquid de illo, quia tibi inutilis est, & in hoc magnam cultum Deo exhibes eius parendo praecipis. Vt bene sit tibi, & filiis tuis postea. Quia patres bene agentes non solum merentur sibi misericordiam Dei, sed etiam filijs suis. Cum feceris quod placet in conspectu domini. Id est prosperaberis facien-

do precepta Dei. Quae autem sanctificaueris, & voveris domino. Id est illa quae per votum sanctificaueris domino: proprie sanctificata est ad Dei cultum applicare, animalia autem quae voverunt applicantur domino, quia ei offerri debent, nec alicui licet comedere illa. Sanctificatum aliquid dicitur cum diuino cultui applicatur, siue illud sit tempus, sicut dicimus diem sabbati sanctificatum, vt patet Exodi. 20. cap. quia ad cultum eius separari debet, sicut in illo die non vacaret homo mundanis negocijs, sed ad Dei contemplationem reseruaret: sanctificatur etiam res inanimata, vt res sacrae quae ad solius Dei cultum, & nullo modo in usus humanos conuertenda sunt, & isto modo vocatur tabernaculum sanctum, & sancta sanctorum, & Sanctuarium vt patet in multis locis, etiam ipsum vnguentum quo vngebantur sacerdotes, & ea quae in templo erant, si omnia vasa tabernaculi, & thimiamata, quod adolebatur coram Domino in altari aureo thimiamatum, sanctum vocatur, & sanctum sanctorum, vt patet Exodi 30. cap. sanctificatur etiam res animatae, vt pecora, sicut sunt primogenita, de quibus dicitur Exodi 13. ca. sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam tam in hominibus quam in iumentis: sicut autem ista ex lege sanctificata sunt, ita alia ex voluntate sanctificantur, & ista sunt quae domino vouemus, quia per hoc iuri nostro subtrahimus, & cultui diuino applicamus, & potest aliquis sanctificare rem inanimatam, vt domum, vel agrum, & tunc dabatur pro eo certum precium, quod constitutum est Leui. 27. c. & redibat ager vel domus ad eum qui vouerat. aliquando vouebant res brutae immolabiles, vt boues, oues, capras, & tunc, si ista animalia munda erant talia qualia immolari possent, non poterant redimi, nec commutari, sed si aliquis conaretur commutare animal, quod vouerat pro alio, tam ipsum, quam commutabatur, quam id pro quo commutabatur consecrabatur domino, vt patet Leui. 27. cap. & ibi ponuntur aliae multae regulae de votis, & precijs redemptionis votorum, & quid faciendum esset si animal esset immundum, vel ineptum ad immolandum. hic autem solum loquitur scriptura, quando vouebantur animalia, quae immolari possent, quia tunc ferenda erant in locum Sanctuarij, si autem esset res inanimata, redimebatur, vt supra dictum est. Venies ad locum quem elegerit Deus, & offeres. Si tamen locus multum distaret a loco Sanctuarij, poterant primogenita pecorum, vel ea quae vouerant vendere, siue comedere, & precium eorum afferre in locum Sanctuarij, sicut dicitur de decimis infra 14. c. Carnes, & sanguinem super altare Domini Dei tui. De sanguine hostiae vngebatur cornua altaris, & reliquus fundebatur ad basim, vt patet Leui. 3. cap. carnes autem cremabantur super altare, sed aliter in holocaustis, aliter in pacificis, aliter pro peccato, vt supra distinximus. Sanguinem hostiarum fundes in altari. Id est ad basim altaris, & non supra. Carnibus autem ipse vesceris. Ex hoc patet, quod iste erant hostiae pacificae, quia de holocaustis, siue pro peccato nihil comedit offerens, vt patet Leui. 1. & 6. cap. de istis pacificis comedit offerens omnes carnes detracto adipe cum renibus, siue lumbis, ad Dei incensum in altari, & armo dextro, & pectusculo ad ius sacerdotum, vt patet Leui. 3. & 7. cap. Cum autem dicitur hic de sanguinis oblatione super altare, & de carnibus: non est intelligendum, quod fundereetur sanguis super altare, quia solum tingebantur cornua eius. 4. & fundebatur reliquus ad basim, sed dicitur fundi in altari, id est in circuitu altaris. semel autem solum fuit sanguis fusus super altare, sed tunc non erant datae leges de ritibus sacrificiorum, sicut quando fuit confirmatum pactum legis inter Deum, & Israel: nam cum occisi fuissent boues, & hirsi, vt ait Apostolus ad Hebr. 9. ca. & sanguis eorum receptus

Quae sanctificari poterant.

Animal immolabile dupliciter voueri poterat.

Cōclusio intenta, s. non colere idola.

receptus in crateris medietas sanguinis super altare fusus est, reliqua autem medietas cum aqua, & lana coccinea ad asperionem populi fuit: de his habetur Exo. 24. cap. ibi autem ratio fuit specialis, s. quare dimidia pars sanguinis fuisset in altari fusa. Quod autem dicitur hic de carnibus, quod ipse comedere debebat offerens, sed in quadam distinguitur, quia aut erant carnes animalium immolatorum, vt hostiae pacificae, aut haec animalia, vt vota immolabantur, si autem essent animalia habentia carnes in pacifico sacrificio oblatas, pertinebant ad ipsos offerentes quaedam partes eorum, sicut de terminatur Leui. 3. & 7. atque 8. capit. si autem essent animalia ex voto data, non poterant carnes eorum comedi ab ipsis immolantibus, siue offerentibus ea, quia ista pertinebant ad iura sacerdotalia, vt patet Numer. 18. cap. ista distinctio vera est, sed non conuenit ad praesens: nam hic dicitur de votis, s. quae autem sanctificaueris, & voveris domino, & c. ideo dicendum, quod aliquod animal immolabile poterat dupliciter voueri. Vno modo, quod voueretur simpliciter, s. dicendo ego voueo istud animal Deo, & tunc per votum totaliter abdicabat a se ouem, aut bouem, vel aliud animal, quod vouebat, & transibat in ius sacerdotum, vt patet Numeri 18. c. cum omnia vota ad eos pertinerent. si autem votum est cum determinatione, vt si dicitur ego voueo facere Deo hostiam pacificam de vno ariete, vel boue, tunc ex eo quod vouerat, tenebatur facere illud sacrificium, tamen remanebat sibi potestas comedendi de animali immolato secundum partem determinatam ei a lege. tantum enim nunc comedere poterat vouens de animali sic immolato, sicut si immolasset illud in hostias pacificas, & non vouisset, quia quando vouit istam conditionem sibi reseruauit, s. vt offerret illud animal itaque hostias pacificas, & sic stat hic litera, quod de voto comedere quis possit. Obserua, & audi. Hic ponit conclusionem intentam, s. non colere idola, quia omnia supradicta sunt de modo colendi Deum, cui maxime repugnat idolatria. Obserua, & audi. Ponuntur ista verba duo, quia vnum notat attentionem, & aliud notat consensum, s. obserua, id est diligenter attende quae dico. Et audi. Id est exaudi, s. consentiendo, quia alias auditio nihil prodest, cum non sequetur exauditio. Quae praecipio tibi. Frequenter repetit ista Moyses, quia sciebat istum populum pigrum ad obediendum mandatis Dei, & exequendum ea, ideo oportebat eum crebro mone-ri, vt diligenter aduertat. Vt bene sit tibi, & filiis tuis post te in sempiternum. Id est si tu audis mandata Dei, & opere compleris, dominus dabit tibi vitam, & prosperitatem omnium bonorum temporalium, & non solum tibi, sed etiam filijs tuis meritis tuis, quia cum patres sunt boni, Deus propter eos miseretur filijs usque in mille generationes, siue usque milia, vt patet supra 5. cap. & Exodi. 34. in sempiternum. Ponitur hic sempiternum secundum, quod aliis in sacra Scriptura ponit consueuit, s. pro magno tempore, non tamen pro vita aeterna, quia pater quantumcunque bonus sit, nunquam meretur pro filio vitam aeternam, nisi cum filius bonus est, & tunc ipse pro se meretur. indirecte tamen potest mereri pater pro filio vitam aeternam, quia per bona opera sua promeretur, vt Deus dirigat filium eius in viam salutis aeternae. Cum feceris, quod bonum est, placitum in conspectu Domini Dei tui. Id est, quod faciendo ea quae coram Deo placita sunt promeremur pro nobis, & filijs nostris bonum, bonum autem, & placitum idem est alicubi, namque placitum, & bonum non sunt idem, quia non amamus semper ea quae sunt bona simpliciter, sed quae videntur nobis, vt patet in principio 8. Ethicorum. Deus autem qui regula aeterna est, & non deficit ab eo, quod secundum se est verum, & bonum, semper vult id, quod esse

fecundum se bonum, ideo bonum, & placitum coram eo idem sunt. Cum disperderit dominus Deus tuus. Hic ponitur tentio completionis horum preceptorum, scilicet postquam ingressi essent in terram possessionis, & gentes destructae essent ipsis composita pace quiescentibus. Ante faciem gentes. Id est, quod faciet eas non posse stare ante faciem tuam, quia dato, quod illa gentes pugnarent interdum cum Israelitis, tamen confestim terga vertentes agebantur in fugam, & hoc forte, quia crabrones estugabant de quibus dicitur Exodi 23. capitu. Ad quas ingrederis possidendas. Id est quarum terram possidere debes, quia ipsas gentes nullo modo possidere poterant, scilicet nec faciendo eas tributarias, nec subiciendo in seruitutem, quia nullum foedus licitum erat cum eis, vt patet Exodi 23. & 34. & infra 20. cap. Et possederis atque habitaueris in terra earum. id est, quod expuleris gentes, & acceperis terram eorum, & pacifice possederis. Caue ne imiteris eas. Colendo idola, sicut ipse coluerunt. Et requiras caeremonias earum. Scilicet inquirendo quales ritus habuerunt gentes illae in colendo Deos suos, ideo non erat licitum Iudaeis tunc legere aliquos gentilium libros continentes Deorum caeremonias, nobis autem licet, quia non est occasio idolatrando in nobis sicut in eis erat. Item quia oportet habere testimonium ex his quae foris sunt, ideo beatus Paulus arguens contra Philosophos Athenienses vsus est auctoritate poetarum, & sapientum testimonijs vtrius. Postquam fuerunt te introeunte subuersae. Id est postquam tu intraueris, & possederis terram Chanaan, ipsae gentes, quae ante possidebant iam non erunt, cum necesse sit prius te delere eas, quam teneas terram earum, destruetis eis cum eam tenueris non debes inquirere caeremonias earum, scilicet qualiter ille gentes coluerunt Deos suos, scilicet, quod quaererent ab alijs gentibus vicinis, vel in libris gentium, quas deleuerant. neutro enim modorum horum facere debebant. Quod autem ipsi inquirerent caeremonias gentium, quae fuerant in terra illa, videbatur esse, quia gentiles putabant quamlibet terram Deum suum habere, & quemlibet Deum determinatas caeremonias cultus, & quando non obseruabantur in terra illa caeremoniae Dei illius, putabant gentiles ob hoc euenire omnes plagas quae eueniebant, sicut patet de his quos rex Assyriorum adduxerat de terra sua, vt habitarent in vrbibus Samariae, quas expolauerat Iudaeis cultoribus terrae illius, & cum isti gentiles cepissent habitare in terra Samariae, non timebant Deum verum: ideo misit in eos Leones qui occidebant eos, & tunc nunciatum fuit regi Assyriorum in hunc modum, gentes quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariae, ignorabant legitima Dei terrae, & immisit in eos dominus Leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terrae. & sic verbat Deus verus, qui erat Deus Hebraeorum, ne Iudaei expulsi Chanaan de terra, putarent illam terram habere certos Deos, qui determinaret sibi certas caeremonias, quas teneretur facere habitatores terrae si vellent in pace viuere, sed quod ipsum solum tantum Deum verum timerent, & a nullo alio formidarent. ad hoc autem vehementer prompti erant Israelitae, ideo verat eis Deus ne aliquando talia inquirant, sic dicitur eis Hierem. 10. cap. iuxta vias gentium nolite discere, & a signis caeli nolite metuere: ad idem ad monet eos Leui. 18. cap. ne sequantur caeremonias accolarum terrae, quia sicut terra euomuit illas propter peccata sua, ita euomet Iudgos, nisi obseruent mandata Dei, quando talia egerint, qualia ille gentes quae ante habitauerunt in terra. Sicut coluerunt gentes ista Deos suos, ita ego colam. Potest esse

Tps cōple tionis ho rum prece ptorum.

Duplex h
terg expo
sicio.

esse duplex s'fus.vno modo, sicut ipse coluerit Deos suos Baalin, Astaroth, &c. ita ego colā Baalin, & Astaroth, vel sicut ipse coluerunt Deos suos per tales caeremonias, ita ego per eadem colam Deum meum, & hoc magis consonat superioribus, quia dicebatur, quod non requirerent caeremonias gentilium, & inferiori, quia dicitur non facietis sic domino Deo vestro. Omnes abominaciones quas aduersatur dominus. Idest quas odio habet.

Fecerunt. Quia daemones a Deo permiffi quantum potuerunt gentes a vero Dei cultu abstraxerunt per quasdā vanas superstitiones, ideo Deus odio habebat istas caeremonias. Abominaciones operati sunt gentiles in terra illa, quae displicebant in oculis Domini, colendo valde obfcene Deos suos, & ab omnibus istis abominationibus mandat Deus Iudeos cauere: magna enim abominatio est, quod eo relicto alius Deus colatur, qui non est Deus, ideo non licebat Iudeis relinquere Deum suum, & colere Deum alium mutando novos Deos, & de hoc conqueritur Deus per Hier. cap. 1. dicens transite in insulas Cethin, & in cedar mittite, & considerate vehementer, & videre si factū est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt dii, populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. obstupescite coeli super hoc, & porte eius desolamini dicit dominus. Alia abominatio est Deo, quod ipse colatur cum alijs dijs: nam ipse est verus Deus, atque bonum summum. dii autem gentium aut daemones sunt, aut nihil sunt, quod ergo comparatur aliqua creatura, & aliquando illa quae est vilissima, Deo in honore, magna abominatio est, & istam abominationem faciebant Samaritani, quia Deū coeli timebant, & tamen quilibet Deum suum colebat, atque ei sacrificabat, vt patet 4. Regum 17. c. hoc autem Iudeis vehementer cauendum erat, ne cum Deo suo vero alium colerent: alia abominatio erat, quod Deus verus, qui summum honestum est, secundum turpissimas caeremonias gentilium Deorum coleretur: honestissimo namque Deo purissima oblatio conuenit, & hoc volebant facere quidam Iudaei: nam parabant caeremonias debitas fore diuersas terris diuersis, & quia nolebant totaliter praeruaricari, nolebant dimittere Deum suum pro alio Deo, tamen miscebant, vt vtrūque secundum eorum iudicium completerent, scilicet colebant Deum suum verum, ne viderentur eum deseruisse, & vt placarent Deos terrae illius, volebant immolare Deo suo secundum consuetudinem Deorum terrae illius, idest qui prius culti sunt in terra illa. Deus autem abominatur hoc, quia sicut secundum veritatem ipse solus Deus est, ita ipse solus vult coli, & quia nullus potest statuere caeremonias debitas cultui Dei, nisi ipse Deus, ideo non debet coli secundum aliorum falsorum Deorum caeremonias, sed secundum caeremonias quas ipse statuerit, & hoc est, quod vetat hic dicens. non facietis sic domino Deo vestro, idest non coletis eum eo modo quo coluerit gentes istae Deos suos. commiserunt peccata valde graua, vt patet infra quia aliqui coluerunt Deos immolantes eis filios suos, vt erat quantum ad Deos Samaritanorum qui erant de Sapharnain, scilicet ad Ramelech, & Anamalech dijs Sapharnain: committebant etiam peccata cum peccatis, & Sodomitica, & incestuosa, vt cū sororibus, & matribus, vt patet Leui. 18. cap. mille etiam turpitudines quae fiebant in alijs sacrificijs, vt in sacrificio priapi fiebant mille inhonestarum genera, scilicet demonstratio verendorum sacerdotis priapi, & deinde confluxum ad actum venerum: nam expletis sacrificijs quasi vocalibus priapi sequebantur sacrificia realia ipsius priapi, scilicet conuentus ad coeundum, siue sub locis frondosis, & obscuris, siue in locis subterraneis,

F & specubus, de quo creata fuit magna lues in Israel: nam priapus in abscondito celebrabatur, & conueniētibus multis exercebantur opera turpissima, ita vt mater regis Asa esset princeps eorum, qui colebant priapum, & vacabant illi operi nefario, vt patet 3. Reg. 15. multi quoque alij modi turpissimi obseruabantur in sacrificijs aliorum Deorum gentilium, cum quaeque gens pro sua capacitate turpitudinibus, & obscenis libidinibus abundaret. de his sacrificijs Marcus varro in libris sacrorum, & Ouidius in libris Factorum, & Augustinus in plerisque libris de ciuita. Dei: ideo dixit Deus, quod iste gentes fecerant omnes abominaciones in dijs, quia per omnem modum scelerum versabatur. *Fecerunt dijs suis offerentes filios suos, & filias comburentes igni.* De ista combustione aliquid diximus Leui. 20. ca. Erat enim magnum idolum, quem Iudaei Moloch vocant, idest regem, vel principem aliorum idolorū, & illud cupreum, vel alterius metalli, & incendebatur ex parte interiori quouique inflammaretur, tunc ponebant pueros teneros siue puellas in manibus illius idoli ardentis, psallentibus sacerdotibus in vasis musicis, & magna voce concinētibus, ne voces pueri morientis a parentibus audirentur, & tunc dicebant puerum a dijs ad aethera raptum, & haec erat daemorum gratissima oblatio, cum Deus illam maxime abhorreret. *Quod praecipio tibi hoc tantum facito.* Quia aliqui in cultu Dei volebant obseruare caeremonias scriptas in lege, & in super caeremonias quas obseruabant gentiles. *Nec addas quicquam.* In colendo Deum supra id, quod est in lege.

G Et si dicas contra, quia Christus dixit Luc. 10. capit. quicquid superogaueris ego veniens reddam tibi. in quo laudat, & promittit mercedem magnam his, qui super ea ad quae obligatur ex lege, aliquid boni operis supererogant. Respondetur, quod facere aliquid bonum supra legem sanctum est, sed facere supra legem aliquid quod est contra legem, hoc malum est, & prohibetur hic. *Nec minuas.* Faciendo minus quam mandat lex, de his dictum fuit late supra cap. 4. & ibi vide.

H An facere supra legem, idest opus supererogationis sit peccatum. *Quaest. XIII.*

CONSIDERANDVM autem est, quod facere supra legem est aliquando malum, & aliquando bonum, sicut est de actibus virtutis. nam virtutes sunt inter duo extrema, quorum quodlibet est vitiosum, quādo autem aliquis excedit a medio modicum, non dicitur male agere, quia medium in materia virtutis non ponitur indiuisibile, sed habens quandam latitudinem. Dum autem aliquis intra illam latitudinem est, adhuc non excedit medium, nec dicendus est malefacere. Et ob hoc contingit virtuosos viros inter se non consonare totaliter, quia medium, intra quod virtuosus sunt, latitudinem habet. si autem medium illud esset indiuisibile, necesse esset omnes virtuosos eadem, & totaliter similia facere. & isto modo dato, quod lex mandat aliquid, quod nos possumus facere plusquam mandat lex, & bene agemus, quia illud est intra latitudinem, vt pote si lex mandauit ieiunare vna die, & nos velimus ieiunare duobus, vel tribus, bene agimus, & valde meremur, nisi forte in lege vetitum sit aliquid eorum, quae nos agimus, vt si lex mandauit vna die ieiunari, & mandauit non ieiunari diebus dominicalibus: nos autem volumus ieiunare tribus non peccamus, quia non exceditur medium. si tamen in illis diebus velimus ieiunare diem Dominicam, peccamus, quia iam est extra medium cum sit contra mandatū legis. Si tamen aliquis tantum

K non sunt audiēdi falsi prophetae, aut qui somnium vidisse se dicat, & praedixerit signum atque portentum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi eam, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetae illius, aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum time, & mandata illius custodite, & audite vocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adheretis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret a domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis, vt errare te faceret de via qua tibi praecipit dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui.

L I surrexerit supra dictum fuit de modo diuinitatis, hic agitur de euitando, & destruendo idolatriae ritus, quia vnus oppositorum destructio alterius est confirmatio. Et ponuntur tria. primo ponitur pena Prophetae, vt fallat aliquid praedictis. Secundo ponitur sententia personae coniuncta in consanguinitate, vel affinitate ad idolatriam persuadētis ibi. *Si tibi voluerit persuadere.* Tertio ponitur destructio ciuitatis idolum colentis ibi. *Si audieris in vna urbium. Si surrexerit in medio tui Prophetes.* De modo prophetiae dictum fuit Nume. 12. c. & 22.

De quo Tropheta hic loquatur Moyses: Praeterea quot modis prophetia sine verius scientia de futuris haberi potest, & an omnis talis cognitio vere possit dici prophetia. Quaest. I.

A nos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetae illius, aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum time, & mandata illius custodite, & audite vocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adheretis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret a domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis, vt errare te faceret de via qua tibi praecipit dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui.

B I surrexerit supra dictum fuit de modo diuinitatis, hic agitur de euitando, & destruendo idolatriae ritus, quia vnus oppositorum destructio alterius est confirmatio. Et ponuntur tria. primo ponitur pena Prophetae, vt fallat aliquid praedictis. Secundo ponitur sententia personae coniuncta in consanguinitate, vel affinitate ad idolatriam persuadētis ibi. *Si tibi voluerit persuadere.* Tertio ponitur destructio ciuitatis idolum colentis ibi. *Si audieris in vna urbium. Si surrexerit in medio tui Prophetes.* De modo prophetiae dictum fuit Nume. 12. c. & 22.

De quo Tropheta hic loquatur Moyses: Praeterea quot modis prophetia sine verius scientia de futuris haberi potest, & an omnis talis cognitio vere possit dici prophetia. Quaest. I.

PROPHETA autem qui hic dicitur, malus est, vt patet ex fine, quia ad malum incitat, & ista prophetia est propheta iproprae dicta, quia omnis prophetia Spiritu sancto dictante fit, vt patet 2. Petri. c. 1. sed ista non est a Deo, vt communiter, potest tamen ista prophetia esse a Deo ad aliqd bonum, & ille qui suscipit eam ex malitia sua conuertit ad malum, vt Balaā qui a Deo reuelationes recipiebat, sed per eas contra Dei voluntatem facere nitentibus volendo maledicere Iudeis, vt patet Nu. 22. & 23. & 24. c. sic etiam de Caipha, quia Spiritu sancto locutus est, vt patet Jo. 1. c. sed verba illa ad malum intellectū retorfit, & Deus permittit istum deprauare verba sua ad tentandum gentem illam, vt patet j. sicut hereticos in Ecclesia permittit ad confirmandū sacram Scripturam, & vt nos cautiores redderet, & multa veritates notarent: si enim heretici non fuissent, tanta claritas non fuisset, & sapientia in Ecclesiasticis doctoribus, quia ocium ingenia enertaret, magni aut labores magna ingenia acuum. Poterat ista prophetia a Deo esse mediate, ita quod aliquis verus Propheta audiret aliqd a dño: deinde falsus Propheta audiret a vero Propheta ante alijs notum fieret, publicaret: & tunc adiungeret, quod ierent ad colēdos Deos alienos. Pōtiste Propheta a demone reuelationem recipere, & hoc dupliciter, quia aut demon istam cognitionem habuit diuina reuelatione, vel angelica, qua sepe multa demonibus reuelatur, vt profuit membris Christi saltem indirecte, & tunc est vera prophetia, quia est de supernaturaliter cognitis: aut illa sunt cognita a demone solo lumine naturali, vel per temporum experientias, & tunc non est

CONSIDERANDVM autem est, quod facere supra legem est aliquando malum, & aliquando bonum, sicut est de actibus virtutis. nam virtutes sunt inter duo extrema, quorum quodlibet est vitiosum, quādo autem aliquis excedit a medio modicum, non dicitur male agere, quia medium in materia virtutis non ponitur indiuisibile, sed habens quandam latitudinem. Dum autem aliquis intra illam latitudinem est, adhuc non excedit medium, nec dicendus est malefacere. Et ob hoc contingit virtuosos viros inter se non consonare totaliter, quia medium, intra quod virtuosus sunt, latitudinem habet. si autem medium illud esset indiuisibile, necesse esset omnes virtuosos eadem, & totaliter similia facere. & isto modo dato, quod lex mandat aliquid, quod nos possumus facere plusquam mandat lex, & bene agemus, quia illud est intra latitudinem, vt pote si lex mandauit ieiunare vna die, & nos velimus ieiunare duobus, vel tribus, bene agimus, & valde meremur, nisi forte in lege vetitum sit aliquid eorum, quae nos agimus, vt si lex mandauit vna die ieiunari, & mandauit non ieiunari diebus dominicalibus: nos autem volumus ieiunare tribus non peccamus, quia non exceditur medium. si tamen in illis diebus velimus ieiunare diem Dominicam, peccamus, quia iam est extra medium cum sit contra mandatū legis. Si tamen aliquis tantum

C A P. XIII.

S I surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & praedixerit signum atque portentum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi eam, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetae illius, aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum time, & mandata illius custodite, & audite vocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adheretis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret a domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis, vt errare te faceret de via qua tibi praecipit dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui.

Non sunt audiēdi falsi prophetae, aut qui somnium vidisse se dicat, & praedixerit signum atque portentum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi eam, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetae illius, aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum time, & mandata illius custodite, & audite vocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adheretis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret a domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis, vt errare te faceret de via qua tibi praecipit dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui.

est vere prophetia, quia ista naturaliter cognosci potuerunt: sic aliquando demon prædicit bellicas clades futuras, & locorum destructiones, quia aliquid intellexit ex motu cæli: aliquid autem ex his quæ homines moluntur, sed nondum ad publicum prodierunt, quæ tamen ipse quibusdam signis cognoscit, sicut ait beatus Antonius corrigens monachos suos contra demonum astutias, & habetur in vitis patrum. Quandoque demones aliquos de longinquo venientes cognoscunt, & in alijs remotis locis prædicunt eos tali die ad locum illum venturos, quasi res antequam fiant cognoverint. Quandoque ex re inchoata finem operis coniecturant, sicut si viderint magnas pluvias in Aethiopia esse, denunciat in Aegypto Nili magnam inundationem futuram, quia Nilus de Aethiopia per Aegyptum transit. hoc autem non ex aliqua divina cognitione, sed ex naturæ agilitate prædicit, quia subito quæ in diversis terrarum partibus fiunt, considerare potest. Contingit tamē, quod aliquando in his fallatur, quia causas ex quibus futura prænotificaverat, Deus aliofom vertit, & sic demonum falsitas demonstratur. Potest etiam aliquis homo per considerationem cursus astrorum aliqua futura perscrutari in tali certitudine, qualē Deus, & natura permittunt, & licet propheta non sit, videtur tamen alijs propheta, quia futura cognoscere solius Dei esse putant, non refert quocumque modo horum cognoscatur, dum tamē dicto suo malum finē nō adiungat. *Si surrexerit in medio tui Prophetes*. Id est de populo tuo, quia si aliquis gentilis aliqua futura eis prædiceret, semper putarent eum a demone susceptum, quanto magis adiungendo talem finem, quia semper suspectus esset, ideo sine bonum, sine malū diceret, non crederent ei. *Aut qui somnium se vidisse dicat*. Distinguit hic inter prophetam, & videntem somnium: propheta enim habent duos gradus, quia aliqui a Deo revelationem recipiunt in vigilia, aliqui in somnio, ut patet Num. 12. c. & in istis revelatione in vigilia clarior, & maior est, ideo hic vocatur solum propheta qui aliquid vigilans vidit, vel audivit a Deo: qui autem per somnium non vocatur propheta. In hoc autem non multum refert, quia siue aliquis audiat in vigilando, & videat, siue hoc in dormiendo pariat, si tamen intelligit id, quod representatur, & scit, quod a Deo fuit, ea quæ videt aut audit, propheta est: & patet, quia cognitio cæta in nobis de his, quæ naturaliter cognosci non possunt, sed supernaturaliter eleuatur prophetica est. Primo dicebatur, quod videns aliquid aut audiens, videat quod dicitur aut representatur intelligens illud, ut patet Dani. 10. c. cum dicitur intelligētia opus est in prophetia, siue in visione, ideo licet Pharo videt septem spicas, & septem vaccas pingues, & totidem spicas percussas vento vrēte, & vaccas macilentas, ut patet Gen. 41. c. & Nabuchodonosor qui in somnijs vidit statuas aureas, argenteas, æreas, ferreas atque fictilem, ut patet Dani. 2. c. & de alio somnio, scilicet de arbore magna in qua habitabant omnes aues, & sub ea conuersabantur omnes bestie terræ: nam hoc somnium non intellexit, iō quæ fuit a Damele, ut patet Dani. 4. c. idē patet de Balthasar qui vidit tres digitos: scribētes in pariete, & literam legere nesciuit, nec interpretationem eius inuestigare, ut patet Dani. 5. c. secundū est, quod ipse qui est propheta, quantum ad somnia cognoscatur illa somnia a Deo venisse: nam dicitur, quod aliquis videat aliquid somnium, cuius interpretationem cognoscatur, quia naturalē causam habeat, forte non vocatur propheta, sed naturalis inquisitor: nam sicut ipsum somnium causam a natura habet, ita & cognitio sua radicem naturaliter habet suæ cognitionis, quia sicut se habent res ad esse, ita se habent ad cognosci. Propheta autem solum vocatur illi, qui divina gratia veritatem aliquam supernaturaliter

lem, aut supernaturaliter cognoscunt, in his autem quod per nos ipsos speculando, aut demonum perspicacitate cognoscimus, licet omnibus alijs occulta sint, propheta dici non possumus: nam sicut nos naturaliter cognoscimus, ita & demones naturaliter solum cognoscunt, cum nihil nunc in verbo cognoscant, sicut ipsi Angeli beati, sunt tamē acutiores demones in naturali cognitione quā nos, quia demones omnia quæ naturalia sunt, cognoscunt, cum intellectus eius sit superior naturaliter ipsis rebus naturalibus, & non est in potentia ad illa, sed est in actu illorum, sicut nos in actu principiorum, & adhuc perfectius ipsi cognoscunt, & magis sine discursu ipsas naturales conclusiones quod nos naturæ principia. de his autem Exodi 23. c. dictū fuit, quod si ergo dicitur hic, quod aliquis dicit se vidisse somnium, nō est scius, quod dicit se solum somniasse aliquid, & cognoscere interpretationem eius, quia ex hoc non est immediate propheta, nec propter hoc iudicatur esse propheta, sed iste debebat dicere se vidisse somnium, id est, quod Deus ostenderat ei aliq̄ visionem in somnijs, & quod declaravit ei, quæ signabat illa visio, tunc enim propheta dici poterat, & habebant locum ea quæ in hoc c. continentur, quia poterat esse verus propheta, vel fallere populum inducēdo ad idolatriam, vel alia mala. *Et prædixerit signum*. Id est aliquod futurum quod signet eum verū dicere, vel a Deo dicere, & illud non sit valde mirabile, quia non prædicat magnum bonum, vel magnum malū. *Atque portentum*. Id est magnum mirabile, vel signum est aliquid quod cito venit, vel immediate monstratur, & dicitur signum, id est argumentum demonstrans veritatem dicti. sic cōuersio virgæ in colubrum vocatur proprie signum, quia dictis verbis per Aaron immediate fecit illud, ut veritas verborum demonstraretur. portenta vocantur quæ post futura prædicuntur, & dicuntur portenta quasi procul dēntia, id est de procul futura. *Et euenerit quod locutus est*. Quasi dicat, anteq̄ eueniat quod prædictum est, nullā certitudinis constantiam habet dictum propheta illius, sed si eueniat tunc aequaliter mouere posset audientes, & in vtrum dicto eius credant, vel non credant ex his quæ post adiungent, demonstrabitur. Nam si aliquid dixerit, & ad confirmationem illius aliquid signum futurum, vel portentum prædixerit, & euenerit signū vel portentum, & postea subiunxit aliquid malum, ex hoc malo quod subiunxit, patet, quod ille malus propheta sit, quia impossibile est, quod Deus mandet nobis colere Deos alienos, cum ipse hoc maxime detestetur, & zelet. Alia autem quæ iste propheta dixit, & fecit, ut quædam tentatio a Deo missa fuerunt, ideo tali propheta quantumcumque vera dicat, si talia mala subiungat assentiendum non est, cum constet hoc malum esse super omnem veritatem. si autē his factis, & dictis bonum aliquid subiunxerit, quod legi congruat, credendum est bonum esse talem prophetam, & a Deo missum, & tanquam veritatem dicenti assentiendum est ei. *Et dixerit tibi eamus, & sequamur Deos alienos*. Scilicet esse Deos, quia non demonstrauerunt tibi per magna signa potentie diuine, quod dii sunt, sicut ego tibi demonstravi, ideo me Deum esse cognoscis. *Non audies verba propheta illius*. Quia quæcumque signa faciat, ita constet, quod a demone loquatur, quia impossibile est totaliter, quod Deus mandet dimitti cultum suum, & coli demones, & alias creaturas. iudicabitur ergo, quod illud signum a demone, & non a Deo factum est, quia Deus non est confirmator falsitatis. Potest tamen contingere, quod propheta falsum dicat, & quod Deus miraculum faciat ad petitionem illius propheta, sed in hoc distinguendum est, quia aut propheta dixit aliquid verum admiscendo falsitatem, aut puram falsitatem dicit.

Demones sunt nobis acutiores in naturali cognitione.

Natio maior est prophetarum.

Deus non est falsitatis confirmator.

Propheta, & videns somnium differunt.

Si autem puram falsitatem dicat, impossibile est Deum illam falsitatem per miraculum confirmare: non quidem quia Deus impotens sit facere miraculum quādoeunque voluerit, sed quia fidelis est, & veritas est, & seipsum negare non potest, ut patet 2. Timot. 2. cap. si autem veritatem falsitati admixtam dicit, distinguendum: quia aut veritatem & falsitatem simul dicit ante operationem signi vel portenti: Aut primo dicit veritatem puram, deinde operatur miraculum, & post coniungit falsitatem.

Si primo modo, impossibile est, quod Deus ad confirmationem veri & falsi cōiunctorum mirabile operetur, quia seipsum negaret, ac si solum vel purum falsum confirmaret, quia admixtio veri & falsi est quædam copulatio quæ ad falsitatem vnius partis tota falsa est. Item sequeretur absurdissimum, scilicet quod non esset certum vtrum omnia, quæ Christus dixit, vera essent, cum ipse miraculis diuinis confirmauerit, si miraculum vel signum a Deo verum & falsum simul confirmare posset: quia cum nos contra infideles sic arguamus, Christus ad confirmationem legis euangelicæ signa fecit, quæ a solo Deo fieri possunt, ergo vera est, negaretur enim consequentia.

Et responderetur quod aliquando Deus per miraculum verum & falsum cōiunctum confirmat. Si autem accipiat secundum, scilicet quod prius propheta dicat puram veritatem, deinde operetur miraculum, post admisceat falsum, ut si diceret aliquis propheta, quod Deus iudicaturus esset in fine seculi omnes homines, deinde miraculo comprobaret, post diceret. Nunc ergo mandat vobis Deus, quod eatis ad colendum idola, & hoc modo propheta falsum dicens miraculum demonstrare posset: nec potest dici ex hoc, quod Deus falsitatem affirmat, quia miraculum solum respicit præcedentia immediate, & non subsequencia: quia si diceremus, quod factis signo semper veritas sequeretur, daremus quod ille propheta, nunquam amplius mentiri, vel errare posset: sed hoc falsum est. & nō est maior ratio, quod propheta mentiri posset magno tempore post signum factum quā immediate, cum signum solum ad præcedentia referatur: si autem dicatur aliter, quod propheta diceret aliquibus sic, Deus demonstrabit vobis nunc tale miraculum, ut credatis eis quæ dicam vobis, oportebit quod miraculum ad futura respiciat. respondetur quod prophetie nunquam consueverunt sic fieri, sed quod verba proponantur, & miraculum subsequatur, quia certior modus esse iste audientibus quā alius. Si autem talis modus prophetie daretur, tunc dico quod illud signum erat cōfirmatiuum illorum verborum, quæ immediate propheta ille diceret, & non omnium quæ diceret in tota vita, & tunc non posset ille propheta dicere nisi verum, quia Deus non permitteret eum dicere nisi verum, ne signum suum falsum esset. & sic habetur de Balaam cui Deus reuelabat, quod populo Israelitico benediceret: ipse autem conabatur si quo modo posset maledicere, ut patet Num. 23. cap. & 24. ideo dixit non possum aliud bonum, vel malum dicere, nisi quod dominus posuerit in ore meo. si autem daremus saltem per impossibile, quod ille propheta falsitatem diceret, & videretur facere aliqua signa quæ solum Deus facere posset, negandum esset, quod aliquid faciebat: sed diceremus quod maleficijs alpicentium oculos ludificarer: sicut patet de Antichristo qui falsissimè contra catholicam fidem proferebat, & videbatur confirmare illa per miracula, quæ solum Deus facere potest, ut mortuos suscitare, & similia, quæ omnia falsa erunt, & per solā iudificationem sensuum procedēt, ut ait Apostolus. 2. Thes. cap. 2. cuius aduentus erit secundum operationem Sa-

thane in omni virtute, signis, & prodigijs mendacibus. de his aequaliter dictum fuit supra quarto capitulo. *Quia tentat vos Deus vester*. Id est permittit talia circa vos fieri, ut per tentationes virtus appareat, quia virtus in infirmitate probatur. 2. Corin.

An Deus tentet homines, ut litera sonare videtur, & quomodo intelligitur dictum Iacobi, quod Deus intentator malorum est. Quæst. 11.

ALIIQVIS arguet contra hoc, quia dicitur quod Deus tentat homines. nam Iacobi primo dicitur, nemo cum tentatur dicat, quod a Deo tentatur, ipse enim neminem tentat. Deus enim malorum intentator non est: vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illeceus. Respondetur quod tentatio dicitur dupliciter, quædam est tentatio Dei, quædam vero hominum. i. quædam tentatio est contra Deum, quædam contra homines. tentatio contra Deum dicitur velle accipere experientiam circa aliquam rem quid Deus faciat in illa, ut si quisquam voluntarie exponat se periculo rogans, ut Deus liberet illum, & ideo se exponit, ut videat vtrum Deus liberabit eum, & sic quomodocumque quisquam vult accipere experientiam de aliquo pertinente ad voluntatem diuinam vel potentiam, scilicet volens scire vtrum Deus talem rem possit, & quomodo possit, & an velit eam facere, tentat Deum: quia querit experientiam de eo, de quo certus esse debebat, & repugnat tentatio Dei fidei existens quædam species infidelitatis: nam de eo quod quisque pro certissimo tenet, experientiam capere non desiderat. de hac tentatione diximus Exo. 16. & 17. cap.

Alia est tentatio contra hominem, & ista est triplex, quædam est quæ nihil aliud est, quā instigatio aut promotio hominis ad malum: alia est quæ est deiectio hominis directe in solam penā. Alia est quæ est eleuatio hominis ad maiorem excellentiam. Prima est tam in bonis quā in malis. Secunda etiam in eisdem. Tertia in solis bonis.

Primo modo dicitur tentatio qua aliquis allicitur directe ad malum, ut quod quis ad actum venere in instigetur, vel quod quis ad iram vel ad furtū, quia ista directe mala sunt, & tentatio isto primo modo est a nobis a principio intrinseco. i. quia in nobis sunt passionis ad libidinem, & iram, & furtum, & de hac loquitur directe Iacobus in auctoritate allegata, quod patet applicando eam. nemo cum tentatur. i. cum tentatur vel instigatur ad libidinem, vel irā, & similia quæ mala sunt, dicat quod a Deo tentatur. i. quod Deus dat ei illud desiderium, vel instigationē ad illud directe malum. & subdit ibi litera immediate causam, quare nullus debet dicere se tentari a Deo. i. Deus. n. malorum intentator nō est. i. Deus nunquā tentat hominem dando vel causando in eo desiderium ad mala, & istæ tentationes quas patimur, sunt quædam desideria incitantia ad malum, ergo nō debetis dicere, quod Deus tentat vos, quod aut sic intelligi debeat patet: quia ista litera solum dicitur hinc duos sensus. i. Deus intentator malorum non est. i. Deus nō tentat homines malos. vel Deus non tentat homines incitando eos ad malorum desiderium. Primus sensus stare non potest, quia si accipitur tentatio non pro ea quæ est ad peccatum, sed pro pena inflicta non solum irrogat bonis, sed et malis: imò malis magis supplicium irrogat quā bonis: necessario ergo manet alius sensus. i. quod accipitur pro desiderio rerum malarum. i. quod Deus malorum intentator non est, id est quod Deus nō tentat nos instigando, vel inclinando nos ad mala. Et patet, quod ista litera non recipiat, nisi duos istos sensus: quia fundatur tota ista sententia super illum genitium malorum,

Tentatio contra hominem est triplex.

Prima tentatio.

Aduentus Antichristi qualis erit.

Alph. Toft. super Deuter.

K

Jorum, & ille genitius solum potest signare duo: quia aut stat in masculis genere, & tunc signat malos homines, & sic stat primus sensus, scilicet quod Deus non est tentator malorum. i. non tentat malos homines Deus. & iste sensus improbatus non est: aut stat iste genitius malorum neutro genere, & tunc signat res malas, sicut nomen substantiuum, & sic stat secundus sensus, scilicet quod Deus non est tentator malorum, id est ad malas res, nam non potest exponi, quod Deus non est tentator malorum, id est malarum rerum, scilicet quod Deus non tentat malas res, quia cum impossibile sit ipsas res teteri, non dicitur, quod Deus non tentat malas res, quia superfluum esset dicere, sicut si diceretur Deus non comedit lapides; necesse est ergo illam manere sententiam.

Confirmatur etiam hoc clarissime ex ipsa litera Iacobi subsequenti, ipse enim, i. Deus neminem tentat, scilicet illiciendo ad mala desideria, quod sic intelligendum necessario est, quia si loquamur de omni tentatione falsum erit satis manifeste, cum saepe in sacra scriptura reperiamus, quod Deus multoties tentauerit homines, & declarat cum subdit, unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus, ecce qualiter concupiscentiam nostram dixit esse tentatricem nostri & non Deum. & sic declarauit se intellexisse de tentatione, quae est instigatio ad malum actum, nam actus isti ad quos inclinantur passiones mali sunt, quando nos eos tentationes vocamus; iste autem tentationes semper sunt a nobis, quia concupiscentia quae est principium intrinsecum nos allicit ad hoc & abstrahit a iudicio rationis, sicut ipse Iacob dixit, nec tamen tollitur ex hoc quin & ipsum exterius obiectum tentet, cum sit apprehensum sub ratione pulchri & boni, atque conferentis nobis, nam tentatio isto modo dicitur instigatio ad malum, sed ipsum obiectum quod exterius est instigat nos aliquid, ergo tentat. & sic si quis videat pulchritudinem, allicitur ad actus venereos: si viderit cibos bene conditos, allicitur ad sumendum eos qualitercunque, sed non computat Iacobus ipsum obiectum exterius tanquam tentans: quia illud nihil agit, nisi in virtute principij inclinari, si enim passiones quae sunt primum intrinsecum adsunt, & obiectum aliquid moueat, facilius celebrabitur actus, si tamen obiectum prius sit, & secundum totam suam virtutem moueat, passionibus non existentibus, vel contractis, non fiet motus, nec tentatio: sic patet de perfecte habitatis circa temperantiam, siue in tactu, siue in gustu, nam cum habitus perfectus sit, necesse est passiones esse domitas, vel expulsas, & quod per habitum quasi naturaliter inclinamur, cum habitus sit ex consuetudine, & consuetudo sic altera natura, ut patet per Arist. in 7. Ethico. & tunc licet talibus viris apponantur obiecta pulchra fruibilia secundum tactum, aut delectabilia secundum gustum: tamen non mouebuntur deficiente ipsa passione, nam motus passionis est magis necessarius, & fortior, quam motus obiecti, cum ipsa passio moueat ab intrinseco: obiectum vero ab extra mouet: quae autem intrinsecus sunt fortiora sunt. mouet autem bonum vel pulchrum extra apprehensum in ratione amati, & desiderati, mouet autem passio in ratione amantis & desiderantis: mouet etiam bonum extrinsecum in ratione obiecti & finis: mouet autem passio in ratione principij efficientis: motus ergo passionis fortior est quam motus obiecti, quia motus finis est intentio nalis: motus autem efficientis principij est realis: est ergo obiectum, ut adiuuans: sed non ut perfecte mouens, licet ab ipso principio motus sit: est autem passio ipsum motum causans, ideo licet obiectum prius interdum ad tentationem adiuuet, passio tamen est

ipsa quae tentat, Et isto modo loquendo manifestissimum est, quod dicebat Iacobus, scilicet quod Deus tentator malorum non est, & ipse neminem tentat, quia licet reperiamus quod Deus alicui penas infligerit, nunquam tamen legitur, nec poterit reperiri, quod aliquem virum incitauerit ad fornicandum, dando ei desiderium venereum, vel dando alia desideria turpia, quae necessario ad malum sunt eo modo, quod nos vocamus illa passiones, siue proprius tentationes. Secunda tentatio est, quae est delectio hominis directe in solam penam, licet indirecte, & secundum quod tentatio est, est occasio ad culpam, & isto modo omnes penarum inflictiones sunt tentationes, quia licet pena secundum se non sint malum culpe, sed potius sanatio culpe: sicut ait Aristot. in 2. Ethic. dicens penas esse medicinas quasdam interiorum, tamen sunt hominibus occasio malum faciendi, utpote quia aliquis propter penas, quas sustinet, peccata committit, ut penas illas euadat, sicut cum quis videns sibi mala imminere, & actualiter infligi, nisi Christum negauerit, dimittit fidem Christi, ut penas non subeat, vel quas sustinet euadat, & si non infligerentur ei istae penas, non negaret fidem Christi, fuerunt ergo ei istae penas occasio culpe, & sic si quispiam a proximo suo mala sustineat, prouocatur ad odium, & maledictiones quae mortalia peccata sunt: istae tamen penas interdum infliguntur ab eo, a quo infliguntur ad hoc, quod is cui infliguntur per eas in mortalia peccata prolabantur: & isto modo Deus nunquam tentat quemquam, quia Deus malorum tentator non est, id est nunquam hominem tentat irrogando aliquid, ut male agat, nam hoc iniustissimum est, quod de Deo concedere, aut cogitare nefas est, coincidit autem iste modus cum primo, scilicet quia sicut concupiscentia secundum se inclinatur ad talem actum, quae secundum se malus est, ita qui sic infligitur penas ad hoc infligitur, ut per eas homines agant id quod malum est: sed in hoc solo differentia est, quia concupiscentia ab intrinseco sunt: poenae autem ab extrinseco, & iste modus tentandi conuenit demonibus, qui inuident charitati nostrae, nec alium inquam tentandi modum tenent: & hoc modo Sathan percussit omnia bona Iob permittente Deo, & nonisime corpus eius, ut eum ad peccandum induceret, de quo Iob primo. & secundum ea, conuenit autem interdum iste modus hominibus, qui ex sola inuidia charitatis fraternae perturbant eos, ut in mortalia prolabi faciant, quod quidem immanissimum scelus est, & est in spiritu sanctum. nam nihil iam malitiae superest, cum quis charitati proximi sui tantum inuidet, cum ex solo desiderio destruendi charitatem eius eum frequentibus laesit iniurijs, atque contumelijs afficit. talis autem poenarum inflictio rectissime tentatio dicitur: aliquando autem poenae nobis infliguntur, & nobis malorum occasio sunt: & tamen non infliguntur ab his, a quibus infliguntur, ut peccatorum occasiones sunt, sed ex alia causa. Et tunc est differentia in illatione harum poenarum ad hoc, quod tentationes sunt. nam quaedam iuste infliguntur, quaedam vero nequiter: secundum autem quod poenae iustius infliguntur, minus habent de ratione tentationis, cum autem magis iniuste, magis tentationis naturam habent, cum maiorem ad male agendum occasionem praestent, quia cum homines penas iniuste patiuntur, magnus dolor eis est: cum vero iuste inferuntur equanimius tolerant, iuxta illud poeticum.

Quis modus tentandi conuenit demonibus.

Cum maiori gaudio quis debet tolerare penas cum iniuste patitur quam cum iuste.

Penas qui patitur quas non tolerare meretur. Tristior efficitur quam si merito pateretur.

Licet e contrario esse deberet: quia cum maiori gaudio daret aliquis tolerare cum iniuste patitur, cum iuste patitur quia

Tentatio.

Quis modus tentandi conuenit demonibus.

Cum maiori gaudio quis debet tolerare penas cum iniuste patitur quam cum iuste.

quia maiori honore dignus est, qui iniuste patitur, quam qui iuste. Sic enim clamauit Socra. cum Athenienses eum veneno necare publice vellent, & hoc vxor eius cognosceret plorans clamauit, o Domine mi, qui innocens moreris: ad quam Socra. tace inquit, quoniam melius innocentem quam nocentem mori. cum ergo alicui poenae iuste infliguntur, licet aliquis ex illis ad malum moueri possit, tamen non conuenit vocari tentationes, quia non mouetur aliquis rationabiliter ex talibus penis, cum promeruerit eas. Et si iste modus poenarum infligationum vocetur tentatio, dicemus quod Deus tentat nos, quia interdum per seipsum nobis poenas infligit in punitiorem scelertum nostrorum, ut patet Leui. 26. & Deuter. 28. & per totam scripturam sacram: etiam dicemus quod iusti iudices tentant nos, quia penas nobis iuste infligunt, per quas induci possumus ad malum, sed quia iuste infliguntur non debent cessare iudices ab inferendis eis, etiam si aliquod malum ipsi patienti sequeretur, utpote si diceret punitus se desperaturum, nisi poenae illae remitterentur, ei non deberet remitti, si talia crimina egisset, in quibus lex imponeret poenam: imbutis, quia alias destrueretur totus ordo politicus, qui praefertendus est bono vnus hominis, etiam si spirituales iudices hoc quod regunt, curare debent, quod autem aliquis desperet, quia infliguntur ei iuste poenae, a malitia eius est, cui non potest imponere legem, aut remedium ipse iudex, cum pertineat ad aliud superius principium, scilicet ad Deum qui gratiam apponit, vel non apponit: ideo iudex faciendo quod lex mandat, amplius curare non debet siue bonum, siue malum sequatur. Quando autem poenae iniuste irrogantur quantum ad eum qui irrogat, habet maiorem rationem tentationis, & qui sic irrogat non solum peccat, quia male agit, sed etiam quia mali occasio est, & hoc modo nunquam Deus tentat hominem, quia ipse nihil iniuste agit, permittit tamen nos illa pati, quia licet ipse qui agit iniuste agit, tamen ipse qui patitur, iniuste non patitur, sed valde iuste. nam si iuste non pateretur impossibile erat Deum permittere talia pati, quia tunc cessaret iustitia prouidentie: quicquid enim Deus permittit, iuste permittit.

Et si dicas quare ergo permittit, quod ille qui agit, agat iniuste? Respondetur quod Deus non permittit illum agere iniuste, quia id quod ipse agit iustum sit, cum inferat poenas tali homini, cui Deus inferendas esse iudicauit: agit tamen mala voluntate, cum non agat propter quod debet, aut qualiter debet, & sic de ceteris circumstantijs: hoc autem non potest Deus consentire, vel dissentire: quia agere mala voluntate, vel qualiter non oportet, non est aliquid posituum, circa quod Deus habeat causalitatem iustam vel iniustam, cum causalitas solum sit ad ens, ut declarauimus de hoc magis Exo. 23. cap. in ista tentatione quae est per irrogationem poenarum circa eundem actum numero, possunt esse plures radices maioris aut minoris reutationis, utpote si demon alicui homini suggerat percutere alterum, hic demon suggerit, homo percutit, Deus permittit: demon autem solum suggerit, ut iste qui percutit percutiendo male agat, & qui percutitur patiēdo charitatem perdat saltem affectus tēdio, aut iniurijs laesit: homo qui percutit, ideo percutit, ut viciscatur de vera iniuria, aut extimata: Deus qui idem permittit, ideo permittit, ut qui percutitur corrigatur, vel saltem malum culpe per ordinem poenae dirigatur, & hoc modo summa prouidentia res nostras omnes in bonum dirigit, nec tanta mala nos agere possumus, quanta ipse potest in bonum ordinare, cum sit proprium diu-

Alph. Tolt. super Deuter.

nitati ex malis ipsis bona elicere, ut declarat Boetius de consol. lib. 4. prola. 6. & hoc modo tota rerum vniuersitas in perfectissimo ordine perseverat, cum per illam summam potentiam, id quod malum creditur, in bonum dirigitur: atque ita bona sunt cuncta quae sunt. Accipitur tertio modo tentatio prout est poenae inflictio, quae est directe infligita ad maiorem excellentiam, & haec proprie ad Deum pertinet, qui nobis saepe angustias preparat, ut ad maiora bona eleuet: & sic dicitur quod tentauit Deus Abraham, ut patet Gen. 22. cap. scilicet, ut virtutem eius perfectiorē redderet per obedientiam duram, & eum cunctis gentibus notum faceret, virtum esse notabilem. & sic dicitur saepe in sacris scripturis, quod tentauit eos Deus, & inuenit dignos se, & quod tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Differt autem iste tertius modus tentationis a superioribus, quia poenae infliguntur modo superiori, a Deo non infliguntur ad tentandum, licet per accidens sint tentationes, sed infligebantur ad puniendum mala facta, etiam ea quae ab hominibus nobis infliguntur, Deus in penam malorum directio euenire permittit. Mala autem quae infliguntur nobis tertio modo, ideo infliguntur, ut meliores efficiamur, & non directe in penam alienius mali praeriti, sicut dolor ille quem sustinuit Abraham, & angustia tridua quando obeduit immolare filium suum, & vsque ad tertium diem ambulauit cum eo, quando vidit montem, in quo eum immolaturus erat, ut patet Gen. 22. cap. in his autem tribus diebus compassione vniuersi sui charissimi, quae illico occisurus erat, quantum angustiam pius ille pater Abraham tolerauit, vix intellectu concipi potest: sed haec angustia non ei directe in poenam alicuius peccati data est, sed dubium non sit eum in aliquo peccato tantam apud Deum angustiam meruisse, sed ad augmentum virtutis, & famae promulgationem: nam sic dixit textus, quod tentauit Deus Abraham, & non dixit puniuit, quasi pro aliquo reatu talis irrogaretur angustia. Nunc autem cum dicitur tentat vos Deus, non potest intelligi, quod ista tentatio pertineat ad primum modum, nam Deus malorum intentator non est: id est non tentat aliquem, ut male operetur. Et si arguas contra, quia iste Propheta malus male suadet, scilicet ut dimittant Deum suum, & sequantur deos alienos.

Ad hoc respondetur quod ista tentatio potest pertinere ad primum, vel secundum modum, prout quaedam poenae inflictio, & non potest accipi, quod ipsa dicitur esse a Deo tanquam volente nobis tales irrogare occasiones, ut deficiamus a charitate eius. Pro quo distinguendum, quia quando aliquis Propheta sic mendax veniret, & faceret signa, aut portenta secundum eum, qui supra declaratus est modum, aut populus peccauerat grauiter contra Deum, aut manebat in cultu Dei: si autem populus manebat in cultu Dei, & gratus erat illi, ista tentatio pertinebat ad tertium modum, scilicet quod Deus faciebat, ut virtus populi maior esset, qui talibus tentationibus restitisset, sicut angustia infligita Abraham, cum mandatum fuit ei, quod immolaret filium, erat ad virtutem eius augmentanda, quia talis erat Abraham, ut non esset tunc in aliquo graui peccato, pro quo specialiter talem angustiam meruisset, licet considerando generaliter satis Abraham illam poenam mereretur ex alijs negligentijs, vel peccatis. & tunc est sensus, Tentat vos Deus vester, ut palam fiat vrum diligatis eum, an non. Id est istud malum & occasio peccandi, quod illatum est: ideo Deus vester permisit, ut vobis eueniret, ut sic manifestaretur magis virtus vestra. s. q. amor vester ad eum esset cognitus, & maior efficeretur resistendo aduersitati: si au-

Motus passionis fortior est motu obiecti.

K 2 si au-

si autem Israelite grauius peccauissent contra Deum, quando ista egissent contra eos falsi Prophete, pertinebat ista tentatio ad secundum modum tentationis, scilicet, quod sicut in vindictam delictorum Deus eis penas alias immittitur erat, vt famem; hostem; & pestem, morbos, & similia: ita permittebat in eos occasionem male agendi dari, quia vt declarauimus late Exodi 4. & 9. cum diximus de modo, & causa obdurationis: Deus dat poenam hominibus p peccatis, & quanto maius peccatum est, tanto poena maior est, & si peccatum maximum, & poena erit maxima. Inter penas autem est differentia secundum magnitudinem: nam sicut quodlibet peccatum quantumcunque paruum habet magis de ratione mali quam poena quantumcunque sit; eo quod poena est mala secundum quid; peccatum autem est malum per se; ita quantumcunque aliqua poena magis accedit ad rationem, vel conditionem peccati, tanto peior: & quia poena corporalis nihil habet secundum se de culpa, vel de inclinatione ad culpam, si detur aliqua poena quae directe sit occasio culpae, licet ipse qui infligit, non infligat eam, vt sit occasio ad culpam, illa peior erit quam quae magis attendit ad conditionem peccati inter cetera, quae peccatum non sunt; nulla poena est maior inter eas quas Deus uiuentibus dat. Sic ergo occasio quaelibet alia ad peccandum licet non sit obstinatio, quia magis habet de ratione culpae, quam poena quaelibet corporalis, potest dari pro peccato, & non pro quolibet datur, sed pro magno, & hoc modo cum Iudaei infregissent pactum domini non contigentes aras gentium, & inientes cum eis federa, Deus dedit eis in penam, quod haberet occasionem ad peccandum, vt patet Iudi. 2. cap. cum dicitur. Angelus domini ascendit de Galgala ad locum flentium & ait: eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iuravi patribus vestris, & illicitum sum ne facerem irritum pactum meum uobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis sedus cum habitatoribus terrae huius in sempiternum, & aras eorum subuerteretis, & noluisistis audire uocem meam, quare haec fecistis? quamobrem nolui delere eas a facie uestra, vt habeatis hostes, & dii eorum sint uobis in ruinam. ecce qualiter pro pena peccati dedit eis occasionem peccandi, non quidem quod ideo ipse daret, vt peccarent, sed dedit in penam, per quod ipsi vere inclinarentur ad peccandum, & tunc est sensus literae huius, *Tentat uos Dominus Deus uester.* Idest quia peccastis contra eum tentat uos, idest permittit uos tentari: omnia namque quae Deus permittit ipse facere dicitur, & cum ipse permittebat, quod talis malus propheta ad uos ueniat ita fallens, dicitur tentare uos, & sic dicitur de omnibus alijs malis, quod ipse agat, quia nullum malum infligitur, quod ipse non permittat: ideo omnia illa facere dicitur, vt pater Amos. 3. cap. cum dicitur, si erit malum in ciuitate, & dominus non faciet, quasi dicat non, ita namque intelligi debet, vt patet ex his, quae procedunt in litera eiusdem prophetae. *An diligatis eum an non.* Idest sic notum fiet utrum diligatis eum, an non, cum uobis talis euenerit aduersitas.

Sed adhuc argues, quod non possit hoc intelligi de tentatione secundo modo dicta, sed necessario de tentatione tertio modo dicta: quia hic dicitur, quod tentat Deus istos, vt notum fiat utrum eum diligant, an non, ergo solum fit ad demonstrandum utrum Deum diligant, & non fit ad infligendum eis penas pro aliquo peccato, quod pertinebat ad secundum modum; uelle autem demonstrare

strare utrum aliquis Deum diligat, vel non diligat, ad tertium modum pertinet.

Respondetur, quod si solum fiet talis poenarum inflictio, vel talis pmissio Dei, vt innotesceret utrum diligerent, vel non diligerent Deum Israelitae, pertinet ad tertium modum tentationis. si uero notet consecutionem pertinet ad secundum modum, scilicet quod non dicatur, quod ideo tentat Deus, vt notum fiat utrum diligant eum, vel non: sed quod Deus tentat illos immittendo eis penas pro malis factis, & per illas penas illatas notum fiet utrum eum diligant, vel non: similis modus loquendi habetur Iudi. 2. cap. in fine, ubi ponuntur quaedam ad solam poenam maloꝝ factorum, tamen exprimuntur uerba similia istis, scilicet iratusq; est furor domini in Israel, & ait, quia iratum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & uocem meam audire contempsit, ego non delebo genes quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiat Israel utrum custodiant uiam domini, & ambulent in eam, sicut custodierunt patres eorum, an non. ecce qualiter in penam hanc manifestissime data sunt, quia Israel non custodierat pactum domini: tamen Deus dicit, quod ista fient, vt experiat utrum Israelitae custodiant pactum eius, an non: quia ut non tenetur ubi finaliter, sed confectione; ideo ad utrumque modum ista litera exponi potest, scilicet de tentatione secundo modo dicta, aut tertio modo. *Vt palam fiat utrum diligatis eum, an non.* Idest vt cognoscant alij in tribulationibus uestris, utrum diligatis eum, an non. & ut uos ipsi cognoscatis, quoniam homo seipsum non cognoscit, donec in aduersitatibus sibi ipsi innotescat: Deo autem nihil notum fit, quia ipse equaliter cognoscebat antequam fieret, sicut postquam factum est. *Dominum Deum uestrum sequimini eum, & ipsum timeate.* Colendo & exequendo eius praeccepta affirmatiua, & timeate ne faciatis contra eius praeccepta negatiua, quia per timorem Dei declinat a malo. *Mandata eius custodite.* Quae iam dicta sunt, *Et audite uocem eius.* Obediendi eius quae in futuro mandabit. *Ipsi seruietis.* In opere. *Ipsi adhaerebitis.* Corde. *Propheta autem ille.* Idest qui dicit se uidisse vel audisse in uigilia. *Aut sistor somniorum.* Qui dicit se per somnium a Deo recepisse. uocatur iste somniorum sistor qui subiungit in fine interpretationis somniorum, quod eant ad colendum deos alienos. nam si iste non fingeret somnia, sed uere a Deo recepisset, non incitaret homines ad malum per talia somnia, nam ista somnia solum erant ad suadendum populis, quod colerent Deos alienos, scilicet dicentes, quod uiderunt tale somnium, idest quod per noctem talem uisionem a Deo recepissent, in qua admonebatur, vt irent ad colendum Deos gentium, nam sicut boni per somnia bonos incitant, ita mali per falsa somnia bonos ad malum incitare conantur, de somnio bonorum pater. 2. Machab. 15. cap. quando Iudas Machabaeus contra Nicanorem pugnatus erat, & uidit in somnijs Oniam sacerdotem magnum iam defunctum, & Hieremiam prophetam, qui ei dedit gladium, in quo triumpharet de hostibus: qui autem a Deo mouentur, somnia non fingunt, & ipsa quae uera sunt, ad malum non subordinant, & sicut iste qui dixit esse colendos Deos alienos, & admonet hoc per somnium, est sistor somniorum, ita qui dicit Deos colendos, & admonet hoc per uisionem propheticam, non est uerus propheta, licet hic uocetur Propheta, quia ueri Prophete non possunt ueritates cum falsitatibus proferre, & utrumq; miraculorum testimonio confirmare: ideo tam pseudo Propheta quam somniorum commentator occidendus est. Interficietur si conuictus fuerit in iudicio talia dixisse, aut

Somniorum sistor quis uocetur.

se, aut ipse sponte confessus est. *Vt auerteret uos a Deo, qui eduxit uos de terra Aegypti.* Quasi dicat satis meretur mortem, quia magna iniquitas erat disturbare uos a uia Dei uestri, qui tanta beneficia uobis tribuerat. *Et auferes malum de medio tui.* Idest malum nocuum, quia possit alicui persuadere, quod iret ad colendos Deos alienos, nisi interficeretur. *Vel auferes malum.* Idest malum deforme, quia ualde est turpe vel deforme, quod aliquis ita malus maneat inter alios recte uiuentes.

Si tibi uoluerit persuadere frater tuus filius matris tuae, aut filius tuus, vel filia, siue uxor quae est in sinu tuo, aut amicus quem diligis, ut animam tuam, clam dicens: eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarum in circuitu gentium, quae iuxta vel procul sunt, ab initio usque ad finem terrae: non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, quia uoluit te abstrahere a domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis, ut & omnis Israel audiens timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam huius rei simile.

Poenae per sonae conuerti ad idolatriam periuadentis.

Si tibi uoluerit. Hic ponitur secundum. sc. poenam personae conuerti ad idolatriam persuadentis. *Frater tuus filius matris tuae.* Idest filius ex matre etiam ex patre. Filij enim uterini magis se diligere solent, ut patet de Ioseph, & Benjamin, ut patet Gen. 43. & 45. cap. *Aut filius tuus uel filia tua.* Ponit hic personam multum conuictam, quia has multum diligere solemus. si ergo has occidere debemus in tali casu, quanto magis alios extraneos? *Sine uxor quae est in sinu tuo.* Idest quae dormit inter brachia tua, quae uocatur uxor. *Aut amicus quem diligis, ut animam tuam.* Quia amicus est alter ipse, ut patet 9. Ethic. peramandus est, ut uita: sed in talibus sanctus est honorare ueritatem, scilicet ueritatem cultus diuini.

Utrum si pater sit occulte idolatra, uel haeresiarcha, & incitauerit filium suum ad idolatriam, siue ad aliquam damnatam heresim, teneatur filius patrem proderere, aut eum in fidei fauorem & deuestationem tanti criminis de huiusmodi delicto accusare. *Questio. 111.*

QUID de patre nam hic non fit mentio de patre aut matre, utrius si suaserint filijs suis colere deos alienos, debeant eos accusare ad mortem. Et dicit aliquis quod non solum filios & uxorem accusare & occidere tenemur in tali casu, sed etiam patrem & matrem, quia magis Deum diligere debemus quam patrem, sic enim Christus clamabat. si quis uult uenire post me, & non odit patrem, & matrem, & adhuc animam suam, non potest meus esse discipulus, odisse aut patrem, & matrem, & animam nostram est, quia omnem amorem quem ad parentes & cognatos nos ipsi gerimus, amori diuino postponamus Deum magis amando. cum ergo

Aph. Toit. super Deuter.

pater aut mater cultui diuino repugnauerint, uideatur quod occidendi sint.

Item sicut ait Aristot. in primo Ethico. cap. de idea platonica, propter ueritatem oportet etiam familiaria destruere, quia amico & ueritate existentibus sanctius est prehonore ueritatem: sed nulla maior est ueritas, quam ueritas diuini cultus. ergo cum pater, vel mater repugnant huic cultui, oportet destruere cum eis omnem familiaritatem, & negare paternitatem, facereque eis tanquam si parentes non essent. si autem parentes non essent, eos accusare atque occidere deberemus. ergo si repugnant cultui diuino, eos occidere debemus tanquam extraneos.

Item si filij non deberent accusare patrem & matrem ad idolatriam suadentes, hoc esset quia magis diligimus patrem, & matrem, quam alios homines, sed magis debemus diligere uxorem quam patrem, & matrem, & ipsam uxorem accusare debemus, si ad idolatriam nos incitat. ergo etiam erit de patre & matre. antecedens patet: nos debemus diligere animas nostras magis quam animas hominum aliorum, siue parentum, siue non parentum, & deinde magis corpora nostra, quam corpora omnium aliorum, sed corpus uxoris amare tenemur in eodem gradu, in quo corpus nostrum, ut patet ad Ephe. 5. cap. cum dicitur uiri diligere debent uxores suas, sicut corpora sua. ergo magis debent diligere uxores quam parentes suos. Etiam pater hoc, quia uir & uxor iam non sunt duo, sed una caro, ut ait Apostolus ad Ephe. eodem cap. sicut ergo unus homo seipsum diligit, quia habet ad se maximum amorem, ita debet diligere uxorem suam, quia iam est idem corpus cum illo. Etiam quia in eodem capit. dicit Apostolus, quod uiri diligant uxores suas, sicut Christus dilexit ecclesiam: sed amor Christi ad ecclesiam fuit maximus: nam pro ea mortuus est, & non est maior amor, quam ut unus pro alio moriatur, ut patet Ioan. 15. ca. scilicet maiorem hac charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: ergo maximus amor qui in istis rebus inferioribus haberi debet, est amor uiri ad uxorem: sed uxorem quis debet accusare & occidere, si nos ad idolatriam incitet. ergo a fortiori patrem & matrem cum minus debeant diligere: patet hic cum dicitur, aut uxor quae est in sinu tuo.

Item magis amat homo naturaliter filios, quam patrem, vel matrem, sed filios tanquam hostes accusare debemus, si nobis suaserint inclinari in idolatriam. ergo etiam patrem & matrem: antecedens patet per Aristot. in 8. Ethico. ubi post amorem, qui est hominis ad seipsum; nullus maior est, quam quod aliquis pater amet filium, uel mater filium: & est ratio quam ipse assignat ibi, prima quia patres diligunt filios suos tanquam particulas substantiae suae, quia filij quondam in partibus praesuerunt ante seminis emissionem: filij autem non diligunt patres tanquam aliquam partem sui, cum pater non sit pars filij, sed potius e contrario, ergo magis naturaliter amat pater filium quam filius patrem. Est autem alia ratio, quia ille magis diligit, qui magis cognoscit: sed magis cognoscunt parentes, qui sunt filij sui, quam filij, qui sunt parentes sui: ergo magis diligunt. Etiam quia patres non solum per certitudinem cognoscunt magis filios, quam filij patres, sed etiam maiori tempore: nam filij cognoscuntur a parentibus, ex quo nascuntur: tamen non cognoscunt ipsi parentes quousque magni sint, & ratione utentes: pater hoc per Aristot. in prologo libri Physicor. ubi dicit, quod ueri a principio omnes uiros patres uocant, & omnes foeminas matres: posterius autem determinant unum quodque. Etiam quia dum aliquis magis conuiuuit, & delectatur in aliquo,

T. 65. a.

K 3 qui

qui sunt actus amicorum tantomagis diligit eum, sed parentes coniuunt filijs suis a primordio ætatis, & delectantur in vagitu paruulorum, & alijs præludijs infantilibus: filij autem non coniuunt parentibus, quousque aequaliter sint intelligentes & delectentur in conuersione paterna & materna, ergo magis naturaliter diligunt patres filios quam filij patres, Et ex eisdem rationibus matres, magis amant filios quam patres, applicando ista ad matrem eo modo quo applicat Arist. in 8. Ethic. sed patres debent accusare filios suos ad mortē, si incitauerint præ ad idolatriam, vt pater hic, ergo filius a fortiori poterit accusare patrem & matrē, cum sollicitauerint eum ad idolatriā, Respondetur, quod licet pater vel mater filium, vel filiam ad colendos deos alienos incitarent, non poterant, nec debebant filij accusare patres de hoc, vel matres.

Et primo videtur hoc, quia cum litera ponat hic in isto casu, qui est specialis, quod vxor possit accusare virum, aut vir vxorem, & filios, & sic de alijs quos diligit, cum patres sint illi quos in maximo honore tenemus, si illos intelligi voluisset illos expressisset, cum de illis maius dubium, quam de omnibus alijs rationabiliter esse debeat, sed litera non expressit illos, ergo noluit de illis hoc intelligi. Item si ille qui ab alio sollicitabatur ad idolatriam, solum accusare deberet incitatore suum: satis quidem concedi potuisset in fauorem cultus diuini, quod filius accusaret patrem sollicitantem eum taliter, sed non ad hoc tenebatur sollicitatus ab alio solum, sed etiam debebat occidere ipsum sollicitatorem, vt pater infra cum dicitur, nec parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum, sed statim interficis: si primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum, lapidibus obrutus necabit. si ergo filius possit patrem aut matrem in huiusmodi crimine accusare, debebat etiā occidere: sed quod filius patrem occidat voluntarie ex quacumque occasione scelestissimum est, & penē nihil magis contra naturam, ergo non licebat, quod accusaret eum.

Item quia nihil magis honorabile est post Deum quam nomen patris & matris. nam Philosophus in 9. Ethic. parentes immediate post Deum posuit, scilicet dijs & parentibus non possumus retribuere aqua- litate, & hoc quia pōnē infinitum bonum est, quod a patre matreque recepimus. nam a patre & matre esse recepimus totum quod sumus, scilicet esse homines, huic autem bono non potest æqui parari aliquod bonum alterum quod ab aliquo alio inferiori agente p- stetur. nam etiam si aliquis nobis omnes terrarum nationes in nostra potestate subigeret, vel quodcumque alterum bonum quantumcumque magnum tribueret, non æquabitur beneficio paterno quod recepimus ab eo, quando nobis esse per generationem cō- municauit. Et hoc quia esse est prima pfectio & fundamentum omnium aliarum, cum sint alie bene esse. ergo ista maior est alia namque sine ista non sunt, ista etiam ceteris ablati est. In isto autē genere Deo etiam tenemur super omnia, nam magis operatur Deus ad generationem, quam operatur pater noster & mater, quia secundum primam regulam libri de calis, omnis causa prima magis influit in effectū quam causa secunda: Deus autem est causa prima, quia in coordinacione causarum naturalium concatenatarum, prima causa est Deus, secundum etiā ipsum philosophum restitutum, vt pater per Aristotel. in 2. meta. cum non sit procedendum in infinitum in causis, vt pater in primo metaphy. & in primo Ethic. cum ergo Deus sit causa prima, necesse est, vt tota virtus nature nascatur ab eo tanquam a

quodam fontali principio. Sicut si ab aliqua fonti scaturigine aqua erumpat, & postea per multa terrarum media fluat, & deriuetur in aliquem locum plantationum, causabit ibi vim germinatiuum, vel saltem faciet germinare, vt pater Ela. 5, ca. scilicet quod imber det semen serenti, & panem comedenti. ita ergo a Deo tota virtus influendi naturalis deriuabitur per concatenationem causarum subordinatarum, & necesse erit, vt deriuetur in ipsum effectum per medias causas, tanquam virtus agentis deriuatur ad id quod fit per instrumentum: causa namque secunde ad ipsam primam aliquo modo se habent, vt instrumentū ad principale agens, de quibus latius dictum fuit Exo, 23. cap. Cum autem pater sit causa vltima in concatenatione naturali, scilicet causa particularis; necesse est, vt tota virtus influendi in effectum quam habet, deriuetur ab ipso primo agente, qui est Deus. magis ergo Deus influet ad generationem alicuius hominis quam ipse pater, qui gignit, assimilans sibi genitum in specie. Et sic adhuc magis tenemur Deo de beneficio quod recepimus, in hoc quod accepimus esse, quam patri nostro.

Nulli tamen post Deum tantum tenemur, sicut patri nostro, magis namque ei tenemur quam angelis, & quam Apostolis, & quā beate Virginij Domine nostre, quia maius bonum ab ipso recipimus quā ab omnibus istis sub Deo, eorum quo omnis creatura contremiscit, & nullum nomen maioris reuerentia & honoris est, quam nomen paternum atque maternum. Quid ergo esset patrem aut matrem occidere aliud quam totam naturam destrueret non licet ergo filium ex quacumque causa manus in patrem, aut matrem immittere. nam non solum occidere, vel percutere, sed etiam subsannare atque irridere mortem meretur: sic dicitur Proverb. 30. cap. oculum qui subsannat patrem, & despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant illum filij aquile. In hac autem quaestione dicendum est, quod si pater aut mater filium, vel filiam, ad colendos deos alienos incitarent, debebat filius si pferere posset verbotenus dissuadere eis hūc cultum, & econuerso ad verum Dei cultum conuertere.

Si autem non potest, & potius timet quod forte ipse periret a matre, vel patre, fugere debet ab eis ne subuertatur: non tamen debet prodere patrē aut matrem huiusmodi vitio esse maculatos. Et eodem modo agendum esset, si quis Christianus haberet patrem Christianum qui occulte esset arianus, vel manicheus, aut habens aliquam damnatam hæresim, & veller pater filium ducere in hanc hæresim, si filius non posset patrem conuertere, deberet ab eius conuersione abstinere, ne peruerteretur ab eo; non tamen debet eum accusare, vt infligeretur ei vlla pœna.

Sic autem si quis esset iudex in aliqua ciuitate, & pater suus aut mater committerent aliqua delicta, propter quæ secundum leges deberent occidi, non debet eos occidere, sed vel relinquere officium siue dignitatem iudicaturæ, vt possit licite cessare ab eorum occasione sine legis iniuria, aut remittere ad alios iudices. Nam non solum patrem occidere quod est planē inextimabile vitium, vituperatur, sed etiam quod aliquis iudex existens occidat filium suum per legem, vt pater de Bruto primo consule Romanorū, q duos filios suos amicos Tarquiniorū, eo quod tractauissent de reducendis regibus ad vibem, i virgis cæcos securi percussit, vt ait Titus Liuius primo ad vrbē condita, & ob hoc multum vituperatur, vt patet per Virg. Aeneid. lib. 6. cum dicitur,

Magis debemus patri quā angelis & apostolis & omnibus sanctis.

Nota uerbum prode.

Nota uerbum oculi & feci publice. Nota uerbum accusare, an tamen prohibetur accusare post sit denunciare dicitur aliis.

Vltoris

Vltoris Bruti: saeque videre receptos. Consilij imperium hic primum seuasque secures Accipiet, natoque pater noua bella mouentes Ad panam pulchra pro libertate uocabit. Infelix utinamque ferent ea facta minores. Vicit amor patria laudumque immensa cupido.

Nunc ad argumenta responderi potest. ad primū cū dicitur, quod amor Dei praeponendus est amor patri & materno, sed si pater vel mater inducant nos ad colendos Deos alienos, segregant nos ab amore Dei. ergo occidendi sunt. Respondetur, quod non valet consequentia, & quā dicitis, quod amor Dei praeponi debet amor patri & materno, verum est, & sic faciendum est, quod si nos propter Deum tenemus fidem catholicam, & patrem aut mater nos inducunt ad idolatriam vel hæresim, non debemus assentire eis, sed fugere, & sic praeponimus amorem Dei amor parentum. nam si patres magis quam Deum amamus, consentiremus persuasioni parentum propter eorum amorem, & delecteremur fidē quam tenemus, sed non faciemus. ergo magis Deum quam parentes amamus. Quod autem propter hoc, quia Deū magis amamus, parentes obstitentes nobis occidere debeamus, nihil aliud est quā dicere quod quicumque Deo repugnant, occidendi sunt: quod falsissimum est. Et si dicitis, quod non sunt occidendi quicumque Deo repugnent, sed specialiter in isto casu: quia magna repugnancia est ista.

Respondetur, quod nec in isto casu est aliqua ratio sufficiens, quare occidi debeant, cum lex hoc non mandauerit. Ad secundum quā dicitis, quod propter veritatem oportet etiā familiaria destruere, sed nulla est maior veritas quam veritas fidei catholicae. ergo pro ea si pater destruat vel mater, oportet destruere familiaritatem ad eos, & occidere eos tanquam extraneos. Respondetur, quod propter veritatem fidei catholicae oportet destruere familiaritatem ad patrem & matrem, scilicet quod si pater aliquid nobis suadet, quod contra Deum est, non est ibi obediendum. Et si sine contumelia creatoris eis communicare non possumus, etiam si mandet quod maneamus in familiaritate & seruitio eius, non est mandatum, & sic priuamus patrē nostrum iure, quod in nos habebat. si vt posset nobis imperare in omnibus rebus licitis tanquam rebus suis, & quantum ad hoc propter veritatem fidei catholicae familiaria destruimus, quia familiaribus propter veritatem non destruendam non assentimus. Quod tamen nos possumus negare patrem nostrum esse patrem, vel quod possumus contra eum agere tanquam contra aliquem extraneum, non contingit: quia tantum beneficium quantum nobis egit in dando esse; non aboletur ex quocumque malo, quod pater aut mater egerit, & obligatio nostra ad eos non deletur ex quocumque actu quantumcumque malo, quia illud beneficium reputatur quasi infinitum, quia in nobis maius beneficium recipi nullum potest quam esse: ideo semper tenebimur ad parentes quantumcumque grauiter deliquerint.

Ad tertium argumentum quando dicitis, quod si nō deberet homo patrem & matrem accusare in tali crimine, hoc est, quia magis diligeret eos quam omnes alios, sed magis diligit vxorem, & tamen eam potest accusare in isto crimine. ergo potuit accusare patrem & matrem. Negatur antecedens. nam verē, ideo nō possumus accusare patrem & matrē, quia magis eos diligitur quam vxorem & omnes alios, sed ideo nō possumus accusare eos, quia ad maiorem reuerentiā & honorem eis tenemur, & ad omnia alia genera retributionis. nam pater & mater sunt tanquam summum bonum nobis conferentes. esse: ideo eos in

Alph. Toft. super Deuter.

A maximo honore & reuerentia tenere debemus. si in reuerentia quæ est prima post reuerentiam Dei: vxorem autem licet diligere debemus in quantum est eadem caro nobiscum; tamen non tenemur ei ad tantum honorem, cum sit aliquid minus nobis, nec aliquid ab ea secundum quod huiusmodi recipimus, propter quod tenemur reuerentiam exhibere, vt nō possimus accusare, præcipue cum & ipsa vxor sub disciplina viri sit.

Item quādo dicitur, quod magis tenemur diligere vxorem quā patrem aut matrem. Respondetur quod si consideretur amor prout est quadam affectio causata ex cō- municatione necessaria, in conseruatione ipsius communicationis magis diligitur vxorem quā patrem & matrem, quia cum nullo est maior cōicatio viro, quā cum vxore. nam vir cōicat vxori in omnibus, in quibus cōicat, cum omnibus alijs hominibus, & insuper cōicat cum ea in actu matrimoniali, in quo consistit magna cōicatio. quia ergo inter virum & vxorē maxima communicatio cōsistit, debet esse maior amor inter eos quam inter omnes alios, etiam si dicatur amor, vt aliquid conseruatiuum cōicacionis, debet esse maior amor inter virum & vxorem quam inter omnes alios, quia ibi requiritur magis psumptio amicitie quā in omnibus alijs, cum magis inuicem sint matrimoniali sedere obligati ad inuicem. Si autē consideretur amor prout est quadam affectio causata ex suscepto beneficio, cum nullus sit a quo maiora quā a parentibus præterquam a Deo beneficia recepimus, ipsos patres magis quam omnes alios homines diligere tenemur, & si semper non sequatur amor sūm quantitatem beneficij, reuerentia tñ causari debet sūm quantitatem beneficij, & quia reuerentia est sūm quā cōtra quem insurgere erubescimus, aut erubescere debemus. cū ergo reuerentia maior sit ad patres quam ad omnes alios, minus possumus in eos insurgere accusando, vel similia faciendo quā in oēs alios. Ad quartum quando arguitur quod magis naturaliter debent amare, & amari patres filios, quā filij patres, sed possunt accusare filios, & occidere, si suaserint patri conuerti ad deos alienos, vt patet in litera. ergo filius a fortiori poterit diligendo valde patrem suum eum accusare, si circa talia deliquerit. Respondetur ut supra dicebatur, quod non ideo filius nō potest patrem occidere, quia eum magis quam ceteros diligit, sed ideo non potest eum accusare, licet possit ceteros accusare, quia maiori reuerentia tenetur ad eum quam ad alios, ut dictum est filius enim tenetur patri ad maximam reuerentiam post Deum, sed pater non tenetur filio ad aliquam reuerentiam sūm quā huiusmodi: secus si filius esset prelatus, vt pote existens uel habens aliquam dignitatem iudicalem temporalem, vel spiritualem: nam tunc pater tenetur filio ad aliquam reuerentiam non quidē secundum quod filio, sed sūm quā prælato. Etiam quā dicitis, quod naturaliter magis inclinatur hō ad amandum filios quam ad amandum parentes. ergo si potest accusare filios, & poterit accusare & parentes. Respondetur quod secundum naturam magis inclinatur ad amandum filios quam parentes, secundum tamen rationem valde magis diligere debemus parentes, & secundum charitatis ordinem. nam ubi est amor ordinatus, illud debet magis amari quod quantum ad nos maius bonum existimatur, sed pater in ratione summi boni accipitur excepto Deo, in quo est primo ista causalitas: ergo patrem magis secundum rationem amare debemus quam filios. nam filius non accipitur sub ratione alicuius magni quantum ad nos ipsos gignentes, cū nihil ab illo susceperimus: sed potius ipse a nobis totum quicquid est. Concludendum ergo quod si pater aut mater filios ad idolatriā sollicitarent, nō debe-

An magis diligere uxorem quā patrem aut matrem.

Vt refert Valerius lib. 2. de in stit. antiq. de Q. Fabio maximo.

Almiqui de quorum ignorātia dolendū ē.

He uisio... ris conclu... sione tanq... gyoncam... mordent... & lacerat... sed ne in... meridiam... no ipledo... re eorum... insipientia... ampli' eos... errare fa... ciat nimic... que sapie... do dissi... piant legat... translatio... ne C ha... daica infr... 34. c. que... hoc expisse... dicit. Et... Exo. 32. c... ubi Deus... iussit Le... titis pro... idolatria... occidere... fratres &... ppinguos... non th pa... res. Idem... sentit glo... cum ibi al... legatis. in... cap. literis... de psump... super uer... bo de fra... tre. ponde... ra uerbum... nou nouj... uos, & nō... dixit accu... sa. facit... dex. in ca... cum p ue... nerabilis q... si sunt leg... s. sane. Ide... tenet Hen... ric' Herp... in speculo... prac. &... Alexander... in glo. 3... 1. tit. 1. &... Añsis li... 1. nu. 24... Sed restat... dubium;... q ab au... dore non... tangit, an... steptuēte... pcepto... paps, licet... filius non... teneat ac... cufare te... neatur sal... tem deni... ciare here... sim occul... tā parisi... Solutio... colligitur... ex dictis... auctoris... hic. & 3... Reg. 15. c... 66. 16. Et... Iosue. 7. c... 46. 69. &... Matt. 6. c.

bant accusare eos, nec occidere, sed corrigere eos si possunt corrigi. sin autem fugere ab eis obseruando, ne ipse ab eis lubuertatur, dum eos labore conuertere: nullo tamē modo in aliquo alio eis molestus erit; quorum nullum quantum ad filios obseruatur. *Cumstarum in circuitu gentium.* Siue procul, siue prope non refert, quia quocunque modo contra veritatem diuini cultus agitur. *Nec audies.* Non solum est ei consentiendum tanquam iniusta persuadenti, sed nec audire debes, quia voces illa execrabiles sunt, *Non parcat oculus tuus, ut miseraris, & occultes eum.* Quia tenetur eum accusare de tali delicto, & occultando tale crimen valde peccat, quia ipse sui damni causam dat, quia forte permittet Deus hunc decipi ab illo, quia eum accusare noluit. *sed statim interficies eum.* Idest accusabis eum, vt interficiatur, quia per te interficere non poteris, pater: quia dicitur infra quod totus populus occidet illum, quod non potest intelligi, nisi de publice condemnato. *Sit prius manus tua super eum.* Idest tu prius quam alij lapida eum: deinde totus populus, manus enim testium prima lapidabat condemnatum, vt patet infra 17. cap. & in morte beati Stephani testes deposuerunt vestimenta, & primi eum lapidabant, vt patet Act. cap. 7. *Sit manus tua super eum.* Esse manum alicuius super aliquem aliquando accipitur in bonum, aliquando in malum. Quod accipitur in bonum, vt patet de prophetis, quia dicitur, quod manus domini fuit super aliquem prophetam, scilicet eum eleuans ad prophetandum, & sic dicitur de Heliceo cum debuit prophetare coram rege Iorā, quod facta est super eum manus domini, vt patet 4. Reg. 3. cap. Aliquando accipitur in malum, & signat poenam, & sic dicitur in psal. 37. confirmasti super me manum tuam, idest posuisti fortiter manum tuā super me ad puniendum me, & sic accipitur hic, sit manus tua super eum, scilicet ad puniendum eum. *Et post te omnis populus mittat manum,* idest omnes mittat manum ad percutiendum, occidendumque eum. *Lapidibus obrutus necabitur.* Idest lapidabitur, & sic morietur, dicitur obrutus pressus vel operus, scilicet qñ tanta lapidum congeries super aliquem iacitur, quod operitur, & sic dicitur, quod aliquis obruit thesaurū humi, idest cooperit in terra. *Quia uoluit te abstrahere a Domino Deo tuo,* Rationalis causa est, vt qui maximum malum inferre uoluit, scilicet separare hominem a Deo, maximum malum patiat, scilicet acerbissimam mortem qualis est lapidatio, & combustio, & similia genera mortis. Si autem vnus homo uoluisse nocere proximo suo in alijs rebus minoribus, vt pote, quia uoluit res eius furto tollere, aut res eius aliter damnificauit, non patiebatur talem poenam; quia malum quod illarum erat, paruum erat; imponebantur ergo aliæ poenæ leues, vt patet Exodi 21. & 22. ubi ponuntur iudicialia precepta infligentia poenas peccantibus circa istas res forales. *Vt omnis Israel audiens timeat.* Est ratio superioris, scilicet, quod totus populus lapidabit eum, vt omnes iniuriam Dei vindicent. Secundo vt omnes uidentes atrocem poenam a similibus arceantur. Quando mali pestilentēs puniuntur aut occiduntur, multiplex inde sequitur bonum. Primum quod si isti puniantur & non occiduntur, ista poena eos per timorem coget a malo recedere, vel forte intolerantia poenæ conuertentur ad cor, & non solum timore futurarum poenarum a malo recedent, sed amore sectandę virtutis, quod quidē magnum bonum est. Item quia quando quis sic punitur, omnes uidentes timent talem poenam, quia est nimium dolorosa & infamatiua. vt ergo talem euitent, si talibus uitij obuoluiti sunt, deserunt quidem: si uero nondum ta-

lia egissent, sed ad agendum promptitudo vlla erat, reprimitur illa per contemplationem poenæ peccantibus illata. Si autem qui punitur occiditur, etiam ista mors ualde uilis est. Primo quia illi quibus iste nocebat, securi erunt, & quies quedam dabitur politia, qñ maxime intenditur in penis inflicis a legislatoribus, & istud motuum tangebatur supra cum dixit de fictore somniorum, aut pseudo propheta. I. propheta ille aut fictor somniorum occidetur. *Et auferes malum de medio tui.* Item utilitas magna est, quia si ille qui peccatis assuetus est, non occideret, peccaret adhuc ulterius, & quia peccare est malum, dum iste magis uiueret, efficeretur peior, qui ergo tollit ei vitam, tollit partem malitię, occasionaliter ergo ualde uilis est ipsi, & hoc tangitur infra cum dicitur, & nequaquam faciat aliquid huius rei simile. I. si occidatur tollitur ei, qñ nō possit ultra malum operari. Item aliud bonum & magnum est, cum ipse qui peccat malus sit, & extra omnem ordinem iustitię, per ipsam poenam inflicam reducitur ad ordinem iustitię, quia poenā ordinatur cul-pam: tanto enim aliquis peior, quāto inordinatior est. Et tūc est magis inordinatus, qñ magis peccat, & peccata sua non ordinantur aliquo modo per ordinationem poenæ, ergo cum peccatum alicuius ordinatur p poenam, minus malum habet, & si totaliter ordinent peccata per directionem poenarum in ordinem iustitię, istam vltimam causam ponit Boetius in 4. de conso. profa. 4. esse sufficientem, qñ melius est ipsis malis puniri, quam impunitos esse cum dicit, feliciores inquit improbos supplicia luentes, quā si eos nulla iustitię pena coerceat, nec hic nunc molior, quod cuius ueniat in mentem corrigi vltione prauos mores, & ad rectum supplicij terrore deduci: ceteris quoq; exemplum esse culpanda fugiendi: sed alio quodam modo infeliciores esse improbos impunitos: tñ quis nulla rō correctionis nullūq; respectus hęc exēpli.

Si audieris in vna vrbiū tuarum, quas Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos; egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuę, atq; dixerunt; eamus vt seruiamus dijs alienis, quos ignoratis; quare solcite, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetrata, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam: omniaque quę in illa sunt vsque ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sit rumulus sempiternus. Non edificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicquā in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui: multiplicetq; testes, sicut iurauit patribus tuis, quando audieris vocem Domini Dei tui: custodiens omnia præcepta eius, quę ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

q. 65. ad quartū. & q. 66. & 79. & 8. ca. q. 67. & 69.

Si audieris

Vrbs de-structio idolatri-ae.

Si audieris in vna vrbiū. Hic ponitur tertium, scilicet vrbs destructio idolatriae. In vna vrbiū tuarum. Idest in vna vrbe, terrā promissionis. Aliqui egressi sunt filij Belial. Idest apostatae Belial. in Hebraeo apostasia est: filius autem Belial est multum apostata, sicut filius inobediētia, vocatur inobediens: & dicuntur apostatae quia a religione vel cultu Dei incepto retrocedere faciunt. Egressi sunt filij Belial. Non dicuntur egressi quasi de terra recesserint, quia si recessissent non subuenterent terram prouocādo ad idolatriam; sed dicuntur egressi, idest surgere, vel proprijs incipere. ista duo verba, scilicet egressi & surgere in sacra scriptura secundum morem loquendi Hebraicum significant inceptum alicuius actus in eo, qui ante non faciebat aliquid tale. de isto verbo surgo exēpla multa sunt. de isto verbo egressi patet Exo. 2. cap. in principio ubi dicitur, de Amram qui habebat vxorē, quā non cognoscebat a multis diebus: & postea inceptit cognoscere, quando debuit concipi Moyses, cum dr̄, egressus est post hec vir de stirpe Leui, & accepta vxore stirpis suę &c. idest ille vir redijt tūc ad cognoscendum quasi de nouo suā vxorem, quam a multis diebus non cognoscebat: & sic dicitur hic egressi sunt filij Belial, idest aliqui mali viri, qui ante hoc in quiete erant, inceperunt nunc noniter sollicitare gentem ad cultum idolorum. De medio tui. Idest de inter te: & loquitur ad totum populum: quia de ipso populo multoties insurgunt aliqui, qui totum populum perturbant, sicut Arius presbyter Alexandrinus de medio Christianorum, idest de ipsis Christianis surrexit; sed eos ualde ad errorem sollicitos reddidit, vt auerteret habitatores. Auerfio dicitur recessus a vero bono, siue vero cultu Dei ad cultum demonum: & sic accipitur a peccatis auerfio & conuersio. isti autem viri Belial iudeo surrexerunt, vt auerterēt habitatores a vero cultu Dei. Vrbs tua. Dicit hoc ad totū Israel qui vrbes habebat. nam de popularibus nullus vrbes habebat. Atque dixerunt eamus & seruiamus dijs alienis. Ista sunt verba sollicitantium ad idolatriam: tamen ipsi non sollicitant eodem modo quo hic dicitur, scilicet vt dicerent alijs conciuibus suis eamus, & seruiamus dijs alienis. nam si sic dicerent, in verbis suis arguerent seiplos male dicere, dicentes illos deos ad quorum cultum suadebant, esse deos alienos: & sic innuerent alium esse Deum verum, aut proprium ipsorum, cui deberent cultum impendere: & in ipsa eorum suafione eorum iniquitas proderetur, sed forma verborum suorum erat. venite eamus, & seruiamus deo Astaroth, vel deo Priapo: quia melius erit vobis cum eo quā cum isto Deo quem habemus: & hoc patet Hiere. 42. cap. nam sic respondebat Israelita de cultu idolorum, quando suadebatur eis, quod dimissis falsis dijs ad verum Deum conuerterentur dicentes, quod quando colebant reginam cęli, & libabant ei, nunquam inuenerunt eos mala: cum vero Deum cęli colebant, fames, gladius, & angustia opprimebant eos. in quo innuebant non esse reginam cęli, idest Dianam sororem Phębi deam alienam & falsam, sed propriam atque bonam: vt quippe quę suis cultoribus beneficeret: & sic quando ad cultū alicuius dei gentilicij, mouebantur, hoc colore muniebantur. scriptura tamen non secuta fuit hic verba eorum, sed ipsam veritatem, scilicet quod secundum veritatem isti quos colere volebant Israelitę, aut ad quos colendos mouebantur viri Belial, erant alieni dij, idest si dij vocari possent saltem secundum vulgarium opinionem, tamen alieni erāt: quia non erāt illi qui benefecerant Israeli, & eduxerant eū de Aegypto. Quos ignoratis. Nec etiam erant ista verba ipsorum seductorum: quia non dicebant ipsi istos deos

ignoratos. nam illud ignoratum est quod paucis nominis atque incelebre est: & ex hoc ipso quod incelebre, dat de se quandam præsumptionem, quod non sit magnum bonum: quia magna bona necessario famosa sunt: sicut Christus dixit Matth. c. 5. non potest abscondi ciuitas supra montem posita, idest res quę eminentes sunt, non possunt latere, sed necessario per ora hominum promulgantur. primo ipsi viri pessimi ad inducendum alios ad cultum alicuius gentilitati Dei dicebant, hunc inter omnes deos famosum atque gloriosum nominis esse: sed Deus ipse & Moyses hoc prorulerunt ad Israel, scilicet Quos ignoratis. Idest quod licet isti qui conātur vos inducere ad idolatriā, dicant talem deum esse famosum, & tamen vos ignoratis eum, idest nō cognoscitis eum esse deum: quia nō vidistis aliquam operationem mirabilem factam ab ipso. etiam quia vobis nec patribus vestris nunquam aliquid bonum fecerūt, per quod suam ostenderent deitatem.

Quomodo poterat cognosci quod Deus iste Israel erat verus Deus, & alij qui non erant dij, cognosci vt dij falsi, vel non vt dij. Quæst. IIII.

Se circa hoc est dubium quomodo Deus dicebat Israelitis, quod nō cognoscebat alios, qui vocabantur dij esse deos, & quod cognoscebat eum esse Deum. Responderetur quod hic sunt duo, scilicet quomodo poterat cognosci, qñ Deus iste Israel erat verus Deus. Secundo quomodo poterat alij qui non erant dij, cognosci vt dij falsi, vel non vt dij. Ad primum, scilicet quomodo iste qui dicebatur Deus Israel, poterat cognosci esse Deus. responderetur quod homines cognoscere habent, quicquid cognoscunt, secundum modum possibilem naturę suę: quia cognitio non fit secundum naturam rei quę cognoscitur, sed secundum naturam rei cognoscentis, scilicet quod ita recipit res vt est susceptiua: & non vt est res susceptibilis: ideo si res susceptibilis non sit talis, vt concordet modo potentię receptiue non recipitur in ipsa. de hoc Boetius de conso. lib. 5. profa vltima. si ergo nos cognoscere debemus diuinam naturam, non cognoscimus eam vt cognoscibilis est: sed cognoscimus vt nos cognitiui sumus. nos enim cognoscimus res absolute sub conceptu diffinitionis, qui est conceptus compositus. cognoscimus autem res comparate per modum cuiusdam discursus: ideo cum Deum apprehendimus vt simplicem quidditatem, sicut & in alijs rebus quas apprehendimus, cognoscimus eum sub quouis conceptu diffinitionis, conceptus autem diffinitionis, siue proprie sumpte, siue large includit formaliter compositionem: ideo cum diffinitio propria est, dicit compositionem propriam, quę est compositio ex materia & forma, cum autē diffinitio dicitur large, diffinitio est includens necessario conceptū compositum in alijs generibus compositionum, quę nominata proprie dicuntur compositiones, sicuti est compositio ex actu & potentia, & genere, & differentia, & materia, & forma. Et quantum ad primum modū diffiniuntur entia naturalia, quę sunt supposita naturę siue sint primę substantię, siue secundę substantię: quia vere includitur in eis compositio ex materia & forma. in accidentibus autem nō reperitur compositio ex materia & forma: sed ex genere, & differentia, actu & potentia, esse & essentia. cū ergo nos cognoscamus Deum, eum cognoscimus absolute sub quodam conceptu diffinitio large sumpto: & quia iste conceptus necessario importat compositionem quandam, in Deo autem compositio nulla reperitur de istis omnibus:

Diffinitio proprie sumpta formaliter compositio includit.

omnibus: ideo nos non possumus cognoscere Deum naturaliter, sicut ipse cognoscibilis est: ideo cognoscimus nos Deum, sicut cognoscimus alias res naturales: nos autem naturam illam perfectiorem iudicamus, cuius actus & naturales proprietates perfectiores videmus. ipsa namque substantia in se perfecta est magis, aut minus: sed perfectionem eius nos non cognoscimus nisi per qualitates & opera: patet hoc quia sicut est in accidentibus, quod habet gradus intensiōnis & remissionis: ita in substantiis diuersarum naturarum est, quod vna substantia plures gradus perfectionis substantialis habet quam alia. nam nunquam sunt duae species equalis perfectionis substantialis in vniuerso: & includit contradictionem eas esse. nam species sunt sicut numeri: vt patet per philosophum: & sicut in numeris, impossibile est dare duos numeros aequalēs, qui non sint eiusdem speciei: ita impossibile est reperire duas species eiusdem perfectionis essentialis: quia illa iam essent vna species: licet omnia indiuidua eiusdem speciei sint eiusdem accidentalis perfectionis plerūque: & semper eiusdem perfectionis essentialis. Hoc tamen differt, quia impossibile est illam speciem vel rem aliquā eiusdem speciei habere maiorem perfectionem substantialem vel minorem. in accidentibus autem intenditur & remittitur. Hoc autem sic existente: licet species humana sit perfectior specie asinina: & quilibet homo quolibet asino perfectior sit: non tamen cognoscitur ista perfectio per ipsam rei substantiam, sed per vires eius operatiuas: quando enim aliqua natura perfectior est, tanto qualitates aut naturales eius proprietates perfectiores sunt: & quia etiam ipse virtutes operatiuae vel habitus non cognoscuntur nisi per operationes: ideo totius cognitionis nostrae operatio potissimum principium est: cum tamen secundum naturam essentia cognoscibilis esset innata: est tamen nobis via a notioribus nobis in magis nota natura, & minus nota nobis: vt ait Aristot. in prooemio libri physicorum. diuina autem natura si per se cognosceretur, cum ipsa sit simplicissima, per se ipsam cognosceretur: nec considerarentur res exteriores. Cuius operata. nos tamen qui aliter cognoscere non possumus, cognoscimus Deum per ea quae extra sunt: & quod communis conceptio animorum est, Deum esse id quo nihil melius excogitari possit: vt ait Ansel. & Boet. de consol. lib. 3. prola 10. ideo cognoscemus naturam diuinam in aliqua re esse secundum quod reperitur maximum, aut bono conueniens actus. & iste est actus perfectissimus. Cum ergo homines vident per potentiam alicuius fieri id, quod maximum inter omnes actus est: putant illam rem esse Deum: & quia non solum est attributum Dei potentia, sed etiam bonitas, & sapientia, non solum iudicari possit de aliqua re, quod erat Deus, quia habebat actum conuenientem summam potentiam: sed etiam quia habebat actum conuenientem summam sapientiam, aut summam bonitatem. quia cum nobis actus bonitatis non sunt ita clare cogniti, vel actus summam sapientiam, sicut actus potentiam, cognoscimus Deum magis, quia summe potentiam, id est omnipotentem, quam quia summe bonum, aut summe sapientem. quando ergo vident actus maximam potentiam conuenire alicui rei, sine dubio eam Deum vocant. Nunc ergo quia Iudaei videbant, quod Deus suus qui eis loquebatur, faciebat maxima opera, quae nullus hominum, aut aliorum deorum facere poterat, ergo vt Deus cognosceri debebat: patet hoc quantum ad ipsos Iudaeos, quibus nunc Deus loquebatur: nam ipsi viderant ea, quae Deus fecerat infligendo plagas Aegyptiacas: & quomodo magi, maleficique Pharaonis, nec similes efficere in virtute deorum suorum

potuerunt, licet ad hoc conarentur. vt patet Exo. 7. & 8. cap. viderunt etiam in mari Rubro potentiam magnam, cum mare diuisum est in diuisiones, & transierunt pede sicco: receperunt etiam aquam amarantam veram in dulcem in Marath, vt patet Leuit. 15. receperunt etiam manna in deserto Syn, vt patet Exo. 16. cap. hostes eorum Amalechitae in Raphidi victi, ibique de petra aquam recipiunt. vt patet Exo. 17. cap. multa quoque alia in hunc modum, quorum totus penitheatencus plenus est: Deum ergo istum cognoscere poterant qui talia effecisset. de dijs autem gentilium nihil in hunc modum cognoscebatur, cum non fieret talia ab eis: Deus ergo iste verus cognosceri poterit. Sed argues quod ista non sit sufficiens cognitio: nam Deus Hebraeorum dicebat se facere ista magna, cum tamen ipse non videretur: poterat quispiam alius Deus ea facere, vt pote si Iupiter, aut Mercurius, alijque dij gentium ista facerent, & Deus ipse Hebraeorum diceret se facere ea: & sic de quolibet actu reuocaretur in dubium, dato quod videremus fieri miracula, & Deus clamaret dicens, ego feci haec: tamen quia nos non poteramus videre ipsum agentem, facilius occultaretur fraus, scilicet quod faceret haec aliquis de dijs gentium, & Deus Hebraeorum diceret se fecisse. Respondetur quod istud argumentum non concludit. nam si Deus Hebraeorum diceret, ego eduxi vos de Aegypto, cum constet de ista educatione de Aegypto, quae per miracula multa ad diuinam potentiam pertinentia facta est, oportebat eam reducere ad aliquod maximum agens, scilicet diuinum. & tunc quae ritur an iste Deus Hebraeorum qui dicit se talia egisse, erat maioris potentiae quam illi dij, de quibus dubitatur vtrum illud egerint, scilicet Mercurius, Phobus, Iupiter, Saturnus, aut minoris: si autem maioris potentiae est: ergo ipse magis est Deus quam illi de quibus dicebatur: quia deitas in summo ponenda est: dato ergo quod Deus Hebraeorum qui ista fecisset diceret, non fecisset, sed Iupiter, aut Saturnus, vel quilibet de alijs: si tamen ponatur Deus Hebraeorum maioris potentiae quam aliquis de istis dijs gentium, etiam si alij dij fecissent, & ipse se fecisse diceret, ipse magis vt Deus cognosceri poterat, cum magis, vt potes agnosceretur. Si autem diceretur, quod Deus Hebraeorum dicens ista se fecisset, & non faciens esset minoris potentiae quam alij dij gentium, de quibus dubitaretur an ista fecissent: cum Deus gloriam suam alteri non tradat, non permitteret isti dij gentium Deum Hebraeorum istam gloriam eorum usurpare, sed cogere eum tacere: sed non poterant, nec faciebant: ergo maioris potestatis erat ipse. Item hoc patet quia dato quod dij gentium nolent gloriam suam, & permitterent eam euilibet usurpandam, quia tamen ipsi boni essent: si dij essent mendacium virtute sua non confirmassent. confirmassent tamen mendacium si ipsi miracula agerent, per quae Deus Hebraeorum vellet sua mendacia confirmare, & ante miraculorum operationem promitteret se facturum miracula super tali aut tali re: istud namque est argumentum potissimum, per quod probatur aliquem hominem a Deo missum, quia operationes suae, & dicta confirmantur diuino miraculo. Istud enim experimentum de falso & vero propheta datur infra 18. cap. quod tamen nullius momenti esset, si Deus mendacia confirmaret. Secundum erat quomodo poterant cognosceri non esse dij isti, qui dij gentium sunt: & hoc patet ex superioribus. nam eo modo quo probatur aliquem vere esse Deum, opposito modo probatur non esse Deum de aliquo alio. sicut ergo Deus Hebraeorum probabatur esse verus Deus, quia conueniebant ei actus maxime potentiae, ita probatur istos

Deitas in summo ponenda est.

non

non esse deos, quia non conueniebat eis actus maxime potentiae. nam isti non poterant facere ea, quae Deus Hebraeorum faciebat vel similia faciendo, aut suos cultores a penis infligendis a Deo Hebraeorum liberando. Item ipsi dij Aegyptiorum non potuerunt se liberare a pena infligenda a Deo Hebraeorum: ergo non erant maxime potentes. nam contra maxime potentem nihil quisquam potest: sed Deus Hebraeorum intulit penam dijs Aegyptiorum comminuendo eos. ergo ipsi non erant omnipotentes: patet hoc Exo. 12. & Nume. 33. vbi dicitur quod Deus fecerat iudicium in dijs Aegyptiorum sicut in ipsis Aegyptijs. Satis ergo cognosceri poterat ex his, quod non erant dij gentium, qui ista miracula faciebant. Quare sollicit. Quia tale factum non est sub silentio dissimulandum: quia in hoc totius mali consummatio est. Et diligenter rei veritate perspecta. Ne ciuitas innocens indifferetio aliorum zelo deleatur. Si inueneris certum esse quod dicitur. Id est quod viri apostate seduxerunt ciuitatem, vt idola colerent. Et abominationem hanc opere perpetratam. Quia licet aliqui ciuitati consulum fuissent, vt colerent idola, & probetur ipsam consensisse: si tamen non coluit actualiter sacrificando, vel faciendo altare, siue thurificando, non infligebatur pena infra scripta. Et si in ciuitate factum fuisset hoc malum, non propterea puniret sicut patet in litera: nisi tota ciuitas publice hoc ageret, vel rectores ciuitatis, qui ciuitatem totam in virtute continet, ad hoc publice consensissent. Statim percuties habitatores vrbis illius. Totus Israel ad hoc congregari debebat: sicut patet Iosue 22. quando totus Israel congregatus est contra tribum Ruben, & Gad, & dimidiam partem Manasse: quia edificauerant altare magnum, quod erat signum idolatriae: sic patet Iudi. 20. cap. quando congregatus fuit totus Israel contra viros Gabaa, quia Leuitae vxorem fornicando occiderunt, & pugnauerunt contra eos vsque ad delectionem fere vniuersae tribus Benjamin. Vsq̄ ad pegora. Id est etiam pecora occiderunt, & nullus comedit ea in detestationem tanti criminis. Vt vniuersa consumas Domino Deo tuo. Id est ad seruitium Domini Dei tui: quia iustum est, quod sicut ipsi se & res suas ad seruitium idolorum transdixerunt, ita ipsi cum rebus suis ad Dei seruitium reducantur.

Quomodo incenso ciuitatis. & omnium quae in ea erant, ad seruitium Dei reduci poterant. Quasi. V.

Quomodo autem ista ad seruitium Dei reduci possint dubium videtur: nam si reduceretur ad cultum Dei, hoc esset per immolationem & sacrificium de ipsis factum, quod non videretur posse stare. nam licet pecora quae hic reperirentur, possent ad honorem Dei concremari in sacrificio, cum sint animalia immolantia, de hominibus tamen non videretur: quia non est homo animal immolantium: Deus enim talia sacrificia abhorreret. Etiam suppellectilia in ciuitate ipsa reperta sunt aliquid immolabile, nec tali modo offeribile, postremo nec ipsa omnia pecora. nam licet quaedam pecora immolantia essent, s. tres species, vt boues, oues, caprae. sicut patet Leuit. 1. cap. tamen non erant caetera immolabilia, vt asini, equi, & caetera genera horum, praecipue cum quaedam inter ista, ita sunt abominabilia Deo, quod non solum offerri verita sunt, sed etiam nec precium eorum dari Domino debebat: sicut patet de canibus, vt dicitur infra 23. cap. non offeres precium canis Domino Deo tuo, nec mercedem prostrubuli. Item quia adhuc de ipsis animalibus quae sunt speciem immunda erant, quaedam essent contractis pedibus, vel amputatis auribus, & sic de caeteris singu-

laribus defectibus, qui erant impediētes ne talia animalia immolarentur Domino. vt patet Leuit. 22. c. Item quia ista animalia erant viua, & pellem habentia: nunquam tamen aliquod animal erat quod sic Domino immolaretur. nam etiam si esset pro peccato, & deberet comburi totum animal cum fimo suo, & pelle, atque cornibus, vt patet Leuit. 4. cap. tamen primo iugulabantur, & de sanguine eorum aspergebatur contra sancta sanctorum. vt patet supra 12. c. alius qui talia faceret dignus erat morte, vt patet Leuit. 17. cap. sed hoc non fiebat intra atrium tabernaculi, sed in ipsa ciuitate quae peccauerat, vt dicitur in litera, quod cuncta cum ea comburi debebant, vt esset tumultus sempiternus, ergo non erat sacrificium: multa quoque aliae rationes possent ad hoc adduci sumptae ex proprietatibus sacrificiorum, de quibus non expedit ulterius dicere. Respondetur quod ista incensio ciuitatis non erat sacrificium factum Deo: quia sacrificium in tres distinguitur species, s. in holocaustum, & victimas pacificas, & hostiam pro peccato, vt colligitur Leuit. 1. & 3. & 4. cap. & quasi per totum: sed nullum de istis poterat hic esse. ergo non erat sacrificium: antequam patet inquirendo proprietates communes conuenientes ipsis sacrificijs, s. quod fierent in loco debito, s. in tabernaculo, & quod obseruaretur munditia immolandum pecorum: debebat etiam obseruari conditiones propriae cuiuslibet generis istorum sacrificiorum: nam sicut in speciebus naturalibus sicut sunt distinctae species, ita distinguuntur passiones. ita in speciebus diuersis sacrificiorum oportet esse distinctas proprietates eorum. de his autem nihil obseruabatur incendendo taliter aliquam ciuitatem: ergo non erat sacrificium proprie dictum. Erat tamen ista incensio ciuitatis cum omnibus qui intra erant, quoddam genus oblationis facta Deo: nam oblatio generalius quid est quam sacrificium, sicut primitiae offeruntur, & precium redemptionis hominum, & asinorum primogenitorum: vt patet Exodi 13. & Nume. 18. cap. tamen ista precia non immolabantur, quia impossibile erat ea immolari: sic ergo de ista ciuitate dicendum est, quod sicut odor holocaustorum, & aliarum victimarum erat gratus Domino, vt patet Leuit. 1. & in multis alijs locis, ita odor istius ciuitatis incensa erat Domino gratissimus, licet non esset sacrificium, & hoc notauit litera hic cum dixit, vt vniuersa consumas Domino Deo tuo: & non dixit vt vniuersa sacrifices aut immoles Domino Deo tuo: nam ad immolandum multae caeremoniae requirebantur, quarum nulla hic obseruabatur: ad consumendum autem solum requirebatur ignis appositio, quae cuncta consumens voraret, & hoc fiebat in ciuitatibus: quod autem in hoc esset cultus Dei specialis comburendo homines, & pecora, caeteraque patet: quia nunquam poterat aliquid voueri Deo, nisi illud esset specialis cultus Dei, vt quod quis voueat castitatem, vel ieiunium, aut caetera bona opera, quae specialiter sunt ad Dei honorem: sed talis incensio ciuitatum, & occisio hominum, pecorumque, & caeterorum Domino vouebatur: ergo erat aliquis specialis cultus Dei in ea: antequam patet Nume. 21. cap. vbi cum Chananeus rex Arad cum populo suo ierat in bellum contra Israelitas, & accepit ex eis praedam, & tunc sequitur in litera, atque Israel voto se Domino obligas ait, si tradideris populum istum in manu mea delebo vrbes eius. Sed dices quod forte Israel male vouit, quia non debuisset vouere immolare Domino viros & pecora.

Sacrificij triplex.

Respondetur quod falsum est: nam in eadem litera sequitur immediate, quod bene egerint Israelitae cum

Includit contradictionem eius species esse equalis perfectionis substantialis.

cum dicitur, exaudivitque Dominus preces Israel: & tradidit Chananiam quem ille interfecit subversis urbibus eius: idem patet Iosue 6. cap. nam cum Deus dixisset Iosue, quod traderet in manibus eius Hierico, mandavit cunctis de populo, quod illa ciuitas esset anathema. i. segregata ab humanis vtilitatibus: & Dei obsequio applicata: ira quod viros, & vxores, & pecora, & suppellectilia omnia, quæ in ciuitate erant, vno incendio conflagraret: & postea nullus habitaret in illa, sed esset heremum vsque in sempiternum: quod autem hoc in Dei cultum factum fuerit patet, quia dixit omnia vasa auri, & argenti, & aris, & quicquid ferri reperiretur, Domino consecraretur, reponereturque in thesauris eius: erat ergo acceptissima Domino talis incensio ciuitatum.

Sed adhuc dices quomodo homines poterant ista consumere ad seruitium Dei, cum non sint res quæ de se applicari possint cultui Dei sicuti canes, & imunda pecora, & similia?

Respondetur quod non est eadem ratio quantum ad omnia ista: est enim specialis ratio quantum ad ipsos homines qui erant in talibus ciuitatibus, scilicet, quia licet Deo non esset accepta hostia immolatio alicuius hominis, tamen quia isti idolatram valde peccauerant, iustum erat eos crudeliter lacerari: & quia alij qui non erant idolatri incendendo ciuitatem, & consumendo omnia infligebant meritas penas peccantibus, erat gratissima mors Domino mors ipsorum idolatrantium, & recipiebant eam tanquam sacrificium: non quidem quod acceptaretur Deus ipsorum idolatrantium mortem propter ipsos, qui moriebantur: nam isto modo sola mors sanctorum est Domino preciosa, vt patet Psal. 115. mors aut malorum abominabilis, sed erat mors ista gratissima Deo propter eos qui eam infligebant: ideo ad honorem Dei talis consumptio fiebat: in pecoribus autem & omnibus alijs rebus erat alia ratio: quia cum illi possessores propter delicta sua mori deberent, res eorum manebant possidendæ reliquo populo: quod ergo ipse populus cuius iuris omnia illa effecta erant, propter Dei amorem abdicaret a se, & incenderet ea in cultum Dei, vt rotus populus terreretur: & illa que pertinerant ad viros infandissimos ad nullum vltra applicarentur, sicut ergo cum quis auferret sibi ipsam rem quam possidet, & Deo tribuit, est gratus Deo: ita cum populus istas res pro suis possidere deberet per mortem aliorum, & Deo attribuebant abdicando a se, & incendo, dicebantur consumere ea in honorem Dei, & verissime sic erat. ista ratio etiam applicari potest ad ipsos viros, qui in ciuitate illa occidebantur: nam cum isti peccauissent maxime contra Deum, mererentur effici serui propter peccatum suum, & hoc quod fierent serui eorum qui non peccauerant: quod autem reliquus populus potens habere vtilitatem recipiendo illos in seruos, aut vendendo alijs gentibus, propter Deum careret illa vtilitate, erat quidam cultus Dei, antecedens patet ex similitudine: nam sic iura canonica sanxerunt de aliquibus multum peccantibus, scilicet de illis qui sarracenis arma, & naues, & ferrum, & lignamina galearum tribuunt: aut in eorum nauibus sunt magistri in practica exercenda, quod omnium rerum suarum possessione per secularis principes multentur, & efficiantur serui capientium eos: vt patet extra de iudæis, & sarracenis in c. ita quorundam.

Alia ratio communis ad ista esse potest, scilicet, quod licet ista res incensa de se non placeant, immo sunt abominabiles, tamen magis placet Deo obedientia illa, quæ exhibetur in quantum ad mandatum eius omnia consumuntur quam quod aliquid alterum fieret

de illis rebus: vt patet i. Reg. 15. cap. immo si populus vellet accipere de pecoribus ciuitatis illius, vt ea postea offerret Domino, & non ad alium finem, non placeret Domino talis immolatio, sicut cum Saul seruauit pinguiora pecora terræ Amalech ad immolandum, quæ tamen Deus mandauerat occidi, displicuit Domino, & priuauit posteritatem eius regno ob hoc: vt patet primo Reg. 15. cap. Et sit tumulus sempiternus. Et sit in æternum pro sepultura eorum, quæ intra occisa sunt: quia primo occidebantur homines, & pecora intra ciuitatem, deinde deiecebantur muri, & vniuersa domorum congeries super mortuos, & sic tora ciuitas videbatur vnum sepulchrum omnium mortuorum. Non edificabitur amplius. Idest postquam sic in vtrionem sceleris idolatriæ talis ciuitas combusta, & in solū redacta fuerit, nullus debebat ibi sedes locare, quod si quisquam contra hoc attentare vellet, magni criminis reus erat, violans præceptum Domini, & non solum hoc, sed etiam per hoc videbatur consentire malitiæ perpetratæ in ciuitate illa. Hoc autem est, sicuti cum quis commisit in regem crimen lese maiestatis, facit prosterni omnem habitationem eius vsque ad fundamenta, & nullus postea in ipso loco domos facere potest: aut de rebus pertinetibus ad ædificia illa nihil assumi debet pro aliquo edificio: si quis autem ibi sedem locare maluerit pro crimini fauere censebatur, & regi noxius erat ad penam. Deus etiam peccantibus valde ciuitatibus tales penas infligit, vt totaliter deserantur, nec habitentur in sempiternum, vt patet de Babylone, quæ propter multiplicationem fornicationum suarum, cum esset meretrix magna, meruit tali damnari sententia, vt semel desolata in æternum non habitaretur: vt patet Esai. 13. cap. cū dicitur, & erit Babylonia illa gloriosa in regnis, inclita in superbia Caldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhā, & non habitabitur vsque in finem: nec fundabitur vsque in generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestie & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlule in adibus eius, & syrenæ in delubris voluptatis. Et sic Iosue cum propter peccatum Hiericoniorum eos quasi priminas belorum suorum Domino tota iter obtulisset, mandauit sub imprecatione malorum ne quis in futurum ædificaret Hierico, vt patet Iosue 6. cap. cum dicitur in tempore illo imprecatus est Iosue dicens maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Hierico, in primogenito suo fundamenta illius iaciat; & in nouissimo liberorum ponat portas illius. Peccatum aut volentium rursum talem construere ciuitatem erat, quod vsurpabat ea quæ ad Deum pertinebant, sicut si quis aliquam rem Deo vouisset & obrulisset, iam res illa sanctificata erat, si autem iste postea vellet rem, quam vouerat accipere, vsurparet eam Deo cum iam non sibi, sed Deo pertineret: vel si aliqua res secundum legem sacra esset, & si aliquis eam possidere vellet, peccabat, vt si quis res sacras possidere vellet, scilicet calices consecratos volendo eos pro vsibus suis emere: & eodem modo si quis virgines sacras, scilicet virgines vestales ad stuprum sollicitaret, aut eas in vxores pereret, capite plestendus erat, sicut volunt leges humane Romanorum antiquæ. Ciuitas autem idolatrarum ex lege Deo dicata erat, vt patet hic, ergo nulli fas erat in ea sedem constituere, aut aliquid ex ea rapere etiam de ipsis ciuitatis ædificijs ad faciendum aliam urbem, vel aliquam domum, scilicet lapides, aut ligna, & similia.

G In vtrionem sceleris idolatriæ talis ciuitas combusta, & in solū redacta fuerit, nullus debebat ibi sedes locare, quod si quisquam contra hoc attentare vellet, magni criminis reus erat, violans præceptum Domini, & non solum hoc, sed etiam per hoc videbatur consentire malitiæ perpetratæ in ciuitate illa. Hoc autem est, sicuti cum quis commisit in regem crimen lese maiestatis, facit prosterni omnem habitationem eius vsque ad fundamenta, & nullus postea in ipso loco domos facere potest: aut de rebus pertinetibus ad ædificia illa nihil assumi debet pro aliquo edificio: si quis autem ibi sedem locare maluerit pro crimini fauere censebatur, & regi noxius erat ad penam. Deus etiam peccantibus valde ciuitatibus tales penas infligit, vt totaliter deserantur, nec habitentur in sempiternum, vt patet de Babylone, quæ propter multiplicationem fornicationum suarum, cum esset meretrix magna, meruit tali damnari sententia, vt semel desolata in æternum non habitaretur: vt patet Esai. 13. cap. cū dicitur, & erit Babylonia illa gloriosa in regnis, inclita in superbia Caldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhā, & non habitabitur vsque in finem: nec fundabitur vsque in generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestie & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlule in adibus eius, & syrenæ in delubris voluptatis. Et sic Iosue cum propter peccatum Hiericoniorum eos quasi priminas belorum suorum Domino tota iter obtulisset, mandauit sub imprecatione malorum ne quis in futurum ædificaret Hierico, vt patet Iosue 6. cap. cum dicitur in tempore illo imprecatus est Iosue dicens maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Hierico, in primogenito suo fundamenta illius iaciat; & in nouissimo liberorum ponat portas illius. Peccatum aut volentium rursum talem construere ciuitatem erat, quod vsurpabat ea quæ ad Deum pertinebant, sicut si quis aliquam rem Deo vouisset & obrulisset, iam res illa sanctificata erat, si autem iste postea vellet rem, quam vouerat accipere, vsurparet eam Deo cum iam non sibi, sed Deo pertineret: vel si aliqua res secundum legem sacra esset, & si aliquis eam possidere vellet, peccabat, vt si quis res sacras possidere vellet, scilicet calices consecratos volendo eos pro vsibus suis emere: & eodem modo si quis virgines sacras, scilicet virgines vestales ad stuprum sollicitaret, aut eas in vxores pereret, capite plestendus erat, sicut volunt leges humane Romanorum antiquæ. Ciuitas autem idolatrarum ex lege Deo dicata erat, vt patet hic, ergo nulli fas erat in ea sedem constituere, aut aliquid ex ea rapere etiam de ipsis ciuitatis ædificijs ad faciendum aliam urbem, vel aliquam domum, scilicet lapides, aut ligna, & similia.

Anathema dicitur quicquid in manu tua. Inuellit de Babylonia Caldaica terra de Aegyptiaca.

Non adhaerebit de illo anathemate quicquam in manu tua.

NON

Anathema dicitur quicquid in manu tua. Non accipies pro te de his quæ in ciuitate illa sunt aliquid: quia anathema sunt, idest separata ab vsibus humanis, & solo diuino seruitio applicata: si autem aliquis de illo quicquam acciperet, lapidari debebat: sicut patet de Achor qui lapidatus est, quia accepit de Hierico regulam auream, & pallium coccineum: vt patet Iosue 7. cap.

Vt auertatur Dominus ab ira furoris sui & misereatur tui. Ad duo superiora referri potest, primo ad destructionem ciuitatis, & est sensus, destrue ciuitatem idolatrantem, ne propter eam irascatur Dominus toti populo, vel vt auertatur ira Dei, quæ iam propter illud malum erat orta contra totum populum: quia propter tale peccatum vnius ciuitatis contra omnes irascitur Deus, nisi puniatur: quia consentire videntur sicut patet Num. 8. cap. vbi dicitur, quod si aliquis de populo accederet ad ministerium, vel ad vasa sanctuarii, contra totum populum oriretur furor Dei: potest etiam referri ad illud.

Non adhaerebit de illo anathemate quicquam in manu tua. Quia si aliquis inde aliquid acciperet, contra totum populum accenderetur furor Domini: vt patet in Achor, quia ex eo quod ipse rapuit clam de anathemate, iratus est Deus contra Israel, & fugit Israel hostes suos, & mortui sunt de eis 36. vt patet Iosue c. 7. Et multiplicat te. Quia propter obedientiam ad illud opus bonum Deus multiplicaret eos in bonis. *Quando audieris vocem Domini Dei tui.* Mente obediendo. *Castodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie.* Opere complendo. *Vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.* Refertur ad tria, supra posita, scilicet vt eum vere colas, idolatriam fugias, & idolatrantem deleas.

C A P. XIII.

ILII estote Domini Dei vestri. Non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo: quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo, & te elegit vt sis ei in populum peculiare de cunctis gentibus, quæ sunt super terram. &c.

FILII. Supra posita sunt præcepta ceremonialia immediate pertinentia ad latriam. hic ponuntur alia ceremonialia ad corporalem pulchritudinem, & munditiam, quæ in latriam ordinantur: quia contrarij facientes immundi erant, & prohibebantur ad loca sacra. Et tanguntur tria: duo principaliter. Primo remouetur quidam ritus pertinens ad cultum idolorum. Secundo præcipitur munditia ciborum. *ibi. Ne comedatis quæ immunda. Tertio duplex decimatio fructuum agrorum. ibi. Decimam partem.* Et ista secunda diuiditur in tres partes. Quia primo datur munditia quadrupedum. *Secundo piscium. ibi. Hæc comedetis ex omnibus. Tertio auium. ibi. Omnes aues. Filij estote Dei vestri.* In Hebræo habetur. *Filij estis Dei vestri.* Idem est, idest sitis similes Dei, quia filij eius estis, sicut filius patris similis est. Et ad hoc hortatur Deus Leuit. 11. & in multis locis, sancti estote, quia ego sanctus sum, idest mundi: & istum modum loquendi habebat Christus vt patet Luc. 5. cap. estote misericordes sicut pater vester celestis misericors est. *Filii estote.*

Supra 7. & 26. Leuit. 11.

Ritus quidam remouetur ad idolorum cultum pertinens: quæ gentes nimis stulte vtebantur. Quæst. 1.

MELIUS enim dicitur secundum quod littera nostra transtulit, quam secundum quod in cortice litteræ Hebrææ habetur: nam littera Hebræa interdum non multum obseruat tempora, & modos proprios loquendi, secundum id quod figuræ intendit, proprium enim quantum ad hoc est lingua latina, dicendo enim secundum litteram Hebraicam filij estis: est sensus quod Hebræi erant filij Dei, ideo debebant esse mundi sicut Deus: non erant Iudei filij Dei naturales sed adoptiui: ideo munditiam illam quam Deus hic admonet, non habebant naturaliter magis quam aliæ gentes: sed solum decebat eos habere: quia Deus eos specialiter adoptauerat, sicut immediate dicitur: te elegit Dominus populum peculiarem de cunctis populis terræ: secundum litteram nostram est sensus quod Deus illos hortetur ad munditiam, dicens. *Filij estote Domini Dei vestri.* Idest facietis quod sitis filij Dei vestri imitando eum in munditia: sic enim dixit Christus Mat. 5. cap. estote perfecti sicut pater vester celestis perfectus est, quasi dicat Dominus Deus per naturam Deus vester est: sed vos non estis filij eius nisi per specialem munditiam eum imitantes: & ex hoc inferit. *Non facietis caluitium.* Idest quia filij esse debetis Dei vestri eum in speciali munditia imitantes, & incisio carniū, atque caluitij factio sunt quædam coinquinationes, non debetis eas facere, & non solum concludit quantum ad hoc, sed etiam quantum ad omnia quæ in hoc cap. vetantur: est enim hoc quoddam principium generale ad excludendam omnem immunditiam, sicut Deus nullam immunditiam habet. Et quia sunt etiam ibi quidam habentes immunditiam, ideo ab eis cauendum est, vt sitis similes Deo vestro. *Non vos incidetis.* Idest laniabitis carnes vestras in morte amicorum vel cognatorum, quia hoc idolatram ad Deorum cultum obseruabant, vt patet 3. Reg. 18. cap. de sacerdotibus Baal qui se lanceolis incidebant ad sanguinis effusionem, & hoc gratissimum erat demonibus: de hoc Seneca in tragædia septima quomodo sacerdotum seipos percuterent, & elicerent sanguinem: de hoc autem specialiter Aug. de ciui. Dei lib. 2. & 7. vbi agit de ludis Berecynthiæ matris Deorum, quam Romani consulti Phæbi, & librorum Sibyllinorum de montibus Idæis apud Troiam transfuderunt, cuius festiuitatem solemniter Roma celebrabat, de quibus Ouid. in lib. fastorum. Hæc sacrificia vocabantur phrygialia, quia de Phrygia, idest Troiana, scilicet Berecynthiæ impendebantur, quæ Augustinus in derisionem sigalia vocat, quia omnem virtutem fugere compellebant, quæ ipse in 2. de ciuitate Dei se vidisse cum iuuenis foret, testatus est. Et in hoc festo post multa quæ sacerdotes agebant, hoc præcipuum erat, quod furere incipiebant tanquam amentia percussis huc atque illuc toruo ore vagantes: & illi sacerdotes in religione potiores habebantur, qui ceteris abundantius insanirent. Erat etiam in eis hoc dolorosum, quod se incidebant cultris ad sanguinis effusionem, & membrorum detractionem; alij enim carnem de brachijs, alij de cæteris corporis partibus abscindebant: & qui in hoc Berecynthiæ de magis placere optabant, ea die sibi virilia abscindebant. Fiebant autem hæc omnia in memoriam Arys dilecti Berecynthiæ quem cum casta illa dea pulchrum iuuenem in fidem recepisset, ne vntquam aliquam foemina carnaliter diligeret, atque cognosceret, ipse passione ductus hoc non seruauit iuxta Ouid. in lib. fastorum.

Stulticia gentium in cultu Deorum.

Ab pereant partes quæ nocere mihi.

Ob

Ob quam commemorationem omnium cultuum dignissimi putant sibi vitia amputare.

Non facietis caluitium super mortuo. Idest non eradicabis capillos qui sunt in anteriori parte capitis super frontem, quia hoc proprie vocatur caluitium: eradicationem autem capillorum in alia parte capitis non vocatur caluitium: & sic patet in Hebraeo quia dicitur. Non depilabis capillos, qui sunt inter oculos tuos. Idest qui pendebant ante oculos: quia antiquitus non erat usus tendendi capillos in rotundum, & nunc maxime in Iudæis, quibus vetitum erat, ut haberetur Leuit. 19. cap. ideo capilli crescentes ante oculos pēdebant, nisi colligerentur in funiculos, ut faciunt femine. Et vetabatur hoc, quia sic idolatrae faciebant: vel quia non erat multum plangendum in morte amicorum, ut videretur differentia inter eos qui totum bonum hominis cessare putabāt in morte, & eos qui hominem morientem ad maiora bona transire certissime credunt. Et hoc magis Christiani obseruare deberēt, quanto firmitus, & clarius resurrectionis fidē habent: ideo Apostolus redarguit valde Thessalonicens, qui mortuos suos secundum morem gentium excessiue deslebant, ut patet ad Thessal. 4. cap. quanto magis viri ecclesiastici & religiosi hoc cauere deberent, quia in eorum conuersione resurrectionis spes relucere debet: & quanto religionis vel sanctitatis gradus est altior, tanto ab his debet esse remotior: patet hoc in sacerdotibus veteris testamenti Leuit. 21. cap. quia sacerdotes iuniores in nullo mortuo contaminari debebant, quibus idā paucis ibi exceptis: sed summus sacerdos in nullo mortuo contaminari debebat. Et quanto ille qui moritur melioris vitæ fuit, tanto minus de eius obitu dolendum est: quia decuria vitæ huius fallaci & ærumnosa caligine ad regnum lucis translatus est. Sed nobis miseris dolendum est, qui morte illius a tanto dominici gregis pastore defenmur: nemo tamen in his omnibus pijs prohibetur impendere lachrymas: quia Christus in hoc nobis exemplum extitit, quia videns Mariam Magdalenam, & alias mulieres plorantes Lazarum mortuum, quē Christus tenere diligebat, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & lachrymatus est: ut patet Ioan. 11. cap.

Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo. Idest populus applicatus ad cultum Dei: ideo mundus esse debes. Et elegit ut sis ei in populum peculiarem. Idest in populum specialiter dilectum & custoditum, ut thesaurum sine peculium. & sic habetur in Hebraeo. In populum thesauri. Idest reconditū ut thesaurum: thesaurus enim diligenter absconditur ne quis eum furetur, aut tinea demoliat, sic Deus diligenter respiciebat ipsos Iudæos cauens ne qua eis insurgeret tribulatio: & verissime sic erat: quia nunquam eis aliqua eueniebat aduersitas nisi in eis prior fuisset iniquitas.

Quare Iudæi appellentur populus peculiaris Deo. Quest. 11.

VOCAT etiam populum peculiarem, idest populum peculij, quia peculium dicitur specialis pecunia, quam patrisfamilias filius nondum emancipatus possidet, & est distincta a bonis paternis, & talis pecunia vocatur castrensis, vel quasi castrensium ut iura humana appellant. Castrensium pecunia dicitur quæ in castris, i. in exercitu acquirunt, ut si filiusfamilias militet, & inde aliquid acquirat. Quasi castren. dicitur illa quam filiusfamilias in aduocando, vel docendo acquirat: nam hanc suam efficit, & vocatur peculium, quia eam specialiter possidet. nam licet cætera quæ patris sunt, ad filium iure hereditario veniant, tamen illa non sunt nunc specialiter eius: ea autem quæ in castris, vel in docendo acquisiuit, sua specialiter sunt: ideo magis ad ea afficitur quam ad alia bona paterna, quæ ad eum peruentura sunt, licet plura sunt. Hoc notatur Exo. 19. cap. cum dicitur, si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta: ibi enim tota similitudo peculij filij familias innuitur. nam sicut filiusfamilias habet omnia, quæ sunt patris sui, & specialiter tamen habet ea, quæ ipse possidet de lucrō castrensi, vel quasi castrensi: sic Deus omnes gentes generaliter possidet, cū dicitur mea est enim omnis terra, & subdit populum illum debere sibi speciale esse, cum dicit, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta, & quantum ad istum amorem specialem quem Deus gerebat ad Hebræos, tantum diligebat eos; quod videbatur eis fauere contra alias gentes: & esse inimicus aliarum gentium propter eos, sic patet Exodi 23. cap. cum dicitur, quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te, præcedetq; te angelus meus.

De cunctis gentibus quæ sunt super terram. Quia licet alia gentes sint populi Dei, sunt tamen per solā creationem & gubernationem; tu autem speciali modo per cognitionem Dei, & specialia beneficia: gentes enim a Deo quasi neglectæ erant: permisit enim illas ambulare iuxta desideria sua, & tradidit eas in reprobum sensum, & in passionis ignominia, ut habetur ad Roma. 1. cap. Ne comedatis quæ immunda sunt.

Unde proueniat immunditia in his cibis hac lege prohibitis. Quest. 111.

ISTA non sunt immunda de se sed ex sola legis determinatione: quia mundum est quicquid cum gratiarum actione & benedictione suscipitur, ut patet Actuum 10. cap. quia nihil immundum vocandum est, quod Deus sanctificauit. Et patet hoc, quia si aequaliter essent aliqui cibi naturaliter immundi, non quidem immundi, idest quia sunt malę digestionis, vel quia aduersantur sanitati, sed quia peccatum causant in comedentibus quandoque: ipsi tibi essent semper mali atque immundi essent: cum ea quæ naturaliter sunt, semper talia sunt: sed manifestum est quod nunc tibi isti, nec mali nec immundi sunt: ergo nec antea de se immundi erant. antecedens pater Act. 15. cap. vbi Apostoli determinauerunt in primo concilio, in quo præsidebat Iacobus minor ep̄s Hierosolymitanus, quod non obligarentur gentes ad custodiam legalium, & specialiter ad comestionem carniū suillarum, ut non prohiberentur ab illa, & Apostolus ad Rom. 14. cap. vbi hanc questionem ventilat, dicit quod bonum est non facere aliquam differentiam in cibis: sed quandoque sunt mere omnes æquales ad bonum & malum existimando, si tamen aliquis infirmus est, ut non agat contra conscientiam, olus manducet: quia omne quod non est ex fide peccatum est, idest quod quando aliquis agit quicquam quod fidei, idest credulitati suæ repugnat, siue conscientia quod idem est, peccatum est: illi ergo qui prædicabant abstinendum esse a cibis legalibus, idest qui secundum legem vetiti erant, sic redarguuntur, ut patet de beato Paulo redarguente Petrum, qui quasi esset obligatus ad legalia, quando veniebat aliqui Iudæi ad locum, in quo ipse morabatur cum gentilibus, segregabat se a gentilibus

Quo inteligitur quod non est ex fide peccatum est.

tilibus in cibis: cum autem non erant ibi aliqui Iudæi, comedebat cum gentilibus indifferenter de omni cibo: ut patet ad Gala. 2. cap. cum dicitur, cum venisset Cephas Antiochiam restiti ei in faciem: quia reprehensibilis erat: prius enim quam veniret a Iacobo quidam cum gentibus edebat: cum autem venissent subtrahere se, & segregabat timens eos qui a circumcisione erant, & simulationi eius consentirent ceteri Iudæi, ita ut Barnabas duceretur ab eis ad illam simulationem. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelij, dixi Cephæ coram omnibus si tu cum Iudæis sis gentiliter viuus, quomodo cogis gentes iudaizare? & hæc questio satis dubia fuit in tota Ecclesia ante determinationem per concilium Apostolorum in Hierosolymis: Paulus tamen semper tenuit non obligari gentiles, nec ipsos Iudæos ad obseruantias Moysaycæ legis, licet non auderet eos, qui oppositum tenebant redarguere: & isto modo loquebatur ipse ad Romanos in decimo quarto cap. dicens alius credit se manducare omnia, idest credit quod nullum peccatum est manducando quodcumque manducauerimus: qui autem infirmus est, idest qui habet conscientiam infirmam putans se adhuc ad legalia obligari, olus manducet, is qui manducat non manducantem non spernat: & qui non manducat manducantem non iudicat, scilicet, quod quilibet de alio malum iudicare non debebat, siue manducaret, siue non manducaret: nā alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem, idest quod quidam erant de Iudæis, & Gentilibus tunc qui iudicabant diem inter diem, idest qui iudicabant illam obligationem legalium mansisse ad quoddam tempus sed non semper: alij autem iudicabant omnem diem, idest iudicabant illam obligationem legalium obseruariam manere in omne tempus. Et concludit ibi quod quilibet istorum bene agere potest, dicens: vnusquisque in suo sensu abundet, idest quilibet habet pro se sufficientem determinationem si vnus agit: & qui manducat Domino manducat: gratias enim Deo agit. Apostolus tamen tenebat non manere istam obligationem: nam aliās cum lex in contrarium itaret, scilicet Moysayca quæ veterat tales cibos, nisi quis apud se certus esset non teneri illa lege, præsumptuosus esset, & contra conscientiam agens: cum enim in dubio potius legi standum esset: Apostolus tamen firmiter tenebat, quod non obligabatur post mortem Christi legalia obseruare: tamen volebat hoc sic prædicare, ne aliquos ad peccandum induceret agendo contra conscientiam: nam si ipse sic prædicasset, propter eius auctoritatem multi habentes conscientiam suam confirmatam ad oppositum non potentes deponere conscientiam erroneam, manducarent: & sic agerent contra conscientiam & peccarent, vel quia forte viderent omnes alios comedentes, ne ipsi mali viderentur, comedebant & conscientia eorum distabat eis oppositum: ideo peccarent. Et hanc fuisse causam suæ taciturnitatis in hac materia demonstrat ad Rom. 14. cap. in principio dicens: infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum: Romani enim credebant se non obligari ad obseruantias legales: quando autem inter eos aliquis veniret, qui discerneret cibos, arguebant contra eum tanquam contra malum Christianum, & contristabant eum, faciebantque sepe contra conscientiam agere. Apostolus autem admonet, quod dato quod ipsi firmati sint in hac veritate, quod non obligarentur ad legalium obseruacionem: tamen non debebant infirmos argumentis suis conturbare: & sic dicebat ipse Apostolus de idoloticis, idest

de cibis consecratis idolis: quia conuersi ad Christum de Iudaismo, & multi de Gentilitate putabant peccatum esse sumere cibos de immolatis demonijs: quia credebant aliquam virtutem, vel potius infectionem per consecrationem demonomum in cibis illis causatam esse. Apostolus autem dicebat prima Corinth. octavo cap. quod idolum nihil est, & ideo nec in cibis immolatis idolis virtus aliqua aliās infectio causari poterat, & consequenter comestio illorum ciborum non erat ex se mala, sed solum ex conscientia infirma: ideo qui firmiores erant & sciebant nullum peccatum esse in comestione talium ciborum, non debebant comedere de illis, ne infirmos scandalizarent incitantés eos ad agendum contra conscientiam.

Hæc quidem ante determinationem huius questionis fuerunt. post determinationem autem Apostolus firmissime prædicauit a nullo tali ciborum genere ob religionem abstinendum esse: & increpat eos qui tales obseruaciones necessitatis esse confirmant, ut patet prima ad Timo. quarto cap. cum dicitur spiritus manifeste dicit, quod in nouissimis diebus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis demonomum in hypocrisi, loquentium mendacium, & cauterizatum habentium suam conscientiam prohibentium non habere, abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: & his qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem: sic etiam ait Apostolus ad Colossen. cap. 2. dicens non deberi obseruaciones illas manere, nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, & etiam ait Apostolus ad Titum. cap. 1. omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum: sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia. Et non solum de cibis, sed etiam de ceteris legalibus obseruacionibus conclusit Apostolus nihil proficere fidem Christi ei qui illa obseruabat, ut patet ad Galat. cap. 4. dies obseruatis, & mensis, & tempora, & annos, timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis: & postea ad Gala. 5. cap. de circumcisione quæ præcipua inter legalia erat, conclusit, ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidimini Christus vobis nihil proderit: testificor enim omni homini circumcidenti se, quod debitor sit vniuersæ legis faciendæ: euacuati estis a Christo qui in lege iustificamini, a gratia excidistis: nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. nam in Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec præputium: sed fides quæ per charitatem operatur. loquendo autem hic de istis cibis spiritualibus qui hic vocantur, & tenuit quidem ista inhibitiō tempore huius legis, specialis consideratio est: causæ autem huius prohibitionis positæ sunt Leuitici vndecimo cap. & ibi requirantur. Et capream. Est caprea syluestris capra, quæ subtilissimos oculos habet, & in cursu velocis est: ut patet secundo Regum secundo capitu. vbi dicitur quod Asael erat cursor velocissimus quasi vnus ex capreis, quæ morantur in syluis: habent etiam cornua & capita dura, ut de montibus altissimis se precipitantes se super cornua illeças suscipiant, ut ait Isidorus Etymol. 12. lib. Bubalum. Bos syluestris est: isti in Italia abundant. Tragelaphum. Animal est partim simile hircō, partim ceruo, & vocatur alio nomine hircocentus, ut eius demonstrat origo nominis, Atragos quod est caper, & laphos quod est ceruus, quia caper ceruus. Pigargon & origen. Nomina sunt quadrupedum

An mortui sint a nobis lugendi.

Quid sit pecunia castrensium vel quasi castrensium.

Cameleo-
pardalis
quid sit.

drupedum qua in terra ista non habentur, sed sunt in terra promissionis: ideo nomina eorum in vsum nostrum non venerunt. *Cameleopardalum*. Valde differunt cameleon & cameleopardalus: quia cameleon parvus vermis est, qui ad omnem colorem mutari videtur, vt patet primo Ethico. *Cameleopardalus* est animal quadrupedale multorum animalium figuras referens: est enim in capite simile camelo, in collo simile equo est, in reliquo corpore maculis vt pardus respectus est: pedes autem bubalo similes habet: *Cameleontem* autem Arist. maxime mutabilem dicit: ideo vult quod felix debeat esse firmatus, & non dependens ab infortunijs vel infortunijs: quia sic felicem debilitat firmatum cameonta pradicabimus, id est scpe mutatum sicut cameleontem ad omnem colorem.

An sit verum quod cameleon ad omnem colorem oppositum mutetur. Et de representatione specierum visibilium tam in oculis quam in speculis. Quasi. IIII.

CIRCA hoc tamen licet sic vulgariter dicatur, quod cameleon ad omnem colorem oppositum mutetur: tamen non est sic verum: licet sic videatur: nam quicumque viderit cameleontem purabit realiter mutari colorem eius: quia quando apponitur ei res nigra, & cameleon niger videtur: si autem res rubra adinagatur, & ipse ruber videbitur: non tamen potest esse quod mutetur in eo color suus, & inducatur alius secundum similitudinem rei appositae.

Primo quia si aliquis color deberet induci in cameleonte, hoc esset ab ipso agente appositum ipsi cameleonti, cuius similis videtur cameleon: sed hoc non potest stare quia color non habet aliquam actionem realem, sed solum spiritualem: sed generare colorem alium, & corrumpere praexistentem est actio realis: ergo non potest istud causari in aliqua re ex sola appositione ad aliquid coloratum tali colore. antecedens patet: quia color non ponitur de formis actiuis naturaliter. nam istae solum pertinent ad tactum vt calidum, & frigidum, humidum, & siccum, & similia: color autem solum habet quod multiplicet speciem suam, & ista species agat in potentiam visivam: ista autem actio spiritualis est: quia solum pertinet ad res spirituales, scilicet cognitivas: in alijs autem rebus talis actio non habet locum, vnde licet species visibilis multiplicetur ad aliquem parietem, vel aliud corpus non habens potentiam visivam, non habet ibi aliquam actionem: res autem calidae & frigidae humidae & siccae in quascunque res naturales actionem habent, etiam si illae res non sentiant illam actionem, vt calor agit in lapidem, in lignum, in terram: & sic de caeteris: quod autem generare aliquem colorem, vel corrumpere sit actio realis, manifestum est, quia colores in omnibus rebus naturalibus sunt, siue sentientibus, siue non sentientibus. non tamen est immutatio ad colorem omnibus rebus naturalibus, sed in solis habentibus potentiam visivam: ergo multum differt color, & immutatio facta a colore: & sic non poterit res colorata per actionem coloris generare colorem similem in aliam rem quamcunque, nam tunc cum actio colorati vel ipsius coloris recipiatur maxime in oculo, ergo maxime oculus esset coloratus: sed non est sic: quia immo ipse oculus non videtur coloratus, vel est ipse color remissus valde. item dato quod colorata res secundum quod colorata haberet actionem ad causandum colorem in aliam rem: tamen ista actio, cum esset naturalis, oportebat quod fieret per successionem: quia natura

non valet operari in instanti quod est operari sine motu, sed operari per motum tamen successiue: sed constat quod ista mutatio cameleontis subita est. & statim quod apponitur ei aliquis color rei extraneae, mutat colorem quem habebat: ergo non est ibi vera mutatio faciens acquirere colorem, & deperdere.

Item colores causantur in perspicuo terminato ex commixtione elementorum ad seipsa: sicut ergo sunt diuersae commixtiones, & gradus commixtionum in qualitatibus elementaribus, ita erunt diuersi colores, & gradus coloris in rebus compositis elementatis: cum ergo color aliquis debet acquiri, necesse est aliquid variari in commixtione qualitatum elementarium: sed ista variatio non potest fieri subito: ergo nec talis mutatio coloris potest fieri subito appposito alio colore: vel aliter. & nullus color potest efficere mutationem in commixtione qualitatum elementarium, cum potius sit quidam effectus tantus color ab ipsa diuersitate in commixtione qualitatum elementarium. Dicendum ergo quod in cameleonte non mutatur aliquis color ad praesentiam cuiuscunque rei, sed solum apparet nobis talis mutatio facta: causa autem huius apparitionis dependet ex actione specierum visibilium: quaedam enim species visibiles fortiter operantur in ipsam potentiam susceptiuam intente imprimentes: aliae sunt species quae remissae imprimuntur. Pro quo sciendum quod quando species duorum visibilium simul sunt, illa species solum immutat, quae est fortior in imprimendo: est etiam regula quod magis immutat potentiam visivam species directa sine radiis directis quam species reflexa, vel per remeationem. species directa est, quae est ab obiecto immediate in potentia, ita quod non terminatur in aliquid alterum, sed in organum visionis: species reflexa est illa quae ab obiecto multiplicatur & terminatur ad aliquod corpus, & inde reflectitur ad potentiam visivam: & sic est in visione speculorum: quia primo species alicuius rei multiplicatur ad speculum, & ab ipso speculo reflectitur ad potentiam visivam: ideo quantum ad eandem rem nunquam est tantae virtutis, & impressio visio reflexa sicut visio directa: & sic imprimitur in oculo meo species alicuius hominis, si respicio eum directe, valde: & tamen si respicio eum indirecte, sicut video imaginem eius in speculo modicum imprimitur in oculo meo species illa. Et per hoc soluitur commune problema. Quare citius obliuiscitur homo imaginem suam quam imaginem aliorum hominum, & aliarum rerum. ratio enim est quia nullus homo potest videre imaginem suam directe. s. seipsum respiciendo, sed videt eam indirecte in speculo: ista autem visio modice impressionis est: ideo non manet memoria illius. nam species dum fortius imprimunt, diutius manent: memoria autem solum est dum manet species: ideo quia ibi manet species pauco tempore, necesse est pauco tempore manere memoriae imaginis nostrae in nobis: & hoc innuit Apost. Iacobus in canonica sua cap. 2. cum dicit. Estote autem factores verbi, & non auditores tantum: nam si quis auditor est verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultu natiuitatis suae in speculo: considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit: licet autem hoc generale sit quantum ad eandem rem. s. quod semper species visibilis directa alicuius rei est fortior quam reflexa, tamen quantum ad diuersas res fallit: quia aliquis color est cuius species reflexa fortior est quam species alterius rei directa: patet hoc de corporibus specularibus, & de pupillis oculorum nostrorum: nam speculum quia corpus est elementatum, necesse est, vt aliquem colorem habeat: sunt tamen ita debiles isti colores quod impressio sua est multum leuis, & magis sentit impressio indirecta,

Notandi
de specie-
bus visibi-
libus.

Duas con-
ditiones
habere de-
bet animal
mundum
ad esum.

indirecta, vel reflexa alterius rei quam species directa istorum: & ob hoc in speculis representantur imagines, & videt homo in eis imagines, & in ea parte vbi apparent imagines magis inmutant nos ipse imagines, quam color speculi, quia color ipsius speculi valde debilis est. Idem de pupilla, quia non vbi hinc aliquem colorem licet esse debilem habeat: apparent in ea imagines nostrae, & indicamus de colore imaginum nostrarum in pupilla alicuius magis quam de colore ipsius pupillae: licet color pupillae directe videretur, & color imaginis representatae in pupilla indirecte videtur. Et ob hoc licet vitra sint corpora specularia, quia habent colorem leuem, tamen multa intra habent colorem densum. s. nigrum valde, vel rubeum, aut rubricatum, & tunc non representantur in eis aliqua imago, sed in solis vitris albidis, quae magis declinant ad lucem, quam ad colorem. Sic ergo hic in cameleonte est color, quidam naturalis sicut in alijs rebus naturalibus, sed ille est valde leuis sicut color pupillae, & speculorum, ideo sicut non vbi color pupillae sed species rerum representatae in pupilla (licet color pupillae directe videri deberet) ita non videtur color naturalis cameleontis, sed color rerum representatarum in eo, quia aliarum rerum colores reflexi fortiores sunt quam ipse color cameleontis directus, ideo quandoque cameleon alicui rei obicitur, color illius rei multiplicat speciem suam ad cameleontem, & videtur cameleon coloratus tali colore quali est ipsa res cui obiectus est: cum ille color reflexus sit fortior quam color ipsius cameleontis: & per hunc modum necesse est cameleontem ad omnia mutari in diuersis coloribus, sicut speculum recipit diuersos colores obiectis diuersis rebus, & tamen semper manet suus color.

Omne animal quod. Hic ponuntur duae conditiones, quas habere debet animal mundum ad cibos, prima, quod vngulam diuidat: secunda quod cibos ruminet, quodcumque autem deficiat in vtraque siue in vna earum immundum est. *De his autem quae ruminant.* Hic ponit aliqua animalia quae vnam conditionem munditiae habent: & in altera deficiunt. camelus, lepus, & cyrogriulus ruminant sed vngulam non diuidunt: porcus econtrario vngulam diuidit, sed non ruminat.

Et cadauera non tangitis. Quia ita immundi erant ad ingressum Sanctuarii tangendo porcum morticinum sicut comedendo, sed quantum ad aliam culpam, & penam differt multum, quia si aliquis comederet scienter carnem porcinam, mortem merebatur, sed non si scienter morticinum porcum tetigisset.

Hic comedetis ex omnibus. Hic ponitur secundum munditia piscium. duas conditiones ponit in piscibus. s. quod pinnulas & squamas habeant, pinnulae uocantur quaedam alae quibus pisces natant, quas non habet anguilla, & similes pisces: ideo hebraei non comedunt illam. causa autem omnium istarum conditionum siue in quadrupedibus, piscibus, uel auibus secundum litteram posita fuit Leui. 11. c. *Omnis oues.* Hic ponitur tertium munditia auium. *Omnis oues mundas comedite: immundas ne comedatis, aquilam & gryphem.* Sed non dat regulam de munditia auium sicut dedit de piscibus, & animalibus quadrupedibus. iudaei autem duas conditiones obseruauerunt quod quod auis iecur habeat. Secunda quod digitum prominentem in posteriori pedis habeat, quasi in medio cruris. *Haliolum.* Qui dicitur falco, & est auis regia: alii autem haliolum autem paruam dicit, quae de rapinis paruorum auium sustentatur, ut ait Petrus in aurora.

Obtinet haliolum paruus in corpore vires.

Sunt oues minima praeda cibis quibus sibi.

Ixon. Auis est ptinens ad genus vulturis, minor tamen vulture caedidi coloris. *Et ob coruini generis.* i. coruus, & pica, & cornix, quae non nominatur coruus, sed ad genus coruorum.

Alph. T. ost. super Deuter.

rum pertinet. *Struthionem.* Auis ponderosissima est, quae cum alas habeat in altum se tollere non potest, & est valde terrestris natura, oua. n. non fouet, sed negligenter in arena relicta foris pulueris aiantur, ut ait Isidorus. 12. ety. *Noctuum.* Quae nycticorax dicitur vel lucifuga, quia de die comparere non audeat pro oculorum tenebritudine, & si compareat quasi nihil videt: de qua phil. 2. Meta. *Lavum.* Auis quae in aqua habitat, & in terra, & piscibus insidiatur, vnde Petrus in aurora.

Fluminis habitator larus, & incolaterra.

Et accipitrem iuxta genus suum. Quia multi modi sunt accipitrum, qui corpulentia, & aestate nimis differunt *Herodium ac cygnum & ibin.* Ad genus accipitris prinet, & est auis parua magis aestate & uiribus. quod corpore potens: quae si primo imperu praedam non apprehendet, amplius persequi non dignatur seipsam iracundia lacerans. *Mergulum.* A mergendo frequenter dicitur, & fulica uocatur id est a uidebraua, siue coruus marinus, utriusque frequens immersio pertinet, iudaei autem coruum marinum dicunt. *Porphirionem.* Quae pellicanus nominatur: est autem duplex, quaedam quae aquis maxime incolit, aliqua quae in terra semper uiuit, & serpentes insidiatur, oua eorum ipsosque serpentes mortuos deuorans. *Ac nycticoracem.* Noctua & nycticorax idem sunt vt sup. diximus, & ut plerique vident, sed hic ponitur ut distincta. Melius dicitur quod noctua maior auis est quam nycticorax, & est coloris albi, nycticorax magis ad coruinam speciem declinat, & coloris medii est uocaturque vulgariter mochuelo, noctua vulgariter lechuza dicitur. *Onocrotalum.* Auis longi rostri est apud flumina manens, & maxime anguillis insidiatur, quae cum dormierit, respina iacet rostrum erigens ut accipitris resistat insidijs quae ab aliquibus uocatur garca. *Caradrium.* i. grus. *Et omne quae reptat & pinnulas habet non comedetur.* Vt serpentes alati, vel squamas habentes. *Omne quod mundum est comedite, quicquid morticinum est non respiciunt ex eo.* Siue animal mundum siue immundum esset, hic autem de mundis dicitur, quia de immundis manifestum est, quod nullo modo comedere ea licet. *Peregrino qui intra portas tuas est da ut comedat.* Isti sunt aliqui gentiles peregrinantes inter eos, qui nondum ad iudaismum conuersi fuerant.

Aut vende ei. Si pauper est gratis da ei, si diues est vende ei. *Quia tu populus sanctus domini Dei tui es.* Ideo comedere non debes. *Non coques hedum in lacte matris suae.* Prohibet hic quandam consuetudinem idolatrarum, qui Deos agrorum placare uolentes hedos in materno lacte coquebant, sperantes se sic omnium frugum copiam habituros. iudaei autem a Deo uero omnina abundanter habebant, si recto corde in eum renderent. *Decimam partem separabis.* Hic ponitur tertium munditia agrorum.

Decima-
tio estum
fructuum
agrorum.

Hic ponitur tertium munditia agrorum, & intelligitur hoc de secunda decima, vt probauimus supra 12. capitulo. *Et comedes in conspectu domini Dei tui.* Qui autem uolunt, quod sit ista decima prima, mutant hic personam ita, quod ly separabis referat ad populares, & ly comedes referat ad leuitas, sed ista mutatio nunquam fieri debet, nisi ex causa necessaria, & quia ipsa scriptura de se demonstrat, alias ubique possemus mutare personas, & nulla certitudo in scriptura maneret. Item quia hoc dato multum dissonat littera, quia dicitur immediate, quod istam decimam in conspectu domini comedetis. i. in atrio tabernaculi, vel ad minus. *In loco quem elegerit dominus.* Sed hoc non conuenit decimae leuitarum, quia illa in omni loco comedere poterat, ut patet Nu. 18. c. 1. ite quae leuiti habebant istas decimas in possessione & hereditate, cum nihil aliud haberent vni uiuerent, ut patet Nu. 18. c. ergo non solum indigebat ista decima pro loco quae elegisset dominus, sed magis pro ciuitatibus suis, vbi habebat familias suas. *Primogenita de armentis, & ouibus tuis.* De hoc dictum fuit sup. 12. capitulo. *Vt discas timere dominum*

L Deum

Deum tuum. Id est sic faciendo assuesces ad recte timendum dominum Deum tuum scilicet timore casto, vel filiali qui cum amore perfectus est, & per bona opera acquiritur: timor enim filialis principium bene operandi est: sed per bona opera non acquiritur: timor autem filialis principium non est, sed per opera acquiritur loquendo semper de acquisitis, secus est de infusis.

An hoc intelligatur de timore seruilis vel filiali, & quae mala suscipienda, & quae bona appetenda utrinque magis censentur. Quasi. V.

DE quo timore hoc intelligatur an de seruilis vel filiali dubium est: nam videtur de utroque posse intelligi: de seruilis quidem scilicet quod isti iudei, qui adhuc erant populus imperfectus, mouerentur in bonum per timorem seruilem: & sic faciendo ista, quae mandata erant a Deo, timere eum seruiliter agentes per timorem desiderio vitandi mortem, vel penas infernas: magis tamen adhuc desiderio vitandi res temporales, quas magis timebant, cum de eis non multum commederat ea, quod namque & malum aduersa fronte dissident: ideo quantum se aliquis habet ad cauendum malum aliquod, tantum se habet ad consequendum in seculum bonum oppositum, sic enim innuit Arist. in 8. Ethic. dans cognosci pessimum vitium per optimam virtutem oppositam, & optimam virtutem per pessimum vitium, sed sic est, quod mala vitae futurae opponuntur directe bonis vitae futurae, & mala vitae praesentis bonis vitae praesentis: ergo, qui multum fugit mala vitae futurae, multum diligit bona vitae futurae, quia non cognoscant ea cum adhuc carnaliter existerent, ergo modicum fugiebant mala vitae futurae, qui pari ratione non sciebant bona: bona autem huius seculi sciebant bona, quae cerantur, abundantiam scilicet diuitiarum, & multiplicationem filiorum, quietem in terra, immunitatem a languoribus, & suis hostibus dominari: haec enim sunt quae maxime iudei huius seculi amatores desiderabant, nimis ergo mala opposita fugiebant, esuriam nuditatem, sitim, pestem, gladium, captiuitatem, & duram hostium seruitutem. Ut ergo haec non inferret eis Deus quae posse eum inferre eis experimetro constabat, timebant eum, & obseruabant mandata eius, si autem haec mandata non obseruarent, nec eum seruiliter nec filiali amore diligenter: potest etiam hoc de filiali amore intelligi scilicet quod isti facerent ista quae mandata sunt, & sic timebant Deum omni tempore id est habebunt reuerentiam ad eum omni tempore sicut filii ad patrem, quis autem timor magis conueniat huic litterae. Respondetur quod timor filialis est, de quo debet intelligi, & patet, quia timor seruilis solum habet se ut via ad bonum, & non ut terminus, cum non possit manere in uita aeterna, etiam quia ipse non habet in se aliquam rationem boni, sed solum sortitur eam per accidens, in quantum dat occasionem ad bene agendum, quod autem nulla ad bene agendum dat occasionem, nec per se nec per accidens est bonus sicut in demonibus, quod valde timet Deum, & contremiscit coram eo, ut patet Iacobi. c. 2. Idemones, & credunt, & contremiscunt, tamen demones non arcent ab aliquo malo per hunc timorem, licet quanta mala possint & agere sinunt, tanta agunt, & dum magis timeant, magis ei quem timeant inuidant. nunc ergo cum non possit hunc rationem finis, non ordinabunt aliqua in ipsum: sed hic ponit subordinatio quorundam bonorum actuum ad ipsum timorem, scilicet completio mandatorum hic positum, cum dicitur daret primogenita, & decimas, & primitias, ut discat timere dominum omni tempore, ergo timor finis est, sed non potest poni seruilis timor, ut finis talium operationum, ergo non potest intelligi de amore seruilis, intelligendo autem de amo-

re filiali est sensus, exerceas te in his preceptis, ut sic cautes in te timorem Dei. i. quando reuerentiam ad Deum sicut reuerentis omni tempore. Si longior fuerit. Istud est unum impedimentum ad non deducendum primogenita ouium, & armentorum in locum Sanctuarii. Tibique benedixerit nec poteris ad eum cuncta portare. Id est multiplicauerit greges, & arma tua, & est hoc sicut impedimentum. s. multiplicatio: quia si magnus grex vel armamentum duci deberet, magnus labor esset: & sic in deportandis frugibus. Vendes omnia & in praedium rediges. Ista est alia ratio quare non intelligatur de decimis leuitarum, quia magnam dantur esse hoc leuitis, quia forte illae res quae dabantur per decima, erant in paruo valore: ideo daret pauca moneta, & in locum ad quem portarent pecuniam, & in quo esset Sanctuarii valeret maior pars pecuniae, & sic redigerentur in pauca cum iterum emerent. Item quia labor esset leuitis emere in loco Sanctuarii, & deinde de ferre in ciuitates suas, & tamen necessarium erat ad familiarum suarum sustentationem, melius ergo ut de decima sicut. 12. c. quod leuitae decima sua per propinquas ciuitates urbibus suis decimas colligeret. Emes ex eadem pecunia quicquid placuerit tibi, & epulaberis. Et est ista alia fortissima ratio, quia qui dabat istam decimam comederat ea, quod nullo modo dici potest de decima leuitarum, quia tunc paucum aut nihil maneret leuitis. & nec valet, quod dicebat Nicolaus quod isti dantes decimas non comederant de decimis sed de carnibus, victimarum pacificarum, quod dicitur hic quod eadem pecunia quae data fuit pro rebus venditis, emerent oues vel boues, vinum, & oia quae desiderarent, & epularent. Et si dicas quod hic est mutatio personae, & quod intelligitur hoc de leuitis, quod ipsi recipere pecunias de rebus venditis, & ex illis pecuniis emerent sibi quicquid uellent. Hoc non potest stare quia dicitur epulaberis tu, & domus tua, & leuita, qui est intra portas: ergo impossibile est quod epulaberis referat ad leuitam sed ad dantes decimas. Sive ex armentis. Iudei erant multum dediti gustui, quia cum rudes valde essent, sola carnalia cognoscere solebantur in ista carnalia. Deus autem qui intinsece cognoscebat eorum defectum, & sciebat quod eis opportunum foret, ut sic eos cum laticitia magis ad cultum suum, prouocaret, per mittebat eos delectari in his quae sicut sensum. In gustu, de quo magis diximus. s. c. 12. Sive ex armentis. Armata sunt oem significationem, per magnis animalibus, asinum, ut pro bobus, vaccis, & bubalis, atque camelis, greges autem dicitur congregationes minorum animalium, ut ouium, caprarum, porcorum, & sic de ceteris. hic autem accipiuntur armenta, quod est per paruis animalibus, ut capris, ouibus, & porcis: & patet, quia sequitur immediate. Sive ex bobus. Et ponuntur ista duo ratione distincta: si tamen acciperet armamentum proprie, cum id est armentum, & bos, non distinguere bos per armentum. Vinum & siceram. Sicut in cibis carniu permittebat eos eligere quod uellent, ita in potibus, dabat eis optionem. Et omne quod desiderat anima tua. i. oia illa ad quae inclinatis sicut tuam sententiam affectiuam, de quo magis diximus. s. 12. quomodo anima desideret, & in hoc laxabat eis Deus spiritum in cibis & potibus, ut de quocumque uellent comederent, & biberent, nam si limitasset eis cibos ad aliquod genus, quia ipsi erant imperfecti tristarent, & fugerent oblationem sacrificiorum, ut exercitationes in cultu diuino, quod peius erat: ut ergo libenter mouerentur in cultu Dei, quasi non ex aliquo uirgenti precepto, sed ex aliquo sui commo, aut delectatione permisit eis cibis aut potibus uacare quibus uellent.

Et comedes coram domino Deo tuo. Scilicet in atrio tabernaculi, quia qui sacrificium offerebat, intra atrium tabernaculi debebat illud offerre aliis mortis reus erat, ut patet Leuit. 17. capitulo. & si sacrificia pacifica erant, de quibus ipse offerens comedere debebat, intrabat offerens in atrium, & coquebat in cacabo, caldaria, aut lebere carnes victimarum, quae ad ipsum sacerdotem pertinebant, & post sacerdos aufererebat, quod solum erat scilicet pectusculum, & armus dexter: ut patet

patet Num. 18. c. & reliqua: carnes manebant ipsi offerenti, ut patet Leuit. 7. c. has autem comedit coram domino scilicet intra atrium tabernaculi ante altare holocaustorum: nam extra locum sanctum eas comedi non licebat. Et epulaberis tu & domus tua. Id est gaudebitis in cibis & potibus tu & uniuersi qui in familia tua sunt, nam Deus uolebat dies talium sacrificiorum omnibus esse dies letitiae, ut omnes tales dies desiderarent, & afficerentur ad sacrificia Dei, atque gratias Deo agerent. Et leuita qui intra portas tuas est. Loquitur ad Israel, qui habebat ciuitates in quibus morabantur Leuitae, & dicuntur aliqui morari intra portas, non quod inter duas portas situentur, sed quod intra portarum ambitum, & clausonem commorarentur. erant autem isti Leuitae, qui habitabant in toto Israel in ciuitatibus eis datis, erantque seuncti ab incolatu aliorum populorum, quia non morabantur cum eis in suis ciuitatibus: habebant namque Leuitae ciuitates, ut patet Num. 35. in quibus ipsi soli morabantur, & patet quia istae ciuitates non habebant territoria ad seminandum, & uineas ad plantandum sicut aliae ciuitates aliarum tribuum, sed paucum spatium ad exitum a ciuitate ad condelectandum, & agros ad pascendum pecora, & alias necessitates similes, non enim indigebant uineis & seminacionibus, cum ex decimarum redditibus sustentarentur, ut patet Num. 18. c. alique tamen de istis leuitis habitabant extra ciuitates inter alios viros de aliis tribubus: & hoc forte faciebant propter indigentiam, vel aliam quamlibet occasionem: & de istis proprie dicebatur ad Israelitas, qui est intra portas tuas id est non obliuiscaris Leuitae, qui intra portas tuas commoratur scilicet in ciuitatibus in quibus commoraris. Caue ne derelinquas eum. Valde hoc admonet Deus, quia Leuitae erant pauperes, & indigebant sustentationibus factis ab aliis. Quia non habet partem in possessione tua. Hic demonstratur paupertas leuitarum, & causa est, quia leuitae non poterant aliquid laborare in colendo agros, vel uineas, sicut alii de aliis tribubus, ut sic sustineant se in necessitatibus: alii autem ista faciebant, ideo poterant magis abundare: ideo abudantes ipsi leuitas inuitare debebant ad conuiuia in talibus soleantibus sacrificiis, & hoc quia leuitae nullam partem possessionis inter ceteras tribus habebant, ut inde abundarent. Anno tertio separabis. Hic agitur de tertia decima, quae uocatur decima pauperis, & ista decima non fiebat anno quolibet sicut aliae decimae, sed de triennio in triennium, & ista decima erat minor qualibet alia: decima enim prima quae dabatur leuitis maxima erat, quia fiebat de non decimato.

Secunda erat minor, quia decimabantur nouem solum, ante uero decem. Tertia minima erat quia fiebat de paucioribus, quam nouem partibus. Et repones intra ianuas tuas. Ista decima non reportabatur ad locum Sanctuarii sicut aliae decimae. Venietque leuitae. In omnibus tribus decimis leuitae aliquam habebat. s. primam integraliter, secundam & tertiam quantum ad aliquid: & ratio huius quia leuitae multi erant nullam aliam habentes hereditatem nisi decimas, & illas rursus decimabant summo sacerdoti, ut patet Num. 18. capitulo. ideo tanquam pauperes recipiebant partes de aliis decimis.

Peregrinis & pupillo, & uiduae. Iste fiebat decima ista ne paupertate grauati cogerentur seruire gentilibus, a quibus ad idolatriam traherentur.

Qui intra portas tuas sunt. Id est intra portas urbium tuarum, non autem intra portas domus tuae, quia hic loquitur toti Israeli. Ut benedicat tibi dominus in cunctis operibus. Ista benedictio semper ponitur, quia per istam maxime ad eleemosynam incitabantur, quia valde carales erant.

Leuitari pauperes ob quam decima eis debebantur.

Septimo anno facies remissionem: quae hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit: quia annus remissionis est domini. &c.

Debitori remissio.

Septimo. Dicitur supra de eleemosyna, quae fiebat leuitis, & pauperibus, hic agitur de eleemosyna, quae fit omnibus debitoribus per remissiones. 7. anni. & iubilaeum, & potest hoc reduci ad latram indirecte, quia pauperes debitorum ne cogentur corporali pena siue labore debita solui, si gere possent ad gentes, & ibi idola colerent, & isto modo cogentes eos de terra fugere, darent eis occasiones colendi Deos alienos, sicut dixit Dauid contra expellentes eum de terra Israel. 1. Regum. 26. cap. maledicti sunt in conspectu domini qui eiecerunt me hodie, ut non habentem in hereditate domini, dicentes uade serui dijs alienis. ex pietate ergo Dei introductus fuit septimus annus remissionis, ut in eo debitorum a suis creditoribus absoluantur, & serui a dominis.

Et tanguntur tria principaliter. Primum remissio debitorum. Secundo liberatio seruorum ibi. Cum tibi redditus fuerit. Tertio de solutione primogenitorum ibi. De primogenitis qui nascuntur. Prima in duas partes. In prima de remissione. In secunda de liberali largitione ibi. Si uisus de fratribus. Septimo anno facies remissionem. Tota populo ista dicitur quasi uni viro, quia cuiuslibet de Israel. Cui aliquid debetur ab amico vel proximo ac fratre.

Quod soli descendentes ex genere Iacob uocantur inter Iudaeos fratres vel proximi, qui uero conuersi sunt ex gentilitate uocantur peregrini. Et quod Iudaei ex genere & conuersi ad iudaismum non uocantur amici inter se quantumcumque sedera aut beneuolentiam habeant. Quasi. I.

ISTI sunt iudaei natione, ita quod descendant de genere Iacob. Et non intelligitur hoc de conuersis ad iudaismum, patet, quia idem est de remissione debiti sicut de seruitute. sed qui conuersi erant ad iudaismum, vel filii eorum si uenderent in seruos, non liberabantur in iubilaeo ut hinc Leuit. 25. ca. non uocantur conuersi a gentilitate ad cultum iudaeorum fratres eorum, vel proximi eorum, quod satis patet hic, quia littera distinguit inter fratres, proximos, & amicos quantum ad peregrinos, & aduenas: si autem proximi aut fratres uocarentur gentiles, nullo modo distingueretur hic inter aduenas, & proximos, & fratres, sed distinguitur: ergo non sunt alii proximi, vel fratres, nisi iudaei ex genere, patet consequentia, quia ultra aduenas, & peregrinos non poterat hoc intelligi nisi de gentilibus, si non acciperentur aduenae, & peregrini pro ipsis conuersis ad iudaismum vel filiis conuersorum, cum gentilibus autem communicatio nulla erat iudaeis intra eandem ciuitatem, cum ipsi de terra sua omnes idolatras excluderent ut patet Exo. 23. & 34. & 6. & 7. c. relinquuntur ergo soli conuersi ad iudaismum, vel filii eorum, qui uocentur aduenae, & peregrini, quod autem non uocentur fratres patet, quia infra soli iudaei uocantur inter se fratres, cum dicitur: cum uenditus fuerit tibi frater tuus seruus hebraeus, aut hebraea &c. Fratres enim sunt inter hebraeos, vel illi, qui sunt carnales ex eodem patre sicut coniter accipitur, vel qui sunt ex eadem familia. Vocat proximi, quod licet non sic strictus sanguinitate gradu factis

tis propinquo, est tamen coniunctus in communicatione, uel uicinitate, uel p alios similes modos. Amicus uocatur, qui licet non sit cognatus, uel affinis, uel uicinus, est tamen in beneuolentia, & amore non latente per contra-passum coniunctus, ut ait Aristor. octauo Ethico. & hęc omnia inter hebręos ex genere. nam dato, quod aliquis hebręus ex genere haberet amicum aliquem conuersum de gentilitate, non proderit ei talis amicitia quantum ad remissionem faciendam, quia tali amico nō obligabat iudęus facere remissionē.

Cui debetur aliquid ab amico. Si quis enim aliquid accommodasset ad tempus incertum, & transiret septē anni, uel pauciores, dum tamen ueniret ad septimū annum remissionis, non propter hoc statim manebat res apud accommodatarium id est apud illum cui accommodabatur, sed reddebatur domino suo: quia res accommodata non debetur, illa enim potest deberi res, cuius possessio non est penes eum cui debetur, proprietatis, cum autem res aliqua est in possessione alicuius, est etiam rei proprietatis penes eum, non potest deberi ei illa res: quia id quod mihi debetur nondum est meum in specie, donec reddatur, & efficiatur mei iuris per traditionem factam mihi: res autem accommodata manet quantum ad proprietatem apud ipsam, qui accommodauit, manet etiam penes eum possessio, quia ille possidet cuius nomine possidetur, non ergo debetur res commodata ipsi commodatori, sed res mutuata, cuius possessio, & dominium transiit ad ipsum commodatarium, debetur commodatori: ut si quis commoedet alteri equum ad ambulandum usque in uillam, non dicitur debere equum illi: si tamen quispiam alteri mutuet decem florenos, iste cui mutuantur debere dicitur alteri decem florenos: quia proprietatis, & possessio florenorum transiit ad eum illorum decem florenorum, quando ergo dicitur hic, quod aliquid debeatur alicui a proximo suo, intelligitur, quod ei mutuauerit, uel uendiderit, aut quomodolibet ei obligatus sit ad tradendum aliquam rem, quae non est in proprietate uel possessione eius cui dari debet.

Et quantum ad hoc, inter iudęos aduertendum erat, quod si quis alicui rem aliquam mutuares, utpote pecuniam, poterat creditor debitorem uigere, ut solueret ante tempus redemptionis, scilicet ante septimū annum, si tamen ueniret ut in anno remissionis septimo non esset solutum debitum, nunquam ulterius compellebatur debitor soluere illud debitum: & si conueniret coram iudicibus, ut solueret illud debitum, absoluebatur per legem ipsam. & si aliquis renunciaret istam legem scilicet quod dato quod infra annum remissionis non solueret, quod tenebatur postea soluere, non ualebat ista renunciatio, quia ista lex erat introducta in fauorem pauperum principaliter, ideo priuilegio suo non poterant renunciare.

Item quia si possent renunciare legi isti, fieret fraus legi, ita quod lex ista non haberet locum in aliquo casu, nam quandoque aliquis mutuares aliquid alteri, mutuares sub hac conditione apposita scilicet prius faciendo renunciare legi isti, quod ipsi qui mutuum accipere uellent, satis facilius facerent coacti angustia inopie, & sic tantū esset ac si lex ista nunquam data fuisset.

Ab amico, uel proximo ac fratre, suo repetere non poterit. Isti omnes hebręi sunt, & de genere hebręorum, nam si quis esset conuersus de gentilitate, uel filius eius qui de gentilitate conuersus est, non gaudebat isto priuilegio, quod solis iudęis ex genere indultum erat, ut patet infra quae facit differentiam inter amicum, proximum, & fratrem, ad peregrinum uel aduenam. Quia annus remissionis est domini. Idest quia Deus statuit istum annum septimū, ut in eo omnia debita remitterentur, & qui seruus esset, liber efficeretur: ideo iudęi filii iacob in quorum

fauorem hoc indultum fuerat, remittere debebant omnia debita, & remitti eis ab alteris, iste annus septimus remissionis non computabatur a tpe quo aliquid alteri mutuatum est, quia tunc non esset annus septimus aliquid cōe, nec annus iubilei esset aliquid commune, contrarium autem patet Leuit. 25. c. quia in illo anno omnes serui liberantur, etiam de anno remissionis patet, quia in anno remissionis non colebatur, uel seminabatur terra, nec putabantur uinea, sed nec ipse dominus colligebat solus omnia, quae sponte in agris suis, & uinea germinabant, sed omnib. peregrinis, & aduenis, atque pauperibus, & bestiis terre ipsa relinquebat, ut patet in preallegato. cap. sed computabantur isti anni sic, quae postquam intrauerunt Israelite in terra Chanaan, fecerunt unum annum remissionis, & post septem annos fecerunt iterum annum remissionis, & sic de septem in septem annos remissionis annum celebrabant, & si aliquis uno mense ante annum remissionis mutuaret alteri pecuniam, transacto illo mense non poterat creditor petere illam pecuniam, quia iam erat annus remissionis, & sic erat de uenditione seruorum, quia si vnus seruus uenderetur alicui, qui esset hebręus ex genere, liberabatur in anno remissionis, & dato quod in anno sexto uenderetur, in anno seq. scilicet septimo liberabatur, ut satis declaratur Leuit. 25. c. *A peregrino, & aduena exiges.* Peregrinus uocatur, qui de gentilitate ritu ad hebręorum obseruantias conuersus est, & iste idem uocat aduenam, quae adueniebat a alia lege, uel opinione ad iudaicam.

Quod Deus dabit multa priuilegia iudęis ex genere quae non dabit conuersis ad iudaismum. Et quae erant. Quest. II.

SCIENTIUM quod in hoc Deus uel quodammodo magis fauorabilis iudęis ex genere quam conuersis de gentilitate: nam inter iudęos de stirpe iacob tenebatur ista lex, scilicet remissio fieret debitoribus, inter aduenas & conuersos de gentilitate non tenebatur. Item excellebat iudęi ipsos conuersos in alio, quia iudęi ex genere ciues uocabantur, conuersi autem uocabantur ciues, ut patet hic cum dicitur, a peregrino, & aduena exiges: ciues, & propinquum repetendi non habebis potestatem, quod manifeste intelligitur de ipsis conuersis sic dicitur. s. i. c. quod iustum est iudicare siue ciuis ille sit, siue peregrinus, ubi autem referri non potest peregrinus nisi ad conuersos, ut ibi declaratum est, sic est Leuit. 24. Itē excellebant eos in alio, quia si vnus iudęus uenderet alteri iudęo, non poterat eum tenere nisi usque ad annum redemptionis, ut patet Exo. 21. c. & J. in littera. si tamen emerit alicuius de conuersis ad iudaismum, poterat eum tenere in aeternum, ut patet Leuit. 25. c. cum dicitur seruus, & ancilla sint uobis de nationibus, quae in circuitu uestro sunt, & de aduenis qui peregrinant apud uos, uel qui ex his nati sunt in terra uestra, hos habebitis famulos, & hereditario iure transmittetis ad posteros, atque possidebitis in aeternum, fratres autem uestris filios israel ne opprimatis per potentiam: dabatur autem ista aliquis excellentia iudęis ex genere super conuersos de gentilitate, quae cum iudęi essent precipue populus Dei, cui lex data foret, si aliis compararentur quantum ad omnia, nimis indignarentur eis tanquam aliquod iniustum ab eis pateretur, ut ergo tolleretur locus inuidiae, & contentioni in populo illo, quae adhuc rudis erat, uoluit Deus conuersos minoris honoris esse quantum ad s. d. i. c. iudęi ex genere essent, ut eis quodammodo subiecti uiderentur. Et istum modum tenere uoluerunt iudęi cum ad fidem Christi conuersi sunt. scilicet quod uolebant praeferrī conuersis ex gentilitate: & fuit ista disceptatio magna inter Romanos christianos in ecclesia primitiua, nam quod de iudaismo conuersi fuerant gentilibus se praeferebant, gentiles autem uice uera digniores se iudęis conuersis arbitrabantur, unde in eis erant inuidiae, &

Quae altercatio inter gentiles & conuersos in primitiua ecclesia.

diffensiones, donec Apostolus in epistola, quae ad Romanos dicitur, utrosque redarguit demonstrans utroque peccasse, & indigere gratia Dei, nec aliquos eorum aliquid meritis, ut alteris praeferrī deberent. Scien dum autem, quod inter iudęos erat quadruplex communicatio, quia aut iudęi cum iudęo, aut conuersi de gentilitate cum alio conuerso, aut iudęi cum conuerso, aut conuersi cum iudęo, lex autem ista, quae hic ponitur solum tenet quantum ad unum modum scilicet quando communicat iudęus cum iudęo, nam tunc remissionis locus erat, & patet, quia dicitur, cui aliquid deditur a proximo suo, uel amico, aut fratre, manifestum est, quod ista Dei locutio ad israelitas est scilicet ad iudęos ex genere, & cum dicitur ab amico, uel proximo, & fratre oportet intelligere de amicis, & fratribus hebręorum, sed proximi, & fratres hebręorum solum uocantur alii hebręi ex genere: ergo solum ad eos dirigitur. Quod autem hebraei solum uocentur fratres, patet Leuit. 25. capitulo cum dicitur fratres autem tuos filios israel non opprimes per potentiam, sic etiam patet infra: si autem esset inter conuersos ista communicatio, non tenebatur ista lex: nam si vnus alteri pecuniam mutuaret, poterat quocumque tempore repetere eam, quod patet, quia si nulla lex constituta esset iubens remissionem fieri anno septimo, non tenerentur facere: ideo quocumque tempore posset creditor a debitore petere id, quod debebatur: quia ergo ista lex non dirigebatur ad conuersos, sed solum ad iudęos, non tenebantur conuersi ad celebrandum istum annum remissionis. Etiam erat idē de uenditione seruorum, quia si vnus iudęus alteri iudęo uenderetur in seruum, liberabatur in anno remissionis: si autem uenderetur vnus conuersus alteri conuerso, celebrabatur uenditio simpliciter, nec liberabatur in anno septimo remissionis, nec in anno 50. iubilei. Non tenebat etiam ista lex in tertio modo communicationis scilicet quando communicabat iudęus cum conuerso, nam si aliquis iudęus mutuaret quippiam cuiquam conuerso de gentilitate, aut filius conuersorum, non liberabatur ipse conuersus creditor in anno septimo remissionis, uel in anno iubilei quinquagesimo: de hoc patet hic cum dicitur, quod in septimo anno remissionis ille, cui aliquid debetur a proximo suo, uel fratre, aut amico, non poterat repetere, cadebat enim a iure petendi quasi si ipse debitor nunquam fuisset obligatus creditori: dicitur postea a peregrino & aduena exiges, ciuem, & propinquum repetendi non habebis potestatem: idem si reciperet iudęus aliquem conuersum in seruum, non liberabatur ille in anno remissionis, nec in anno iubilei, sed erat seruus in aeternum ut patet Leuiti. 25. capitulo. cum dicitur hos transmittetis ad posteros iure hereditario & possidebitis seruos in aeternum, nec tenebat ista lex in quarta communicatione, quae est conuersi ad iudęum scilicet, quod si aliquis conuersus cuiquam iudęo aliquid mutuares, dato quod non solueretur ante annum remissionis, tamen manebat obligatio ad posteriora tempora usque in aeternum, patet quia lex solum dicit de iudęo ad iudęum, ergo in illis solis tenet.

Si autem arguas, quod ista lex dabatur in fauorem iudęorum ut ipsi essent excellentiores, si tamen ita ret, quod iudęi debentes alicui conuerso de gentilitate tenerent soluere etiam post annum remissionis, non magis esset ista lex in fauorem iudęorum quam conuersorum. Respondetur, quod ista lex non dabatur iudęis in fauorem contra illos, qui de gentilitate conuersi erant, sed dabatur iudęis pauperibus, qui debitoribus erant, in fauorem eorum contra creditores: etiam in hoc quaedam excellentia erat, quia pauperibus con-

Alph. T. off. super Deuter.

ueris non dabatur iste fauor contra conuersos creditores.

Item licet in ista parte de mutatione rerum non seruaretur fauor aliquis omnium iudęorum contra conuersos, quia non aequaliter uterque iudicabantur in communicatione, etiam in ista quarta non seruabatur lex de redemptione seruorum, quia si iudęus uenderetur conuerso de gentilitate, non liberabatur in anno remissionis, ut patet Leuiti. 25. cap. ideo mandabat Deus, quod quando aliquis iudęus pro paupertate uenderet se alicui conuerso ex gentilitate, ne opprimeretur ab eo per potentiam, quod cognati eius possent eum redimere, uel ipse posset se redimere, si tamen deberet in septimo anno liberari, non tantopere Deus mandaret, ut seipsum redimeret ipse uenditus, uel quod a cognatis redimeretur: etiam patet magis hoc, quia subiungitur in littera Leuiti. 25. quod si non posset se iste redimere, nec ab alio redimeretur, quod saltem in anno iubilei liberaretur, si tamen uenditus esset alicui hebręo dato quod non redimeret se, nec redimeretur ab alio in anno septimo remissionis liberaretur: in hoc autem patet quod supra dicebatur scilicet quod etiam quantum ad istam legem dabatur maior fauor iudęis quam conuersis de gentilitate. nam si gentilis uenderetur iudęo erat seruus in sempiternum, & transmittebatur ad posteros iure hereditario, si tamen uenderetur iudęus conuerso, saltem liberabatur in iudęo, ut patet de utroque Leuiti. 25. c. *A peregrino & aduena exiges.* Idest a gentili, qui peregrinatur inter uos, uel a conuerso de gentilitate ad iudaismum.

Ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem.

Propinquus uocatur aliquis in cognatione coniunctus, cuius uocatur quicumque iudęus qui in eadem ciuitate morabatur: conuersi autem de gentilitate ciues non erant, quia non gaudebant duobus priuilegiis ciuium in quacunque politia. scilicet quod participent lege, & principatu saltem concionatio, ut patet in primo capitulo tertio Politico. conuersi autem licet participarent lege quantum ad contractus ut nulla iniuria eis fieret, ut patet Leuiti. 24. c. equum iudicium sit inter uos siue ciuis siue peregrinus peccarit: sed non participabant principatu, nec parte hereditatis nunquam inter iudęos assumere poterant, sed inter eos aequaliter, ut ualebant, uidebant.

Et omnino indigens, & mendicus non erit inter uos.

Infra dicitur quod non deerunt pauperes in terra uestra aliqui respondent, quod intelligitur hoc si iudęi bene se habent, non essent pauperes in terra sua, si autem male se habent, essent pauperes in terra.

Sed hoc implicat contradictionem si respiciatur, quia ista remissio pauperibus est faciendā, & accommodatio uel donatio liberalis, si ergo quando iudęi seruarent mandata Dei, non essent pauperes in terra sua, ergo ista lex solum seruari deberet, quae non seruarentur mandata alia. hoc contradictorium est, & ridiculum.

Item dato hoc Deus daret aliquam legem, quae solum seruanda esset, quando ipsi qui seruare deberent mali essent.

Item implicatur alia contradictio, quia dicitur infra quod seruando ista benedictio, & multiplicabuntur in omnibus bonis, sed solum ista benedictio promittitur bonis, ergo isti boni essent.

Item non potest stare, quia eadem benedictio datur tribuendi quando pauperes omnino esse non debent, uel quando dicitur, quod non deficiunt. Dicendum ergo quod istae duae auctoritates in eodem tpe intelliguntur, sed ista prima intelligitur imperatiue: illa secunda intelligitur assertiue. *Et omnino indigens, & mendicus.* Est sensus faciatis, quod inter uos non sint indigentes & mendici. Et adhuc ista propositio habet duos sensus secundum

L 3 quod

quod ly omnino potest determinare verbum erunt, uel nomen indigens, si determinet verbum est sensus faciat, si nullus indigens sit in terra uestra, quia omnino prapponitur negationi, & equipollet suo p̄rio. si nullus uel nullo modo, & hoc falsum est, quia repugnaret alteri propositioni scilicet non deerunt pauperes in terra uestra: si determinet omnino nomen indigens est sensus, faciat, quod non sit aliquis in terra uestra, qui totaliter, uel omnino sit indigens, & mendicus. Et tunc bene stat alia propositio, quia possunt esse multi pauperes, quorum nullus sit totaliter indigens, uel mendicus, quia pauper dicitur, qui parum habet potest tamen aliquam partem transigere sine hoc, quod ostiatim, & publice petat: omnino indigens, uel mendicus est, qui nihil omnino habet, sed ad uiuendum cogitur mendicare, & tales mandabat dominus ne essent in terra israel scilicet ut darent eis diuites necessaria ad vitam, uel accommodarent, & si soluere non possent, quod remitterent. *Et benedicat tibi dominus.* Ex hoc patet, quod illa locutio est imperatiua: quia alias non coniungeretur benedictio propter illam: quia in illis solum meremur, quae sponte agimus, *Si tamen audieris uocem domini Dei tui.* Idest si uoluntatem promptam ad obediendum, & faciendum habueris scilicet hoc quod mandatum est de subueniendo pauperi diminuentur bona tua. *Et custodieris uniuersa, quae iussit.* Idest opere compleueris ea, quae nunc mandauit de remittendo debita, & tribuendo pauperi, & omnia alia mandata supra posita. *Feneraberis gentibus multis.* Hic ponuntur benedictiones accommodantis, & dimittentis debita, & sicut, per quae quis peccat, per haec torquetur, ita in quibus aliquis bene agit in his remunerationis partem accipit: qui ergo accommodat, uel gratis erogat, abundabit. *Feneraberis gentibus multis.* Idest quia pauperi accommodas, Deus multiplicabit in tantum bona tua, quod multis gentibus accommodare possis, & non indigeas ut aliquis tibi accommodet. Et non accipitur hic fenerari pro commodatione facta sub usuris, quia quamuis ad duritiam cordis eorum concessum fuerit eis, quod extraneis ad usuram pecuniam traderent, ne a suis raperent: sed tamen de se non erat bonum, sicut de libello repudii, qui concessus est ad duritiam cordis eorum, ut habetur Matth. 19. capitulo, scilicet ne uxores interficerent: non est ergo aliquo modo uerisimile, quod Deus daret eis remunerationem boni operis in lucro quasi iniusto, & patet magis ex littera hebraica, quia aliud uerbum ponitur hic quam infra 23. capitulo ubi permittitur eis accipere ab extraneis usuras. *Dominaberis nationibus plurimis.* Si bene egeris, *Et tui nemo dominabitur.* Quia quando bene agebant omnes hostes timebant eos, si autem dimitterent legem Dei sui, immediate aliarum nationum pedibus calcabantur, & ista littera tota legitur assertiue per modum prophetiae, & non imperatiue ut aliqui putant, *Si unus de fratribus tuis.*

De liberali largitione, & charitate ordinata ad proximos.
Quaest. III.

INUITAT eos hic ad pietatem proximorum, nam Iudei dura uiscera habebant, ut magis uellet aliena rapere, quam cuiquam de suis erogare, Deus autem nunc admonet ut proximis exhibeant uiscera charitatis, & dicit. *Si unus de fratribus.* Fratres ut scilicet declarabamus accipitur solum pro eo, qui de genere Iacob est: alii autem peregrini uocantur, & aduenae, hic autem cum opera pietatis ad omnes esse impen-

Fenda denunciaret, ad fratres tamen principaliter. s. ad eos, qui de genere Iacob, nam quilibet Iudaeus tenebatur cuique ualde indigenti (si poterat) erogare siue gentilis ille esset, siue conuersus, uel qualicunque, & dato, quod non esset in magna necessitate cuiuscunque tamen bene faciendo merebatur ualde, sed in hoc magis tenebantur eis, qui de genere suo erant: eodem modo, qui conuersus de gentilitate erat, merebatur in benefaciendo alicui Iudaeo pauperi, magis tamen merebatur benefaciendo alicui conuerso de gentilitate, qui erat de genere suo, pro dignitate tamen hebraeorum merito fit magis de eis, quam de conuersis de gentilitate. *Qui morantur intra portas ciuitatis tuae.* Ad totum Israel loquitur & est sensus, qui moratur intra portas ciuitatis tuae. quod talis frater pauper habitat in terra promissionis in terra, quam Deus dederat eis, intra portas ciuitatis eorum uel potest loqui ad quemlibet de Israel, & est sensus. *Qui morantur intra portas ciuitatis tuae.* i. quod licet quilibet de Israelitis deberet benefacere aliis Iudeis quibuscunque, magis tamen tenebatur Iudaeis, qui morabantur intra ciuitatem in qua ipsi habitarent, quam aliis Iudeis, qui in aliis urbibus commanebant, quia licet omnes secundum naturam nobis proximi sint, illi tamen abundantius quos natura locorum. scilicet propinquitas propinquiores fecit. *Non obdurabis cor tuum.* s. non compatiendo miseriam eius, *Nec contrahas manum sed aperies eam pauperi.* uel nihil des ei. *Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris.* Si aliquando soluere potest, da ei mutuum, si tamen non possit soluere: sed ut communiter non erat in terra illa aliquis tam pauper, qui mutuum datum ad sustentationem soluere non possit, quia habentes accommodabant eis tempore necessitatis, ut non cogerentur vendere possessiones suas, uel si uendebant reducebantur ad eos post: hoc enim est quod homines habentes possessiones cito de pauperat, quod quando indigent, accommodatum, siue mutuum non inueniunt, ideo coguntur vendere possessiones, & sic ad nihil rediguntur, & sic inter hebraeos per accommodaciones, & debitorum remissiones, & uenditarum possessionum reddiciones non poterant esse mendici, uel omnino indigentes ut supra mandauit Deus. *Cave ne subrepat tibi impia cogitatio.* Tollit hic quandam fraudem, uel calumniam, quae contra pauperes fieri posset, ut si peteret aliquis pauper mutuum pauco tempore ante septimum annum, diues uidens appropinquare septimum annum, in quo remittebantur omnia debita priora, nollet mutuum dare, unde cogerentur pauperes mendicare. *Ne forte subrepat impia cogitatio.* Vocat cogitatio impia illa, per quam contra pietatem militatur, & accipitur pietas non pro cultu diuino, ut alibi accipi consuevit, sed pro amore parentum, uel patriae, sed pro misericordia, quae debetur miseris proximis, haec autem cogitatio est, ut si quis diceret cum cernebat annum septimum remissionis propinquare, nollet, commodare siue mutuare quicquam fratri suo pauperi, quia ueniente anno illo tollebat omnem obligationem in debitoribus, nec poterat quicquam renuciare legi isti, quia tunc fraus magna fieret legi, & non seruaretur in aliquo casu, sed conuenirent creditores cum debitoribus, ut non obstante anno remissionis tenerentur postea ad solutionem plenariam faciendam, ut ergo non perderent quicquam diuites de rebus suis, nolent commodare paulo ante tempus remissionis, dicitur subreperere cogitatio id est insurgere latenter, uel paulatim, & istud est uerbum quod pertinet proprie ad passionem: nam passionibus obrepunt siue insurgunt latenter, & non cum impetu, ita ut quasi sentiri non possint, donec iam insurrexerint, *Et dicas in corde tuo.* Ista est cogitatio impia, impia quae poterat obrepere diuitibus, ne daret quicquam pauperi. & hoc dicebat in corde subrepat impia cogitatio. *Quia appropinquat septimus*

Quid impia cogitatio.

Quid oculi auertere.

septimus annus remissionis. Idest quia nunc appropinquat annus remissionis, si aliquid dedero non restituetur mihi, ideo dare nolo, & ex hoc sequitur, quod dicitur. *Et auertas oculos tuos.* Ille auertere oculos dicitur, qui perentem audire dissimulat, & sic nihil erogat: sic habet etiam, & obturari aures cum non audire dissimulamur pauperes exorantes, ut dicitur per. 21. c. qui obturat aures suas ad clamorem pauperis ipse clamabat & non exaudietur. *Paupere fratre tuo.* Frater uocatur Iudaeus ex genere ut dictum est: sed non solum peccabat Iudaeus si auerteret oculos a Iudaeo paupere nihil dando ex his quae petebat, sed etiam si auerteret oculos ab aliquo conuerso de gentilitate, si eum nimis inopia anxii conspiceret, magis tamen ei qui de genere suo erat tenebatur in pari causa necessitatis. *Nolens ei quod postulat mutuum commodare.* Sciendum quod in hoc poterat fieri fraus creditoribus, & fraus legi: esset enim fraus legi, si forte diuites, qui aliis mutuare poterant, mutuare nolent nisi cum multum distaret tempus septimi anni remissionis, ita ut interim a debitoribus, qui mutuauerant, recuperare possent, & sic contingeret paulo ante remissionis annum multos pauperes indigere, nec posse conuenienter sustineri, nisi eis mutuetur: ideo tunc fuit posita haec lex, uel potius admonitio, quod licet annus septimus remissionis instet, ita quod debitum tunc datum a creditore solui ei non possit, tamen si pauper indigeat, & petat mutuatum, diues dare debet etiam nihil inde sperando, quod si non dederit, & impetabit diuiti hoc in peccatum impietatis. poterat etiam in hac lege anni remissionis fieri fraus creditoribus siue mutuatoribus: quia aliquis nolens soluere, quod mutuaretur ei, peteret mutuum paulo ante tempus remissionis, ut sic maneret debitum insolutum, & hoc modo multa inconuenientia sequerentur scilicet, quod uel ipsi diuites a quibus alii peterent, de pauperarentur si omnibus petentibus darent, uel quod nulli darent, quorum uterque satis erat inconueniens, & distonum intentioni legis: quia nec lex uolebat per fraudem diuites de pauperari, nec pauperes indigentes nullo dante inopia anxii.

Considerandum ergo erat circa hoc, quod ille qui mutuum petebat paulo ante annum remissionis in tali tempore, in quo non possit soluere debitum, aut erat diues, siue non multum indigens, aut erat in magna indigentia, si autem non multum indigebat; aut diues esset, non erat sibi dandum in tempore illo: & dato, quod clamaret ad dominum contra illum, qui non largiebatur, quod petebat, clamor ille non imputaretur in peccatum ipsi diuiti non danti, & patet, quia dicitur supra in littera, & auertas oculos a paupere fratre tuo, quasi dicat, quod non erat peccatum auertere oculos ab eo qui pauper non erat: si autem iste qui peteret erat pauper, ita quod si non daretur ei mutuum, non haberet necessaria ad vitam pro illo tempore, sed fame periret, aut cogeretur grauem in rebus suis sustinere iacturam scilicet uendendo possessiones suas pro paruo precio ne esuriret: & talibus quando cunque peterent comperta hac necessitate largiendum erat quocunque tempore peterent: alias imputaretur in peccatum eis, qui quod petebatur cum potuerint largiri noluerunt. *Nolens quod postulat mutuum commodare.* Hic accipitur commodare improprie nam commodare est aliquid rem ad usum siue commodum alicui dare, quae res eadem in substantia reddi debet, ut si quis equum commodet alicui ad equitatum, nam tunc cum non transeat dominium rei commodatorem, & possessio etiam non transeat: sed non

Alph. Post. super Deuter.

Amine commodatoris teneatur: quoniam ipse possidet cuius nomine possidetur, non manet res commodata apud commodatarium id est apud illum cui commodata est, etiam transeunte remissionis anno, & hoc quia res commodata nunquam fuit debita commodatori, cum semper eius fuisset, siue quantum ad dominium, siue quantum ad proprietatem, sicut res mea: quas ego penes me teneo mihi debita non sunt quia totaliter meae sunt: ideo nullus recuset commodare aliquid siue ante tempus remissionis magno tempore, siue paulo ante, quia nullum periculum erit in commodando, cum res rediret ad commodatorem: erat tamen damnum in mutuando, quia res mutuata efficiuntur ipsius, cui mutuatur quantum ad possessionem, & proprietatem, ideo non tenetur reddere mutuatori eandem in substantia, cum ergo aliquis quicquam mutuat illud debetur ei, quia ab eius dominio, & possessione alienum effectum est, si tamen accommodat asinum non debetur ei asinus, quia a rebus eius alienus non effectus est. accipitur ergo hic commodare pro mutuare quod declaratur cum dicitur. *Nolens quod postulat mutuum commodare.* Idest nolendo dare mutuum id quod postulat: & sic solum tenetur commodare pro dare, licet commodare significet ad commodum dare. *Ne clament contra te ad dominum.* Quia uidentes se pauperes locatos inter inopiam & famis angustias nec aliquid facere potentes clamarent ad dominum contra diuites nolentes eis in necessitatibus subuenire. *Et fiat tibi in peccatum.* Idest reputet tibi Deus hoc ad magnam peccatum, quia fratri tuo in necessitate misericordiae uiscera conuulisti. *Nec ages quippiam callide.* Idest fraudulenter. *In eius necessitatibus subleuandis.* Ne forte mutuarer pecuniam pauperi, ut habens familiaritatem cum eo filiam, uel uxorem eius ad actum illicitum prouocaret, sicut plerique fecerunt.

Quare mala multa necessitas fieri cogit.
Quaest. IIII.

MALA multa necessitas fieri cogit, & peti, multi enim necessitate rei familiaris coacti furta, & homicidia commiserunt, ideo rogabat Salomon Deum, ut patet prouerbio. 30. capitulo, nec diuitias, nec paupertatem ei daret: ne propter paupertatem periuria, & furta committere cogerentur, multi etiam multa in honesta perpeti consenserunt, ut inopia subleuarent, ex hoc ergo diuites ualde cauere debent ne pauperes ad aliquid inhonestum inducantur propter subleuationem inopiarum suarum. Vel potest aliter intelligi. *Nec ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuandis.* Idest non facies contra eum aliquam astutiam, euadendo ne ei subuenias in necessitatibus scilicet dicendo te non posse nunc succurrere, uel quod auertas oculos tuos ab eo fingens te non audire, uel quod aliquid alterum agas ita ut non succurras, quia instat annus remissionis in quo debitum deletur, & iste sensus conuenit superiori litterae scilicet caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio. *Et benedicat tibi dominus Deus tuus.* Tenetur hic ut, consecutiue id est & benedicet tibi dominus, quia ista erant bona opera ex genere scilicet subuenire miseris, cum ergo fierent ex charitate dupliciter merebantur, qui faciebant.

Primo, quia uita aeterna eis dabatur, quae pro quolibet actu charitatis nobis debetur de congruo.

Secundo dabatur eis aliquod praemium temporale, quia iustum erat ut qui bona temporalia liberaliter largiebantur, in bonis quoque temporalibus letarentur, & cum

L 4 hic

hic precipuum sit bonum vite eterna: potius & principaliter nominari debuit, sed conformat se scriptura conditi oni illorum Iudaeorum qui adhuc valde imperfe-
 cti erant, & magis afficiebantur ad bona ista temporalia, quam ad eterna, que non multum cognoscebant. *Vt benedicat tibi dominus*. Idest & benedicet tibi dominus scilicet dando multiplicationem in rebus temporalibus: quia benedictio semper importat multiplicationem, & hoc siue in temporalibus siue in spiritualibus: hic autem accipitur pro multiplicatione rerum temporalium solum, quod patet ex his quae sequuntur scilicet in omni tempore id est quamdiu unquam vixeris; multiplicatio autem hominis que est dum vivit ad bona corporalia pertinet: nam bona spiritualia quae nos proficiant non viventibus sed iam seculo defunctis impenduntur. *In cunctis ad quae manum miseris*. In hoc etiam patet quod intelligatur de benedictione temporalis. scilicet in cunctis ad quae homo miserit manum. i. in cunctis quae incaperit prosperabitur: ista autem est maxima felicitas temporalis, sed nullo modo pertinet ad spirituale benedictionem, quae implicita est in his. *Non deerunt pauperes in terra tua*. Quia diceret aliquis ad quid est iste annus remissionis, vel mutuatio pecuniarum, quia non est cui ista fiant cum omnes abundauerint? Respondetur quod non deerunt pauperes in terra promissionis quibus ista pietatis opera impendantur, vocantur pauperes, quia aliquas possessiones habent, & tamen vivere non possunt nisi diuites eis frequenter mutarent, & aliquando remitterent. Quomodo autem ista auctoritas concordet superiori patuit, sup. *Cum ter venditus fuerit*. Hic ponitur secundum principale, scilicet seruorum liberatio. *Frater tuus hebraeus*. Quia gentiles conuersi ad iudaismum nec filii eorum nati in iudaismo non gaudebant hoc privilegio: sed in eternum semi erant, nec etiam in iubileo liberabantur sed transmittabantur iure haereditario ad posteros ut patet Leui. 25. c. *Aut hebraeus*. Pluribus privilegiis gaudebat hebraeus quam hebraeus: quia hebraeus vendebatur ut dominus suus uel filius domini eam in vxorem acciperet: & si non acciperet, & ante annum remissionis appareret in ea signa pubertatis, liberabatur a seruitute, ut traderet viro, & alia multa de quibus Exod. 21. c. *Sex annis seruiet tibi*. Negatiue intelligi debet ista littera, i. non seruiet tibi ultra sex annos, sed aliquando minor tempore seruiet, ut si venderetur vno anno ante annum remissionis solum illo anno seruiret, quia in anno septimo qui erat idem apud omnes Iudeos, omnia remitti debebant, sed erat in precio dicitur, quia cum venditio in seruum esset temporalis. scilicet usque ad annum remissionis iuxta estimationem temporis estimabatur precium, sicut fiebat de possessionibus, quae remittebantur in iubileo, ut habetur Leui. 25. c. *Sex annis seruiet tibi*. Potest alio modo intelligi quod sex annis seruiet, i. quod sex annis poterit seruire, & non amplius, quia hoc privilegium dabatur Iudaeis ex genere. scilicet non possent vendi venditione seruorum. scilicet in aeternum, & causa eius ut patet Leui. 25. cap. quia dixit dominus mei sunt serui filii Israel: quia ego eduxi eos de Aegypto, sed temporaliter vendi poterant ad releuandum eorum indigentiam secundum tempus. *In anno septimo dimittes eum liberum*. Computando istum annum non a venditione istius serui hebraei, sed ab anno remissionis qui proximo precesserat, quia iste annus apud omnes iudeos idem erat quocumque tempore venderentur ut sup. declaratum fuit. *Dimittes eum liberum*. Scilicet non imputando ei aliquid qua damna, vel negligentias, vel sumptus factos in ipso, ut pote si dominus commississet seruo illi hebraeo aliquam rem, & seruus ille ex negligentia, vel alias perdidisset illam, aut alia domino intulisset, & postea exiens a seruitute in septimo anno remissionis impeteretur a domino, ut damna data resarciret, aut rediret in seruitutem, donec de illis esset domino satisfactum, non poterat cogi ad soluendum quicquam illorum damnorum, vel seruiendum pro eis, quod seruus erat & seruus est res domini sui, tunc ergo quando iste damna intulit erat res domini sui, cum inter seruum, & dominum non fit iustum simpliciter, non potest dici dominus passus damnum cum a re sua passus sit, sicut si ipse sibi ipsi intulisset: secus autem esset de mercenario, quia si mercenarius aliquod damnum intulerit, cum sit liber manet auctio ipsi cuius negocia gessit, aut labores negligenter, ut teneatur resarcire quantum damnum intulerit. id est si seruus egrotauisset, & dominus expendisset multa in medicos propter eum, & postea peteret, non tenebatur ei quicquam reddere, cum in re sua egisset: in mercenario etiam secus quantum ad hoc ex causa assignata. *Et quid libertate donaueris*. id est quid liberum effeceris: nec accipitur hic donare libertatem proprie, quia aliquis donat alterum libertate, cum ei libertatem gratis donat, ut si quis velit seruum qui ei tenebatur seruire, efficere liberum gratis, hic autem qui in septimo anno remissionis alterum donauit libertate, siue liberum abire permittebat, non dabat ei gratis libertatem cum cogere dare per legem, ipsa ergo lex seruos efficiebat tunc liberos & non domini, si autem aliquis hebraeus seruum suum hebraeum ante annum septimum liberasset, dicebatur eum libertati donare, quia gratis imperiebatur libertatem, proprius ergo diceretur, & quid liberum abire permisisset, quia licet lex mandaret dominus tamen permittebat. *Nequaquam vacuum abire patieris*. Ut appareat quod bono animo dimittis in libertate eum. *Sed dabis ei de gregibus viaticum*. Mouet hic Deus ad misericordiam hebraeos erga seruos suos hebraeos, nam cum hebraei serui in anno septimo liberabantur, erant pauperes deficientes necessariis ad vitam viaticis, cum in precedentibus annis sibi non laborassent sed domino suo, mox ergo liberati non haberent quid manducarent nisi alii impenderent, iustus ergo erat quod domino sui penes quos manserant, largirentur eis quam ceteri, & ponitur ea de quibus prouidere debebat dominus seruo in libertatem exeunti scilicet viaticum, cibum paratum ad viam, & signat hoc quod domino darent seruis quando liberarent eos aliquid ad cibum, saltem pro paruo tempore, ita quod non intelligatur, quod mandaret Deus quod domini darent seruis suis possessiones gregum, uel armentorum, aut vinearum, sed solum viaticum id est cibum pro aliquo tempore. *De gregibus*. Scilicet de ouibus, vel capris aliquid ad cibum scilicet ouem, uel capram, aut aliquid modicum. *Et de torculari*. Idest quod etiam daret dominus seruo vinum ad potum pro aliquo tempore. *Quibus dominus Deus tuus benedixit tibi*. Idest in quibus Deus augmentauit te dando abundantiam gregum, & vini & panis, licet non ponatur, intelligitur enim cum hoc sit precipuum. *Memento quod ipse seruietis in Aegypto*. Ideo cum seruis misericorditer te habere debes: illi enim, qui aliquas iniurias passi sunt, magis miserentur eorum, quos talia perpeti vident, quam illi, qui nunquam talia passi sunt, cum ergo hebraei passi fuissent in Aegypto durissimam seruitutem, satis miserendi causam habebant eis, qui inter eos seruiabant, sic dicitur Exod. 22. capitulo aduenam, & pupillum non contristabis, nec affliges eum, aduenam enim fuistis in terra Aegypti, & Exod. 23. capitulo dicitur peregrino molestus non eris, scitis enim animas peregrinorum, quia ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. *Et liberauit te inde dominus Deus tuus*. Per mirabilia signa atque portenta. *Et idcirco ego nunc precipiam tibi*. i. quia ego liberaui te de seruitute, magnum beneficium tibi impendi, propter quod mihi obedire teneris, sed ego precipio tibi nunc misereri seruorum, ergo obligaris

tutem, donec de illis esset domino satisfactum, non poterat cogi ad soluendum quicquam illorum damnorum, vel seruiendum pro eis, quod seruus erat & seruus est res domini sui, tunc ergo quando iste damna intulit erat res domini sui, cum inter seruum, & dominum non fit iustum simpliciter, non potest dici dominus passus damnum cum a re sua passus sit, sicut si ipse sibi ipsi intulisset: secus autem esset de mercenario, quia si mercenarius aliquod damnum intulerit, cum sit liber manet auctio ipsi cuius negocia gessit, aut labores negligenter, ut teneatur resarcire quantum damnum intulerit. id est si seruus egrotauisset, & dominus expendisset multa in medicos propter eum, & postea peteret, non tenebatur ei quicquam reddere, cum in re sua egisset: in mercenario etiam secus quantum ad hoc ex causa assignata. *Et quid libertate donaueris*. id est quid liberum effeceris: nec accipitur hic donare libertatem proprie, quia aliquis donat alterum libertate, cum ei libertatem gratis donat, ut si quis velit seruum qui ei tenebatur seruire, efficere liberum gratis, hic autem qui in septimo anno remissionis alterum donauit libertate, siue liberum abire permittebat, non dabat ei gratis libertatem cum cogere dare per legem, ipsa ergo lex seruos efficiebat tunc liberos & non domini, si autem aliquis hebraeus seruum suum hebraeum ante annum septimum liberasset, dicebatur eum libertati donare, quia gratis imperiebatur libertatem, proprius ergo diceretur, & quid liberum abire permisisset, quia licet lex mandaret dominus tamen permittebat. *Nequaquam vacuum abire patieris*. Ut appareat quod bono animo dimittis in libertate eum. *Sed dabis ei de gregibus viaticum*. Mouet hic Deus ad misericordiam hebraeos erga seruos suos hebraeos, nam cum hebraei serui in anno septimo liberabantur, erant pauperes deficientes necessariis ad vitam viaticis, cum in precedentibus annis sibi non laborassent sed domino suo, mox ergo liberati non haberent quid manducarent nisi alii impenderent, iustus ergo erat quod domino sui penes quos manserant, largirentur eis quam ceteri, & ponitur ea de quibus prouidere debebat dominus seruo in libertatem exeunti scilicet viaticum, cibum paratum ad viam, & signat hoc quod domino darent seruis quando liberarent eos aliquid ad cibum, saltem pro paruo tempore, ita quod non intelligatur, quod mandaret Deus quod domini darent seruis suis possessiones gregum, uel armentorum, aut vinearum, sed solum viaticum id est cibum pro aliquo tempore. *De gregibus*. Scilicet de ouibus, vel capris aliquid ad cibum scilicet ouem, uel capram, aut aliquid modicum. *Et de torculari*. Idest quod etiam daret dominus seruo vinum ad potum pro aliquo tempore. *Quibus dominus Deus tuus benedixit tibi*. Idest in quibus Deus augmentauit te dando abundantiam gregum, & vini & panis, licet non ponatur, intelligitur enim cum hoc sit precipuum. *Memento quod ipse seruietis in Aegypto*. Ideo cum seruis misericorditer te habere debes: illi enim, qui aliquas iniurias passi sunt, magis miserentur eorum, quos talia perpeti vident, quam illi, qui nunquam talia passi sunt, cum ergo hebraei passi fuissent in Aegypto durissimam seruitutem, satis miserendi causam habebant eis, qui inter eos seruiabant, sic dicitur Exod. 22. capitulo aduenam, & pupillum non contristabis, nec affliges eum, aduenam enim fuistis in terra Aegypti, & Exod. 23. capitulo dicitur peregrino molestus non eris, scitis enim animas peregrinorum, quia ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. *Et liberauit te inde dominus Deus tuus*. Per mirabilia signa atque portenta. *Et idcirco ego nunc precipiam tibi*. i. quia ego liberaui te de seruitute, magnum beneficium tibi impendi, propter quod mihi obedire teneris, sed ego precipio tibi nunc misereri seruorum, ergo obligaris

Seruos liberatio

Iudaei in aeternum vendi non poterant

garis facere, quia ego mandare hoc possum. *Si autem dixerit nolo egredi*. Hoc est quando dominus dedit aliquam famulam in vxorem seruo hebraeo, & inde filios genuit, vult manere apud dominum suum usque ad iubileum, ut cum exierit educat secum filios & vxorem: si autem in septimo anno exire vellet, manet vxor sua & filij apud dominum: quia pecunia illius erant. *Et bene esse sibi apud te sentiat*. Quia forte putat melius viuere tibi seruiendo quam in libertate manendo. *Assumes subulam & perforabis aurem eius*. Hoc signum imprimitur, ut seruus esse cognoscatur. Et fit in aure, quia cum ipse audierit, quod sibi daretur libertas, & eam recipere n. lauit, per aurem peccauit, ideo in aure punitur: de ratione perforationis auri dictum fuit magis Exod. 21. c. *In ianua domus tua*. Exod. 21. c. dicitur, quod seruus talis applicari debebat ad Deos, i. ad iudices, & applicabitur ad ostium, & perforabitur tibi auri eius subula.

An in perforatione auri serui venirent iudices ad ostium domus domini serui. Quael. V.

SERUORVM hoc videtur quod cum aliquis seruus libertati donare volebat in septimo anno, & ipse se nolebat recipere, sed magis eligebat manere apud dominum suum, veniebant iudices ad portam domus eius, ut coram eis fieret ista perforatio auri quasi ex mandato eorum: licet aliqui dixerunt, quod non veniebant iudices ad ostium domus ipsius, quod serui auri perforare debebat: sed magis quod ipse dominus cum seruo suo iret ad iudices, quod honestius videbatur atque rationabilius, & hoc videtur innuere littera Exod. 21. c. cum dicit applicabitur ad Deos, i. portabitur ad iudices: nam applicatio motum signat: & si iudices venire deberent ad ostium eius qui serui auri perforabat, magis dicerentur ipsi iudices applicari ad ostium: quia veniebant ad ostium talis viri, & quando dicitur Exod. 21. c. quod applicabitur seruus ad ostium & postes: videbat hoc intelligi de ostio ciuitatis, in quo sedebant iudices ex more antiquo, sed quia hic dicitur quod perforatio auri serui fieri debebat in ianua domus domini serui illius, necesse est dicere, quod illud quod habetur Exod. 21. c. quod intelligitur de ianua domini serui illius, applicabitur ad Deos, i. quod iudices accederent ad ostium talis domini, & ipse duceret seruum suum coram eis qui staret intra domum, & sic applicabatur ad postes & ostium: quia iudices sedebant tibi ad videndum, & mandandum fieri illam perforationem coram foribus domus illius viri, vel dicitur dum esset necessario quod erant duae perforationes, scilicet quod poterant fieri dupliciter, aut in foribus vrbis coram iudicibus, aut coram ianua domus domini praesentibus iudicibus: & hoc verius est, quod sit rota vna perforatio, quae fiebat coram porta domini serui illius. *Et seruiet tibi usque in sempiternum*. i. usque ad iubileum. *Ancilla quoque similiter facies*. Secundum litteram contextum videtur esse sensus, quod sicut seruo exire nolenti perforabatur auri, ita ancilla nolenti exire: sed non refertur ad istam litteram immediatam, sed ad superiorem. *Quando dimiseris eum liberum non permittes eum abire vacuum*. Et hoc referebatur ad seruum, hic dicitur, quod similiter fiet in ancilla, quod non permittatur vacua. Et hoc tenet Ra. Sa. & Aben Ezia, & satis potest dari ratio evidens: quia mulieres hebraeae vendebantur, ut acciperentur in vxores a dominis suis: vel a filiis dominorum: & si hoc non faciebat dominus, puella exibit libera, ut traderetur viro, ne cogere tur fornicari cum peruenisset ad tempus pubertatis, ideo semper exibit in anno remissionis, vel ante, si ante pubertatis signa in ea apparerent: ideo non poterat auri ei perforari. Generaliter enim dicendum est de

serua hebraea, quod nunquam manebat cum domino suo in seruitute ultra annos sex: nam aut ista veniebat ad pubertatem ante annum remissionis, aut accipiebat eam dominus in vxorem sibi, vel filio suo, & tunc exhibebat seruitutem effecta vxor domini sui. Si autem non accipiebat in vxorem nec dabat filio, aut deflorauerat eam ipse vel filius eius, aut non: si quisquam eorum deflorasset, & in vxorem, non reciperet, dabat ei virum sufficientem, & vestes, & pretium pudicitiae: quia causa illuserat, si autem non deflorauerat eam, ne puella induceretur ad fornicandum redibat in domum paternam: nec poterat eam retinere dominus maiori tempore. Usque annum septimum remissionis, quia iam cessabat finis ad quem puella vendita fuerat, si autem annus pubertatis puella non esset ante annum remissionis, saltem in anno remissionis liberabatur: habebat enim plura remedia liberationis suae puella, quam vir aliquis, quia sexus ille infirmior est, & maius periculum in puella quam in viro accidere potest. & hoc modo nunquam puella perforari poterat auri, cum perforatio fieret in eo qui ultra septimum annum in seruitute manebat. Si autem dicas quod ista littera intelligitur de ancilla conuersa de gentilitate, quia illa non gaudebat eodem privilegio quo hebraeae suae. Respondetur quod non potest stare, quia supra dicitur, cum tibi venditus fuerit frater tuus hebraeus, aut hebraea: ergo non intelligitur de gentili, aut de gentilitate conuersa. Item dato quod vellemus intelligere de serua conuersa de gentilitate, non erat verum, quod in ipsa perforaretur auri: nam perforatio fiebat in illo qui liberabatur in septimo anno, & quia nolebat liberari perforabatur auri, ut maneret seruus usque ad iubileum, sed ancilla de gentilitate conuersa non liberabatur in septimo anno, ut patet hic & Exod. 21. c. nec in iubileo, ut patet Leuit. 25. c. cum dicitur serui, & ancillae sint vobis de nationibus, quae in circuitu vestro sunt, aut de aduenis qui peregrinantur inter vos, & de filiis eorum qui nati sunt in terra vestra: hos habebitis in seruos atque iure haereditario transmittetis ad posteros, atque possidebitis in aeternum: non ergo debebat quomodo perforari auri ancillae, quae non liberabatur aliquo tempore secundum legem nisi dominus suus eam gratis liberasset: non potest ergo intelligi quod auri alicuius ancillae perforari poterat, siue illa esset hebraea, siue de gentilitate conuersa. *Non auertes ab eis oculos tuos*. i. nolendo eis aliquid dare cum eos liberos ire permisisset vel. *Non auertes oculos tuos ab eis*. i. non respicias eos oculis tuis, quia si grauis sit tibi eorum libertas, sed benigne respice eos. *Quoniam iuxta mercedem mercenarii sex annis seruiert tibi*. i. tantum seruiert tibi quantum mercenarius seruiret, immo forte magis: ideo non permittes eos vacuos, & hoc magis primae expositioni conuenit. vel si velimus quod conueniat secundae expositioni dicemus, quod non debet dominus oculos suos vertere a seruis, quando dimiserit eos liberos demonstrans eis, quod libertas eorum sit illi grauis: nam non debet esse grauis, quia eorum libertate nihil perdebat cum seruiert in iuxta mercedem mercenarii, i. tantum sicut vnus mercenarius seruire poterat pro aequali pretio. & dicit iuxta mercedem mercenarii, quia quilibet qui emebat seruum sciebat, quod in anno remissionis eum dimittere debebat: ideo cum emebat eum considerabat quantum distabat tempus anni remissionis, & sic dabat pretium pro seruo: si enim multum distaret annus ille, dabatur magnum pretium: si autem minus, & tantum erat hoc pretium secundum arbitrationem siue estimationem ementis seruum, sicut poterat ille seruus mereri toto illo tempore si mercenarius fuisset. si ergo non debet esse nobis graue quando expleto labore

labore suo mercedem reportat mercenarius: ita neque graue esse debet cum taliter seruus liberabatur, quia satis meruerat pretium, quod pro eo datum fuerat.

De primogenitis quæ nascuntur. Hic ponitur tertium. s. primogenitorum solutio, & hoc reddit ad id quod supra dicebat 12. c. de modo colendi Deum. Et non obseruat totaliter ordinem in his Moyses, sed est sicut predicator: qui aliqua frequenter repetit, vt magis illud audientibus imprimatur, vel vt magis corrigant: ideo ea ad quæ populus multum pronus erat, frequenter illis fugienda esse nominabat, vt cultura idolorum, vt custodia sabbati, sic aliqui Iudei ex auaritia volebant detinere primogenita in gregibus & armentis, vt inde aliquam utilitatem haberent. lanam, vt tondendo primogenita in ouibus: aut adiutorium in cultura, vt arando in primogenito bouis, & post aliqua tempora dabant. Sed Deus mandat, quod dentur quolibet anno, vt non habeat dominus inde utilitatem, sed totum primogenitum domino tribuat: nec ex hoc ducatur ad faciendum aliquas fraudes in decimis, & alijs iuribus Sacerdotum, & Leuitarum. *In armentis & ouibus tuis.* Armenta sunt animalium maiorum congregationes. s. bouum, & camelorum, & similium, vt bubalorum: oues accipiuntur hic pro gregibus vniuersaliter: quæ greges dicuntur congregationes minorum animalium: vt arietum, ouium, & caprarum, & porcorum, sic dicitur Mat. 9. & Mar. 5. quod grex porcorum præcipi tauri se in mare. & variat hic litera nostra istud nomen armentum aliquando accipiens pro animalibus paruis, aliquando pro magnis quidem, vt patet supra 14. c. cum dicitur primogenita de armentis, & ouibus tuis. Et sunt ibi necessaria armenta pro bobus, quæ sunt de magnis animalibus, & in eodem capitulo accipitur etiam pro paruis animalibus cum dicitur, siue ex armentis, siue ex bobus: ibi non potest accipi armentum, nisi pro paruis animalibus, qualia sunt oues, & capræ: hic autem accipitur proprie armenta pro magnis animalibus. *Quicquid est sexus masculini.* Sola primogenita masculina Deus volebat: femellas autem si primogenitas esse contingeret, non offerebant domino, sed comedebat dominus sui, de hoc plenius diximus Exo. 34. c. *Non operaberis in primogenito bouis.* Si enim arare vel currum vehere vellet in primogenito bouis, oportebat tenere eum per duos vel tres annos: hoc autem sacerdotibus damnium erat, & dominis offerentibus occasio mali, vt sic cupidus lucri fieret magis debito. *Et non tondabis primogenita ouium.* Sed cum lana sua ferres ea ad sacerdotem, vt totum sibi habeat sacerdos. *In conspectu domini Dei tui comedes ea tu & domus tua.* Hoc videtur referri ad offerentem. Et tunc dicendum est, quod ista non erant vera primogenita, quæ dabantur sacerdotibus, sed alia secunda, quæ separabant sibi de gregibus, vel armentis, vt ipsi comederent ea in loco sancto, vt diximus supra 12. c. sed licet hoc verum sit, non tamen applicatur ad propositum, quia ad comedendum in loco sancto non oportebat separare omnia secundogenita, quæ primogenita largo modo vocantur, sed sufficerent duo vel tria, vel saltem pauca, sed in litera dicitur, quod separari debebat quicquid est sexus masculini primogenitum. *Item quia Deus non curaret dare legem de primogenitis, quæ comederent offerentes. s. quod non tonderent, & non atarent in eis: forte aliquis diceret, quod referatur hoc ad primogenita, quæ dabantur sacerdotibus, vt conueniant omnia ista. *Item si dicitur quod primogenita, quæ dabantur sacerdotibus non comedebantur ab offerentibus, sicut ista de quibus dicitur in text. posset responderi, quod primogenita dabantur in hostias pacificas sacerdotibus, & tunc aliquid offerebatur Deo, aliquid sacerdoti, & aliquid offerenti de quo comedebat offerens cum tota domo sua,**

Primogenitorum solutio.

sicut omnes carnes pacificarum victimarum pro adipe, armum dextrum, & pectusculum pertinent ad offerentem, vt habetur Leui. 7. cap. Sed hoc non potest stare, quia Num. 18. c. dicitur, quod de omnibus primogenitis gregis, & armentorum solum ad sepe incubebatur domino: carnes autem comedebat vnus sacerdotum, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter in alijs pacificis dabatur sacerdoti, ita hic dabantur omnes carnes: nihil ergo comedebat de primogenitis offerens ea. Dicendum ergo, quod hic fit mutatio personæ, quia Moyses quando loquebatur dicebat coram toto populo: ideo sub eadem secunda persona aliquando loquebatur ad quosdam de populo, aliquando ad alios: ideo quando dicitur. *Quicquid est primogenitum sanctificabis domino, loquebatur cum popularibus: quando autem dicitur comedetis eam in conspectu domini tu, & domus tua. conuertebatur ad loquendum sacerdotibus, & hoc bene conuenit, quia sacerdotes habebant domos suas, & familias in loco in quo erat sanctuarium, non erat autem sic de Leuitis quantum ad decimas, quia Leuitæ non habebant domos suas in loco sanctuarij, sed dispersi erant per ciuitates multas.*

An omnes sacerdotes habitarent in loco sanctuarij semper. Quæst. VI.

ET si dicas, quod non habitabant omnes sacerdotes in loco sanctuarij, quia Zacharias pater beati Ioannis sacerdos erat, vt patet Luc. 1. sed non morabatur in Hierusalẽ, vt patet eodẽ c. sed in quadam montana in ciuitate Iudæ: Hierusalem autem non erat de tribu Iuda, sed de tribu Benjamin.

Respon. Respondetur quod omnes qui receptorum, & comesturi erant carnes primogenitorum in Hierusalem, erant tempore quo offerebantur. Et non repugnat hoc superiori, quando mutationem personæ improbauimus, quia mutatio personæ nunquam sine necessitate fieri debet, qualis non erat supra: hic autem necessitas est, si respiciantur supra posite rationes. *Si autem habueris maculam.* De quibus magis Leuit. 22. Lex vetabat immolari animalia immunda, & maculata: immunda autem dicuntur illa, quæ secundum speciem immolari non licebat, qualitercumque se haberent siue illa comestibilia essent, siue non, sicut asinus, caprea, porcus, ceruus. Maculata autem illa erant, quæ secundum speciem ad sacrificium licita erant, ex aliquo tamen accidenti illicita erant, vt pote si aliquod animal luscum eẽt, aut contractos pedes haberet, aut aures, vel caudam amputatas, vel in aliquo membro maculatum. s. mutilatum esset, ita quod quandam enormitatem talis macula indicaret: nec accipitur hic macula pro varietate coloris in vellere, vt quidam imperiti dixerunt: nihil enim magis referebat vnus coloris esse, quam multorum ipsam victimam. Sed in hoc differentia erat, quia aut quod offerre volebat holocaustum, aut soluere vota, & tunc non licebat dare animal aliquo modo maculatum, sic enim dicitur Leui. 22. c. omnis macula non erit in eo: si cecum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, si impetiginem, vel scabiem, non offeretis eum domino, nec adolebitis ex eo super altare. Et quantum ad istas maculas supradictas non solum vetabatur holocaustum, vel votum, sed quodcumque genus sacrificij: sic enim dicitur in eodem c. homo qui obtulerit victimam pacificorum domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus, quam de ouibus immaculatum offeret: omnis macula non erit in eo. Si autem macule erant minores, sicut abscissio aurium, & caudæ, erat distinguendum, quia aut offerebantur voluntarie, aut dabantur ex voto, vt pote, quia quis uocatur

Respon.

Quid immundum, quæ maculatum animal sit.

Oblatio de meliori debet.

An debeat pulchras, & deauratas habere ecclesias.

uerat vnum bouem, aut capram dare, & postea dabat bouem, aut capram caudis, & auribus amputatis. Et circa ista erat regula, quod accipiebantur cum voluntarie offerrentur, non tamen accipiebantur ad soluendum votum, cum dicitur eodem c. bouem & ouem aure, & cauda amputatis offerre potes voluntarie: votum autem ex his solui non potest: erant etiam alia macule, quæ magna reputabantur in animalibus, vt abscissio testiculorum, vel contractio, aut attonatio: ideo quodcumque animal tale esset, non erat quouis modo immolandum. sic dicitur in eodem c. omne animal, quod contractis, vel tonsis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis domino, & in terra vestra hæc omnino non facietis. *Non immolabis domino.* Ne diuinus cultus veniret in contemptum, quia licet secundum veritatem nihil magis pro sit animal turpe immolatum, quod turpe, vel deturcatum, vel nullum, quia bonorum nostrorum non indiget, vt Psal. 14. tamen pulchra, & meliora danda sunt propter existimationem, vt per hanc existimationem, quam videmus in ministris diuinis, ad ministeria humana, homines simplices recogitent Dei excellentiam, & exhibeant ei honorẽ quantum exhibere sufficiunt: ideo sacerdotes qui non curabant dare in sacrificijs de meliori pane, & melioribus animalibus pro sacrificijs, & libamentis valde arguuntur a domino, vt patet Mala. 1. c. ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum, offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis mensa dñi despecta est: si offeratis cecum, & claudum ad immolandum, nonne malum est: offer illud duci tuo, si placet ei, nec suscipiet faciem tuam. hic comparat se Deus ducibus, vel Regibus inuicem, quod id quod ducibus ad manducandum apponi non licet, nec Deo. Ex quo infertur, quod ecclesias valde pulchras esse licet tam in ædificijs parietum, quam in apparatibus ministrorum, vt ibi seruiat domino aurum, & argentum: vt hæc terrena pulchritudo ad admirationem, & desiderium illius celestis pulchritudinis aspicientes conuertat: legimus enim illud antiquum tabernaculum in deserto factum multa auri, & argenti pondera habuisse, deinde illud admiranda pulchritudinis templum, quod construxit Salomon, mons aureus videbatur, quia nihil erat in eo, quod non laminis aureis tegeteretur, vt patet 3. Reg. 6. c. sed in hoc nimis cauedum, ne dum ecclesie magnis vasorum, & ædificiorum, & thesaurorum cooperijs dilatantur, pauperes Christi fame moriantur confecti, quia pro eorum necessitatibus videri possunt, & erogari: vt habetur in De crentis. 12. q. 2. c. aurum habet ecclesia. *Sed intra portas urbis tuæ comedes illud.* Hoc refertur ad offerentes primogenita, quia si maculata essent, offerre non debebant, sed comederent in urbibus suis, sed de ista macula videndum est, quia aut est a natiuitate, aut non. Si a natiuitate, dicunt aliqui, quod nec offertur, nec redimitur, quia nunquam fuit domino obligatum, sed hoc satis dubium est: forte dici posset, quod vendi deberet, & pretium eius dari sacerdotibus, sicut alijs eis daretur, si maculatum non esset, vt patet Num. 18. c. Si autem macula non insit a natiuitate, aut curari potest, aut non: si curari potest curabitur, & detur post dominum: si autem curari non possit, vendi debebat, & pretium eius daretur sacerdoti: secundum formam traditam Leui. vlti. c. *Tam mundus, quam immundus simul uescantur eis.* i. ad comedendum de illo primogenito maculato non requiritur aliqua menditia in comedente: sicut requirebatur in alijs sacrificijs, vt patet Leui. 22. c. *Quasi caprea, & ceruus.* i. sicut non requiritur aliqua solennitas in comedendo ceruum, & capream, nec oblatio, nec munditia: ita in comedendo primogenita maculata. *Hoc solum obseruabis, vt san-*

A *guinem eorum non comedas.* Quia illud animal, quod secudum speciem immolatum erat, non immolatur, sed cuiuslibet licet illud comedere: siq. posset aliquis dubitare, vt rum sanguinem illius comedere liceret, & respondetur quod non.

CAP. XVI.



BSERVA mensẽ nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias phase domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto nocte, &c.

De pascha siue phase.



Obserua. Supra posita fuerunt quedam precepta ordinantia ad latram de sepeennio in septennium, hic adiunguntur alia, quæ ordinant in quolibet anno respectu trium temporum. s. pro festo azymorum: Et pentecoste: Et tabernaculorum. Et de istis dicta sunt multa Exo. 23. & 34. & Num. 28. & 29. Et Leui. 23. c. Et tanguntur duo principaliter. Primum precepta ordinantia in Deum. Secundo ponuntur quedam ordinantia in proximum ibi. *Iudices & magistros.* Prima diuiditur in tres partes secundum tria festa. Primum de festo azymorum. Secundo de festo hebdomadarum ibi. *Septem hebdomadas numerabis.* Tertio de festo tabernaculorum ibi. *Solennitatem quoque. Obserua mensẽ nouarum frugum.* i. mensẽ in quo fruges aliquomodo incipiunt maturari, quia mensis Martius qui est primus mensis apud hebræos habet istud festum: in quo in terra promissionis, quæ satis calida, & temperata est, incipiunt spicæ ad maturitatem fluere. vnde in illo mense colligebantur spicæ, quæ magis maturitati erant propinqua, & offerebantur, deinde torrebantur, & excutiebantur grana, & conrundebantur in modum faris, usque ad farinam, & de illa cremabatur in festo azymorum, vt patet Leui. 23. c. & c. 2. & istud vocabatur sacrificium de primitijs frugum. *Et verni primum temporis.* Quia iste mensis est in principio veris, quia in mense isto intrat Sol in arietem, & sit æquinoctium in vniuersa terra, & tunc incipit ver. *Et primum temporis.* Quia iste mensis est principium temporis cum sit principium anni, vt patet Exo. 12. c. iste mensis erit nobis principium mensium primus in mensibus anni.

Connexio capituli.

Diuisio eiusdem.

Precepta in Deum ordinantia. Phase festum quo mense eueniat.

Martius mensis vocatur primum tempus dupliciter, & quomodo September sit apud Hebræos primus.

Quæstio I.

ISTE mensis Martius potest vocari primum tempus dupliciter. Vno modo quantum ad qualitatem temporis, quia tunc videtur annus, vel incipere, & omnia terre nascentia primordia suæ natiuitatis habent. Et ob hoc quidam eum primum mensẽ seculi autumant, sicut diximus. Gen. 1. & 7. c. Et licet iste mensis non vocaretur primus mensis, vocaretur tamen mensis primi temporis, quia in illo mense est qualitas temporis, secundum quam omnia nasci incipiunt. Potest alio modo vocari primum tempus, ita quod non sit primum tempus, quia in eo ver nouum est, sed quia ipse mensis temporum principium est, quia ab ipso totius anni computatio incipit: sicut dicitur Exo. 12. c. iste mensis principium mensium erit: hoc autem, vt in eodem c. dictum fuit non est intelligendum simpliciter, ita quod computatio temporum totaliter inciperet ab illo mense, sed solum accipitur quantum

tum ad computationem festorum secundum vulgarem computationem: non vocatur iste mensis primus apud hebraeos, sed magis September, sicut declaratum fuit Exo. 12. c. & istum modum loquendi sequitur scriptura de solennitate tabernaculorum, quae fit in mense Septembris, ut satis patet ibidem in littera, & de ipsa esse in exitu anni, cum ergo exitus. i. finis, & principium idem sint, & annus finiat in Septembri apud festum tabernaculorum: ergo tunc incipit: et vocatur September principium anni, quia de quo festum tabernaculorum deest in principio anni, ut patet Exo. 34. c. cum de solennitate quae redeunte anni tunc cuncta ronduntur: & loquitur de festiuitate tabernaculorum: constat tamen quod annus nunquam redire deest, nisi quae finito vno incipit alius, sed hoc est in Septembri, ergo in Septembri incipit annus: hic tamen accipit principium temporis siue anni computare a Martio, quia hic computare intendit festiuitates principales anni: constat autem quod secundum festiuitates Martius primus est: ergo eum primum mensis, siue mensis primi temporis nominauit. *Ut facias phase domino Deo tuo.* i. ut celebres pascha Deo tuo.

Notandi de recessu Iudaeorum per diem ab Aegypto.

Quoniam in mense isto eduxit te de Aegypto. Die quinta decima mensis huius, ut habet Exo. 12. c. Nocte. p. nocte surrexit Pharaon, & serui eius, & clamauerunt ad Ludaeos, ut exirent de Aegypto: ipsi autem ante diluculum recesserunt: ideo de nocte recesserunt, ut patet Exo. 12. c. Recessus hebraeorum per diem fuit: nam in tota nocte non ausi sunt Iudaei egredi de domibus suis, quia mandauerat Deus ne quisquam per totam illam noctem egredere ostium domus suae, quia exterminator perstrabat vicos, qui decideret eos: et quia non possent ipsi Iudaei per noctem congregari simul, ut oes vnum iter caperent: nec valet si dicas, quod erat tunc columna ignis, quae illuminaret eos per noctem: nam nunquam eis defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, ut patet Exo. 13. c. nam licet ista columna a principio itineris sui illuminauerit eos, tamen non poterant ipsi de diuersis locis congregari ad illam columnam ignis de diuersis locis, quia nescirent quid erat: et quia non videretur a multis locis: et quod per diem exierint patet Num. 33. c. quod profecti sunt filii Israel. 15. die mensis in manu excelsa videntibus Aegyptiis, & sepelientibus mortuos suos: si autem per noctem recessissent, non viderent eos Aegyptii de Aegypto exeuntes, quod non decebat, quia sic purarent eos fugientes, & citius fugerentur eos. *Immolabis phase.* Aliqua signat phase agnum qui immolabatur, ut patet Exod. 12. & Io. 18. non intrauerunt portum ne contaminarentur, sed manducarent pascha. Alio modo accipitur pro alijs pertinentibus ad solennitatem paschalem, siue sacrificijs, siue alijs ceremonijs. Et sic accipitur hic. *Immolabis phase de bobus & ouibus.* i. in solennitate paschali offeres boues, & oues. Erant. n. pro illa festiuitate multa sacrificia instituta, quae fiebant de expensis publicis, de quibus Num. 28. c. & quilibet ex deuotione insuper offerebat pro se, quod volebat. Et ista omnia erant de bobus, & ouibus, & de capris, quae hic non ponuntur. Aliqui voluerunt, quod accipitur hic phase pro ipso agno immolato, ita quod quae non posset haberi agnus, quod fieret de bobus, siue de ouibus, sed hoc falsum est, quia agnus immolari debebat, & si non haberetur agnus immolabatur hederus, ut patet Exo. 12. c. nunquam autem aries, vel bos, quia deficeret a perfecta significatione. *In loco quem elegerit dominus tuus.* i. in loco ubi erat sanctuarium: non enim poterat hoc fieri in aliquo alio loco, quia ista immolatio phase habebat speciem sacrificij, immo vocatur sacrificium domini, ut habetur Num. 9. c. Et si hoc posset fieri in qualibet ciuitate, daretur occasio, quod aliquis obseruare posset aliquas ceremonias demonum in illa oblatione, quod non poterat fieri, cum omnes in eodem loco coram

Phase quot modis immolatur.

facierotibus immolabant: immo ipsi sacerdotes immolabant, quae populus offerebat. Item ut de sanguine huius oblationis funderetur ante altare. *Ut sit nomen eius in eo.* Recte hoc adiunctum est: nam si accipiat large Deum elegisse aliquem locum, et dicemus eum elegisse totam terram promissionis, quia ista specialiter parauit populo suo hebraico, ut patet Exod. 23. c. cum dicitur, ecce ego mittam angelum qui praecedat te, & custodiat in via: & introducat ad locum quem parauit, sed deest elegisse aliquem locum, ut sit nomen eius in eo. i. ut in loco illo specialiter colatur, & specialiter nominetur saltem in sacrificijs, & in alijs ministerijs, quae fiebant in tabernaculo, & atrio, quae erant in vna ciuitate terrae promissionis: in alijs autem nihil horum, sed solum erat synagoga, in quibus conueniebant homines ad orandum, & audiendam doctrinam legis, sic patet, quia tunc Christi erat sanctuarium in Hierusalem, tamen in alijs locis synagoga erant, in quibus praedicabatur verbum Dei, ut patet Luc. 4. c. cum dicitur, quod intrauit Iesus in synagoga, ut predicaret sabbatis, & hoc erat in Capharnaum: hic autem non dicebatur esse nomen Dei, quia specialiter non erat, sicut in loco sanctuarij. Sed quare cum deberet fieri celebratio phase, & aliae solennitates in sanctuario, & istud erat in loco, ubi staret tabernaculum, & arca, & sacerdotes cum arca, & tabernaculum simul essent, satis notum erat sacrificia debere fieri, ubi ista essent: si tamen ista essent semota, sicut fuerunt per 80. annos, vel modicum plus, si a tunc quo capta fuit arca a Philistin in bello, donec Salomon adduxit arcam, & tabernaculum, separata erant: fuit sanctuarium in duobus locis. i. primo in ciuitate Nobe, secundo in ciuitate Gabaon, de quo plenissime dictum est. Exo. 20. & aliquo loco. s. 12. c. *Non comedes in eo panem fermentatum.* i. in solennitate ista non debebat comedi panis fermentatus: non est sensus, quod in loco in quo erat sanctuarium, non liceret comedi panem fermentatum, quia illi qui morabantur in loco illo, comederant panem fermentatum, sicut in alijs locis, & ipsi sacerdotes qui in eodem loco ad ministrandum manebant, non comederant semper panem fermentatum: nec etiam ipsi qui de alijs locis venierat ad locum sanctuarij, tenebantur semper comedere panes azymos, quia tunc nullus morari vellet in tali loco, quia vita talis esset in afflictione, si semper comedere debebat panem azymum, quia comestio panis illius erat afflictiva, sic patet infra cum dicitur septem diebus comedes afflictionis panem, sed loquitur hic scriptura ad eos qui ascendebant in locum sanctuarij per festum azymorum, quia tunc non debebat comedere panem fermentatum in loco illo, cum septem dies essent ad comedendum azyma, & in fine recedebant: si tamen aliquis maneret in loco sanctuarij ultra tempus illius festiuitatis, non obligabatur comedere azyma: ideo in alijs duabus festiuitatibus. i. pentecoste, & festo tabernaculorum licet ascenderent in locum sanctuarij, & facerent oblationes, & victimas domino, non comederant azyma, quia solum fuit tempus paschae azymorum ad comestione panis non fermentati, cum in solo hoc tempore reperitur significatio azymorum, scilicet, quod eo tempore egressi sunt de Aegypto. *Septem diebus comedes.* Nunc Iudaei comedunt panem azymum octo diebus ad euitandum dubium, quia in 14. die mensis debent incipere, & continuare per septem dies, & quia isti dies computantur a lunatione propinquiori equinoctio vernali, ipsi dubitabant de coniunctione lunae vtrum esset in die in qua mensis incipiebant, vel pertineret ad sequentem diem: ideo octo dies accipiunt, ut ibi illos septem includant. *Afflictionis panem.* Quia magnus labor est in comedendo illum panem, & in digerendo: est enim gustui

gustui inspidus, & stomacho ponderosissimus, quia miscetur cum aqua frigidissima farina ad conficiendos illos panes sine sale, & sine fermento: ista enim subtiliant, & digerunt: quare panes illi caeteris panibus ponderosiores sunt, & magis repugnant sanitari. *Quoniam in pauore egressus es de Aegypto.* In hebraeo habetur. *Quia in festinatione egressus es.* Dicitio enim hebraica hic posita signat festinationem, & pauorem siue compulsionem. Et ad eandem sententiam reducuntur, quia Aegyptij incutiebant pauorem Israelitis compellendo eos recedere: ideo Israelitae cum festinatione exibant. *Ut memineras diei egressus tuae de Aegypto.* Cibus iste reducebat eos in memoriam exitus de Aegypto, quia in illo exitu talem panem comederunt. Et tunc applicatur littera secundum nostram positionem. *Quoniam in pauore egressus es de Aegypto.* i. quia pauore magnum inuenerunt tibi Aegyptij, quando existi de Aegypto, & ab hoc liberavit te dominus, ut memineras diei afflictionis, & pauoris illius, & per hoc gratias Deo reddas: vult ut comedas panem afflictionis, qui reducebat te in memoriam illius afflictionis, & pauoris Aegyptij: hoc recte dictum est, sed non multum applicatur, quia eodem modo si propter solam memoriam afflictionis mandabat dominus comedi panem azymum, mandaret etiam comedi lactucas agrestes, vel aliquid simile in quo esset afflictio, sed est sensus, *Quoniam in pauore egressus es de Aegypto.* i. tu volueras in Aegypto panes fermentare, quia tamen Aegyptij instabant vehementer, ut recederes, & tibi timore inuenerunt, propter timorem eorum non potuisti fermentare panem, sed mansit azymus propter illum timorem: ideo ad reducendum in memoriam pauore Aegyptij oportebat panem azymum septem diebus comedere. Et quando dicitur. *Quia in festinatione egressus es.* Refertur ad panem quem tunc fecerunt, quia compellentibus Aegyptijs exire farinae nondum fermentatae, sed consperiam tulerunt ligantes in pallijs suis, sic ergo nunc non fermentatum panem comedunt, qui velociter fieri potest. *Non manebit de carnibus, quod immolatum est.* vespere vsque mane, i. carnes agni immolati in 14. die mensis ad vespeream non manebunt ad alium diem, sed quicquid remaneret igne comburebatur, ut habetur Exo. 12. c. Exod. 23. c. cum de hac festiuitate agitur, dicitur alio modo. i. non immolabis super fermentato sanguinem victimae meae: nec remanebit adeps solennitatis meae vsque mane: in quo solum dicitur de adipe offerendo, nam agnus paschalis sacrificium domini erat, ut patet Num. 9. c. & sicut in alijs sacrificijs quibuscumque sanguine tingebatur per quatuor cornua altaris, ita in sacrificio agni effundebatur sanguis ad basim altaris, & per cornua eius, de alijs autem sacrificijs licet essent holocausta, licet victimae pacifice, licet pro peccato, hoc commune erat de holocaustis, patet Leui. 1. de pacificis, patet Leui. 3. de his quae pro peccato, patet Leui. 4. & 5. & sicut in omnibus sacrificijs adeps erat pertinens ad dominum iure perpetuo, ut patet Leui. 3. c. & nullus sub poena mortis de illo comedere audebat, ut patet Leui. 7. c. ita & in agno paschali adeps offerebatur domino: de hoc autem dicebatur in auctoritate allegata, quod adeps non deberet manere vsque mane, quia in 14. die mensis primi ad vespeream agnus immolabatur, & eodem die ponebatur adeps in incensum coram domino: nec erat fas, ut remaneret pro sequenti die. i. pro 15. mensis eiusdem, ut in eadem adoleretur coram domino. Exo. 34. c. ubi de eadem solennitate agitur, dicitur neque remanebit mane de victimis solennitatis phase, & hoc refertur ad carnes. i. quod nihil maneret pro sequenti die de carnibus illius agni immolari, ut comederetur sequenti die, & istum sensum facit hic littera: ratio au-

tem mystica, quia remanere nihil debebat de isto agno fuit facta Exo. 12. c. causa autem litteralis in omnibus celebrationibus phase factis post exitum de Aegypto, fuit ad recordandam illam celebrationem phase factam in exitu de Aegypto, sicut dicitur hic de comestione azymorum septem diebus, ut memineras egressus tuus de Aegypto omnibus diebus vite tuae: causa autem propter quam in Aegypto factum est, ut non maneret aliquid de carnibus illis vsque mane, fuit ad signandum velocitatem exitus. i. ut intelligerent Iudaei, quod sequenti die non erant comesturi in Aegypto, sed cum festinatione iter arripere erant instantibus nimiumque urgentibus Aegyptijs: si autem aliquid de carnibus illius agni maneret pro sequenti die putarent se in Aegypto comesturos. *Non poteris immolare.* Super data fuit causa. *Sed in loco quem elegerit dominus.* Non erat necesse, quod fieret comestio agni intra templum, sed in tota ciuitate fieri poterat in singulis domibus considerato numero personarum. *Immolabis phase vespere ad solis occasum.* In Exodo habetur ad vespeream, & vocatur vespere, siue solis occasus non solum tempus quo sol cadit sub horizonte, sed tempus a quo sol incipit declinare a puncto circuli meridiani: ideo post meridiem 14. diei, vsque ad noctem quacunque hora poterant immolare agnum, licet illud apud hebraeos tenebatur, quod postquam sol inciperet declinare poterat fieri celebratio agni paschalis tamen non fiebat vsque ad solis occasum: vel paulo ante solis occasum: vespere autem quae erat post meridiem accipiebatur, prout in illo tempore debebant Iudaei incipere se parare ad immolationem phase. erat autem apparatus, ut scrutarentur totam domum vtrum aliquis panis fermentatus esset in ea saltem modicus, & excluderetur ab ea, & post hoc poterat fieri immolatio, sic enim dicitur Exo. 23. & 34. non immolabis super fermentato sanguinem victimae meae, i. dum manserit in domo panis fermentatus non poterat immolari agnus. *Quando egressus es de Aegypto.* Non quod illa hora, vel tunc egressi fuerint de Aegypto, sed quia tunc se inceperunt parare ad itinerandum: ideo ab eo tempore computatur exitus. *Varie accipit hic littera exitum de Aegypto: aliquando accipitur proprie pro ipso tempore quo recesserunt, & isto modo accipitur Exo. 12. c. ubi dicitur, quod in 15. die mensis primi egressi sunt de Aegypto, idem patet Num. 33. c. Alio modo accipitur pro tempore quo eis recedere mandatum est, sic dicitur, quod hebraei exierunt de Aegypto nocte, ut patet supra, quia in isto mense eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto nocte. i. media nocte, quia media nocte surrexit Pharaon, & serui eius, & compulerunt hebraeos, ut recederent festinanter, ut patet Exod. 12. c. aliquando accipitur recessus pro tempore quo inceperunt se ad eundem parare, & sic accipitur hic cum dicitur ad occasum solis quando egressus es de Aegypto. i. quando inceperunt te parare ad exeundum de Aegypto, vel dicitur quando egressus es de Aegypto referendo ad tempus non tamen stricte pro hora temporis. i. quando egressus es de Aegypto. i. quod immolare debebant agnum tempore quo exierunt de Aegypto. i. ad dimidium mensis primi non tamen, quod immolarent ad solis occasum, & sic ly quando non refertur ad occasum solis, sed ad tempus egressus simpliciter. *Et coques, & comedes.* Si dicatur contra, quia Exod. 12. c. dicitur, quod non comedent ex eo quicquam crudum aut coctum aqua, sed assum igni. Respondetur quod coqui apud hebraeos secundum naturam dictionis hic posita extenditur ad decoctionem, quae fit per aquam, vel quae per calorem ignis fit: ideo quando dicebatur in Exodo, quod non comederetur agnus coctus non dictum fuit coctum solummodo, sed cum a dictione scilicet*

felicitet coctum aqua, quia illa dictio non signabat decoctionem in aqua, sed generaliter quamlibet decoctionem, & sic verum est, qd decoquetur, s; q humiditas non naturalis, & cruda per calorem ignis consumitur viquequo nihil maneat. *Maneq. confurgens vades in tabernacula tua.*

De quibus tabernaculis hic littera intelligitur. Quæstio 11.

ALII QUI volunt, qd intelligatur hoc de quibus tabernaculis, quæ fiebant extra ciuitatem de ramis arborum, siue alio modo de pauino quemadmodum fit in castris, vel alijs locis ad quæ gentes multæ conueniunt. Et 14. die post meridiem stabant omnes in Hierusalem, cum 15. die, quæ erat prima dies solennitatis vacantes orationibus, & sacrificijs, & doctrinæ legis: deinde sequenti die reuertebantur ad tabernacula, quæ parauerant extra ciuitatem, sed hoc nihil est, quia hoc sine mandato facere poterant quacunq; die etiam sollemnissima poterant enim ambulare per mille passus, quod vocatur iter sabbati quantum distat mons oliueti a Hierusalem, vt habetur Actuum 1. c. ideo dicendum, quod quia prima dies erat valde honorabilis non poterant in ea itinerare, sed die sequenti in qua operari licebat, vt habetur Leui. 23. c. dabatur licentia volentibus, qd recedere possent, sed pauci recedebat, quia adhuc magnus dies solennitatis, septimus restabat. *Sex diebus comedes azyma.* Supra dicitur, qd septem diebus comedere debebat, ex quo aliqui Iudei dicunt, qd sex dies sunt necessitate, septimus autem non, sed falsum est, quia Exo. 12. c. pena mortis imponitur comedenti fermentatum per illos septem dies: hic autem solum ponuntur sex dies, vt vult Nicolaus, ita qd non fiat hic mentio de septima die eo qd celeberrima erat, sed includatur alij sex priores dies, sed non videtur in hoc maior ratio quare de ipsa septima, qd de alijs dicitur: ideo videtur dicendum, qd intelligantur isti sex dies post primam diem paschæ, & ratio videtur esse, quia supra de primo die quomodo immolari debebat agnus, & comedi azyma, & qd sequenti die poterant recedere in tabernacula sua. Nunc autem dubitaret aliquis vtrum postquam celebraissent pascha, & recessissent de loco sanctuarij tenerentur comedere azyma. Ideo respondetur eis. *Sex diebus azyma comedetis.* i. sex diebus post primum diem cum ad terram suam recedebant. Et magis videtur, qd iste primus dies taceatur, quia septimus, quia de primo die manifestum est, qd azyma comedere deberent, quia iste primus dies est 15. dies mensis primi, & in isto 15. facta sunt primo azyma in Sochoth, vt patet Exo. 12. c. *In die septimo, quia collecta est domini Dei tui non facies opus.* Potest intelligi collecta, i. collectio ad sanctuarium ad celebrandum festiuitatē, quia in primo die conuenerant omnes ad templū ad offerendum, & audiendum verbum Dei: deinde in sequentibus quinque diebus dispergebantur ad opera, & iustas in septimo die, quia celeberrimus erat conueniebant omnes ad templū, & cessabant ab opere seruiti. Potest alio modo accipi collecta pro collectione pecuniarum a populo ad sumptus sacrificiorum, vel sustentationem pauperum, quia sequenti die totus populus recessurus erat, ideo illo die pecunię colligebantur. Alia collecta pecuniarum fiebat in sollemnitate tabernaculorum die 8. vt habetur Leui. 23. c. & Num. 29. c. Nicolaus dicit, qd non concordat hoc, s; qd in die illa fieret collecta, quia secūda die populus recedebat, vt supra patuit. Respondetur qd satis consonat, quia in illa septima die quasi totus populus stabat in Hierusalem, quia licet haberent licentiam recedendi in secū-

Collecta tripliciter capitur.

Fdo die: tamen pauci recedebant, vt expectarent septimum diem magna solennitatis de quo Ioan. 7. c. dicitur qd Iesus incepit clamare die nouissimo magno die festiuitatis, & deinde subditur de turba magna, qd audiebat eum. *Septem hebdomadas numerabis.* Hic ponitur secundum de festo hebdomadarum. *Septem hebdomadas numerabis tibi.* Quæ faciunt dies 49. pentecostes vero dicit 50. dies: tot enim sunt computando diē primum azymorum, vel diem pentecoste. *Ab illa die qua falcem in segetem miseris.* i. a prima die azymorum in qua secabantur aliqua spicæ, quæ videbantur magis maturitati appropinquare, & excussis granis post adustionē & facta inde farina fiebat oblatio domino. Et ante istum diem nullus mittebat falcem in segetem, quia nondum erat matura, sed etiam si esset matura, nullus debebat falcem mittere. *Celebrabis diem festum hebdomadarum.* i. diem festum qui est post septem hebdomadas, & in festo isto solum obseruabatur vnus dies. *Oblationem spontaneam manus tuæ.* Refertur ad verbū superius celebrabis. i. celebrabis etiam oblationem spontaneam, quia non solum custodies diem illum cessando ab opere seruiti, sed etiam offerendo spontaneas victimas, vel potest hoc esse expositio superioris; & tunc est sensus. *Celebrabis diem festum hebdomadarum oblationem spontaneam.* i. oblationem spontaneam, ita quod tota celebritas illius diei est in offerendo victimas pacificas. *Oblationem spontaneam.* Quia in illa festiuitate non adducebantur decima, vel primitiæ, sed in festiuitate tabernaculorum, quando cuncta erant collecta de agris, vt patet Exo. 23. c. & 23. sed hoc est simpliciter verum, quia loquendo de decimis, quæ dabantur Leuitis, non est verum, quod aliquo tempore apportarentur in locum sanctuarij, sed Leuitæ colligebant eas per ciuitates: loquendo autem de secundis non solum apportabantur in festo tabernaculorum, sed etiā in alijs duobus festis, quia de eis vesciebantur quando ascendebant in locū sanctuarij, sed hic dicitur de oblationibus spontaneis, vt distinguuntur contra votiuas, & comprehendunt holocausta, & victimas pacificas, quia vtrunque sine aliqua obligatione est non faciendū aliquam mentionem de votiuis, quæ sine festiuitate debentur. *Manus tuæ.* id est ista oblatio erit de rebus quas laborasti per manum tuam, vt de segetibus, vino, & pecoribus. *Quam offeres iuxta benedictionem domini.* i. ista oblatio erit secundum qd Deus multiplicauerit bona tua, quæ multiplicatio vocatur benedictio Dei: diuites enim magis, quam pauperes offerre debent. *Et epulaberis coram domino.* Non epulabatur omnes intra sanctuarium, sed in tota ciuitate. dicitur epulari coram domino, quia propter honorem eius ad locū illum venerant. *Tu & filius tuus.* Quatuor personę ponuntur hic quibus offerens alimenta ex necessitate dare tenetur, scilicet filius, & filia, seruus, & ancilla. Et alia 4. quibus propter Deum dat necessaria, scilicet Leuita, aduena, pupillus, & vidua. *Et epulaberis.* Epulari est epulis vacare, & dicuntur epulæ delicati cibi siue solennes, quia tunc sollemniter parabantur cibi, & in abundantia pro omnibus, qui erant cum ipso patre familias offerente victimas, & hic non solum permittebat Deus Iudæos vacare epulis, qui carnales, & imperfecti erant, sed etiam hortabatur, vt vacarent eis.

Quæ utilitas erat, quod Iudæi in festiuitatibus vacarent epulis, & alijs gaudijs. Quæst. III.

NE tamen intelligendum, quod Deus vellet, vt ipsi vacarent epulis, ita quod ipsa vacatio epularum esset secundum se bona, aut bona ex genere, sed erat bona ex occasione, quia cum Iudei carnales essent, & gaude-

Epulari quid & vnde.

rent cibis, & potibus, & Deus mandaret eis vacare cibis, & potibus in sollemnitatibus, quibus facerent sacrificia saltem propter solatium ciborum, quod tunc affamebant, repetebant sacrificia sepius: in quo Deus valde laudabatur, nam eum Deum in hac oblatione, & sacrificio profitebantur, quia nullus sacrificium facit, nisi ei qui verus Deus est, aut qui Deus verus ab eo putatur: etiam quia in his sacrificijs laudes vocales multas Deo celebrabant. etiam quia per obedientiam in his merebantur adhuc magis, quam in ipsis sacrificijs, quia obedire melius est, quam sacrificare, vt patet 1. Reg. 15. capit. erat autem obedientia, quia Deus mandabat, quod offerrent victimas, & ipsi offerrebant. ista etiam est causa quare mandabatur, vt filij & filia, serui, & ancilla comederent, vt ipsi pariter Deum laudarent, & afficerentur ad talia sacra desiderantes ea fieri, cum in eis quandam delectationem ciborum reperirent: si autem Deus mandasset, qd temporibus quibus aliquis offerret aliquod sacrificium, abstineret a delectationibus cibi, & potus, saltem ieiunando illa die qua offerret, pauci inclinarentur ad offerendum sacrificium, quia tamen aliquo modo delectabantur in epulis, quas sumebant illis temporibus, afficiebantur ad sacrificia. *Coram domino Deo tuo.* Postet dici, sicut supra dicebamus, quod non comedebat omnes isti offerentes intra sanctuarium, sed in ciuitate in qua stabat sanctuarium, & comedendo in ea poterant dici immo dicebantur comedere coram domino Deo suo, quia in ciuitate illa habitabat dñs Deus specialiter, & sic dicebatur de agno paschali, quia non comedebatur intra atrium tabernaculi, sed in ciuitate sanctuarij in qua immolabatur, licet in his non est valde magna similitudo, quia hostia pacifica, quæ vocatur oblatio spontanea, erat proprie sacrificia: ideo in loco comedi debebant scilicet intra atrium tabernaculi, agnus autem paschalis vocatur sacrificium iuge, quia adeps eius, & sanguis incendebantur corā domino, ita quod sanguis alpergeretur circa basim altaris, & adeps incenderetur. non tamen fiebat de agno aliquod genus proprij sacrificij, quia non erat sacrificium holocaustum, nec pacifica victima, nec pro peccato, quia in omnibus his partes carniū incendebantur, & alia dabantur sacerdotibus, vt patet Leuit. primo, & 3. & 5. & 6. atque 7. capit. de agno autem nihil omnino. satis ergo conueniret agnum non comedi intra locum atrij, & tamen carnes victimarum pacificarum, quæ offerbantur in festo pentecoste, in atrio tabernaculi comedi debebant: si autem non comederentur, hoc solum erat, quia non sufficiebat locus ad capiendum omnes offerentes, & sacrificantes victimas. *Tu & filius tuus* De vxore nihil dicit, sed satis notum est, quia mulier eadem persona reputatur cum viro suo, & est quasi rector oeconomicus, sicut ipse vir. ipso expresso viro, quod comedere debebat de oblationibus istis, satis inuebatur vxorem debere comedere, quia illa quæ offerebantur, tantum pertinebant ad vxorem, sicut ad virum, quia fructus bonorum suorum indiuisus est eis.

Acrificia quedam facta pro peccato, vt patet Leuit. 6. c. vbi dñs mares tñm de genere Aaron comedit illud. *Seruus & ancilla.* De seruo patet, quia serui, aut erant de genere hebreorum, & tunc sicut ceteri hebrei comedebant de sacrificijs, nec differebat in aliqua ceremoniali obseruatione: si autem isti serui essent de conuersis ad Iudaismum idem dicendum est, quia gentiles iam conuersi tenebantur ad oia illa ad quæ tenebantur Iudei de ipso genere Iacob, sicut nunc conuersi de Iudaismo, vel de Agarenis ad Christum tenerent ad obseruantiam legis euangelicę, sicut tenebantur illi qui in christianitate nati fuerunt: si autem illi serui sint empti de gentilitate, aut capti in bello, et poterant comedere de sacrificijs, quia conuertebantur mox ad ritū Iudaicum, & circuncidebantur, vt patet Exo. 12. c. Lomnis seruus emptitijs circuncidetur, & sic comedit illud. cogebantur enim dñi seruos suos circuncidere, qñ aliquos emebant de ancillis autem eadem lex est, quia licet non appareat in eis manifeste, sicut in seruis, qd conuertuntur ad Iudaismum, quia non poterat in ancilla fieri aliquod signum manifestū, p quod euident esset ancillam ad Iudaismum conuersam fore, sicut in seruo qd circuncidebatur: ancilla autem nihil tale suscipere poterat, quia tñ ita erat in pñte dñi sicut seruus, quæ admodum seruus ex mandato dñi circuncidebat, etiā si nollet: ita ancilla ex mandato dñi sui cogebat suscipere cultum quemcunq; dñs imperasset: cogebatur ergo colere Deū hebreorum saltem exterius, & si reperiret postea in aliquo errare a fide veri Dei, quem hebrei colunt, tanq; de hæresi rea penam patiebatur, sicut oēs alij heretici. par ergo ius erat quantum ad hoc in seruis, & in ancillis: ergo vterq; de sacrificijs pacificis dñi sui comedere debebant. *Et Leuitæ qui est intra portas tuas.* Loquitur ad totum Israel, qui hēbat ciuitatem, & intra portas illarum ciuitatum erant sacerdotes, & hoc siue accipiant ciuitatum portæ, pro illis in quibus habitant alij de alijs tribubus cum ipsis Leuitis, aut pro ciuitatibus in quibus soli Leuitæ habitabāt qd erant 48. vt patet Nu. 35. c. quia quocunq; mō est verum, cum istæ ciuitates sint ciuitates Israel, quia Israelicę dabant istas ciuitates Leuitis, quasi in donū, vt in eis habitarent, & dabant eis de parte sortium suarū. s. qui plures ciuitates habebat, plures dabat, qd vero pauciores dabat pauciores: sicut in ipsis sortibus populi qd plures erant maiores terminos terræ recipiebāt. s. cum pluribus ciuitatibus, & oppidis, cū ceteris locis habitabilib; & habitatis. *Qui morantur uobiscum.* i. in terra vestra, & non intelligitur de illis qui morantur in domo cum eis, quia de talibus necessarium curā habere debet, vt hñ 1. ad Tim. 5. c. qui suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & infideli deterior est. *Et recordaberis quia seruus fuisti in Aegypto, & custodies mandata mea.* si recordatus fueris, quia iusti seruis in Aegypto intelliges, qñ ego liberauerim. Et scies ex hoc qd es obligatus facere ea quæ mando, & sic facies. *Sollemnitate quoque tabernaculorum.* Hic ponitur tertium de festo tabernaculorum, quod fit a 15. die Septembris, vt hñ Leu. 23. c. *Quando collegeris de area & torculari fruges tuas.* In mense Septembri qñ fiebat ista sollemnitas in terra promissionis q temperata & temperata est, oēs fruges, & vna collectę erant. sic patet Exo. 23. c. sollemnitate qñ redeunte anni tpe cuncta conduntur. *Sollemnitate tabernaculorum.* Istud festū sic nuncupatum est in memoriam tabernaculorum factorum de ramis arborum, in quibus hebrei habitauerant per desertum, vt dñs Leui. 23. cap. cum redditur causa huius solennitatis, qm in tabernaculis habitare feci eos, & orit ista causa ex generali motu omnium festorum: receperant. n. hebrei multa beneficia a Deo ab exitu de Aegypto viquequo introducerent

De festo tabernaculorum.

in terram Chanaā: ad quorum memoriam, vt semper Deo se obnoxios crederent, festiuitates iste, tanquam signa quaedam rememoratia instituta sunt. vocatur ē festum istud. I. scenophagia. i. simultaneus, vel cōmunis ad comedēdum locus a cenon quod est commune, & phag in quod est edere, quia in publico edūt. s. q. illo tpe faciunt in vicis extra domos suas quaedam vmbacula ramorum, & ibi comedunt, & bibunt quasi in illis habitarent, vel faciunt hoc locis parentibus celo, licet vndiq; parietibus adoperta sint, sicut in curialib; vel interdum domos illa die detegunt, & sic se putant illud p̄ceptum adimplere. *Et epulaberis in festiuitate tua.* In omnibus festiuitatibus epulis, & potibus vacandum dicit ex causis supra assignatis, p̄terquam in festiuitate propitiationis, siue expiationis, quae est in Septembri decimo die eiusdem mensis computando secundum iunationem, nam in hac die tota, nec cibo, nec potu vescuntur, neque balneas, vel delectationē aliquam capiūt: immo nec debitum vir ab vxore, aut vxor a viro perunt, quia denunciatur eis Leuiti. 16. & 23. c. q. anima, quae in die illo non se afflixerit, perbit de populo suo, etiam in festiuitate azymorum non dicitur eis, q. epulari debeant, quia ista epulatio notat talem iucunditatem in cibus, secundum q. ipsi voluerint, vt dicebatur. s. 12. & 14. c. quaeunque desiderat anima, vta: in diebus tñ azymorum non licebat hoc, quia panem azymorum comedere cogebantur, qui non delectationem, sed afflictionem quandam inducit. sic. n. dñ supra septem diebus absque fermento comedēs afflictionis panē in festiuitate tua. vocatur ista festiuitas populi, nam licet omnia festa essent Dei, q. Deus in eis specialiter colebat, quaedam tñ festa etiā erant ipsius populi, quia sibi ipsi lautiores epulas p̄parabant, sicut si facerent aliqua magna conuiuia, vocarentur illa conuiuia festiuitates populi, etiam si non fierent in diebus festiuitatum. nam vocatur sic dies propitiationis festiuitas tua, vel dies azymorū ex causa assignata: in his autem epulis vacādum erat, immo & quod ipsi magis inepte considerant, q. putant grauior erare si in his diebus quādā in cibus, aut vestibus iucunditatem p̄ferant transferentes id quod aliquā diu ad remedium indisciplinatorū, indomitorumq; datum est, ad virtutis, & p̄cepti officium necessariū, quia dictum est eis sabbatizabitis, quia maiorē solennitatemq; in sabbatis cultum impenderis, nam sacrificia dupla, q. in p̄festis diebus fiebāt, vt patet Nu. 28. c. *Septem diebus domino Deo tuo festa celebrabis.* Quia tantum durabat ista solennitas, & non fit hic mentio de die octauo in quo fiebat cētus, & collecta, vt patet Leuiti. 23. c. *Benedicetq; tibi dominus in cunctis frugibus tuis.* Quia iste festiuitates magis consistebant in oblationibus, q. in alijs ceremonijs. ideo obseruantes eas plene benedicuntur. i. multiplicantur in frugibus, & vino. *Et in omni opere manuum tuarum.* i. in omni labore, & occupatione manuali: eadem namq; causa est, quia sicut benedicbantur in frugibus, & armentis, atque pecoribus, quia de illis offerebantur: ita qui aliquod alterū officium haberet, & non esset pastor, vel agricola, quia ex acquisitione illius officij poterat eruere ea, quae imolabilia, & offerēda essent, multiplicaret Deus hūc offerentem non quidem in frugibus, siue agros non colebat, nec habebat, nec in armentis, & gregibus, q. nihil horum possidebat, sed in acquisitione officij sui, & sic generaliter in oi manuali operatione, vel labore. *Et in letitia.* Hoc potest referri ad ea sola, quae dicta sunt, quod benediceret te dominus in frugib; & armentis, & alijs possessionibus, & ex hoc nimium iucundaberis: sed non est sic accipiendum, vt solum referatur ad multiplicationem in possessionibus, vel terrae fructibus, quia letitia est quidam motus animi

F in exhilarationem proueniens ex similitate omnium bonorum, vel simpliciter bonorum, vel extimatorū, si quis enim vnum bonum habeat, non letatur, nisi putet omnia bona habere, vt si quis diuitias multas possideat, & sanitate careat, huic iucunditas nulla est, & sic de ceteris, qui autem vel valde multa bona habet, vltra quae sibi bona esse nulla putat, aut non esse necessaria, gaudet: vel si forte vnum adispicatur in quo solo se cetera habere existimet: sic enim amatores secundum passionem solum delectabile, in quod passio inclinatur, sufficiens bonum esse existimant, quia passio solum illud bonum pro tunc, tanquam bonum esse proponit. hic ergo dicendum est, quod cum Deus pmittit letitiam istis Iudeis obseruantibus festiuitates tabernaculorum, & alias non solum esse bona, quae sunt fructus terrae, promittit, sed totam felicitatē temporalem, quae in aggregatione multorum bonorum consistit, scilicet, vt diuites sint, vt sanitate vigeant, vt prole abundant, vt hostibus dominantur, vt nulla eis vndeunque insurgat aduersitas: hic enim qualiscunque atq; vmbra transitorij huius voluctatisq; momenti subitanea felicitas agitur, quā certissime Israelitae assequebant, cum Deum suum totis viribus requirerant, sed quia eis raro hoc inerat, raro talia bona adipiscerantur, quae letitiae nomine exprimuntur. *Tribus vicibus per annum.* id est in istis tribus solennitatibus suprapositis. *Apparebit omne masculinum in conspectu Dei tui.* id est in loco sanctuarij, & intelligitur de masculis habentibus adum rationis, & non impeditis in euitaliter, vt in egritudine, vel ex similibus causis: paruuli etiam non obligabantur ascendere, mulieres autem non obligabatur, vt maneret aliquis qui curaret de re familiari, sed ex deuotione multae ascendeant, vt patet de beata virgine. Luc. 2. capitu. quae ascendit cum Ioseph ascendente Christo. *Non apparebis in conspectu domini vacuus.* i. quando apparueris coram domino in istis solennitatibus, non appareas vacuus, sed porta aliquid ad offerendum secundum benedictionem datam a Deo.

Iudices & magistros. Hic ponitur secundum principale, scilicet quaedam ordinantia in proximum, & agit hic de iudicibus minoribus, qui ponebantur ad causas paruas in qualibet ciuitate iudices, &c. supra satis dictum fuit de ceremonialibus: nunc ergo de iudicialibus, quae damnum vel vtilitatem proximi respiciunt agitur. Et quia in omni politia recta sunt duo status, scilicet excellens, & equalis: ideo tractatur de eis. primo de excellentibus; scilicet de iudicibus. secundo de aequalibus a decimono cap. vltra, & quia vt ait philosophus. 3. politic. forma in ciuitate est distributum iustitiae, ita quod magis necessarium est iudicem in ciuitate esse, quam vinum, & panem: sine iudice enim impossibile est vquam constitui ciuitatē: ideo primò agitur de iudicibus, & quia sunt multi gradus in iudicibus: ideo de alijs infra dicit: hic autem de minoribus dicit.

Iudices. id est dicentes ius, vel diffinientes litigia. *Et magistros.* Potest teneri intransitiue, id est iudices qui sunt magistri scientes instituta legis, vt publice de iure respondeant, & diffiniant, sed vbi nos habemus magistros, hebrei habent questores, siue exactores, quia nomen illud duritiam sonat, & sunt illi qui sententias exequantur publicam potestatem habentes, siue damnatos puniendo, vel nolentes comparere ad iudicium exhibendo, & eos custodiē publicae mancipando.

In omnibus portis tuis. id est in omnibus ciuitatibus in portis ciuitatum.

De quibusdam ordinantibus i. proximi i. de iudicialibus.

Quia

Quod antiquitus iudices in portis ciuitatis iura dicebant, & quare. De Philosophis stoicis qui praedicabant in portis: quod iudices antiquitus ferebantur in curribus per ciuitatem. Quast. IIII.

ERANT enim iudices in portis ciuitatis, quia sicut index est persona publica cuiuslibet iustum distribuens, ita congruebat ei locus publicissimus, s. porta ciuitatis ad quam accedebat omnes, siue diuites, siue pauperes, aduenae, & indigenae. Et istum modum acceperunt Philosophi stoici, quorum sollicitudo fuit omni homini virtutem predicare, ideo in portis ciuitatum sedebant, vt omnibus transeuntibus praedicarent, vnde stoici nominati sunt. quidam autem eos a stoa Atheniensij porticu stoicos nominant, quod supradicto non dissonat. Olim iudices in curribus ferebantur per totam ciuitatem, vt volentes aliquid petere exeuntes iannas domorum suarum sine labore iudices inuenirent. Sed hoc non multum congruebat, quia ad iudicium necesse erat partes cōuenire, quod sic fieri non poterat, ideo abolitum est, & ad quietis locum iudicia redacta sunt. Considerandū erat circa istam iudicium assignationem, quantum ad locum iudicandi ipsa pertinet litigantium aptitudo, vt talis locus esset ad quem possent commode cōuenire: si enim iudicia fieri possent vno petente, scilicet, q. ad vnus petitionem, siue alterius litigantis responsione sententia formaretur: potuisset adhuc sufficere talis modus, sicut si index esset aliquis respondens ad quaesita popularium, & transiret per omnes vicos, vt quilibet exiret de domo sua, & quereretur quod vellet confestim responsum recepturus, sed non erat sic, quia oportebat partes connenire, & communem disceptationem fieri, quia ergo litigantes non semper simul morarentur, licet index iret per domum aliquius, oportebat alium sequi iudicē per vicos, & sic ineptus fieret. Item quia, q. index ambularet in curru erat, quae si iret ad expediendum aliquid, quod leniter expediri posset, forales tamen disceptationes iurgiorum maturitate peraguntur, ideo oportebat iudicē super currum existentem multum morari in medio vicorum, quod aliquid erat valde indecōs. Item quia hōstilius erat litigantes ad iudicem currere, quam iudicem ad litigantes ire. nam distributum iustitiae, quod in ciuitate potissimum erat, magno honore dignissimum erat. Optimus autem modus iudicandi fuit sicuti nūc est, vt index in loco publico sedeat, & qui causas habent, ad audiendum determinationem veniant. *In omnibus portis tuis.* Loquitur ad totum Israel, qui habebat ciuitates, & oppida, in quantum portis ponebantur isti iudices, nam potest intelligi, quod loquatur ad quemlibet de populo, quia tunc intelligeretur de portis domorum omnium populariū, sed hoc falsum est, quia non ponebantur iudices ad portam cuiuslibet domus, quia nō possent esse tot iudices: & dato quod esse possent, nihil magis stultum quam hoc existimari posset. loquitur autem ad totū Israel qui habiturus erat multas ciuitates, in quarum qualibet cōstitutus esset iudices: non enim erat aliquis locus in terra illa, in quo non ponerentur iudices, secundum tñ q. parua loca, vt viculi, & villae erant subordinata locis magnis, s. vrbibus, ita iudices villarum, & viculorum erant subordinati ad iudices, qui erant in loco Sanctuarij, qui Hebraice vocantur Canhedrin, siue domus iudicij, & inter hos iudices erat praecipuus index summus sacerdos, causa autem quae difficiles erant, deuolvebantur ab omnibus locis terrae Israelitarum ad domum iudicij, quae erat in loco Sanctuarij, vel per appellationem illuc deuolvebantur. de istis iudicibus patet cap. sequ.

In omnibus portis tuis. id est in omnibus portis ciuitatum.

Alph. Toit. super Deuter.

tum, & oppidorum: nec tamen intelligendum ita stitit, quod in qualibet porta vrbis esse debebat iudices. nam si aliqua vrbis habebat decem portas, vel viginti non oportebat, vt in qualibet ponerentur iudices: satis enim erat, quod ponerentur in aliqua iudices. *Quas domus tuas dedit tibi.* Quia adhuc nullam vrbem habebant, vel oppidum, cum manerent in deserto, nondum ingressi terram Chanaā, sed Deus eis certissime daturus erat, quia promiserat. *Per singulas tribus tuas.* Tota terra Chanaan diuidēda erat per fortes, & quia erāt duodecim tribus, erant dandē duodecim fortes, vt patet Numeri 26. & 34. cap. & sic postea factum narratur in Iosue a cap. 15. vsque ad 19. inclusiue: vt vnumque accipiendo: habebat autem qualibet tribus multas ciuitates, sicut computatur Numeri 32. de duabus tribubus, & dimidia, & in Iosue in cap. 15. & 16. & 17. & 18. atque 19. in qualibet autem harum ciuitatum, & oppidorum, siue villarū iudices constituendi erant. Et ex hoc etiam patet, quod supra dicebatur, scilicet, quod loquatur Deus ad totum Israel, quia totus Israel habebat in se tribus, nullus autem de populo habebat tribus. *Vt iudicent populo iustio iusto.* Id est tales debebant isti iudices eligi, quod iudicarent populo iustio iustio.

Duo necessaria ad iustum iudicem, scilicet cognitio iustiarum legum, & bonitas conscientia, & quare. Quast. V.

AD hoc autem duo necessaria erant, primum q. essent viri sapientes in lege cognoscentes leges iudiciales, & insuper prudētes essent, vt scirent alias causas, quarum determinatio scripta non reperiretur, applicare ad rectam rationem, nam si ignorantes essent existimātes se recte iudicare, iniquissime determinarent. Secundum requirebatur bonitas iudicis secundum virtutem moralem: nam dato, q. aliquis sciat quid agendum est, si non habeat habitum virtutis bene inclinātem, ducetur a passione ad oppositum: sic enim ait Arist. in 7. Ethico. circa finem, & in septimo, q. malitia corrumpit rectum iudicium, & errare facit circa principia practica, & maxime hoc est, quando diligit munera, quia munera excecant oculos, & faciunt deniare a rectitudine, vt patet infra. ideo ista duo dixit Ietro esse in iudicibus ingrendenda, quando dedit modum per quem stituerentur iudices in populo, vt patet Exodi 18. cap. cum dicitur, prouideant de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constituē ex eis tribunos &c. idem & explicatus dicitur supra 1. cap. vbi de hac materia agitur, s. date e vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponā eos principes vobis: tuique de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos principes, p̄cepti illis dicēs, audite illos, & quod iustum est iudicate, siue citis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum; nec accipietis cuiusquam personam, quia iudicium Domini est.

An ordinatio septuaginta iudicum, quam fecit Moyses manserit semper in Israel, & etiam ordinatio Centurionum, & Tribunorum. Quast. VI.

CIRCA istos iudices tamen considerandū est, quia Exo. 18. c. fuit facta quaedam iudicium ordinatio distributa per tribunos, id est millenarios, & centuriones, & quinquagenarios, & decuriones: alia autem fuit facta in septuaginta Senioribus q. haberent onus populi cū Moysē, & iudicārēt, de quibus Num. 11. c. est ergo circa hoc dubiū: vtrum

M aliqua

aliqua de istis ordinationibus manserit, vel vtrum iudices isti qui ponebantur in ciuitatibus, & in illis essent de istis duabus coordinationibus, aut de aliqua earu: de his tamen duabus quomodo sit alteri compassibilis, aut si forte vna abrogaret aliam Num. 11. capit. dictum est. Et videtur, quod non manserit ordinatio illa septuaginta iudicum, quia si isti manserent, aut sic se haberent, quod in qualibet ciuitate & oppido, in quo hic mandantur esse iudices, ponerentur septuaginta, & hoc non est dicendum, quia nullus locus quantumcunque magnus tot iudices exigebat, praecipue cum quadam sunt ita parua loca, quod vnus iudex sufficiens erat eis, sicut nunc etiam in sanis locis magnis videmus vnum sufficere: aut dicemus in toto Israel solum esse septuaginta iudices, & illos diuidi per totam terram Israel, sed hoc etiam non stat, quia pluribus iudicibus indigebat tota terra illa: quia dato, quod in qualibet ciuitate solus vnus poneretur, non sufficeret pro medietate terrae illius: praecipue cum in terra illa erat vnus locus, in quo multitudines erant, scilicet locus Sanctuarij: ergo non videtur, quod maneret ista coordinatio septuaginta iudicum Seniorum. Vtrum autem manserit alia coordinatio tribunorum scilicet, centurionu, quinquagenariorum, & decanorum etiam dubiu est, & cuiquam videbitur satis rationabile esse hanc manere, nec sequuntur inconuenientia, quae sequebantur ad aliam positionem, etiam quia poterat in omnibus locis, quantumcunque parua essent, fieri istas diuisiones, vt supra ponerentur decani, & quinquagenarij, quoadusque sufficeret multitudo populi.

Respondendum ad hoc, quod ista ordinatio decanorum, quinquagenariorum &c. non mansit. Primum, quia ista coordinatio iudicum fuit ad exhauriendum aliquam multitudinem, scilicet, vt taliter diuidendo tota multitudo sit per iudices adaequata, & hoc optime conueniebat in deserto, quia erat totus populus simul & diuidebatur per decenas, & quinquagenas, centenas, atque millenas, & sic accipiebantur iudices: nunc autem non ita, sed quilibet locus, siue paruus, siue magnus, per se habebat iudices, & non poterat diuidi per centenarios, & millenarios, & sic de alijs, quia interdum essent sex, aut septem, aut noue decani sub vno quinquagenario: eo quod non essent centum viri in loco illo, vt possent fieri duo, quinquagenarij, & vnus centurio: ergo non debebant sic iudices diuidi, sed quodam alio modo. Aliquis diceret, quod iste modus iudicij non conueniebat in terra promissionis, quia quando isti iudices instituti sunt, tantum minora iudicabant, quae autem magna erant, ad Moysem deuoluebantur, vt patet Exodi 18. capit. nunc autem Moyse non erat futurus in terra Chanaan, ergo non erat permanens ibi talis ordo.

Respondetur, quod hoc nihil est, quia licet Moyse non erat semper mansurus, tamen sicut manente Moyse subordinabantur ad ipsum, & determinabant omnia dubia, siue directe, siue per appellationem ad eum causis deuolutis, ita nunc erat consistorium iudicum in loco Sanctuarij, ad quod deuoluebantur omnes causae difficiles qualiscunque conditionis essent, vt patet sequenti cap. & quod illi determinabant, firmum manebat: nec debebat alij iudices requiri, quando potius quicumque recusaret stare sententiae illorum iudicum, morte dignus erat, vt patet eodem cap. ideo non erat ista causa, sed ea quae supra assignabatur.

Item non mansit ista coordinatio, quia tunc daretur multitudo iudicum inutilis valde: nam quia quilibet locus diuideretur per decanos, & quinquagenarios, & centuriones, & sic de ceteris, videbatur esse valde superfluum, scilicet, quod in vno loco vbi essent centum homines, ponerentur iudices tredecim, scilicet

et decem decani qui erant inter centum homines, & duo quinquagenarij, & vnus centurio. satis enim videtur hoc ponere multitudinem sine necessitate, immo sine aliqua vtilitate, cum sufficeret in tali loco vnus iudex, aut duo.

Et si arguas ex eodem fundamento, quod tunc eodem modo esset inconueniens, quod fuisset facta talis iudicum distributio in deserto: constat tamen quod facta fuit, vt patet Exodi 18. capit. cum dicitur, quibus auditis Moyse fecit omnia quae illi suggererat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. ergo hic in ciuitatibus fieri poterat talis coordinatio eodem modo.

Ad hoc responderetur, quod non est similitudo de statu Israelitarum in deserto, & de statu eoru in terra Chanaan, quia in terra Chanaan non indigebant tot iudicibus, sicut in deserto, cuius fundamentum est, quia iudices dantur ad determinandum litigia: cum ergo plura litigia sunt, plures iudices necessarii sunt, sed in deserto necessario erant plura litigia, ergo plures iudices esse debebant. Antecedens patet, quia litigia oriuntur ex communicatione, quia qui in nullo communicant nunquam litigant, sed in deserto erat maior communicatio cum omnes simul essent, & locarent castra simul, & vnus occuparet locum, qui debebatur alteri, & sic de ceteris causis iurgiorum. ergo ibi multi iudices esse debebant, & sic facta fuit talis iudicum distributio, scilicet, centurionum, tribunorum, quinquagenariorum, & decanorum, cum autem essent in terra Chanaan habitaturi erant in ciuitatibus, & oppidis, & acceptis singulis possessionibus non erat locus tantum obiurgandi, ideo non erat necessaria ibi talis iudicum distributio, sed in qualibet ciuitate, & oppido ponebantur certi iudices secundum necessitatem loci, & hi vel eligebantur a popularibus loci illius, ita vt esset principatus aristocraticus, aut ponebantur a senioribus qui erant iudices in Sanctuario, aut ponebantur a regibus sicut nunc fit, & ob hoc quasi non fuisset mansurus talis principatus, aut ordo iudicatus qualis antea extiterat. Nunc in tempore quo ingredi debent in terram Chanaan, dedit regulam de ponendis iudicibus de alia coordinatione iudicum, scilicet septuaginta seniorum.

Dicendum, quod ambiguum est vtrum manserint post ingressum in terram Chanaan, sed non est aliud quod inconueniens eos mansisse, ideo in hac parte satis assentiendum est. Iudaeis qui dicunt semper fuisse in Israel septuaginta Seniores qui regerent domum iudicij, & manebant ab illis septuaginta Senioribus, quos elegerat Moyse per successiones, & hi erant maximi iudices ad quos subordinabantur omnes iudices qui erant in alijs locis, & isti septuaginta iudices ducti sunt in Babylonem tempore captiuitatis, sicut innuitur 4. Regum 24. cap.

Et cum arguis, quod non potuerit manere ista coordinatio iudicum postea, quia aut essent septuaginta iudices in quolibet loco, quod erat inconueniens, aut soli septuaginta in tota terra Chanaan, quod rursus inconueniens erat.

Respondetur, quod neutrum horum erat, sed isti decem iudices ponebantur in loco Sanctuarij, & erant maiores iudices totius Israel, ad quos omnes magnae causae deuoluebantur: in alijs autem locis ponebantur iudices quotquot necessarii essent, siue multi, siue pauci, ideo nullum inconueniens erat ad hanc positionem. Nec in alteram partem declinat. Via iuris dicitur via recta, qui autem a iure deuiat quomodocunque deuiat, declinat ad vnam, vel alteram litigantium partem.

Determinatio auctoritas.

Non

Non accipies personam, nec munera. Ista duo peruertunt recta iudicia, scilicet personam accipere, ad quod reducuntur odium, & amor. Et recipere munera. De accptione personarum dictum fuit supra primo ca. & 10. satis late. Quia excacant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Id est faciunt, quod declinent oculos ne rectum videant, sicut senes exardescentes in pulchritudinem Susanne declinauerunt oculos suos, ne viderent coelum, & ne recordarentur iudiciorum iustoru Dani. 14. cap. Et mutant verba iustorum. Recte hic ponuntur ista duo distincta, quia ad sapientem cognoscere pertinet, quae cognitio per oculos designat, & hoc claudit muneris accptio, ad iustum pertinet recta distributio, & ista in iudice est in sententiando. Sententia autem in verbis est, & hac mutat personarum, vel munerum accptio. Iuste, quod iustum est, persequeris. Nichil est iustum agere nisi iuste fiat, quia modus agit in moralibus ad speciem actus: affectus enim operi nomen imponit. potest enim aliquis iustum agere, & peccare mortaliter, quia non agit bona voluntate, & ad rectum finem, quia vt concludit Boetius per totum quartum de consolatione nullus iniuste patitur, licet multi iniuste agant: nemo enim iniuste occiditur, multi tamen iniuste occidunt, cum ergo iustum, & iniustum respiciant operationem, & non conditionem aliquam operantis, illa occisio iusta erit: ergo ad bene vivere oportet respicere modum, quia hoc est omnis virtus. Et dirigitur hoc principaliter ad iudices, qui non solum iustam sententiam dare debent, sed etiam ex iusto animo, & secundum processum iuris. Et si obiiciatur id quod communiter dicunt iniuste, scilicet quod illi qui scit se iustam causam fouere, & inquietatur iniuste, potest se per calumnias defendere, vel contra aduersarium agere. Respondetur, quod ibi agere per calumnias est iuste agere, vel iniuste iustum persequi, quia sic recta ratio fieri dicitur, ista circumstantia quae est iuste licet determinet modum qui signatur per istam vel, vt qualiter: tamen hic vniuersaliter accipitur pro omni modo qualitatis determinantis opus, siue sit finis, siue tempus, siue motus, & sic de ceteris, in quocunque autem horum erret circa opus, iuste non fit. Vt viuas. Id est, & viues sic faciendo, quia vt, non tenetur, vt signans finem, sed consequentiam, id est, quod ad tales operationes sequitur magna vita in agente talia, quia volebat Deus, quod licet per istas iustas operationes mererentur vitam eternam, expresse tamen promittebatur eis ista, sic erat per omnia alia mandata legis, quia faciendo ea merebantur facientes vitam, & alia bona temporalia, vt patet Leuit. 18. c. cum dicitur, custodire leges meas, atque iudicia mea, quae faciens homo viuet in eis. & ista differentia ponitur inter legem nouam, & veterem, quia licet tam firmi statuti legis veteris, quam firmi statum legis nouae qui bene agit, meretur vitam aeternam, & quietem in vita temporali, tamen in lege veteri expresse promittitur bona temporalia, & subteritur aeterna, & in lege noua promittuntur aeterna, & temporalia subteritur: istam differentiam assignat Apostolus ad Rom. 10. c. dicens: Moyse enim scripsit, quoniam iustitiam quae ex lege est quae fecerit homo viuet in ea, in illa autem quae ex fide dicitur, quod si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, saluus eris: ne tamen penitus aliquis credat, quod in veteri lege sola bona temporalia promittuntur, interdum exprimitur aeterna, & ne credatur, quod obseruatoribus legis nouae sola bona aeterna conferantur, etiam aliquando promittuntur temporalia: sed raro in lege veteri aeterna exprimitur, & temporalia in lege noua, quae autem in lege veteri aliquando promittuntur aeterna bona patet Esa. 57. ca. vbi cum agitur de aeternis gaudijs dicitur, serui mei comedent, & vos esurietis.

Modus agendi in moralibus agit ad speciem.

Sciens se iusta fouere licet per calumnias potest defendere.

tis: serui mei bibent, & vos sitietis, & in libro Psalmorum interdum de hoc dicitur. Quod in lege noua temporalia promittuntur patet Matth. 19. c. vbi dicitur, quod qui aliquid propter Christum reliquit, centuplum accipit in hoc mundo, & in futuro vitam aeternam: ratio istius diuersae expressionis est, quia licet in lege veteri vtrunque bene agentes mereantur, exprimitur tamen id quod magis reducere poterat animos operantium, status autem ille fuit imperfectus, ideo homines mouebantur ad verum bonum per ista quae non sunt vera bona, sed verorum simulachra bonorum: in lege noua, in qua bene agentes vtrunque promerentur, aeterna bona explicatur, quia perfectior status iste erat, & viris magis perfectis dari debebat, ideo per amorem verorum bonoru, in ipsas rectas operationes moueri debebant. Et possideas terram quam dominus Deus tuus dederit tibi. Sicut propter iniquitates tuas quadraginta annis ab ingressu terrae promissionis coerciti sunt, ita si in ea existentes praepararentur irritum facientes sedes, quod cum domino pepigerant, excluderet eos de terra illa, vt patet in captiuitate decem tribuum, quae vocabantur Israel, vt patet 4. Regum 17. ca. & in captiuitate duarum tribuum, scilicet Beniamin, & Iuda in Babylone, & ex hoc orientabantur eis carere aduersitates hostiles: cum vero pacatum firmiter obseruarent, habitabant in terra sua, sine villo terrore nemine persequente. Non plantabis lucum. Constituitis supra iudicibus hic ponitur officium eorum executio, & quia iudex dicitur, quasi ius dicens, vt in cap. forus, extra de verborum signific. ideo oportet poni ius circa quod iudex se exerceat, & primo ponitur id quod ad latram pertinet stabiliendo latram, & destruendo idolatriam. Non plantabis lucum. Gentiles plantabant apud altaria Deorum suorum arbores densas, vt ibi exercecerent obscenitatem, quae requirebatur in sacris Dei Priapi. de quo supra 7. ca. diximus, vel vt saepe dictum est, quia in arboribus illis fiebant imagines incisis corricibus, secundum certa tempora ad deriuandum coelestem virtutem, vt in capitibus ferreis. Et omnem arborem. Non solum prohibetur lucus qui est densitas arborum, sed etiam vna sola arbor, quia vtrouique idolatriae suspitio est.

Nec facies tibi atque constitues statuam. Scilicet ad adorandum, sed ad memoriam constituere licebat, sicut Jacob constituit statuam super sepulchrum, vt patet Gene. 35. cap. vbi litera nostra dicit erexit titulum, litera Hebraica habet. constituit statuam, quia eadem dictio Hebraica ponitur hic, & ibi. Et hoc verum est in sepulchris, vel in alijs locis non suspectis, quorum certa esset significatio, non tamen in altaribus, quia scandalum est.

Nec constitues statuam quae odit dominus Deus tuus. Facere statuam est de nouo fabricare, constituere etiam est statuam iam factam in aliquo loco ad adorandum ponere, & vtrunque malum est.

C A P. XVII.



NON immolabis domino Deo tuo bouem, & ouem, in quo est macula, aut quippiam vitij, quia abominatio est domino Deo tuo. Cumque reperti fuerint apud te intra vniam portarum tuarum, quas dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu domini Dei tui. &c.

Idolatrie lapidant.

Alph. Tost. super Deuter.

M 3 Non

Non immolabis. Supra posita fuit materia cit- ca quam iudices laborare debent. Hic pon- nitur modus executionis secundum ma- teriam datam. Et tanguntur tria. Primo exe- cutio in iudicijs omnium iudicum excellentium, siue minorum. Secundo ponitur institutio, & ordinatio iu- dicum Leuiticorum ibi. si difficile, & ambiguum. Tertio apponuntur cōditiones regum ibi. Cum ingressus fueris. Non immolabis domino bovem, aut ovem in quo macula.

Sacrificia quedam erant spontanea al. a necessaria. Quæst. I.

De hoc magis Leuit. 22. vbi distinguitur in te- xtu, q̄ aut sunt sacrificia votiva, siue per ne- cessitatem, vt pro peccato, & tunc non reci- pietur animal maculatum. Si autem spon- taneæ dabatur, aut ad immolandum, aut ad hoc, quòd venderetur, & conuerteretur in alios vsus. Quantum ad primum nullo modo poterat, quia non ponebatur de eo aliquid in altari, nec sanguis, sed vendebant sacer- dotes, vel comedebant sine aliqua immolatione, quia hoc pertinebat ad ius eorum, sicut alia sacrificia, vt habetur Num. 18. cap. veritatem huius magis dixi- mus supra 15. c. & ibi vide distinguendo maculas, quæ verabant immolationem, vel quæ non. Quia abominatio domino Deo tuo est. Idest Deus odit talem immolatione, quia in hoc videtur contemni, quia talia non darētur dominis temporalibus, quibus magis vult Deus hono- rari: de quo satis diximus præcedenti c. 15. Cum reperti fuerint. Hic ponitur principalis inquisitio, & executio, quoniam iudices habere debentur, si circa idolatriam remouendam, sicut nunc contra hereticam præuitatē. Apud te. Idest in terra tua. Intra vnam portarum tuarum. Idest in aliqua ciuitate, vel loco qui sunt clausi muris, & habent portas. Et hoc solum conueniebat habitato- ribus terræ illius, quia dicit in tra portas, si tamen aliqs gentilis transiret per terram eorum, qui idola coleret, vel videret eum facientem aliquas cæremonias idolo- rum, non puniebatur per istam legem, sed solum habi- tantes in terra, siue Iudei, siue conuersi. Vir aut mulier. Non est aliqua differentia faciendâ: quicumque enim hoc se commaculauerit factio, mortis reus est, nec ali- qua occasione sibi parcendū est, siue mulier, siue vir, siue nobilis, siue inuolabilis. Faciant malum. Idolatria an- tonomastice malum dicitur, quia directus cōtra Deū est, de hoc magis supra 5. ca. diximus. Et transgrediantur pactum illius. Quia Israel pepigit fœdus cum domino in monte Synai, quando Deus eis dedit legem, & ipsi di- xerunt omnia quæ mandabit dominus faciemus, vt h̄c Exo. 19. & supra 5. c. inter quæ verba pacti continebāt non colere Deos alienos. Solem, & Lunam, & omnem mili- tiam cœli. Idest omnes alias stellas, vel constellationes. Et posuit exemplum in operibus cœli, quia licet aliqui colerent elementa, aliqui res elementatas: communi- ter tamen magis colebantur corpora cœlestia, de his plura diximus supra 4. ca. Vt vadant, & seruiant. Non di- citur, quòd isti irent ad seruendum dijs alienis: ita q̄ egrederentur de terra Israelitarum, & irent ad habitā- dum inter alias gentes colentes idola, quia tunc non possent eos punire Israelitæ, nec mādaretur hoc iudi- cibus eorum, quòd talibus pœnas infligerēt: maxime, quia hic signatur, quòd deberet esse intra ipsam terrā Israelitarum, quia mandatur, quòd fiat inquisitio, & si fuerit compertum scelus, educatur, qui peccauit, ad portam ciuitatis, quòd necessario intelligitur de terra promissionis: etiam quia dicitur in principio, cum re- perti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, vir aut mulier, qui faciant malum, sed accipitur hic va- dant, prout significat quendam motum saltem ani-

Præcipua inquisitio & execu- tio.

morum, quia sicut ille qui ad aliquem locum vadit, mouetur: ita si quis Deum ante colebat, & postea cō- uersus simulachra colat, recedit a Deo vero, ideo ire dicitur, vel accipitur large, prout est modus commu- nis in sacra Scriptura veteris testamēti conformis mo- do vulgari Hebraico, quòd quando aliquis aliquam rem incipit, quam ante non faciebat, dicitur surgere, vel ire, quasi moueatur de non agere ad agere execu- do de potentia ad actum. Dijs alienis. Idest dijs gentiliū qui licet dii non sint, & p̄ consequens, nec dii proprii, nec alieni, tamen loquendo s̄m intentionem gentiū, quæ istos vt Deos colebant, isti dii alieni erant, quia Iu- dæi nunquam tales Deos cognouerant per aliquā ope- rationem miraculorum, vel per traditionem patrum suorum: gentiles autem cognoscebant istos vt Deos, quia licet nō in aliqua supernaturali operatione, tamē ex antiquorum institutis, & paternis legibus, tãquam sacrum hoc habebant: Iudæi autem nullo istorū mo- dorum, ideo dicitur supra 13. ca. eam, & seruamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui. Vt seruiant eis. Seruire est exhibere cultum in sacrificijs, vel in festorū obseruationibus, vel alijs honorificis apparatibus. Et adorent eos. Est adorare inclinare caput, vel ceteras cor- poris attollere, aut flectere partes, prout per hęc signū quoddam reuerentię importatur.

Solem & Lunam.

De dijs varijs gentiliū, & quòd maximè corpora sydereæ co- luerunt, & quare. Quæst. II.

Gentilis fatuitas s̄m desideria sua Deos si- bi varios adinuenit, vt tot essent dii quot res vniuersæ, immo plures dii quā res, quia fre- quenter eidem rei numero s̄m diuersa tem- pora disparatos distribuunt Deos, & hi omnes sicuti aliquid numinis habere creduntur, ita coluntur. quia tamen communis conceptio aiorum est Deum esse id, quod aut melius omnium entium est, aut quo me- lius excogitari nihil potest, quilibet s̄m q̄ aliquid, vt optimum apprehendebat, ita illud, vt Deum cōstitue- bat. Quia tamen inter omnes res naturales quæ viden- tur, de quibus solum vulgaris rusticana simplicitas iu- dicat, nihil melius est, & apparet, quā ipsa cœlestia cor- pora si illa animata esse credamus, ideo in illis pleriq; gentiliū qui inter ceteros errantes non tantum delirauerunt, deitatem summam arbitrati sunt. In his au- tem sunt duo, s. corpora cœlorum qui sunt ipsi orbes, & ipsæ stellæ: corpora autem cœlestia non sunt mul- tum visibilia propter substantiæ raritatem, quia lux eo- rum est modica, & non est in corpore determinato, ideo de his, sicut nec de rebus pure intellectualibus rusticana gentilitas nō curauit: nullus enim vnquam inter gentiles reperietur, qui orbem Solis, & Lunæ Deum vocauerit, aut coluerit: pleriq; tamen Solē, & Lunam, & cetera astra Deos vocauerunt. Alia ratio est, quia vita est magna perfectio, ideo licet aliquas res inanimatas Deos esse posuerunt, qui tamen maturius sapiēbant solis rebus viuētib; numina tribuebant, res autem viuētes habēt in se sui motus principium, & nihil viuens est, quod moueri non possit, nisi sit vl- timus gradus animatorum, quibus solus tactus est pro ceteris cognitiuis potētijs, & loco veri motus sola cō- strictio & dilatatio, sicut sunt cœchilia & ostra, & cæ- tera animalia naturaliter petris affixa: dato ergo, q̄ or- bes cœlestes viderentur sicut ipsa stellarum corpora vi- dentur, quia tamen non potest percipi motus cœli, si- cut percipitur motus stellarū propter moueri, in quo putabant gentiles non esse eos animatos, vel ita perfe- ctos, sicut ipsas stellas, ideo non colebant orbes cœli- cos, sed stellas.

Sed

Quare po- tius Sol & Luna cole- bantur a gentilibus q̄ orbes. Sed adhuc in istis magna fiebat differētia, quia Sol & Luna magis quàm cetera astra cognoscuntur, ideo magis coluntur, & potius, vt dii extimantur, & hoc est primo propter eorum notabilem magnitudinem, nā licet cetera astra maiora sint, quàm Luna quæ nobis visibilia sunt distictè, tamen maior nobis Luna appa- ret quàm aliquod de astris, im mo maius quàm multa simul astra sunt, ergo istæ duę stellæ inter ceteras sunt quantitatis maioriore insignes. Secundo propter varietatem motus, quia aliquando ascendunt versus cap- ut Cancri ad latitudinem Septentrionalem, in terdū vero declinant versus caput Capricorni transeñdo to- tam mediam latitudinem, & hoc in eis magis decla- rat suos motus, in stellis autem alijs sic non est. nam il- læ stellæ quæ in octaua sphaera sunt, declinationes non habent: ideo nō videntur planetæ, sicut erraticę, quia eundem circulum motus sui distribuunt in æternum, ideo minus percipiuntur istarum motus, aliæ autē quin- que stellę quę planetę vocantur, licet declinationem Septentrionalem, & Meridianam habeant, sicut Sol, & Luna, quia tamen in figura, & quantitate ab astris fixis vix distinguuntur, nisi a rarissimis, & sapientibus qui hoc diligenter inspicūt, ideo communiter motus declinationis earum non iudicatur ab omnibus: quan- tum ergo ad hoc etiam Sol, & Luna insigniores sunt, s̄ in motu saltem quantum ad apparentiam. Tertium & principale in his est efficiendi virtus, quia maior val- de virtus percipitur in inferioribus his ab his duobus luminaribus, quàm a ceteris astris: de Sole autem ita planum est, vt s̄mo non egat. nam hic annos, & tem- pora, & dies distinguit, & efficit, & nos luce sua legitifi- cat, & sanos reddit calore suo: terræ nascencia germinare facit, & postremo qui quicquid in terra oritur, & oc- cidit, corrumpit & generatur, in ipsius potestate est: sic ait Aristor. in 2. de Generatione & corruptione, q̄ ppter accessum, & recessum Solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in terra: ideo Ho- merus vocauit solem patrem Deorum virorumque: etiam ex hoc inter gentiliū Deos qui ex magnitudi- ne, & excellentia sua selecti, ideo specialiter electi di- cti sunt, nullus maior quàm Phœbus, siue Apollo, aut Sol qui idem signatur, præter Iouem qui pater omni- potens dicitur, fuit: causa autem huius literalis est, nec assūmitur ex natura cœlesti. De Luna etiam idem pa- ter, nam Luna specialiter noctes illuminat, etiam sup- omnia humida potestatem gerit, ipsa fluxus, & refluxus maris per quadraturas suas intensus, & remissus facit, ipsa totius agriculturę quæ super humiditatem fundatur domina. Et ei antiqui gentiles qui in terræ cultura proficere desiderabant, libamina specialiter offerebant: idem enim Iudæi fecerunt, quia vt abunda- rent panibus, & vino, ceterisquę quę de agricultura colliguntur, Lanam quæ Diana dicitur, vel Phœbe, vel latonia virgo, aut ploutonia coniax, vel proserpina, aut regina cœli, vt ipsi Iudæi nuncupabant, ad radant ei li- bamina offerentes, sic patet Hierem. 44. capit. cum re- spondentes omnes mulieres Hebræorum ipsi Hierem- ia cum nollet colere Deum dixerunt, sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non au- diemus ex te, sed faciemus omne verbum, quod egre- ditur de ore vestro, vt sacrificemus reginę cœli, & libe- mus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, & reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & pla- teis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene no- bis erat, malumquę nō vidimus: ex eo autem quo ces- sauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti su- mus. tanta enim Lunę circa opera agriculturę, & om- nia humida, & circa phantasiam humanam secundum quam lunatici dicuntur, ideo fusiōsi habentes lucida

Solaris sy- deris ope- rationes.

Lunæ ope- rationes.

Alph. Toit. super Deuter.

interualla, tanta inquā Luna potestas, vt antiqua gen- tilitas aliquando eam dixerit mundum creauisse: sic enim ait Encenius in libro de Agricultura Caldaica. sunt etiam multa signa temporum circa Lunam, vt patet i circulis albis, aut pallidis, siue caruleis circa Lu- nam factis, quæ impressiones ab Aristor. in libris Me- theororum, halo nuncupantur, in quibus futurę quali- tates temporum, etiam vulgariter prænotificatur. mul- tum ad opera magorum omniumquę maleficorum Luna valet. Et vocabatur apud gentiles magicos He- cate: ideo Medea Iasonis vxor filia Oerę regis Colcho- rum quę famosissima maga erat, cum nocturnis ho- ris coram Luna ad maleficia sua nudato corpore pro- cumbebat, eam Hecatē proclamabat, de hoc satis patet per Senecam in tragedia septima, cuius titulus est Medea, & Ouidius Metamor. libro 7. vnde & spiri- tum Lunę super herbas despumare facere conabatur, & vt sibi videbatur explebat: sic enim ipsa dicit apud Ouidium libro 7. Metamor.

Teque Luna traho quamuis, remerata labores.

Fiebat etiam specialis obseruantia candelaborum, & luminum, atque olei ipsi Lunæ: multa quoq; alia dei- tatem Lunæ apud fatuam gentilitatem constituēbat, de quibus per singula explicare, nec locus exigit, nec ratio suggerit: maximum ergo honorem gentiles istis duobus tribuerunt, scilicet Soli & Lunę, ideo speciali- ter inter cetera sydera nuncupantur.

Et omnem militiam cœli. Militiam accepit litera nostra, sed litera Hebraica equiuoca est ad duo, scilicet ad si- gnandum militiam, & ad signandum opus, vel orna- tum, & sic potest dici. Et omne opus cœli. Cœli opus

est opus cœli ipsa multitudo astrorum, quæ sunt qua- si pictura cœli, sicut dicimus in aliqua veste, vel panno, aut imaginibus fabricatis esse multum opus, ideo mul- tam varietatem minutam sculpturarum, aut pictura- rum. Et sic litera nostra translulit Gene. 2. cap. in prin- cipio, vbi dicitur, igitur perfecti sunt cœli, & omnis or- natus eorum: Hebræi dicunt perfecti sunt cœli, & om- nis exercitus, siue castra, aut militia eorum, in omni- bus autem alijs locis, vt communiter littera nostra po- suit militiam cœli.

Quare duodecim signa zodiaci specialius colebantur a gentili- bus quàm cetera. Et de multis, & varijs constellationi- bus cœlorum, & dijs gentiliū. Quæst. III.

Et vocantur astra militia cœli, quia tanquam milites videntur discurrere per cœlum, & ista militia cœli, siue quęlibet Stella, vel constella- tiones magnæ, ideo multę stellę simul sum- præ reddentes ex coniunctione sua deductis lineis in- ter eas quasdam figuras est, sic est constellatio arcturi, quę vulgariter vocatur plaustrum, quę est vrsa maior habens septem stellas circa polum Septentrionalem: inter istas tamen stellas erat differentia, quia illę stel- lę quę per se sunt, & cum alijs non faciunt aliquā con- stellationem, ideo figuratiōem ex vnione Stellarum minus cognoscebantur a gentilibus: ideo cum in zodia- co sint duodecim signa, quę complent totū circulum cœli in rotundum, & reddunt duodecim figuras spe- ciales, colebantur specialius a gētib; quàm alia astra, ideo sequentes Hebræi consuetudines gentium spe- cialius ista 12. signa, quàm cetera astra colebant. Et cum eorum peccata idolatrię distribuuntur, specialiter distribuuntur ad orationes factas ad 12. signa cœli, vt patet 4. Regum 23. cap. cum dicitur, & eos qui incen- debant incensum Baal, & Soli, & Lunę, & 12. signis cę- li, & omni militia cœli: prius enim nominauit hic 12. signa, quàm ceteram cœli militiam, quia sic specialius colebatur a gentilibus.

M 3 Cuius

Duplici de causa 12. signa spalius co lebanca a gentibus, q. caetera.

Cuius causa duplex erat, vna quidem naturalis, & Astrologica, alia Poetica. naturalis quidem est, quia cum communis conceptio gentium omnium semper fuit Deum esse maximum ens, & maximum bonum, & hoc maximum in celestibus corporibus constituebant, cum aliquod corpus inter coelestia magis de virtute in fluxu habere videbatur, illud potius Deus esse credebatur, cum magis haberet de bono, & quia inter celestes partes, scilicet inter astra, & astrorum constellationes nullae magis virtuosiores ad influendum quam istae sunt, dicte sunt magis esse dii. hoc patet, quia cunctis planeta, secundum quod sunt in diuersis caeli signis, habent diuersas virtutes influuias: aliter enim sub tauri Sol influit, aliter sub capricorno. Et sic dicit Aristot. in 2. de Generatione, & corruptione, quod secundum accessum, & recessum Solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in terra: circulus obliquus vocatur zodiacus, quia obliquatur ab equinoctiali ad duas latitudines, scilicet Meridianam, & Septentrionalem: accessus, & recessus Solis in zodiaco sunt subinratio ad diuersa signa, quae magis recedunt a nobis, vel ab ipsa linea equinoctiali, & ex hoc accessu, & recessu contrahit Sol virtutem cauandae generationis & corruptiones: & hoc sine, quia Sol per accessum, & recessum ad aliqua signa magis, vel minus dirigitur ascendendo ad perpendicularem super aliquam partem terra, aut quia cum Sol est in aliquo signo coelesti recipit diuersam virtutem influxiuam ab illo signo adiuuando, vel impediendo vim operatiuam Solis, & vterque modus verus est. primo modo, tamen per accidens signa zodiaci agunt ad corruptionem, & generationem rerum concuando solari influentia. Secundo modo per se agunt, & sicut Sol per accessum, & recessum sub diuersis signis zodiaci diuersas influendi sortitur qualitates: ita & caeteri planetae qui eodem modo mouentur per totam zodiaci latitudinem: haec autem causa eos etiam qui gentilium Philosophi erant aliqua liter permouebat, vt aliquatenus magis deitatem nullis partibus caeli esse putarent.

Poetica causa.

Causa autem poetica est error humanus, quia gens illa rudis videns caeli pulchritudinem, vbi aliquas speciales figuras tenebat, speciali modo ibi numen esse credebat, in signis autem zodiaci sunt duodecim figure, sive imagines rerum, & intra ipsas sunt multae aliae minores quae vocantur constellationes, vt constellationio hyadum, & pleiadae, & orionis, & coronae, & sic de caeteris, & istae duodecim imagines quae sunt in zodiaco, sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, libra, scorpius, sagittarius, capricornus, aquarius, pisces. nam vere est ibi figura tauri, & vere figura arietis, & sic de caeteris: ex his etiam figuris, quae videbantur antiqua gentilitas, occasionem habuit docendi Deos esse stellificatos, id est homines, vel alias quascunque res esse translatos ad astra.

Aries quare fuit stellificatus.

Aries autem qui primum signum est tempore equinoctij vernalis a gentibus in caelum translatus est, quia cum in caelo viderunt, & hoc pro magno beneficio, quod Phryxo, & Hellae sorori suae fecit transducendo eos in tergo per mare, cum a patre suo, & nouerca exularent, cumque per angustum maris transirent, Helles Phryxi soror marinarum vndarum verticibus terrena in mare corruit, a qua Hellepontus provincia in fine Europe, quae est quartus sinus Europae contra Asiam, vt ait Solinus in Polistorum. cap. de Hellepontico, & mare Helleponticum dictum est. Quod quidem quantum ad aliquid verum est, vt antiquissima rei gestae commendat memoria, & de euentu rei terrae nomen datum: de his Ouidius 3. lib. Fastorum.

Tauris.

Taurum autem, ideo stellificatum esse dixerunt, quia Iupiter in taurum versus est, vt Europam Age-

noris regis filiam tergo insidentem raperet, & per longas maris terrarumque vias in Cretam vsque perduceret: de quo Ouidius Metam. libro 2. in fine, & idem Ouidius in 4. Fastorum, quod quidem licet fabulosum in cortice videatur, rei tamen gestae veritatem occulto portat in nucleo.

Gemini in caelo, ideo in caelum translati sunt, quia videntur duo viri, quasi duo fratres ex stellarum lineali correspondentia figurati: hos autem dicunt esse Castorem, & Pollucem Ledae, & Iouis filios fratres Helenae, quae a Paride Priami filio rapta Troiani belli causam praebuit. hos autem Iupiter, tanquam prolem suam ad aetheras transtulit mansiones: de hoc Ouidius Metam. libro 8. & idem Ouidius Fastorum, libr. 5. Homerus tamen qui plurimarum poeticarum fictionum pater, & introductor extiterat, quasi ex inadvertentia elocutus eos mortuos atque sepultos prodidit, & non in caelum translatos, vt patet in Iliade, quae de bello troiano edidit, cum introduceret Helenam e troianis mutis Graecorum exercitum prospicientem, & inter caeteros Graecorum reges fratres suos Castorem & Pollucem videre cupientem: quos tamen videre non poterat, & subdit causam, at illos retinebat terra sepultos, de hoc Firmianus Laetantius, de natura Deorum libro 1.

Cancerum vero ad caelestem regionem, ideo transtulerunt, quia eum ibi inscriptum fore viderunt, cuius causa magis sub quadam vere Metaphora, quam Poetica obliuatione est, nam sicut cancer non ante, sed retro graditur, ita Sol cum ad caput tauri peruenerit, quasi a capricorno versus nos ascendendo ultra non transit, sed retro conuertitur descendendo ad partem Meridianam, ex qua immediate ante ascenderat, & ob hoc in capite cancri parallelus tropicus ponitur, id est conuersa linea, quia Sol ultra non transit, sed vnde venerat retrograditur.

Leonem autem ad caelum antiquorum transtulit imperitia, quia ibi eum vidit, & dicunt hunc leonem esse quem Hercules in Nemea silua occidit, & pellis eius pro thorace suscepit, sicut ait Boetius, de consola. libro quarto, metro vltimo, scilicet.

Abstulit sauo spolum leoni. De hoc etiam Ouid. Metam. libr. 8. hunc autem leonem ad honorem Herculis in caelum translatum ferunt, de quo Seneca in tragedia 10. cuius titulus Hercules.

Virgo etiam ad astra translata est, quia inter zodiaci signa apud Leonem, & Libram talis imago cernitur: quare autem illa constellatio virgo nomenetur, quidam causam reddunt, quia sicut virgo nihil gignit, ita cum Sol intrauerit illud signum ex nimio calore estiuo, & terre desiccatione prorsus nihil gignitur. antiqua autem gentilitas finxit istam virginem esse Erigonem Astrei regis filiam, qui cum quarta saeculi aetate quae ferrea dicitur homicidia, furta, caeteraque scelera genera abundare conspiceret, virtutes vero iniquorum pedibus conculcari, petiuit a dijs, vt ab impijs terris ad regionem astriferam transferretur: de hoc Ouidius Metam. lib. 1. sic ait.

Villa iacet pietas, & virgo caede madentes, Vluma caelestem terras astra reliquit. De hoc etiam Virg. in Buc. Ecloga 4. quae incipit: Sicelides musa paulo maiora canamus, Cum dicit, Iam redit, & virgo, redeunt Saturnia regna.

Libra vero inter caeli signa est, cuius causa non tam poetica quam naturalis est, scilicet, quia tempore quo Sol Libram intrauerit, dies noctibus aequilibrantur, id est aequales sunt, quod contingit in equinoctio autumali in medio fere Septembris.

Scorpionem vero ad sidera cum eius imago ibi sit, Scorpius consimilis tamen causa transtulit: nam sicut libra a dierum

Gemini.

Cancer.

Leo.

Virgo.

Libra.

Scorpius.

Sagittari.

Capricornus.

Aquarius.

Pisces.

Quare gentilitas coluit duas vrsas.

dierum aequatione posita est: ita scorpius animal est, quod vultu blandiens cauda acerrime pugit: sic enim cum Sol signum illud intrauerit, quod ad medium Octobris est, serenitas euenire solet, ad finem vero eius aquarum, & ventorum importunitas consuevit exundare.

Sagittarium autem ad caelum ideo transtulerunt, quia cum sagittae, & arcus ibi reperissent, Chironem Thessalicum senem vnum de sagittarijs Bacchi nutritorem, ob meritum alumni in sidera translatum ferunt: de hoc Ouidius Metam. lib. 2. de hoc Ouidius in Fastis sic ait.

Iam nox thessalicas vrgebat parua sagittas

Capricornum autem ad zodiaci extremitatem posuerunt, vt capra caelesti digna haberetur honore, quae summum Deorum alinum habuerat: cum enim Saturnus Iouis pater filium quem genuerat ad mortem persequeretur, Opis siue Rheae mater eius, nepater eum occideret, in syluis occultauit: vbi caprio solo lacte educatus est. de hoc Seneca tragedia prima, cuius titulus Hercules furens.

Aquarius autem in caelo figura quadam est formae virilis habens vnam aqua plenam, vt Deorum manibus fundat: hunc ferunt esse Ganymedem Trois regis filium, quem Tantalus verissimo scelere rapuit. Et ad abutendum Ioui tradidit, quod egea gentilitas desideras palliare aquilarum vnguibus in caelum raptum ferunt: & possedisse locum quem ante possederat Hebe, quae Iouis manibus aqua infundere consueta erat, & pro turpi misso inde fuerat expulsa. De hoc Theodolus in Satyra, & Gualterus Alexandreidis, libro primo: de hoc Ouid. in libro Fastorum sic ait.

Iam signis obliqua subfedit aquarius vrna. De his etiam Ouid. libro primo Fastorum.

Pisces autem vltimo loco inter zodiaci signa computantur, quorum figura est quasi duo pisces iuncti, cuius causam Ouid. libr. 2. Fastorum refert, quia cum in bello illo famosissimo gigantum contra Deos, Venus, & Cupido filius eius versus Aegyptum tremuli fugientes in piscium effigiem sub vndis latuerunt: Delphinem piscem etiam in caelo ponunt, quia citharista magnus Arion cum in cithara stibilibi suam mortem deplanxisset, cogentibus eum nautis in profundum mergi, expleto cantu, Delphinem quidam, qui forte dulcedine harmonica illeceus fuerat, nauis se iungens exiliem in vndas e nauis Arionem dorso cepit, & ad portum vsque pertulit: quod non poetica fictione, sed veritate historica contigisse plurimi asseuerant, cuius testis August. est libro primo, de ciuit. Dei: de hoc Ouidius lib. 2. Fastorum.

Has ergo speciales rationes poeticas signa caeli, quae gentilibus colantur, habet: in alijs astris, quae extra 12. signa sunt, vel quae non sunt ipsa 12. signa, non erat tantus cultus gentilium: planetas tamen quinque, scilicet omnes praeter Solem, & Lunam satis abundanti celebrant cultu, quia dijs sui de potissimis sunt, scilicet Saturnus, Mars, Iupiter, Mercurius, & Venus. Astrorum autem quae in caelo stellato erant praeter signa 12. de quibus diximus quadam constellationes erant habentes certasfigurationes ex coniunctione stellarum, & has constellationes gentilitas coluit, quia Deos illos esse putabat: sic enim duae vrsae circa polum arcticum, quarum vna vrsa maior, & alia vrsa minor dicitur, & arcturi Graeco nomine nuncupantur, quarum illa quae minor est polus arcticus, magis vicina est, & vulgariter nominantur plaustrum, & Buccula: plaustrum est vrsa maior: buccula est vrsa minor: has duas vrsas matrem, & filium esse dicunt, qui olim mortales fuerant, scilicet Calypso mater, & Arcas filius, cuius causam profectur late Ouidius Metam. libro secundo, & Seneca prima tragedia carmine primo, quod incipit. soror tonantis: est etiam Alph. Toft. super Deuter.

inter has duas vrsas constellatio alia in modum serpentis magni, & hunc dicunt serpente phitonem, quem Phobus in monte Parnaso sagittauit, a quo Apollo phitonius dictus est, de quo Ouidius Metam. libro primo, iste in honorem triumpho Apollinis, & aeternam memoriam inter astra situs est: de quo Seneca in septima tragedia, cuius nomen est Medea.

Alia etiam magna constellatio est in modum viri armati in ipso zodiaco, in signis tribus, scilicet Arietis, Tauri, & Geminorum, extenta quasi gladium in manu tenet: cuius causam stellificationis profectur Ouidius in 3. libro Fastorum: de his duabus dicitur Amos quinto capitulo. reliquitis facientem arturum, & orionem.

Et est alia constellatio quae septem continet stellas, quas nos septem capellas nominamus. haec autem septem sorores a poetis dicuntur fuisse filiae Athlantis regis, & Pleiones reginae, ideo ab vtroque nomine, licet contra formam grammaticorum sit, vt patet per Priscianum in maiori volumine libro secundo, nomen tamen patronomicum assumpserunt a patre quidem Athlante Athlantides nuncupantur, quod proprium patronomicum est, a matre vero Pleione pleiades vocitantur, & haec est in proprium nomen patronomicum, vtrunque autem nomen apud poetas vulgatum est: Ouidius namque in libris de Ponto eas pleiades nominat, dicens

Quatuor autumnos pleias orta facit. Ethoc nomen communiter habent in sacra Scriptura, vt patet in Iob, vt in cap. 38. scilicet, nunquam poteris coniungere micantes stellas pleiades, aut girum Arcturi poteris dissipare. vocantur etiam Athlantides, & pleiades simul, vt nominat eas Virg. in Georg. dicens: Ante tibi pleiades Athlantides abstondantur Debita quam fulcis committas semina.

Haec septem Stellae sunt, quae in signo tauri sunt inter genua tauri, vt ait Marcianus.

Dicit autem Albumasar, quod oriuntur in gradu sextodecimo tauri, & cum istae septem sint, sex earum lucidae valde sunt: vna autem quandoque apparet, quandoque occultatur, quia modice lucis, & interdum radijs suis visum mouet, interdum autem non: cuius causam poeta fore asserunt, quia cum septem sorores essent filiae regis Athlantis: sex earum dijs immortalibus iunctae sunt, ideo ab eis acceperunt pro munere, quod fulgerent: septima autem quia viro mortali iuncta est, quasi inter caeteras degenere pudibundos vultus hominibus ostendere erubescit: de his Marcianus, & habetur de proprietatibus rerum, libro octauo capi. de pleiadibus gentiles ergo qui Mercurium Deum magnum colebant Maiani genitricem eius, & Iouis concubinae, necesse est, vt inter pleiades venerentur: Maiana mater Mercurij vna de septem pleiadibus est filia regis Athlantis, quae cum caeteris sororibus stellificata est.

Alia autem magna constellatio est, quae constellatio Hyadum nuncupatur, & sunt septem aliae stellae modice lucidae, quae obscuriores quodammodo sunt, necita vt pleiades ab omnibus conspicuntur, & vocatur ista constellatio vulgariter a quibusdam gallina cum pullis, & est in fronte tauri ista constellatio: vt ait Marcianus. dicit autem Albumasar hiades in sextodecimo gradu tauri, cum pleiadibus oriari. haec autem hiades a gentilibus, ideo dicte sunt, quia septem sorores fuisse dicuntur: quae cum fratre suum mortuum inquirerent, a dijs ad astra raptae sunt, & a sono planctus sui nomen perpetuum assumpserunt: nam cum plangerent hiam hiam more gentis suae conclamabant: sic enim ait, Ouidius tertio libro Fastorum.

De arcturo, & orione.

De septem capellis.

De constellatione, quae dicitur gallina cum pullis.

Hiam & hiam mæstæ fleure foro: es: Hæc autem fictio fuit, quia istud nomen Græcum hia-

De corona. Est autem, & alia constellatio magna constans ex multis stellis in gyrum positis, ira quod perfectæ corone formam exprimit, propter hoc, quia vna stella de eis deficit, & hæc corona iuxta signum scorpionis est, quod probat Ioannes de sacro bosco, in tractatu de Sphæra per ortum eliaci eius allegans versum illum Virgilii in Georg. scilicet.

Gnosiaque ardentis descendit stella coronæ.

Istam coronam dicunt Poetæ esse coronam Ariadnæ fororis Phædræ filię regis Minois Cretensis. quam cū infidelis Theſeus dolo facto in quadam insula dimisit, Bacchus eam accipiens in uxorem coronam florum, quam capite tunc tenebat, in cœlum tulit, & in ipso ascensu vnus de floribus decidit, quare vnâ stellam deficere dicunt: de hoc Ouidius in libro Epistoliarum in epistola Ariadnæ ad Theſeum, quę incipit:

Mittis inueni, quàm te genus omne ferarum.

De constellacione Persei. Alię quoque constellaciones sunt etiam apud gentiles satis famosę, vt constellatione Persei de qua Seneca in traged. i. carmine primo.

De constellacione Herculis. Alia etiam est constellatio Herculis, in quam herculem translaturum ferunt, vt ait Seneca in tragedia decima: cuius titulus est Hercules Ethicus in carmine vltimo.

De hasta Romuli. Alia est etiam constellatio Romuli quę ad astra translaturum ferunt, vnde quia semper hasta utebatur, ex qua Quirinus sabinorum lingua vocatur, hasta quę eius ad cœlum translata est, & hæc est constellatio constans ex tribus stellis sic dispositis in lōgum, vt hasta figuram exprimat, de hoc Ouid. Metam. 14. in fine, & vocatur hæc constellatio hastilia, siue astilios iuxta rusticorum morem.

De galaxia, seu via sancti Iacobi. Alia valde magna constellatio est quę magis circulus cœlestis est, & iste vocatur galaxias, idest circulus lacteus, siue albus. Et vulgariter via sancti Iacobi nuncupatur: Poetæ hæc viam, qua cæteri dii ad domum iragni Dei Iouis iter habent, esse ferunt, de hac Ouid. Meta. libro primo, sic ait:

Est via sublimis cœlo manifesta sereno Lætica nomen habet candore notabilis ipso, Hac iter est superis ad summi tecta tonantis.

Alię sunt constellaciones, de quibus, tum quia apud gentiles eque, vt istę cognitę nō sunt: tum ne vltius digredi compellamur, proposito nostri dicere non est, hucusque autem fuisse digressos, & si longum, in ditle tamen non fuit: quia multum hæc sacram scripturam elucidant. In his autem firmitus, & a fundamentis in si stere, maioris altiorisque negocij erat, cum circa hæc altissima, & maior poetice considerationis speculatio est.

Hi ergo sunt dij gętrium quos aliquando stulta gentilitas coluit: eosque in cœlo inuenit, aut quod verius est affectionibus suis in cœlo collocavit, ceterę autem stelle quę in octauo cœlo ab omni constellacione absolutę sunt, tanquam a gentilibus ignotę, vt dij reputari non sunt, ideo licet omnes stelle cęli dicantur militia cęli, illę tamen verius cęli militia sunt quę in constellacionibus, vt assignatum est, sunt, quia has specia- lius antiqua rusticitas coluit, nisi totum cęli animatum esse putās singula astra Deos dicat. Et hoc tibi fuerit nunciatum. Siue per famam, siue per rumorem, aut per de-

F nunciationem vnus hominis quomodocumque ad te perueniat. Audiensque inquiseris diligenter. Ne factum sub silentio relinquantur, & ne ex inquisitione imperfecta ad aliquorum procedatur punitionem.

Et verum esse reperies. Per testes, vt infra dicitur, aut per confessionem, vel euidētiam facti, aliosque iudicos modos, ante nullius puniri debebat, etiam si de eo aliquis suspitio haberetur. Et abominatio facta est in Israel. Idest scelus idolatrię, quod apud Deum, velut aliquid horribile valde, & intolerandum est. Educes virum ac mulierem. Idest virum, vel mulierem quicumque ille esset, quia quantum ad hoc nulla debebat esse exceptio per sonarum, vel excusatio propter dignitatē status, sicut in quibusdam alijs criminibus, in quibus nō ita ponuntur nobiles, sicut ignobiles, & positi in dignitate, sicut non positi in dignitate. Qui rem sceleratissimam perpetraverunt. Vocatur res sceleratissima idolatria, ex quo innuitur, quod maximum peccatum est, quia alia vitia magna scelerata dicuntur, hoc autem intantum excessit, vt iure sceleratissimum nominetur. Ad portas ciuitatis tuę. Scilicet ad locum vbi iudices sententiare solent, vt veritate comperta contra reos iudicentē sententia proferratur: vel educebantur extra ciuitatem, ne lapidarentur intra, & pollueret ciuitas sanguine: omnes enim mortis reos iudei extra ciuitatem occidebant, vt patet de Christo qui ductus est in Caluaria locum, vbi omnes mali decapitabantur, vt patet Ioan. 19. cap. & ad Hebr. 9. cap. Et sic habetur de beato Stephano, qui a Iudæis lapidatus est extra ciuitatem, vt patet Actuum 7. cap. In ore duorum, aut trium testium peribit. Idest duobus, aut tribus testibus contra eum deponentibus occideretur, idest, nunquam pauciores recipiuntur.

Aliqui Hebrei voluerunt hic, quod si aliquis confiteatur aliquod crimen contra se, quod nō occideretur, sed oportet semper esse testes. hoc autem contra rectam rationem, & presumptionem violentam oīum hominum est: quia non preiudicatur, quod aliquis contra se falsum dicat, vt occidatur, quia si hoc velit, per seipsum se occidere potest. De duobus vel tribus testibus, licet presumptio est, quod verum dicat, cum omnes concordant: tamen potest esse corruptio eorum, sicut sepe fit, ideo quando hic dicitur, quod per testimonium duorum, aut trium aliquis morietur, non vult in hoc, quod non occideretur, sed confiteretur, sed veruit, quod non per pauciores testes quam duos, patet, quia subditur nemo occidetur vno contra se testimonium dicente.

Manus testium prima interficiet eum. Idest primo iniicient lapides in eum testes ad occidendum eum quam alij: ratio est, quia cū hic facta fuisset offensa Deo, vindicta erat totius populi, ideo magis punire debebat, qui magis de hac iniuria, vel offensa cognoscebat, cū autem testes malum illud prius quam reliquus populus cognouissent, prius quam alij punire debebant.

Ut auferas malum de medio tui. Ne inficiat reliquos, vel quia viuere non meretur. Si difficile, & ambiguum. Hic ponitur secundum de institutione, & ordinatione iudicium Leuiticorum. Et statuitur hic auditorium summi sacerdotis ad quem causa per appellationem, vel difficultatem deuoluebantur. Et dicit Iosephus de iudicibus minoribus, quod in singulis ciuitatibus ponebantur, & eligebantur secundum virtutem, & bonam famam, & sine auaritia, vt patet Exodi decimo octauo, & supra primo capitulo. & cuiuslibet istorum dabantur duo Leuitę, quasi assessores, siue consiliatores, & ab istis deuoluebantur causa ad summum sacerdotem, qui nunquam sine Propheta, & senioribus loci illius, quem elegerat dominus, iudicabat.

Si difficile, & ambiguum. Aliquę quæstiones incidunt

dunt difficiles in quibus inferiores iudices diffinitionem ignorant, forte quia aliquando accidit aliquid de quo in iure cautum non habetur, quia actus humani in infinitis modis variari possunt, & tunc determinatio pendet a sacerdote magno, qui Prophetam habebat respondentem, vel per doctrinam, & veritatem quę erat in rationali, determinatio dubij sciri poterat, vt a Deo procederet sententia. Inter sanguinem, & sanguinem. Ista auctoritas tota exponitur in cap. per venerabilem extra qui filij sunt legitimi, vbi probat Romanus pontifex se habere potestatem in omni iudicio, licet non semper se intromittit, ne iuri preiudicet alicui. Inter sanguinem, & sanguinem. Idest inter causas criminales ciuiles. Leporam, & lepram. Idest inter causas criminales Ecclesiasticas. Causam, & causam. Idest inter causas non criminales, siue Ecclesiasticas, siue ciuiles. Et ista applicatio est secundum intentionem Romani pontificis. Sed non congruit talis distinctio statui legis veteris, quia nunc sunt distinctę iurisdictiones Ecclesiastica, & temporalis, tunc autem vtrunque ad summum sacerdotem secundum habitum, & secundum executionem pertinebat. poterat summus sacerdos, & quilibet alius sacerdos, si constitueretur iudex, sententiā sanguinis proferre, & per se exequi aliquem occidendo, nec in hoc aliquam irregularitatem incurrebat, vt patet de Phinees qui sacerdos erat, & occidit Zambri cum madianitide coentem Numeri 25. cap. immo quod magis est talis operatio valde meritoria erat. Et hoc laudatur, & confirmatur ei sacerdoti, vt habetur primo Macha. 2. cap. Sic etiam de Mathathai qui erat sacerdos magnus, tamen per seipsum trucidauit immolatam idolis, vt habetur primo Macha. 1. cap. Et filij sui Iudas, Ionathas, & Simon summi sacerdotes erant, sed ad bellum procedebat, & multos proprijs manibus occiderunt, vt patet in duobus libris Machabæorum. causa ergo sanguinis, leprę, & pecunie directe ad sacerdotem magnam pertinebat. ergo non debent in presenti distingui, vt distincti Romani pontifex applicans ad intentionem suam, dicitur ergo. Inter sanguinem, & sanguinem. Idest quando inter inferiores iudices dubitatur, siue cōtentio est vtrū aliquis effundens sanguinem puniri debeat an non: quia scita veritate facti, aliqui dicunt homicidium illud iudice excusari, alij non. Causam, & causam. Quando aliqui iudices dicunt actorem fouere iustam litem, alij dicunt, quod reus. Leporam, & non lepram. Idest quia aliqui iudices dicunt aliquem esse leprosum, alij non, erat cautum in lege, quod si aliquis leprosus esset, quę eijceretur a castris, vt habet Leui. 13. & 14. cap. & Numeri 5. tunc conueniebant iudices, vt contemplaretur vtrum esset lepra, an nō. Et si in iudicio discordarent. Referebatur cognitio ad summum sacerdotem. Et intra portas tuas. Idest in ciuitatibus tuis. Iudicium videris verba variari. Si enim concordaret iudicium sententia, non referebatur causa ad summum sacerdotem, nisi per appellationem. Veniens ad sacerdotes Leuitici generis. Qui morabantur in loco quę elegit dominus. Et quia dicitur sacerdos Leuitici generis, non est intelligendum, quod essent alij sacerdotes quā de Leuitis, quia quando in monte Synai datum fuit sacerdotium tribui Leuiticę, dictum fuit sepius, quod si aliquis de alia tribu accedere veller ad ministrandum, vel tangendum vasa, quod moreretur, vt habet Numeri 3. & 8. & 17. & 18. cap. sic etiam tēpore Dauid, quando magis fuerunt distincta officia sacerdotum, & Leuitarū, ponantur 24. distinctiones sacerdotum per vices qui intrabant, vt ministrarent, & omnes erant de filijs Aaron, vt patet primo Paralip. 24. cap. sacerdotes autem idolorum in terra Israel non erant de tribu Leuitica, quia omnes Leuitę venerunt in regnum Iuda incipiente

Quo applicatur i. er causam, & causam lepram, & lepram.

Improbatio opin. Hebręorum

Alia expositio m. lior.

cultu idolorum in Israel, vt patet 3. Reg. 13. capit. & 2. Paralip. 11. cap. Aliquando tamen accipitur sacerdos large pro illo qui in statu, vel dominatu maior est, & sic filij Dauid dicebantur sacerdotes, vt patet 2. Reg. 8. c. cum dicitur, & filij Dauid erant sacerdotes, & contra talem modum sacerdotis possunt distingui sacerdotes Leuitici generis, vel forte ista determinatio nihil agit hic, sicut interdū ponuntur determinationes alie quasi ex superabundanti. Qui iudicabunt tibi iudicium veritatem. Vel, quia in lege peritiores erant, siue quia summus sacerdos presente Propheta iudicabat, vel quia rerum abscondita Deo reuelante per laminas rationalis inquirebat, in quibus doctrina, & veritas continebatur, de quibus diximus Exo. 28. cap. Et facies quę cunq; dixerunt qui præsunt loco quem elegerit dominus. In illo loco, & iudicio solū vnus præerat, scilicet summus sacerdos, sed vocantur hic pluraliter propter successiones temporum, quibus diuersi summi pontifices præsidebant.

An summus sacerdos poterat ferre sententiam se solo, vel requirebatur consensus omnium septuaginta iudicum qui erant de latere, seu consilio, aut consistorio pontificis. & quiddam in Christo iudicando forma consueta iudicandi seruata sit. Quæst. IIII.

Veri dicitur pluraliter facies quęcunq; dixerint, idest omnes ipsi iudices de quorum consensu ferebatur quęcunq; sententia: nam erant septuaginta iudices in loco Sanctuarij, qui erant de consistorio, quod vocabatur domus iudicij, & licet vnus inter eos proferrer sententiā in causis, quę ventilabantur coram eis, quia tamē nomine omnium proferebat sententiam, vel de consensu, & consilio omnium, dicebantur omnes iudices illi mandare. Et hoc apparet in iudicatione Christi, quando per ipsos Iudæos morti adiudicatus est etiam antequam mitteretur ad Pilatum. nam dicit Iosephus in libris antiquitatum, quod Iesus Nazarenus qui visus est esse Messias occisus fuit per domum iudicij, & tunc addatur ad hoc id, quod habetur Matth. 26. ca. scilicet principes sacerdotum, & omne concilium quarebāt falsum testimonium contra Iesum, & post pauca auditis verbis Christi, quod viderent filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, sequitur in litera, tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens blasphemiam quid vobis videtur: illi responderunt dicentes reus est mortis. Ecce enim in his patet, quomodo summus sacerdos sententiam ferebat de consensu omnium aliorum iudicum, qui erant de domo iudicij, quia dicitur in principio huius auctoritatis, quod principes sacerdotum, & omne cōcilium quarebant testimonium contra Iesum, & sic omnes congregati erant ad condemnandum iudicialiter Iesum, & quia postea summus sacerdos dixit, quid adhuc egemus testibus innuens, quod nō erat ipse solus iudicās Iesum. Et si forte aliquis dicat, quod ista non loquebatur summus sacerdos ad aliquos sacerdotes, qui cum eo iudicaret, sed ad omnem turbam astantē. Non potest stare, quia immediate in verbis predictis subiungitur, quod illi protulerunt sententiam dicentes reus est mortis, profere tamen sententiam non pertinebat ad aliquos vulgares qui astabant, cum ipsi, vel plerique eorum duce rentur in testes, & in formam accusatorum, etiam quia non habebant auctoritatem iudicariam. sequitur ergo, quod illi qui dixerunt reus est mortis, & ad quos summus sacerdos loquebatur omnia ista, erant iudices de domo iudicij, sicut dicebatur in predicta auctoritate, scilicet, quod totum concilium conuenerat ad ipsos principes

cipes sacerdotum, ut iudicarent. Et ex hoc patet aliud, scilicet, quod ipsi iudices de domo concilij, vel iudicij qui assistebant summo sacerdoti iudicanti, non solum erant tanquam consilij dantes consilium summo sacerdoti quid iudicare deberet, & non habentes potestatem iudicandi, ita quod non solum requirebatur in formandis, & promulgandis sententijs eorum consilium, sed etiam illorum consensus. Etiam patet, quia hic in litera dicitur, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, ergo non solum consilij, sed iudicare poterant, iudicare autem dicit potestatem proferendi sententiam, vel dandi auctoritatem ad profertum. Sed adhuc argues, quod non possit intelligi de istis iudicibus pertinentibus ad domum iudicij, quia isti licet possent iudicare, tamen non erant principes sacerdotum, cum solus vnus esset princeps sacerdotum, nec erant principes loci illius in quo erat Sanctuarium, sed hic dicitur facies quicunque dixerit quicunque praesent loco quem elegerit dominus, ergo ad aliquem alium referri debet. Respondetur, quod hoc poterat dici, sicut supra dicebamus, quod isti qui praerant loco quem dominus elegerit, erant summi sacerdotes, & tamen arguitur, quod summus sacerdos vnus erat. Respondetur, quod vnus erat semper, tamen multi erant per successiones, & sic loquitur hic text. de summis sacerdotibus qui sibi succedunt secundum diuersa tempora. sed hoc licet aliquoties videatur quibusdam, nihil tamen est, ut patet considerando istam literam totam suspensivae, vt acet: na necesse est referri hoc quod est praesent non solum ad summum sacerdotem, sed etiam ad alios iudices pertinentes ad domum iudicij, quia dicitur supra. *Venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore.* Iste sacerdos qui erat in illo tempore qui vocatur per excellentiam sacerdos non expresso nomine alio, erat sacerdos magnus, alij autem sacerdotes ad quos etiam venire dicebantur, erant iudices de domo consilij, scilicet de illis septuaginta senioribus, alij non dicitur venire ad eos ille, qui aliquam causam iudicandam habebat, dicitur autem simul venire ad sacerdotes Leuitici generis, & ad sacerdotem qui erat in illo tempore quia isti omnes simul iudicabant eum, & hoc patet immediate per literam sequentem, scilicet. *Quaerens ab eis.* Idest a sacerdote illo magno, & alijs sacerdotibus Leuitici generis, qui erant de domo consilij: nam non conueniebant ad hoc omnes sacerdotes Leuitici generis, quia multi horum manebant extra locum Sanctuarij, etiam ipsi qui erant in loco Sanctuarij non omnes conueniebant ad audiendas causas, & sententiam dandi: sed septuaginta illi qui deputati erant in domo consilij, & sequitur immediate. *Qui iudicabunt tibi iudicij veritatem.* Idest, quod licet alij iudices qui erant in partibus suis in ciuitatibus Israel, vacillarent ambigui iudicium proferentes, isti tamen in nulla causa dubitabant propter modos supra assignatos. Ecce qualiter litera manifeste indicat, quod isti sacerdotes qui erant de domo consilij iudicabant, & non solum summi sacerdotes qui erant per successionem. Sed argues quomodo dicitur, quod alij alij sacerdotes praeter sacerdotem magnum iudicarent? quia qui iudicant iudices sunt, sed litera solum ponit vnum iudicem, ergo solus ille iudicabat, patet quia dicitur, & ad iudicem qui fuerit illo tempore. Respondetur, quod isti sacerdotes minores, qui erant constituti, ut essent de domo consilij, quam ipse sacerdos magnus iudices erant, & ob hoc mandatur habentibus causas, quod ad eos veniant, siue ad minores sacerdotes, siue ad magnum, sed vocat ipse sacerdos magnus specialiter iudex, quia licet alij haberent potestatem iudicandam dando auctoritatem sententiae, nunquam tamen proferebant sententiam, sed ipse sacerdos magnus erat, qui proferebat sententias ab offi-

Solus sacerdos magnus proferebat sententiam mortis, tamen ei assidebant 70 iudices.

cio, ergo iudicandi iudex specialiter dicitur est, & hoc innuitur infra cum dicitur, qui autem superbierit nolens obedire sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, morietur homo ille. Licet adhuc in hoc melius dicitur, & verius, quod iste iudex de quo hic dicitur non est sacerdos magnus, sed erat aliquis iudex de ipsis sacerdotibus minoribus positus ab ipso sacerdote magno loco eius, sicut Episcopi ponunt vicarios suos qui iudicent omnes causas, quas Episcopi iudicare debent, ideo iste iudex sic positus gerebat totaliter vices sacerdotis magni. Et sicut sacerdoti magno assistebat totum consilium, siue concilium (ut paruit in condemnatione Christi de qua supra diximus) & ipse de consensu omnium sententiam proferebat, ita isti iudici vicario sacerdotis magni assistebat totum consilium, & de consensu omnium dicebat sententiam: quod autem iste iudex sit alius a sacerdote magno patet infra cum dicitur, qui superbierit nolens obedire sacerdoti imperio qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille: per hoc. n. quod ponit ibi, & notatur, quod duo sunt sacerdos, & iudex qui decretum interponit, licet quantum ad hanc responsionem non multum refert, vtrum iste iudex sit sacerdos magnus, aut aliquis alius vicarius eius, aut subordinatus ei, qui profert sententiam, dum tamen iste sit vnus qui profert sententiam. *Et facies quodcumque dixerint qui praesent loco quem elegerit dominus.* Illud necessarium refertur ad ipsum summum sacerdotem, & omnes alios sacerdotes de domo iudicij, & patet, quia suspensivae litera est a superiori, scilicet isti omnes iudicabant, & sic quod iudicabatur fieri debebat, & dicebantur praesent illi loco quem Deus elegerat, non tanquam Domini illius loci, quia hoc pertinebat ad regem, sed tanquam iudices, & sic cessant obiectiones duae quae supra fiebant. Sed adhuc argues, quod non intelligatur de omnibus istis iudicibus, sed de sacerdotibus magnis sibi succedentibus, quia dicitur hic facies quodcumque dixerint qui praesent loco, sed manifestum est, quod alij iudices nihil dicebant, sed solus ipse sacerdos magnus, vel ipse iudex qui stabat loco eius, ut supra dictum est: ergo non intelligebatur de alijs iudicibus. Respondetur, quod isti iudices qui erant de domo iudicij, licet non proferrent omnes sententiam, sed vnus solus, quia tamen omnes primo consiliabantur, & determinabant quae sententia partibus proferenda esset, dicebantur dicere aliquid, sicut dicebantur iudicare: idem enim modus erat iudicandi, & dicendi. *Et docuerint te iuxta legem eius.* Isti non solum in causis determinabant, sed etiam ad omnia dubia respondebant, determinatio autem in causis erat iudicium, responsio autem ad dubia erat doctrina, & vtrumque faciebant isti per legem Domini, quia dum isti poterant aliquid reperire in lege Dei per quod determinarent causas, vel dubia lucidarent, non inquirebant ab extra responsiones, cum autem non inueniebatur aliquid in lege cautum, respondebant ut ait Iosephus per Prophetam, sine quo sacerdos magnus nunquam sententiabat, vel per doctrinam, & veritatem existentem in rationali, aut per alios modos certissimos veritatis, vel dicitur. *Et docuerint te iuxta legem eius.* Idest non contra legem eius: quia quando aliquis deficiente iudicio legis iudicat aliquo altero modo, si ille non est contra legem, dicitur esse iuxta legem, sic enim dicebat Christus Luc. 9. cap. qui non est contra nos nobiscum est, & hoc semper erat in illis iudicibus, quia cum omnes essent peritissimi in lege, & essent multi, non poterant venire aliqui casus quantumcumque difficiles, de quibus ipsi nescirent vtrum essent contra legem in eis taliter, vel taliter proferre sententiam, & hoc modo semper docebant iuxta legem Dei. *Sequens sententiam eorum.* Quia inde non potest

potest ad alium appellari, cum non maneret aliquis alius iudex cognoscere potens de appellationis iustitia. *Et non declinabis ad dextram nec sinistram.* Idest totaliter obedies sententiae eorum ad nullam partem declinando. Quaedam glo. Hebraica dicit, quod si dixerit iudex ille, quod manus dextra est sinistra, vel similia, quod etiam credendum est sibi, & tenenda eorum sententia. Sed valde deficiunt in hoc, quia nulli homini contra per se notam veritatem dicenti credendum est: maxime quia hoc includit contradictionem. Item sequeretur quod si dicerent esse credendos Deos alienos, credendum esset eis, & sic mandando contra aliqua legalia, sed in litera ponitur contrarium, quia dicitur, quod illi iudices duas condiciones habere debent. Prima quod iudicent secundum veritatem, quia dicitur, quod iudicabunt tibi iudicij veritatem. Secunda conditio, quod non iudicent contra legem, ideo dicitur. *Et docuerint te iuxta legem eius.* Ergo videtur, quod si iudicauerint contra veritatem, vel contra legem, quod non est eis assentiendum, vel *Qui autem superbierit nolens obedire sacerdoti imperio.* Scilicet summi sacerdotis. *Ex decreto iudicis.* Idest iudicis minoris. *Morietur homo ille.* Siue pro repugnantia contra summum sacerdotem, vel aliquem minorem iudicem mortem merebatur, si autem repugnaret mandato iudicium inferiorum, etiam merebatur mortem, nisi appellationis remedio se tueretur, quia tunc non dicebatur contemnere, sed in grauamen iudicis superioris remedium postulare. *Qui autem superbierit.* Omnes enim qui mandatis praetorum non obediunt, superbire dicuntur, est namque superbia desiderium indebiti honoris, vel indebitae excellentiae, qui autem dominatur excellentior est quam qui subijcitur, cum ergo subditus usurpat sibi principatum dominatum superbit, quia excellentia illa erat ei indebita in quantum erat subditus.

Indices duas here debent conditiones.

Duplex modus usurpandi principatum. Ex quo duobus modis subditi dicuntur superbiere. Quasi. 7.

ET quia est duplex modus usurpandi dominatum principatum, duobus modis subditi dicuntur superbiere. Modorum autem usurpandi principatum vnus est directus, & alius indirectus. Directus est quando id quod dominus habet seruus vult habere, scilicet sicut dominus imperat, ita ipse qui seruus est imperet, & quanto iste modus usurpandi directior est, tanto maior superbia est. Secundus modus est indirectus, scilicet quando subditus non vult imperare, ut dominus, sed non vult ei obedire subtrahendo debitam obedientiam, & etiam isto modo priuatur dominus principatu: nam dominus est seruus, & maioritas, vel nobilitas principatus, vel e contra est per maioritatem aut nobilitatem subditorum, vel e contra, ut ait Aristo. primo Politic. cap. 3. si ergo omnes subditi sic fecerint tollentes obedientiam, iam princeps non manebit princeps nullo subdito existente, & tollitur principatus indirecte: iste autem modus usurpandi principatum, vel honorem quanto minus directe est, tanto minor superbia est. Et isto modo dicitur hic superbiere nolens obedire mandato iudicis, vel sacerdotis magni, quia obedientiam debitam subtrahit. *Nolens obedire sacerdoti imperio.* Idest imperio summi sacerdotis, qui vocatur hic sacerdos sine aliqua connotatione determinante, quia ipse excellentiori modo sacerdos est quam omnes alij, quia maiorem potestatem habebat. *Qui eo tempore ministrat domino Deo tuo.* Non solum ministrabat summus sacerdos domino Deo, sed etiam sacerdotes minores, ut patet Exodi 28. cap. vbi mandauit Deus vestes fieri Aaron, & filijs eius, ut sacerdotio

An omnes sacerdotes ministrabant Dno.

fungentur: etiam patet hoc specialiter de ministris specialibus: nam sacerdos de minoribus erat, qui vitulam ruffam immolabat, ut patet Nume. 19. capit. quia ibi mandauit Deus, ut Eleazar filius Aaron hoc faceret, qui tunc erat sacerdos minor patre suo Aaron superstitre, & tenente summum sacerdotium. Item sacerdotes minores incendebant lucernas, & parabant eas in candelabro, ut patet Exodi 27. capit. Item sacerdotes minores poterant immolare, & incendere sacrificia in altari holocaustorum, ut colligitur Leui. 8. cum dicitur armus quoque dexter de pacificorum hostijs cederet in primitias sacerdotis, qui obtulerit sanguinem, & adipem filiorum Aaron, & ipse habebit armum dextrum in portione sua. Ite sacerdotes minores adolebant thimiam super altare aureum thimiamatum, quod erat intra tabernaculum, ut patet de Zacharia patre beati Ioannis, qui erat de sacerdotibus minoribus in vice octaua, quae erat fors Abia, ut patet Luc. primo cap. ipse tamen intrauit forte, ut incenderet thimiam coram Domino, ut patet in eodem, & si forte proteruire velis dicens, quod pater beati Ioannis erat sacerdos magnus, non potest stare, quia sacerdotes magni morabantur in loco Sanctuarij, sed Zacharias pater beati Ioannis habitabat in montana Iudae extra Ierusalem, ut patet Luc. primo cap. Ite & fortius hoc patet, quia si ponere incensum coram Domino in altari thimiamatum ad solum sacerdotem summum pertineret, non mutaretur per vices, sed semper pertineret ad eundem, sed Luc. 1. cap. dicitur, quod Zacharias intrauit ad adolendum incensum secundum ordinem vicis suae cum dicitur, factum est cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum secundum consuetudinem sacerdotij, &c. Item si ad solum summum sacerdotem pertineret adolere thimiamatum, dicitur tamen Luca 1. cap. de Zacharia, quod forte exijt, ut in censum poneret, ingressus in templum Domini, ergo non pertinebat ad solum sacerdotem magnum. Et si argues, quod Exodi 30. cap. dicitur pertinere hoc ministerium ad Aaron, cum dicitur, & adolebit super eum incensum Aaron suae flagrans mane, quando componet lucernas, incendet illud.

Respondetur, quod licet dicatur ibi pertinere ad Aaron, non tamen tollit quin pertineat ad filios eius, quia ea quae pertinent ad minores pertinent ad maiores, & non e contrario, cum ergo pertineret hoc ad sacerdotes minores filios Aaron, a fortiori pertineret ad ipsum Aaron, & hoc patet ex eadem auctoritate Exodi 30. cap. quae inducebatur in contrarium: na ibi etiam dicitur, quod Aaron deberet parare lucernas mane. tamen Exodi 27. cap. dicitur, quod incensio lucernarum etiam pertinebat ad filios Aaron: ergo eodem modo incensio thimiamatis poterat pertinere, cum alibi hoc reperitur. Item pertinebat ad sacerdotes minores in uoluerunt omnia vasa Sanctuarij operimentis suis, etiam ipsam arcam, ut patet Nume. 4. capit. non ergo solum ministrabat sacerdos magnus coram Domino, sed et ipsi minores, dicitur tamen sacerdos magnus ministrare coram Domino sine aliqua determinatione, quia ad eum pertinet excellentior modus ministrandi, & sicut dicitur sacerdos sine determinatione, ita dicitur ministrare sine determinatione, quia ministerium suum, & sacerdotium suum erant aequalia, vtrumque magni. Etiam dicebatur ministrare coram Domino, quia faciebat ministerium quoddam speciale coram Domino, quod aliorum sacerdotum nemo facere poterat, & hoc erat facere expiationem pro omnibus peccatis Israel, & pro omnibus immunditijs totius Sanctuarij, quod faciebat cum semel in anno in die expiationis, quae est decima dies, mensis Septembris, intrauit in sancta

sancta Sanctorum, & aspergebat sanguine contra propitiatorium, ubi Deus dicebatur esse, & dicebatur proprie ista esse ministratio coram Domino, quia licet ea quae fierent ante ostium tabernaculi coram altari holocaustorum diceretur fieri coram Domino, ut patet Exodi 29. ca. & in multis alijs locis, quia tamen specialius erat Deus intra sancta Sanctorum inter Cherubin quasi in altari holocaustorum, ut satis declarauimus Exodi 25. ca. ideo proprius ministratio asperisionis sanguinis, quae fiebat coram propitiatorio, dicebatur ministratio coram Domino, quam ministratio facta in altari thimiamatum, vel in altari holocaustorum, aut in mensa propositionis, aut in candelabro, quae ministratio ad minores sacerdotes pertinebant. Et de decreto iudicis.

Quis iudex erat iste, an scilicet subordinatus sacerdoti magno, vel vicarius eius. Quaes. VI.

ISTE iudex alius erat quam ipse sacerdos magnus, quod notat ista copulatio (&) siue autem iste iudex esset vicarius ipsius sacerdotis magni, siue subordinatus ei, semper tenebat ista lex, siquod non obediens occideretur. Est tamen differentia, quia si ponatur iste iudex esse vicarius sacerdotis magni, tunc non erat aliquod dubium, quia tanta potestatis erat vicarius, sicut ipse sacerdos magnus, cum vicarij sunt delegati ad vniuersitatem causarum, quia Episcopi oia negotia committunt, licet iura non consueuerint contra non unum ipsos vicarios delegatos ad aliquam causam, vel causarum vniuersitatem: & non poterat sacerdos magnus plura mandare quam ille iudex, nec poterat appellari ab illo iudice ad sacerdotem magnum, cum idem consistorium sit vicarij, & eius cuius est vicarius, sicut dicitur de vicarijs Episcoporum, & sic recusans obedire vicario sacerdotis magni repugnabat sacerdoti magno. Et tenendo istum sensum dicendum, quod ponitur hic nolle obedire sacerdotis imperio, & de creto iudicis, non quantum ad idem tempus, sed quantum ad diuersa, scilicet aliquando sacerdos magnus sedebat in consistorio illorum septuaginta seniorum, qui faciebant domum iudicij, & tunc ipse proferebat sententias, & cessabat officium vicarij sui, qui erat iudex, de quo hic dicitur, & tunc si aliquis veniens coram summo sacerdote nollet stare sententiae eius, mori debebat. Interdum vero summo sacerdote occupato, vel non veniente ad iudicium consistorium, vicarius suus loco eius proferebat sententiam ex consensu aliorum iudicum, id est seniorum de domo concilij, siue iudicij, & tunc si aliquis non obediret decreto eius, quod erat ex determinatione omnium seniorum, sicut mandatum summi sacerdotis, mori debebat, cum non esset aliquis alius iudex superior. Si autem ponatur iste iudex subordinatus ipsi summo sacerdote, scilicet inter ipsos seniores septuaginta de domo consilij esset aliquis iudex ad quem venirent cause, & ille decideret eas, & tamen, quod posset ab ipso ad summum sacerdotem appellari, & tunc non est sensus, quod quicumque non obediret decreto istius iudicis, quia sic non posset ab eo appellari, sed quod si aliquis contemneret sententiam eius non tuens se remedio appellationis, dicendo se non curare de eius sententia, non dicendo se grauatum, deberet tunc mori, vel dicendum, quod ista lex debet intelligi non, ut copulatio propositio, sed ut de copulatio praedicato, scilicet non sit sententia qui non obedierit summo sacerdoti moriatur, & qui non obedierit iudicis decreto moriatur, sed utrunque simul, scilicet quicumque non obedierit decreto iudicis, & mandato sacerdotis magni, moriatur: & fiebat sic, scilicet ventilaretur causa coram illo sacerdote qui erat iudex minor, deinde ap-

pellaretur a mandato eius, quod erat non obedire decreto iudicis: deinde deuolueretur causa coram summo sacerdote, & ille qui condemnatus fuerat a iudice condemnaretur rursus a sacerdote magno confirmate sententiam iudicis, & declarante fuisse male appellatum: & demum ab hoc summo sacerdote ille condemnatus appellaret nolens obedire eius mandato, vel non appellando diceret se nolle stare sententiae summi sacerdotis, debebat mori, & non erat hic locus recusationis iudicis, quia hic erant iudices septuaginta, & ipsi prius ventilabant causam, antequam formaretur sententia, & postea de consensu eorum, vel maioris partis ferebatur sententia, ideo dato, quod aliquis de istis esset suspectus alicui de litigantibus, etiam si esset ipse sacerdos magnus qui ferebat sententias, non poterat recusare illud iudicium, nec erat rationale debere recusari, quia non ille solus formabat sententias, sed de consensu omnium, ideo licet ille ex aliqua causa peruertere vellet ius in damnum alicuius, nunquam tamen verisimile erat, quod septuaginta viri simul in hoc concordarent, ut sententiam proferrerent iniquam. Si autem quatuor quid magis tenendum est, san ille iudex qui hic ponitur, esset vt subordinatus sacerdoti magno, vel tanquam vicarius eius. Respondetur, quod melius dicitur istum iudicem esse vicarium sacerdotis magni: nam alia illa litera. Et decreto iudicis. Non videtur satis bene exponi, quia cum ibi dicatur, quod non obedire decreto iudicis deberet mori, si sibi ponatur iudex pro aliquo subordinato ipsi summo sacerdote, non videtur litera ista aliquid agere: quia quodcumque de isto iudice dicitur, necessarium dicendum est de omnibus iudicibus, qui erant in ciuitatibus Israel in portis, & tunc superfluum esset magis de isto dicere quam de omnibus alijs. patet antecedens: quocumque modo de duobus superioribus exponendo. Nam si dicas, quod ille qui nolebat obedire sententiae illius iudicis, debebat mori, ita erat de omnibus alijs iudicibus, qui erant in vrbibus Israel. Nam si aliquis diceret se nolle stare illorum mandatis nulla interposita appellatione, mori debebat, quia hoc contemnebat eorum potestatem, & non solum per hoc contemnebat ipsos iudices, sed etiam illos qui dederant eis potestatem, scilicet totum Israel qui elegerat, vel ipsos iudices de domo iudicij. Si autem diceret secundo modo, scilicet quando aliquis comparens coram illo iudice condemnabatur ab illo, & appellabat ad summum sacerdotem, & postea ventilans causam coram summo sacerdote condemnabatur rursus ab eo, & obedire nolebat, siue appellando, siue superbiendo, quod deberet mori, ita dicitur, quod si aliquis ventilans causam coram iudicibus ciuitatis suae reperiret ibi difficile, & ambiguum iudicium, & condemnaretur, & immediate causa deuolueretur ad summum sacerdotem non comparendo coram alio iudice inferiori, & qui condemnatus esset in ciuitate sua rursus condemnaretur a summo sacerdote, & obedire nollet, etiam mori debebat, nihil ergo magis iudex iste de quo hic dicitur habere quam iudices alij, qui essent in ciuitatibus, & oppidis, vel quibuscumque municipijs, si ponatur esse subordinatus alteri iudici, scilicet sacerdoti magno: ponendo autem eum esse vicarium sacerdotis magni non militabunt ista argumenta, quia erit aliquid speciale in eo contra omnes alios iudices municipales, quia ab alijs poterat appellari, & sic licet non staretur mandato eorum, non erat poena mortis: a vicario tamen sacerdotis magni non poterat appellari ad ipsum sacerdotem magnum, cum idem esset consistorium vicarij sacerdotis magni, & ipsius sacerdotis magni: & sic ponit litera pro equa libus, & est tunc propositio ista copulatio sic intelligenda,

genda, quicumque non obedierit mandato sacerdotis summi morietur. Et auferes malum de Israel. Id est occasionem mali, quia si aliquis homo talis viuere permitteretur, omnibus alijs daretur exemplum familia audendi, & hoc significat litera sequens cum dicit, cum otus populus audiens timeat, & nullus deinceps intumescat superbia: vel dicitur, auferes malum de Israel, id est, quod talis homo dato, quod alijs occasionem non praeberet ad malum, quia tamen in se malus erat, cum tale scelus commisisset, indignus erat vita. Cunctus populus audiens timebit. Poena enim infligitur male agentibus propter duo, scilicet ipsi percauant, & ut alij similia non faciant, & magis sit ad aliorum correptionem quam ad huiusmodi destructionem, patet quia iudex, & lex in distributione poenarum, intendunt utilitatem publicam, sed maior utilitas communis est, quod alij poena istius a similibus arceantur, quam vtriusque occidantur. Boetius tamen de consola. lib. 4. Prosa 4. ponit alium modum punitionis reorum, siue finem, scilicet, ut feliciores, vel saltem non ita mali sint, cum malum culpa fuerit ordinatum per bonum poenae: cum dicit, feliciores inquit esse improbos supplicia luentes quam si eos nulla iustitiae poena coerceat: nec nunc melior, quod cuius veniat in mentem corrigi vltione prauos mores, & ad rectum supplicij terrorem deduci, ceteris quoque exemplum esse culpanda fugiendi, sed alio quodam modo infeliciores esse arbitror improbos impunitos, tam si nulla ratio correptionis, & nullus responsus habetur exempli, & declarat postea ipse istum modum, scilicet culpa diminuat per poenam, & reductur ad rectitudinem. Cum ingressus fueris. Hic ponitur tertium, scilicet conditiones regum, & ponuntur duo, scilicet constitutio: deinde constituti ordinatio ibi. Cumque fuerit. Et dixeris constitutum super me regem, sicut habent alienationes. Ex hoc patet, quod constitutio regis erat ex importuna petitione populi. Constitues enim.

Pena male agentibus propter duo infligitur.

Conditio nes regu.

An istud de constitutione regum sit mandatum obligans, vel permissio. Et quis principatus censetur melior. Quaes. VII.

NON est hoc mandatum, ita quod Iudaei tenerentur constituit regem, sed est permissio, & permissio est duplex, quaedam de minori bono respectu maioris, sicut matrimonium est secundum permissioem, ut habetur prima ad Corin. 7. cap. vbi quisque vir suam uxorem habeat propter fornicationem, & vnaqueque mulier suum virum, subdit, hoc secundum indulgentiam dico non secundum imperium, quia volo vos omnes esse, sicut ego sum. constitutio autem regis non permittitur isto modo, quia tunc non esset peccatum, sicut nec matrimonium, ut patet prima ad Corin. 7. qui virginem matrimonio iungit bene facit, sed qui non iungit melius facit, sed constituit regem Iudaeis magnum peccatum fuit, ut patet 2. Regum 12. cap. quia Deus dixit, quod petendo regem, eum abiecerant ne regnaret super eos, ut patet primo Regum 8. cap. Et tamen, quia sciebat Deus populum istum petentem regem, posuit conditiones regis regulas eos ne reges mali essent, ne totale malum accideret: magna enim regulatio necessaria est in rege cum caput sit, & si agrotat cetera necesse est perire, ut patet de Roboam qui induxit Israel ad colenda idola, ut patet 3. Regum 12. & 13. cap. Ideo rex poni non debet nisi virtuosissimus sit, quia periculosissimum est omnia vni committere, ut ponit Philosophus secundo Politicorum circa finem.

Sed argues contra hoc, quia non videtur esse peccatum constituit regem super se: nam in omni communicatione plurimum hominum oportet esse aliquam

poliriam, id est ordinationem secundum quam vnus se habeat ad alios, quod ergo aliquis populus eligat aliquam poliriam optimam non est culpabile, immo est valde laudabile, sed inter politias nulla melior est quam Monarchica regalis, ut probat Aristoteles in octauo Ethicorum, & in tertio Politicorum, quia tres sunt bonae, scilicet Monarchia regalis, & Aristocratica, & Timocratica. aliae tres sunt male, scilicet Tyrannica, & Oligarchica, & Democratica. De tribus autem bonis melior ponitur esse Monarchia regalis, etiam patet hoc, quia principatus sunt meliores in quantum sunt minus seditiosus, sed nullus principatus est minus seditiosus quam Monarchicus regalis, quia vnus non potest discordare a seipso, plures autem etiam si virtuosissimi sint discordant interdum: quia quot capita, tot sensus.

Item ille est melior principatus qui magis assimilatur principatu naturae, cum principatus naturae sit imperuertibilis, quia nunquam errat, ut ait Aristoteles in 12. Metaph. entia nolunt male disponi, id est res naturales nolunt male ordinari, sed in natura est principatus Monarchicus, ut patet in fine eiusdem 12. Metaph. in vltima propositione, ubi concludit Aristoteles dicens mala est pluralitas, bonus est ergo princeps vnus, ergo principatus regalis, qui Monarchicus est, sicut principatus naturae, optimus est, & illi qui elegerint talem principatum non peccabunt.

Respondet forte aliquis, quod licet iste principatus sit in se optimus, est tamen nimis periculosus, quia difficile est committere omnia vni viro, ut ait Aristoteles in fine 3. Politicorum. nam voluntas humana malus canon est, ut patet in 9. Ethic. maxime, quia isti reges non assumuntur per virtutis electionem, sed per successionem, & sic contingit interdum regnare pessimum virum, & totas destruere politias. Et ob hoc Aristoteles concludit in tertio Politicorum, quod in ciuitatibus non deberent esse principatus regales Monarchici, sed principatus Democratici, licet Democracia mala politia est secundum se, cum in ea inopes, & indocti, & quicumque homines dominantur, qui tamen naturaliter dispositi ad seruiendum erant: non est tamen politia seditiosa, quia tota potestas manet apud populum, & omnes aequales dominantur, siue per equalia tempora, siue secundum principatus sortiales. qui ergo accipere vellet principatum regale, videbatur se committere discrimini accipiendo id, quod periculosum est, ergo peccaret populus iste in accipiendo principatum regnatium.

Respondetur ad hoc, quod si accipere principatum regalem esset accipere principatum periculosum, & accipiendo Aristocraticum, vel democraticum, aut quemlibet alium esset accipere principatum perfecte bonum, & nullo modo periculosum, peccatum esset accipere principatum regalem, quia erat committere se periculo. Accipiendo tamen quemcumque principatum est accipere aliquid periculosum, vel seditiosum, aut habens aliquas imperfectiones, ideo quod accipiat istum, vel illum non videtur esse peccatum.

Item si habere principatum regnatium esset peccatum, quodcumque aliqua politia vellent recedere a principatu regnatium, essent grata Deo: nam gaudium est in caelo super vno peccatore poenitentiam agente magis quam super nonagintanovem iustis, qui non indigent poenitentia, ut patet Luc. decimo quinto capit. quanto magis gaudium erit super omnibus habitantibus in aliqua ciuitate, quando simul conuertantur? sed Deus non accipiat eos qui recedunt a principatu regnatium: ergo, habere talem politiam, aut principatum non est peccatum. patet antecedens, quia quando Samuel praedicauit coram Israele denuncians

ciando eis peccata sua, vt patet primo Regum 12. cap. ipsi Israelite voluerunt dimittere regem, & tamen Samuel Propheta Domini ex parte Dei mandauit eis, ne dimitterent regem suum, & patet, quod hoc dixerit ex voluntate Dei, quia ad contestationem eorum quae dicebat, fecit miracula, vt patet ibidem in litera, scilicet emittere tonitrua, & pluias magnas immediate, vt periuo, & tamen ibi mandauit, vt manerent cum rege suo, si tamen malum fuisset habere regem, Deus non mandasset, vt duraret maxime ipsis volentibus retrocedere.

Item argumentum illud quod fiebat, scilicet, quod principatus Monarchicus sit periculofus, ideo quod accipere illum sit quodammodo peccatum, non militabat aliquo modo contra hoc, nam Iudaei etiam antequam essent sub principatu regali eo modo, quo postea habuerunt, semper fuerunt sub principatu Monarchico, a die qua exierunt de Aegypto: nam exeuntibus eis de Aegypto rexit eos Moyses vsque ad quadraginta annos quandiu manserunt in deserto, & iste aliquo modo vocatur rex, vt patet trigesimo tertio capitulo, cum dicitur, & erit apud relictissimum rex, & vocatur relictissimus Israel, sicut infra declarabitur.

Et non valet si arguas, quod non solum regebat Moyses, sed etiam septuaginta Seniores, vt patet Numeri vndecimo cap. & etiam tribuni, & centuriones, & quinquagenarii, atque decani regebant populum, vt patet Exodi decimo octauo cap. sic enim instituit populum Ietro focer Moyfi. Nam ista non tollunt principatum Monarchicum, quia Monarchicus princeps est, quando vnus est qui omnia regit. Si autem postea non potens per se dirigere immediate omnia; habeat alios coadiutores, quos ipse ponat, & illi regant secundum mandata suscepta ab eo, non tollitur Monarchia; nam agens principale est ipse qui imperat; alij autem sunt veluti quidam instrumentaliter agentes, siue magis ministri, quod satis patet de tribunis, & centurionibus, & quinquagenarijs, atque decanis: quia isti solas paruas causas ministrabant indicantes in eis, quando tamen aliquid magnum occurrebat, referebant ad Moysen, vt patet supra primo cap. & Exodi 18. cap. de septuaginta senioribus, idem patet, quia isti solum eligebantur, tanquam quidam coadiutores Moyfi in his, in quibus non posset Moyses ne tantum vexaretur, vt patet Numeri vndecimo cap. tenuit ergo Moyses in Israel principatum Monarchicum, & post hunc tenuit eisdem principatum Monarchicum, Iosue, qui solum imperabat in Israel, vt patet per totum Iosue, & multoties in isto libro, vt supra quarto cap. & infra 31. & Numeri, vigesimo septimo, & post hunc iudices qui in Israel fuerant, tenuerunt consequenter principatum Monarchicum secundum tempora sua, de quibus in libro Iudicum, sic etiam patet primo Regum, duodecimo cap. cum dicitur, & misit dominus Hieroboam, & Badan, & Barach, & Ieptre, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum, non ergo peccabant aliquo modo Iudaei petendo principatum Monarchicum, quia semper illi tenuerant, sed peccabant volentes principatum regalem. nam licet omnes monarche qui mali non sunt, reges vocari possint largo modo: tamen reges, sicut nos accipimus strictius, est aliquis esse quae esse Monarchas, quia Monarcha est quicunque vnus princeps, siue malus, siue bonus: nam & Tyrannus Monarcha est. rex autem secundum Philosophum in 8. Ethicorum, est qui in omnibus sufficienti est bonum suum non appetens, sed quod subditorum: Tyrannus autem e contrario. Sacra scriptura non accipit sic regem, sed pro eo qui accipit iura regia, siue bonus, siue malus sit, quod isto modo regem esse esse regem, quam esse Monarcham, quia multi

Monarche nulla fere iura a subditis recipiunt, & isto modo Moyses licet fuerit Monarcha Israel, non tamen fuit proprie rex eius, quia nulla iura accipiebat, & ipse Samuel erat Monarcha Israel, vt patet primo Regum, duodecimo cap. vbi ipse ponitur vltimus inter iudices missos ad regendum Israel, & tamen in principio eiusdem capit. ponitur, quod Samuel nihil vnquam recepit ab aliquo de Israel, cum dicitur: ecce pressio sum loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, an asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquid, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemniam illud hodie restitvamque vobis, & tamen ponebatur primo Regum octauo cap. quod non erat sic de regibus, quod multa iura accipere debebant, non ergo erant isti reges, sed solum Monarche. Cum autem Iudaei regem petierunt, non petierunt regem simpliciter, id est aliquem dominum, vel rectorem, quia hoc iam erat, sed petebant dari sibi regem sub illis conditionibus, sicut apud alias gentes erat, & hoc patet primo Regum octauo, cum dicitur: constitue nobis regem qui iudicet nos, sicut vnuerse habent nationes, id est taliter qualiter aliae gentes habent, taliter nos volumus habere, sed aliae gentes sub ista conditione habebant, ergo sic petebat Hebraei habere. quod autem peccauerint Iudaei petendo regem patet primo Regum duodecimo cap. cum dicitur, & videbitis, quod grande malum feceritis vobis in conspectu domini, vt petieritis vobis regem.

Dicendum ergo, quod habere politiam regnatiam nullo modo est peccatum, cum sit quadam bona politia, Iudaeis tamen peccatum erat petere potestatem regnatiam, quia sciebant se agere contra voluntatem Dei, & in hoc abiecerant se Deum qui eis anteregnabat, vt patet primo Regum, duodecimo cap. & fiebat hoc modo, quia antequam ipsi peterent regem gubernabantur per sacerdotes, vt patet de Samuele qui tunc regebat, & de Heli sacerdote qui ante hunc rexerat, & filij Samuelis tunc patre iam senescente regebant, vt patet primo Regum, octauo, & duodecimo cap. nunc autem petebat super se regnare viros seculares, quales erant reges quos postea habuerunt, & sicut Deus magis colitur a sacerdotibus quam ab alijs quantum est ex natura officij, ita ipsi Iudaei si essent subditi essent minus colentes Deum, quia subiecerantur talibus hominibus, quam si subiecerentur sacerdotibus: nam habendo reges satis erat ipsis hominibus occupari in seruitio regum non curando de seruitio Dei, & hoc seruitium Dei vix complebatur: volendo ergo accipere reges aliquo modo volebant non subditos esse Deo, & quantum ad hoc fuit peccatum, ceteris autem gentibus, nec peccatum erat regem petere, nec regem habere.

Constituit eum quem dominus elegerit. Deus enim volebat eos regem habere, sed quia ipsi importune petebant, concessit eis, non tamen quem ipsi vellent, sed quem dominus dedisset, ideo primus rex, scilicet Saul per Deum electus est, vt patet primo Regum, nono cap. in alijs regibus sequentibus erat regula, quod primogenitus succederet, nisi Deus alium elegisset, vt patet in Dauid, quia mortuo Saul Isoboth filius eius maior de manentibus regnare debuisset, sed quia Deus elegit Dauid vngendo eum in regem, vt patet primo Regum, decimo sexto capitulo. ideo ipse regnauit.

De medio fratrum tuorum. Ita, quod nullus de alienigenis regnare posset, ne induceret eos ad idolatriam, ideo si aliquis de extraneis demonstraret se esse electum a Deo, vt regnaret super eos, etiam si Propheta diceret, non esset credendum ei, sicut Propheta qui dicit Deos.

Resolutio totius questionis.

Deus magis colitur a sacerdotibus quam ab alijs.

Deos alienos esse colendos, vt patet supra 13. capitu. nec etiam poterant facere regem aliquem gentilem conuersum ad iudaismum, vel aliquos de posteritate sua, quia non vocabantur isti fratres Iudaeorum, sed aduenae, vel peregrini, vt patet Leuit. 25. capitu.

De instituti regis vita, & ordinatione.

Cumque fuerit constitutus. Hic ponitur secundum de instituti vita, & ordinatione.

Non multiplicabit sibi equos. Ne confidat in bellis in multitudine, & fortitudine equorum, quia fallax equus ad salutem, & in abundantia virtutis suae non saluabitur. Psalm. 32. Et ne erigatur in superbiam, & velit premere populum seruitute, sicut fecit Salomon, qui imposuit grauiam onera tributorum, vt patet 3. Regum 12. capitu. & hoc, quia gloriabatur in multitudine fortitudinis suae, & equorum, vt habetur 2. Paralip. 9. capitu. & 3. Regum 10. habuit enim quadraginta milia equorum in stabulis, & currum, & equitum 12. milia.

Nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus. In Hebraeo habetur. Nec reducet populum in Aegyptum ad multiplicandum equos. Et est sensus, quod non mitteret rex aliquos de terra sua in Aegyptum ad emendum equos, quia hoc videbatur negligi beneficium Dei educens eos de Aegypto, si iterum illuc irent, & propter hoc mandauit Deus, vt nunquam per viam qua nunc veniebant, redirent. secundum literam nostram est sensus, quod non faciat rex ire populum in Aegyptum ad pugnandum, quasi acquisiturus terram illam confidens in multitudine equorum, vel quod rex subleuatus in superbiam non cogeret tantum in seruitutem populos, quod cogeret eos fugere in Aegyptum, & in hoc peccauit valde Salomon, quia mittebat negotiatores in Aegyptum, vt inde adducerent equos, vt patet 3. Regum capitu. 10.

Si autem arguatur de Vria Propheta qui fugit in Aegyptum, vel de Hieremia qui descendit in Aegyptum. Respondetur, quod isti coacti fecerunt. Vrias timebat regem Iuda, & fugit, & post rex Iuda fecit eum adduci de Aegypto, & occidit eum, vt habetur Hierem. capitu. 26. Hieremias autem licet propheta esset, quod omnes qui descenderent in Aegyptum ibi perirent, vt habetur Hierem. 42. capitu. tamen ipse descendit cum eis, vt doceret eos ne declinarent ad culturam idolotum, & ibidem lapidauerunt eum, quem Aegyptij honorifice sepelierunt, quia quadam miracula eo viuente ibi facta fuerant.

Non poteris alterius gentis hominem regem facere. Gentiles erant altere gentes a Iudaeis, ideo de illis neminem in regem constituere debebant, quantum unquam eis bonus videretur: nam nullus homo qualiacunque ageret, bonus esse poterat, qui Deum verum non coleret conuersus ad vanitatem simulachrorum, in quorum cultu suprema malitia consistebat, sic enim vocatur precedenti capitu. res sceleratissima ipse cuius idolotum, tanquam nihil aliud peius esse posset, & satis patet, quia vt ait Aristoteles in octauo Ethicorum. optimo id quod pessimum est opponitur, scilicet pessimus habitus optimo habitui, & pessimus actus optimo actui, cultus autem Dei veri optimus actus est, ideo cultus idolotum pessimus actus est, nullus ergo gentilis bonus esse poterat, qui in optimo actu deficiebat non ergo erat aliquid propter quod Iudaeis videri posset aliquis gentilis in regem eorum eligendus, maxime quia in electione talis regis maximum periculum consistebat, scilicet, quod per plenitudinem potestatis cogeret omnes Iudaeos ad colenda simulachra, & de ferendas patrias leges, & caeremonias sanctas, & hac erat maxima peruersitas, peccabant ergo Iudaei quando cunq; hominem alterius gentis in regem accipiebant, siue ex mera voluntate sua, siue propter aliquas conditiones pacis.

An tempore Machabeorum Romani imponerent Iudaeis regem Romanum. Et quid etiam tempore Christi. Quaes. VIII.

Et si arguas de Machabeis qui viri iusti erant, & tamen obediebant Romanis, vt patet multoties in primo Machabeorum.

Respondetur, quod Machabej non obediebant Romanis sed erant amici eorum ad compugnationes, & sic erat quadam aequalitas, sicut requiritur in amicis, vt patet in octauo Ethicorum, & hoc apparet, quia ipsi Romani in literis suis Iudaeos amicos vocabant, vt patet primo Machabeorum capitu. octauo vbi Iudas cum eis constituit amicitiam. & capitu. 13. vbi eam frater eius Ionathas renouauit, & decimo quinto capitu. vbi super eandem rescriptum est.

Sed adhuc dato, quod subiecti essent Machabej Romanis, tamen non ponebant super se aliquem regem Romanum. Tempore autem Christi hoc fuit in Iudaeis, quia tunc praesidebat Herodes rex tetrarcha Galilee, & hoc peccatum fuisset si ipsi constituerunt eum, sed non constituerunt, sed potius Romani uolenter imposuerunt eis illum regem, & alios duos tetrarchas, scilicet Philippum fratrem Herodis, qui erat tetrarcha Itureae, & trachonitidis regionis, & Lisanius erat tetrarcha Abilinae. Posuerunt eis etiam vnum praesidem Iudaeae, scilicet Pontium Pilatum, ita quod totam Iudaeorum terram diuiserunt Romani 4. principibus, vt patet Lucae 3. cap. in principio.

Iudaei non poterant accipere reges de gentibus, quae nullo modo attingebant ad genus eorum, scilicet de Chanaanis, & Aegyptijs, Babylonijs, ceterisque similibus, ita non poterant accipere de gentibus, quae aliquo modo attingebant ad genus suum, scilicet de Ismaelitis, & Idumaeis, & filiis Cethurae, & Ammonitis, atque Moabitibus, siue Amalechitis, quia omnes istae gentes pertinebant ad stirpem Abraham, erant tamen idolatre, ideo eos in reges accipere non poterat, quia semper idem inconueniens, scilicet, quod talis rex induceret eos, aut potius cogeret ad idolatriam, vt patet de Ieroboam qui quamuis non esset gentilis, quia tamen rex erat, & malus, induxit populum ad colendum idola ponens duos vitulos, vnum in Dan, & alium in Bethel, vt patet tertio Regum 12. capitu.

Qui non sit frater tuus. Hoc ponitur, quia putaret aliquis de Iudaeis, quod licet non deberent eligere reges de gentilibus, poterant tamen eligere eos de conuersis de gentilitate. Et videtur esse ratio huius, quia ratio propter quam vetabatur eligi rex de gentilibus, cessat hic, scilicet timor de reducendo Iudaeos ad idolatriam, cum iste iam ad iudaismum conuersus sit.

Respondet litera, quod non poterant etiam de conuersis de gentilitate reges facere, sed de fratribus suis Hebraeis, & ratio triplex videtur esse.

Prima quia licet conuersus de gentilitate Deum colat, non tamen, ita vt communiter sunt firmati in fide & cultu Dei illi qui nouiter conuersi sunt, sicut illi qui sunt ab antiquissimis temporibus, vt pote quia patres eius tales nati sunt, & sic adhuc aliquale periculum esset, ne iste afficeretur ad prioris cultus errorem, non ergo debebat assumi in regem, & sic dicit Apostolus ad Timo. prima c. 3. oportet Episcopum non neophitum esse, id est non nouiter conuersum ad fidem, & hoc, vel quia in fide firmatus non est, vel quia adhuc circa ea, quae fidei sunt, indoctus est. Secunda ratio est quia si aliquis de conuersis ad iudaismum posset eligi in regem, cum quilibet homo naturaliter afficiatur ad agnatos, & iste haberet aliquos cognatos, vel parentes in gentilitate manentes, faceret eos secum communicare principatu praeponens eos Iudaeis, quod ad magnum

Principes Monarchici quis dicatur.

Rex quid secundum Philosophum, & secundum Aristoteli.

magnum in proprium redundabat Iudæorum.

Tertia ratio est, quia habere principatum regalem magnus honor erat: Deus ergo volebat istum honorem dare populo suo Israeli, quem a principio elegerat, & non gentilibus qui aduenæ erant, & profeliti respectu illius populi: etiam quia si eligeretur aliquis de conuersis ad iudaismum in regem, cum isti conuersi aliquantulum odiosi essent Iudæis, quia non participabāt totaliter eisdem legibus, & quodammodo grauantur magis conuersi quam ipsi Iudæi, ut patet Lcui. 25. cap. ubi dicitur de anno remissionis, & Iubileo, & magis declarauimus supra 15. cap. premeret multum iste rex Iudæos, ut ergo non premeret, non fiebat rex: patet hoc in alijs priuatis personis, nam cum aliquis Iudæus vendebatur alicui conuerso de gentilitate, magis premebat eum quam si esset in potestate alicuius Iudæi, ut patet Lcui. 25. cap. cum dicitur, non affliget eum violenter in conspectu tuo, & ad hoc mandabat, quod si quis emere vellet, vel potius redimere eum Hebræum quem aliquis conuersus ad iudaismum emisset, poterat eum redimere, ne affligeretur in manu illius alienigenæ, & hoc satis notatur cum dicitur hic. *Qui non est frater tuus.* Nam soli Hebræi qui erant de genere Iacob inter se vocabantur fratres, alij autē conuersi nunquam vocabantur fratres nec Hebræi, sed aduenæ, aut peregrini, siue profeliti, ut probauimus supra 15. cap.

Præsertim cum dominus præceperit vobis nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. Vbi autem dominus præceperit ne redirent in Aegyptum per eandem viam non habetur, sed satis manifestum est, quod aliquando mandatum fuerit, cum hic dicatur mandatum fuisse, nolebat Deus Iudæos aliquo modo reuerti in Aegyptum, quia cum eis maximum beneficium egisset liberando eos de illa durissima seruitute per signa, atque portenta, & extensum brachium, volebat ut illud beneficium eis semper præ oculis esset, patet supra 16. cap. cum dicitur, ut memineris diei egressionis tue de Aegypto omni tempore, & non solum volebat, ut remiserentur se fuisse liberatos de Aegypto, sed etiā, quod existimarent seruitutem Aegyptiam fuisse maximum malum, & quando cuncte recordarentur Aegypti apprehenderent illam tanquam aliquid horribile, & valde malum, ut sic magis diuinum beneficium laudabile esset, & hoc patet in representatione quæ fiebat per comestionem panis azymorum, qui erat panis afflictionis, ut sic se afflictos ibi fuisse recolerent sic dicitur præcedenti cap. septem diebus absque fermento comedes afflictionis panem, quia in pauore egressus es de Aegypto: si enim Hebræi reuenterentur in Aegyptum, vel aliqui eorum, & ibi non affligerentur, sed aliqua prospera euenirent eis, non apprehenderent Aegyptum tanquam aliquid malum, & tristabile, sed tanquam aliquid delectabile satis, & sic recordatio illa non moueret eos ad congratulandum inter se, & referendum gratias Deo, tanquam liberatio illa non fuerit aliquod magnum bonum, cum Aegyptum non esset aliquid malum, qui autem Aegyptum nunquam intrasset, cum isti libri Moyli frequenter repetant illam liberationem tanquam aliquid magnum, & Aegyptum tanquam aliquid durum, sic concipiebant, & mouebantur ad gratiandum suo liberatori, non ergo debebant Iudæi descendere in Aegyptum, nec aliquis de eis, quia in hoc innuebatur cultus Dei, & ista est ratio fundamentalis, licet aliq̄ aliq̄ sint appa- rentes. Ex hoc patet aliquid, quod est satis notabile, quod interdum multorum cognitio quæ in se mala non erat, est nobis mala, quia interdum ea quæ antequam cognoscerentur magni pendebantur, postquam cognita sunt nulli penduntur, & quæ in reuer-

tia magna ante habebantur, iam contemni incipiunt, quod tamen circa diuina non conuenit quæ in magna reuerentia haberi debent, ideo sepissime quibusdam circa miseria Dei melius est ignorare esse quæ scientes, cum ipsa eos ignorantia humiles reddat, scientia autem inflat, ut patet prima ad Corinth. 8. cap.

Nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. Non est intelligendum, quod hic Deus mandauerit, ne redirent Iudæi per viam per quam venerant, scilicet per desertam Arabicam, & viam maris rubri, & quod concederet redire in Aegyptum per aliquam aliam viam, scilicet per viam terræ Philistin quæ erat via vicinior, ut patet Exodi 13. cap. sed mandauit, quod non redirent in Aegyptum, siue per eandem viam, siue per aliam, & vocat eandem viam, idem viam Aegypti per quamcunque partem illa sit, & patet, quia non erat alia qua causa quare si Deus concederet eos posse reuerti in Aegyptum, negaret reuerti per illam viam, immo magis videbatur esset meritum redire per illam viam, quam per aliam, quia in illa via multa bona suscepit Israel a Deo miraculose, scilicet directionem in colūna ignis, & nubes, & manna de celo, & aquam de petra bis, & legem in Synai, & dulcorationem amaræ aque in Marath, & similia de quibus in processu Exodi, & libri Numerorum, redeundo autem per istam viam fiet commemoratio beneficiorum diuinorum, ex quibus Deo laus insurgebat, eundo autem per alteram viam non sequeretur hoc: non ergo prohiberet Deus id quod virtuosum est, sicut est valde deuotum visitare loca sanctorum.

Item non oportebat hoc vitare, quia cum iter illud per quod venerunt Hebræi de Aegypto sit valde circumlatum atque distortum, ita ut nunc ascenderent ad orientem, & nunc declinarent ad aquilonem, nunc ad occidentem desceiebant, ut patet supra 2. cap. & Exodi 13. cap. via autem illa quæ erat per terram Philistin erat valde breuis, ut patet Exodi 13. ergo quicunque in Aegyptum ire vellet, non est verisimile, quod iret per viam Arabicam deserti ad mare rubrum per quæ venerant, sed per terram Philistinorum.

Item nullus ire vellet per illam terram, quia illa inuisa est cum habitata non sit, nec licet ambulare sine via per desertam illam, & ob hoc Deus dabat Hebræis nubem columnarem præcedentem quæ dirigeret: cum ipsi iter nullum conspicerent, nec aliq̄ aliq̄ gressus per illam terram ambulabāt, sic dicitur Iudi. 3. cap. quod Deus ostendit viam Israelitis in deserto, per quæ non ambulauerat homo, nullus ergo tunc de Iudæis per illam ire sciret viam, cum non haberet columnam ignis, & nubes præcedentem.

Item nullus de Iudæis aliquo modo ire posset per illam viam, quia non erat habitata ab hominibus, ita quod ambulantes per eam aliqua solarum ab hominibus inspicere possent, nec accipere aliquam necessitatem, scilicet, cibos, aut potus: nullo modo ergo per illam viam transire possent, & ob hoc Deus dedit Iudæis in deserto manna celestem cibum, quia humanitas nullum cibum habere poterant, nunc autem nullus putaret sibi esse dandum manna, quia nec videbatur esse locus, aut necessitas faciendi tale miraculum, ergo per talem viam non iret.

Item ad transitum in Aegyptum per desertam arabicam sequendo istam viam, necesse erat transire mare rubrum, ut patet per transitum Iudæorum, quia ipsi coacti sunt transire mare rubrum transeuntes per illam viam, & dixit Pharao, ut patet Exodi decimoquarto, coarctati sunt in terra, & conclusit eos desertum, postea vero diuiso mare potestate Dei transierunt, nullus tamen postea audeat talia aggredi, ergo nec iret per illam viam.

Item

Item quia illa via erat carens aquis & plena serpentibus, ut patet supra octauo capitulo, cum dicitur: & ductor fuit tuus in solitudine magna, atque terribili, in qua erat serpens flarus adurens, & scorpio, atque diptera: & nullæ omnino aquæ, qui eduxit riuos de petra &c. nullus aurem auderet tali se opponere discrimini: ergo nec istam viam quisquam tenere vellet. Etiam manifestatur magis quod hic non intendat vitare regressum per hanc viam, sed totaliter regressum in Aegyptum: quia istud ponitur ad probandum superius dictum, scilicet cum que fuerit constitutus non multiplicabit sibi equos: nec reducet populum in Aegyptum: ergo istud dictum non debet probare quod non esset redeundum per talem aut talem viam, sed quod non esset redeundum in Aegyptum, cum supra de via nihil dictum fuerit: quod autem hic probetur superius dictum patet ex modo inchoationis literæ, scilicet *Præsertim*. Cum Dominus præceperit vobis &c. Ista dictio præsertim semper est ad probandum, & refertur ad superiora: concludendum ergo est quod hic mandatum Deus ne Iudæi omnes, vel aliqui de Iudæis reuertantur in Aegyptum, siue per viam per quam venerunt, siue per aliam quamcunque ex rationibus supra assignatis.

Non habebit vxores plurimas quæ illiciant animum eius.

Vocantur vxores plurimæ non duæ vel tres, vel in aliquo numero paruo, sed in valde magno: nam sancti patres plures vxores habuerunt, ut Iacob habuit quatuor simul, scilicet Liam, Rachelem, Balam, & Zelpham, ut patet Genes. 29. & 30. cap. Et Dauid sex vxores habuit, & decem concubinas: de vxoribus patet per multa loca, de concubinis habetur secundo Regum 15. capitulo. Salomon autem multum peccauit in pluralitate vxorum, quia habuit vxores quasi reginas septingentas, & concubinas trecentas, ut patet tertio Regum vndecimo capitulo, habuit etiam adolescentulas, quarum non erat numerus, ut patet Cantico Regum sexto capitulo. Licet in hoc sit diuersitas quadam in litera libri Regum, & Cantico Regum: quia in libro Regum ponuntur septingente reginæ & trecentæ concubinae: & in litera cantico Regum ponuntur reginæ sexaginta de quo magis dicitur tertio Regum vndecimo capitulo, ibi vide.

Quæ illiciant animum eius. Multitudo vxorū tam effrenata non est ad officium generandi, sed ad varias carnis illecebras: & quia multæ sunt ad quas accessum vir habere non poterit, ipse varijs laborant incitantibus ad prouocationem carnalis illecebræ: & in hoc Salomon valde defecit, quia varijs actibus, & incitantibus ad ætatis suæ annum vndecimum genuit: ut ait Eusebius in chronico, & Lucas Tuden. vel *Quæ illiciant*. Scilicet ad idolatriam, quando fuerint alienigenæ & sic peruerterunt cor eius, ut in senectute idola coleret, & templa dijs multis edificauerit: de quibus tertio Regum vndecimo cap.

Nec auri & argenti immensa pondera. Ne cupiditate habendi spoliat subditos populos, vel ne de diuitijs gloriatur. In hoc errauit Salomon quia populum multis tributis premebat, ut diuitias congregaret, ut patet tertio Regum duodecimo cap. & in super reges terræ dabant ei aurum & argentum: & ipse mittebat negociatores in Ophir, & in Tharsis, & inde adducebant aurum & argentum supra modum, ut habetur tertio Regum nouo, & decimo cap. & 2. Paralipo. octauo, & nono cap. *Nec auri & argenti immensa pondera.*

Alph. Toff. super Deuter.

An liceat regibus thesaurizare, & immensa auri pondera habere. Et an liceat hominibus priuatis thesaurizare.

Quæst. IX.

REGIBVS aurum habere licet ad nobilitatem regalem ostentandam in vasorum preciositate, quia regibus licitum est solenius ministrari in vasis preciosis auri, & argenti, ornatis lapidibus preciosis magis quam alijs hominibus. Nam ipse splendor vestium regalium, & totus regius apparatus, si virtuose dispensetur, melius est ut fulgeat in magna excellentia, quam ut sic reges rusticano more, & plano viuāt, ut ceteri homines: valde enim conuenit ad statum politicum. nam cum rex sit princeps totius politicæ, si in magna reputatione teneatur, obseruabuntur eius mandata: si vero contemnatur, spernantur quoque mandata eius, quod pessimum est: quia sic tota disciplina politica eneruatur: quod tamen rex sit in magna reuerentia si virtuosus est, qui rerum merita non secundum seipsum, sed ex appofitis iudicant, visis talibus apparatibus illud aliquid magnum atque reuerendū æstimabunt. & hoc vult Boetius de consola. lib. 4. prola 5. cum de omnibus partibus secularis fortunæ dixerit, subdit quod iste aliquo modo profunt virtuosus. Sic enim clarius testatur sapientia tractatur officium cum in contingentes populos regentium quodammodo beatitudo transfunditur. Secunda ratio est necessitas expensarum quotidianarum, & potissime cum bella ingruant: quia oportet multa expendere, ad quæ reges thesauros de redditibus suis facere debent: ne cum necessitas subitanea ingruerit, cogat hæc omnia a suo populo exigere: quia sic forte nimis populi premerent: magis ergo vituperabile est in rege quod non faciat thesauros, quam quod faciat thesauros. In ceteris hominibus priuatis facere thesauros non habet speciem boni, quia videtur esse quodammodo ex auaritiæ fomite: reges autem non sunt personæ priuatae sed publicæ intendentes bonū politicum, & non bonum suum: ut ait Arist. 8. Ethic. sicut ergo quæ aliqua cõitas habeat thesauros de redditibus publicis ad necessitates suas est rectissimus ordo politicus: & illa politia quæ non de bonis proprijs ipsius cõitatis sed omnia necessaria de bonis ciuium exigit, est est male ordinata, ut ait Arist. in 2. Polit. in fine c. de politia Lacedæmoniorum: ita rex qui facit thesauros de redditibus suis ad necessitates suas vel totius regni, quales sunt necessitates bellicæ, ne postea cogatur omnia exigere ab ipsis de regno, iustissime agit. Hæc autem prohibentur regibus potera immensa auri & argenti: quæ vel iniuste exiguntur, vel quæ ad curiositatem possidentur: quocumque modo thesauros congregare iniuste prohibitum est: quia qui diuitias taliter congregant non capient in eis fructum, nec lætabuntur in eis, ut patet Hierem. 17. cap. fecit diuitias, & non in iudicio, in dimidio diei suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipientis. diuitiæ etiam quæ ad curiositatem congregantur, & ad fruendum eis, dato quod iniuste non extorqueantur, tamen veritè sunt: quia stultitia magna sunt, & distorta assignatio felicitatis: & isto modo vituperat eas Salomon Ecclesiastes secundo cap. ubi ponit vanitatem studiorum humanorum assignans, quod non reperitur in eis aliquid veri boni. Et dicit coaceruauit mihi argentum, & aurum, & substantias regum, atque prouinciarum: & postea concludit, cum que me vertissem ad vniuersa quæ fecerant manus meæ, & ad labores quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.

Diuitiæ ergo auri, & argenti in magna copia vetatur hic

N

hic

hic regibus propter duo. Primo propter malū, quod est in acquirendo. Secundo propter malum quod fit ipsis acquisitis: primum est quia si rex intēdat toto animo replere animam suam thesauris, nullam quantumcūque improbam atque violentā extorsionē in infā putabit: & sic miseris subditos omnibus bonis spoliabit, in quo & ipse malum agit, & subditi durissima patiuntur: sic enim ait Apost. prima ad Timotheū 6. cap. qui diuites fieri volunt incidunt in laqueos diaboli. Secundum est propter malum quod faciunt habentes magna auri & argenti pōdera: quia sic nimis in superbiam efferuntur, & ponunt in pecunijs spem suam: & ibi est Dominus Deus eorum; quoniam auaritia idolorum seruitus est, ut ait Apost. ad Ephē. 5. cap. Forte autem dicere possemus de rege sicut dicit Philosophus in 2. Polit. cap. 3. quod ciuitas non debet esse valde diues vel valde pauper: nō quidem diues propter duas causas. Prima quia confidens in magnitudine diuitiarum suarum multa iniuste contra alios populos aggredetur volens eos premere, & sic alij in eam insurgentes penitus exterminarent. Secunda causa est: quia si multum diues sit, alij populi iniicient oculos suos in eam, & conspirabunt contra eam, ut de eius opibus ditentur, quod non facerent si ipsa diues non esset. Diuitiæ ergo inquietam quodammodo reddunt ciuitatem, vel quia ipsa non quiescit, aut quia alij eam quiescere nō permittunt. Quod quidem magis habet locum in ciuitatibus aristocraticis, aut oligarchicis, quam in ciuitatibus monarchicis. Etiam non debet esse valde pauper ciuitas, quia præ inopia non possit sustinere aliquos hostiles insultus: debet ergo aliquantulum abundare taliter, ut nec ipsa præ excessiua multitudine diuitiarum in alias insurgat: nec surtus præ magna inopia insurgenti cuiuslibet genti succumbat. De rege autem eodem modo dici potest: non ergo debet rex facere sibi immenta pondera auri & argenti.

Postquam fuderit in folio regni sui. Posita fuerunt ea quæ rex vitare debet: hic adiunguntur quæ prosequi debet. Describit sibi Deuteronomium legis huius. Id est istam secundam legem siue repetitam legem, quia in ea collecta tenentur, quæcūque vitare & facere oportet. Dicitur hic quod rex accipere debet Deuteronomium legis huius, & non dicitur quod debet habere, vel accipere legem hanc: quia intentio eius est, quod rex debeat istum librum translatum apud se habere, & in eo studere, ut sciat quæ ei oporteat vitare, & non vocauit istum librum legem sed Deuteronomium legis: quia lex accipitur pro illis præceptis quæ Deus dedit Israel in monte Synai. Iste autem liber non est illa lex, vel non continet solum illam legem: quia vocatur alia lex, ut patet infra 29. cap. cum dicitur: hæc sunt verba federis, quod præcepit Dominus ut feriret cum filiis Israel in terra Moab præter illud fedus quod cum eis pepigit in Oreb; & hoc sonat dictio ista Græca Deuteronomium, id est secunda lex, vel noua lex: & dictio hebraica idem signat, scilicet misue thorath, id est secunda lex. Vocatur autem a quibusdam repetitio legis, & satis recte: quia maior huius voluminis contentia est in repetitione eorum quæ in alijs libris dicta sunt: quia ergo hic plene continetur tota legis Dei in statu illo veteris populi intentio, hanc decebat regem habere, & studere in ea.

Accipiet exemplar a sacerdotibus Leuiticis tribus, & habebit. Quia isti veros libros & correctos haberent: nō autem ab illis qui corrumpunt minuentes vel addentes in textu: quia isti maledicti sunt a Domino, ut patet supra 4. cap.

Leges illud omnibus diebus vitæ suæ. Non quod con-

tinue, siue quotidie legere teneatur: sed toties legat, quod memoretur eorum, quæ scripta sunt in libro hoc. Ut discat timere me. Omnia ista consequuntur ad continuam lectionem in lege, scilicet timor Domini: ex timore autem venit observatio legis, ex observatione autē repressio passionum neque iactantiam & superbiam eleuatur, sed defectus nostris cognoscimus: quia infirmitate circumdati sumus, sicut ceteri fratres nostri. Ex hoc autem Deus bonorum soboles conseruat: quia nunquam visus est iustus derelictus, nec semen eius quærens panem: ideo meritis iustorum confirmantur filij in sede & hereditate eorum: sicut merito Dauid posterij eius regnauerunt: licet mererentur regnum perdere, ut patet 3. Regum 11. cap.

Ut discat timere Dominum Deum suum. Potest hic accipi timor pro vtroque timore, scilicet pro seruilij & reuerentiali: vterque namque ex lectione sacre scripturæ causatur: nam cum aliquis legat tot genera afflictionum, quot Deus se inflicturnum esse pronunciat, ut patet infra 28. cap. & Deum esse potentem, & veracem credit, satis magnam occasionem habet ad talia expauendum, ut sic saltem ad bonum conuertatur: vel potest stare pro timore reuerentiali: quia iste causatur ex lectione sacre scripturæ ut in plurimum, nam nihil aliud est timor reuerentialis & sanctus, quam quod aliquis caueat cum magna attentione, ne offendat aliquem, quem valde reuerendum & honorabilem putat. Cum autem res in sacra scriptura diligentius studemus, reperimus magnam Dei potentiam, & sapientiam in admirabili operatione, & immensam bonitatem eius in quotidiana beneficiorum largitione: & sic iudicamus eum tanquam aliquod maxime honorandum atque reuerentia dignissimum: ex quo dignum putamus non tantum bonum offendamus: & hoc est reuereri & timere: & licet hic litera de vtroque exponi possit, magis tamen de reuerentiali qui causatur ex assidua lectione scripturarum.

Et custodite verba. Custoditio præceptorum eius prouenit ex timore, & hoc ex vtroque timore. Nam qui timet seruiliter ne incurat punitionem, obseruat legislationem: qui autem filialiter vel reuerentialiter timet, idem agit: nam cum timor reuerentialis sit per quem diligenter cauemus, ne aliquem offendamus, quia reuerendus est, & nos Deum offendemus si præceptis eius obuiamus, ex timore reuerentiali custodiemus ea.

Omnia verba & ceremonias. Ceremoniæ sunt quidam ritus secundum quos populus Iudæicus se habebat ad Deum directe siue mediate siue immediate. Immediate quidem ut in sacrificijs, & oblationibus, & festiuitatibus, & ieiunijs. Mediate ut in quibusdam purificationibus quæ erant, ut homo esset mundus ad accedendum ad tabernaculum, ut offerret, & sacrificaret: & ut cum cetero populo sanctificato communicaret, de quibus munditijs patet Leuit. 11. & 12. & 13. & 14. atque 15. & Numeri 5. atque 19. cap. Omnia hæc tam in popularibus quam in rege obseruanda erant: ideo ceremonias rex scire debebat.

Et verba. Hoc potest stare dupliciter. Vno modo generaliter pro omnibus verbis Dei in libris depositis: aut specialiter, si primo modo tunc etiam ceremoniæ de quibus hic exprimitur, comprehenduntur sub verbis Dei: quia Deus ista locutus est ad Moysen & quædam ad populum: & tunc satis erat dicere, ut discat custodire verba eius: sed expressit specialiter de ceremonijs ad magis intelligendū. Si accipiatur secundum modum, ut ista quæ importantur per verba, distinguantur contra ceremonias: tunc poterunt stare dupliciter, scilicet

Timor sanctus quid sit.

Literæ expositio.

licet pro his quæ credi oportet: aut pro his quæ fieri oportet: pro his quidē quæ credi oportet: quia quædam sunt in lege que non pertinent ad agendum sed ad credendum, ut quod Deus creauerit mundum, & primum hominem: & quod expulerit eum de paradiso, & sic de cæteris: & vocantur ista testificationes Dei, aut testimonia eius in sacra scriptura: quia Deus ista fieri non mandat cum nec agibilia nec factibilia sint, sed testificatur nobis quod ipse ista fecerit, aut quod sic se habuerint recipere: ergo ista credendo non minus pertinent ad populum Dei, quam operari sequendo præcepta eius: immo magis & prius pertinent, cum fides sit fundamentum: quia sine fide impossibile est placere Deo, ut patet ad Hebr. 11. cap. & qui non credit iam iudicatus est Ioan. 3. cap. hæc ergo reges custodire debent, tenere in corde suo tanquam certissimas veritates & irrefragabiles. Secundo modo possunt accipi verba pro aliquibus quæ fieri oportet: & ista sunt præcepta moralia, & iudicialia: nam omnia præcepta ad actiones sunt: hic autem positum fuerat vnum genus præceptorum, scilicet ceremonialia: ideo restabant alia duo, scilicet iudicialia & moralia, & ista rex custodire debet. Licet ergo ista litera secundum quemlibet trium modorum dictorum exponi possit, magis tamen intendit litera istum tertium modum. Primo quia dicitur hic quod discat rex custodire verba Dei: custodire observationem dicit, siue in faciēdo aliquid, siue cauendo ab eo: nō ergo proprie pertinet ad credibilia: nec si accipiat generaliter verbum, quia idē argumentum manet: præceptis autem moralibus & iudicialibus rectissime conuenit: quia in eis observatio est. Secundo quia quæ in lege præcepta sunt: & refertur ad verba & ad ceremonias: sed præcipere solum pertinet ad actionem, & non ad fidem: ergo de præceptis moralibus intelligitur. Tertio quia licet in alijs libris vtpote in Genesi ponantur aliqua credibilia, quia agitur de mundi creatione, & de alijs antiquissimis temporum historijs: hic tamen nō ponuntur credibilia sed agibilia, ut patet discurrendo per totum istum librum: hic tamen non intelligitur de his quæ continentur in Genesi vel in alijs libris: sed de his quæ in hoc libro continentur: quia dicitur, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine. quia id in quo magis errare poterat rex, erant præcepta iudicialia si non iudicaret secundum illa: & hoc erat quod magis ad eum pertinebat in quantum rex erat: ergo de præceptis iudicialibus hic dicendum erat: & sic dicendum est quod intelliguntur per hoc quod dicitur. Et verba eius quæ in lege præcepta sunt. Id est quæ ceremoniæ & verba, præcepta iudicialia & moralia continentur in lege: & potest accipi hic lex pro lege illa quæ data est in monte Oreb, & continetur in alijs tribus libris, scilicet Exodo, Leuitico, & Numeris: & hic recitata sunt: vel accipitur melius in lege, id est in ista lege quæ continetur in hoc volumine. nam hæc vocatur alia lex siue aliud fedus præter illud quod pepigit Dominus cum filiis Israel in Oreb, ut patet infra 29. cap. Ne eleuetur in superbiam. Rex enim inter homines aliquid maximum & excellentissimum est: si ergo rex consideraret solum statum suum, scilicet, quod omnibus alijs maior erat, & alij subditi ei: putaret se nihil debere alijs, ita quod nullum iustum esset inter eum & alios: sicut nec est inter hominem & possessionem suam: ut patet in 5. Ethic. sed quicquid faceret licitum fore putaret: vult ergo Deus quod rex non efferatur ex magnitudine honoris sui, sed consideret quod ille honor non est ei datus propter seipsum, sed propter alios, ut eos regat & ut deseruiat.

Alph. Toft. super Deuter.

Ad quid prodest regi & principibus lectio sacre scripturæ. Quæst. X.

Quod autem aliquis non eleuetur in superbiam per magnitudinem status magis habetur per lectionem sacre scripturæ quam per aliquid alterum. Et hoc dupliciter. Vno modo quia considerat homo in ea magnitudine Dei ex operibus eius quæ in ea scripta sunt: nam ab ea magnitudine cognoscit magnitudo creatoris, ut patet Sapient. 13. cap. quibus intellectus redit homo in seipsum cognoscens suam paruitatem: & hoc facit nos reuereri Deum cum reuerentia sit ex cognitione magnitudinis alterius resillire in propriam paruitatem: & non solum proficit ista cognitio ad humiliandum nos coram Deo, quem tanquam maximū bonum apprehendimus: sed etiam ad non eleuandū os super proximos quos ibi nobis æquales esse perpendimus. Secundo proficit ad hoc lectio sacre scripturæ: quia ibi quædam præcepta sunt, in quibus mandatur iuste esse iudicandum & non esse superbiendū. Vterque modus, scilicet haberi potest in hoc Deuteronomio: sed magis secundus quam primus, quia primus habetur per historicas narrationes, quæ hic rarissime sunt nisi in principio & sine huius voluminis: in alijs autem libris magis habetur primus modus qui magis historici sunt. Secundus vero in hoc vberius quā in cæteris, cum totus iste liber præceptorum positus sit. Super fratres suos. In hoc enim declarat quod rex non debet superbire super alios homines, quia sunt fratres sui: frater autem æqualitatis nomē est: debet ergo alios æquales sibi rex existimare in natura, se autem solum voluntate Dei ad regendum positum in honore illos excedere, in perfectione autem nō: ideo non debet ingrauari super eos iugum suum, tanquam essent animalia bruta: nec etiam vocat alios homines seruos regis, ne putet vtdum eis sicut seruis: quia secundum veritatem serui non sunt sed vasalli: & licet sacra scriptura vocauerit hic regem fratrem aliorum hominum, Aristot. tamen in 8. Ethic. vocat eum patrem: & illud est proprium nomen: cum enim Aristot. assimilat principatus politicos principibus & communicationibus œconomicis dicit quod principatus patris ad filium est principatus regalis, & principatus regalis proprie dictus est principatus patris: & probat ex auctoritate Homeri qui Ionem patrem vocat, eo quod rex iustissimus foret. Diuersitas est in hoc: quia sacra scriptura considerauit naturam regis, scilicet, quia homo est secundum quod aliorum hominum frater est: philosophus considerauit dignitatem principatus secundum quam pater est.

Nec declinet in dexteram partē vel in sinistram. Id est rex sequatur in iudicando verba voluminis huius & non declinet ad dextrā nec ad sinistram: modus loquendi est, id est nec ad vnā partem nec ad alteram: quia quocunque modo declinetur malum est: sicut enim circa virtutem ad quodcūque extremum declinetur vitiosum est, ita circa legē ad quācūque partē eatur deuiādo ab intētionē legis malū est: quia lex nulla directiua est actū virtutis iustitiæ. Ut longo tempore regnet ipse. Hic dicitur ut cōsecutionē & nō finē, ut sepius dictū est: nā licet per talē operationē rex mereat magno tpe manere in folio regni sui, & augeri honorē atque laudem eius: tamen non debet ipse propter hoc ista agere ut augeatur honor eius vel laus: sed ut placeat Deo, & quia ista finē se iusta sunt: est ergo sensus. Ut longo tempore regnet ipse. Id est & sic faciēdo longo tpe regnabit ipse, & in magna prosperitate. Et filij eius super Israel. Nō solū merebatur rex bene regēs ut ipse multo tpe, & prospere regnaret: sed et quod filij sui multo

N 2 tempore

tempore regnaret: sicut patuit de tota progenie Dauid quae propter eum mansit, & alias delenda foret, vt patet 3. Reg. cap. 1. & 15. & in multis alijs locis. & dicitur hic qd cum pater est bonus rex ipse magno tempore regnabit & filius eius: non est intelligendum qd de vno filio dicatur, sed de tota successione nepotum & pronepotum: quia Deus peccata patrum punit in filios vsq; in quatuor generationes: & bona patrum praemiat in filijs vsque in generationes mille, vel duo millia: sicut pater Exodi 34. & Nu. 14. & supra 5. atq; 7. cap. Ponitur tamen filius pro tota successione descendentium.

C A P. XVIII.

Non habebunt sacerdotes & leuitae, & omnes qui de eade tribu sunt, partem & haereditatem cum reliquo populo Israel: quia sacrificia Domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum, &c.

Non habebunt. Supra egit de statu iudicium sacerdotum: in ista parte agit de sustentatione eorum. Et tanguntur tria principaliter. Primo ponitur status & sustentatio sacerdotum, Secundo doctrina populorum, ibi. Cum ingressus fueris. Tertio conditio prophetarum. ibi. Prophetam de gente tua. Et diuiditur prima in duas partes. Primo dicit de sacerdotibus in generali. Secundo ponit casum specialem. ibi. Si exierit. Non habebunt sacerdotes & leuitae.

Quid significat hic Leuita, & quare oportuit dare Leuitas ad Dei cultum. Et quod apud omnes gentes aliqui sacerdotes deligebantur qui curam diuini cultus praecipue haberent. Quaes. I.

Significat hic Leuita officium, & non genus vel cognationem: quia secundum cognationem sacerdotes Leuitae sunt: quia filij sunt Leui. Partem cum reliquo populo. Quia non data fuit eis fors sicut alijs tribubus: sed datae fuerunt eis ciuitates aliquae de singulis tribubus: ita qd omnes ciuitates essent quadraginta octo, vt habet Nume. 35. c. Deus volebat Leuiticam tribum separare ad ministerium suum: nam licet totus Israel & omnes diuinis obsequijs vacare debent: quia tamen propter necessitatem sustentandae vitae non possunt homines sic vacare diuino cultui, inter omnes gentes semper fuit hoc statutum, vt poneret aliquos sacerdotes, qui curam diuini cultus praecipue haberent: patet enim ab antiquissimis temporibus obseruatum etiam antequam Deus regem dedisset Hebraeis: vt patet Gen. 47. cap. vbi dicitur de Putiphare qd erat sacerdos Eliopoleos: & dicitur qd cum terra Aegyptiorum vendita fuisset regi in tempore famis, & postea obligasset eas ad quintam partem fructuum annuatim persoluedam, dicitur qd terra sacerdotum libera ab hac conditione mansit: quia eis frumentum de horreis publicis praestabatur: ena dicitur de Ietro qd erat sacerdos Madian: vt patet Exo. 2. c. sic. n. Deus instituit inter Iudeos qd totus populus coleret eum quodam cultu generali in obseruatione quorundam festorum, vt in sabbatis de quibus Exo. 20. & 31. & 35. c. & in festo azymorum, & festo hebdomadarum, atque tabernaculorum: & expiationis, vt patet Leui. 23.

& in oblationibus & sacrificijs factis in his solennitatibus, atq; in quibusdam alijs ceremonialibus obseruationibus. Ista tamen obseruationes ita paruae erant, qd non impediabant populum ab operibus suis circa vitam procurandam. Oportuit ergo dari aliquos alios ministros ad hoc determinatos, qui soli curarent de ministerio Dei: & hoc propter tria principaliter. Primo vt maior cultus Deo daretur: nam cultus ille, qui Deo impendebatur a toto populo vacante laboribus suis, paucus erat, & debebat communitas illa maiore Deo cultum impendere in actione gratiarum pro quotidianis: ideo quia tota communitas vacare non poterat loco totius coetatis, ponebantur aliqui qui hoc facerent, & sic inter gentes erat qd tota coetitas pro se ponebat sacerdotes, & pro se dabat redditus in sacrificiorum expensas, & sacerdotum sustentationem, & sic dicit Aristot. in 8. Ethic. qd coicatio in sacrificijs & festiuitatibus deorum est quadam pars coicationis politicae, qd hoc ad politiam pertinet, sicut magis patet in 7. Polit. vbi ponit Arist. qd debet de coe statui sumptus sacrificiorum, quia magna pars status politici est in honore deorum. Secundo fiebat hoc vt ipse populus magis instrueretur: nam populus vacabat laboribus suis, siue apud gentes, siue apud Iudeos, & modicum sciebat de cultu deorum: vel qualiter dirigi oporteret sine vitam: & si oes sic vacarent, esset totus populus ignorans: debebant ergo sacerdotes esse qui soli huic ministerio occuparentur: vt perfecte cognoscere possent quid circa cultum Dei fieri oporteret, & qualiter vita dirigenda esset: & isti docere possent populum ignorantem. Tertio oportebat fieri specialem ministrorum electionem, vt isti soli huic officio adaptarentur, nec vacaret alijs officijs prophanis: & hoc quia indignum est, qd qui res diuinas administrabat, prophanis postea ministracionibus misceretur. Etiam quia per administrationem actionum prophanarum maculam aliquam incurreret ministri: & sic non debebant occupari in illis: ergo debuissent aliqui ministri specialiter ad hoc assignari esse, vt nullis alijs occupationibus miscerentur: ita etiam determinatio ministrorum, ad hoc etiam specialiter semper fuit in Israel & in alijs gentibus, sed in alijs gentibus vt communiter ipsi qui primogeniti erant, sacerdotio fungebantur: licet aliquando quicumque ad sacerdotium admiscerentur, vt patet de Hebraeis qui colebant idola, & obseruabant in hoc ritus gentium: nam sacerdotes adducebant vel quoscunq; volentes fieri recipiebant: de primo patet Iudi. 8. cap. de Michaa habente idolum in monte Ephraim & conduxit sacerdotem Bethleemitem, vt ministraret coram illo idolo: de secundo patet 3. Regum cap. 13. cum dicitur: quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum: apud Hebraeos autem fideles fuerat consuetudo, vt primogenitus quilibet sacerdotio fungeretur: & veniebat sacerdotalis dignitas cum iuribus primogeniturae. Durauit autem hoc temper do nec Deus repulit omnes primogenitos Israel, quia totus Israel crimine idolatriae maculatus fuerat: & elegit totam tribum Leuiticam, vt seruiret ei loco primogenitorum totius Israelis: vt patet Nu. 3. cap. vbi mandauit Deus computari omnes primogenitos filiorum Israel, & pro eis accepti sunt ad seruendum Deo omnes Leuitae: & quia plures fuerunt primogeniti in duodecim tribubus Israel quam in tota tribu Leuitica essent: datum fuit precium pro illis primogenitis, scilicet, pro quolibet quinque sicut. Istitis autem omnibus Leuitis sic in ministerium Dei segregatis prouidit Deus sustentationem, scilicet, vt reciperent iura pertinentia ad Denum, scilicet decimas, & primitias, & partes sacrificiorum: & omnia

Oportet dari ministros ad curam diuini cultus.

Quid dicit Arist. de sacerdotibus antiquorum.

Obiectio.

Responsio.

alia iura quae latius explicantur Nume. 18. cap. & ratio erat quod a populo reciperent sustentationem: quia a populo positi erant ad seruendum: nam persona publica debet viuere de sumptibus publicis: sacerdotes autem & omnes alij Leuitae assignati ad ministerium Dei erant personae publicae cum loco totius communitatis positi essent: nam tota communitas, scilicet quilibet de communitate tenebatur Deo maiorem cultum exhibere, & quia non poterant impediri occupationibus circa procurandam necessarium ad vitam, ponebant loco sui illam tribum totam, quae ministraret: etiam quia ipsa communitas ponebat omnes istos: sic enim apud gentes dabatur sacerdotibus victus, & omnia ad vitam necessaria de publicis expensis, vt patet inter Aegyptios, qui sacerdotibus suis de horreis publicis frumenta ministrabant, & terrae eis a communitatibus assignatae fuerant: ideo cum alij de Aegypto tempore famis vendere terras suas coacti sunt, & demum ex gratia eas censuales receperunt: sacerdotes tamen ab his conditionibus liberi manserunt, vt patet Gen. 47. cap. sic etiam ponit Arist. in 8. Ethic. fieri inter antiquos gentes sacrificia ad deos & dari primitias: istae autem primitiae ad usum proueniunt: nam dici nullo modo possent quod istae primitiae ad sacrificia erant: quia fruges & fructus arborum non sunt aliquid sacrificabile. antecedens patet in 8. Ethic. cum dicitur: sacrificia facientes & circa has congregationes honoresque tribuentes dijs: & sibi ipsis requiem acquirere cum delectatione: antiqua enim sacrificia & congregationes videtur fieri post fructuum collectiones: vt puta primitiae: maxime enim in his vacabant temporibus: Leuitae ergo qui ista iura a populo recipiebant, non habebant haereditatem cum populo, sed Deus erat fors eorum, vt patet hic & Nume. 18. Et si arguas quod Leuitae susciperent haereditatem cum alijs, quia recipiebant quadraginta octo ciuitates, vt patet Nume. 35. cap. Respondetur quod non suscipiebant Leuitae haereditatem cum reliquo populo, quia haereditas cuiuslibet tribus dicebatur esse fors sua: est autem fors quadam magna terrae pars in prouincia Chanaan continens ciuitates, villas, & oppida, atque vicinos, & agros: & aliam terram ad plantandum vel aliquid alterum faciendum: Leuitae autem non habebant hoc: nam quilibet de alijs tribubus habebat duo, scilicet loca ad habitandum, & totam terram in circuitu ad colendum: Leuitae autem loca ad habitandum suscipiebant, ad colendum autem nihil, vt patet Nume. 35. cap. Item quia haereditas erat in habendo ius fortiendi cum alijs tribubus: tribus autem Leuitica non habebat ius fortiendi cum alijs tribubus: sed si aliquas ciuitates habebat, illas suscipiebat quasi in elemosinam a ceteris tribubus fratrum suorum: quilibet autem aliarum tribuum habebat ius fortiendi: ideo haereditatem illa habebant.

Quare Leuitica tribus non accepit haereditatem cum alijs. Quaes. I I.

Quare autem tribus Leuitica quae nec computatur in tribus, non accepit haereditatem cum alijs, causa duplex est. Prima quia Deus dabat eis sufficienter ad victum omnia necessaria in decimis, & primitijs, ceterisque iuribus: non ergo indigebant aliqua alia haereditate: & ista causa redditur in litera cum dicitur: & nihil aliud accipiant de possessione fratrum suorum: Dominus enim ipse est hereditas eorum: etiam quia cum illi reciperent a populo multa iura propter esse sacerdotes, si rursus cum alijs tribubus diuiderent terram, magnam facerent eis iniuriam diminuendo eorum

Alpha. Tosi. super Deuter.

possessionem, cum aequaliter reciperent, & rursus ab eis tanta iura sacerdotalia haberent: nam hoc modo Leuitae in immensum ditarentur. Secunda ratio fuit propter ministerium quod exercebant: nam tam sacerdotes quam leuitae habebant ministracionem in his quae pertinebant ad sanctuarium: si autem cum alijs tribubus sortem recepissent, haberent ciuitates & terras ad colendum, & acciperent in agricultura sicut aliae tribus, & non possent continuo Deo ministrare, aut saltem multo tempore, quod tamen requirebatur tam in sacerdotibus quam Leuitis: solum ergo datae fuerunt eis ciuitates in quibus morarentur: & in circuitu mille passus territorij ad pasendum greges suos, & struendas piscinas, aut natoria, vel lacus ad multas necessitates, agrorum autem colendorum locus eis nullus tradebatur de hoc Nume. 35. Si autem queras quare istae ciuitates quadraginta octo quae Leuitis datae sunt, non fuerunt simul in vna parte terrae ita quod omnes Leuitae morarentur sic vniti in Israel, & non essent dispersi. Respondetur quod istae ciuitates quadraginta octo datae fuerunt eis in quibuslibet tribubus, ita quod quilibet tribus daret aliquas ciuitates: qui plures ciuitates haberet, multas daret: qui vero paucas haberet, tribueret pauciores. Et ratio huius multiplex est. Prima vt non viderentur ipsi Leuitae habere sortem per se sicut ceterae tribus habebant: quod tamen satis videretur si per se habitarent. Secunda erat vt Leuitae docerent alias tribus: nam aliae tribus cum vacarent laboribus corporalibus, non poterant vacare studio legis: Leuitae autem quia non occupabantur agricultura, vel alijs similibus operibus, poterant vacare quantum vellent studio sacrae scripturae: & vacabant, & hi tenebant synagogas per alias ciuitates conuicinas aliarum tribuum: quod tamen conuenienter fieri non posset, si Leuitae aliquam partem terrae Chanaan per se acciperent. Tertia ratio est propter decimas recipiendas, quia per singulas ciuitates euntes recipiebant decimas ab omnibus de alijs tribubus: si tamen segregati manerent, labor eis esset tantum discurrere ad recipiendum decimas. Quarta ratio propter ciuitates refugij: quia ciuitates refugij erant de vrbibus quae dabantur Leuitis, vt patet Nume. 35. & istae debebant esse aequidistantes a medio regni illius, vel quasi aequidistantes, vt in quacunque parte terrae illius qui esset, haberet aliquam ciuitatem de illis propinquam: quod tamen non contingeret, si omnes illae essent simul in eadem parte terrae promissionis: Quinta etiam videbatur esse propter sanctuarium, quia sanctuarium mutabatur per diuersas partes terrae promissionis, vt declaratum fuit Exodi 12. cap. Si autem omnes Leuitae in eadem parte terrae promissionis habitarent simul: licet aliquando omnes propinqui essent loco sanctuarij, alio tamen tempore omnes multum distaret. Haec autem rationes aliquantulum sunt apparatus: radicalis tamen est haec quae sequitur, scilicet quod ideo dedit eis Deus ciuitates inter alias tribus, vt modicum danum esset alijs populis aliarum tribuum: nam dādo sic ciuitates Leuitis in terra aliarum tribuum, solum adimebantur illa loca habitationis alijs tribubus: non tamen adimebatur terra in circuitu illarum ciuitatum: quia ciuitates datae Leuitis solum habebant in circuitu mille passus, vt patet Nu. 35. reliqua autem terra manebat pro illa tribu in cuius terra erant tales ciuitates: si autem essent Leuitae simul, & haberent 48. ciuitates simul, sicut habebant eas diuisim, magnam terram occuparent: & manerent inter istas ciuitates magna spacia ad colendum, & haec subtraherent possessioni aliarum tribuum: non maneret aliquod spaciū circa ciuitates Leuitarum, N 3 & si

Sacerdotes erant de genere Aaron: Leuita de tribu Leui.

Et si simul essent non possent alia tribus ire ad colendum terram iacentem inter ciuitates Leuitarum, quia multum distarent a locis earum; etiam quia talia spacia multa inter ciuitates Leuitarum multum noceret ciuitatibus ipsorum Leuitarum, & aliarum tribuum: quia multiplicarentur ibi bestia propter non coliterra, nec pertransiri ab hominibus. Non habebunt sacerdotes & Leuita. Sacerdotes erant ipsi qui erant de genere Aaron, scilicet descendentes ab eo per omnes filios suos: quia omnes filij sui sacerdotes fuerunt, vt patet Exodi 28. & 29. & colligitur Leui. 6. & 8. atque 9. & 10. cap. Et isti ministrabant in ministerijs atrij, & tabernaculi, vt superiori cap. declaratum est. Leuita sunt illi qui erant de stirpe Leui sed non de Aaron, scilicet familia Chaatitarum, & Gersonitarum, atque Meraritarum, vt patet Num. 3. cap. & isti seruebant in deportandis oneribus secundum distinctionem ministeriorum quae habetur Numeri 3. & 4. cap. nec possunt accipi hic Leuita prout designant tribum: quia distinguuntur contra sacerdotes: sacerdotes tamen de stirpe Leui sunt.

Et omnes qui de eadem tribu sunt. Istud ponitur quasi ex lupo. abundant; quia tota tribus Leui sufficienter distinguebatur in sacerdotalem dignitatem & Leuiticam: sed vt clarus esset, posuit hanc determinationem vniuersalem ad sciendum quod nullus fuerit in tribu Leui, qui hac lege non comprehendatur. Partem. Scilicet sortem quia diuidebatur terra in duodecim partes siue sortes: & postea ponebantur sortes ad distribuendum cuiuslibet tribui partem vnam: & de his nullam accipiebat tribus Leui: nam tunc tredecim sortes ponerentur: quia hoc modo computaretur Leuitica familia pro vna tribu connumeranda contra alias tribus.

Et hereditas cum reliquo Israel. Hereditas dicitur quia ille cuius hereditas est, habet ius in illud: & sic omnes duodecim tribus habebant hereditatem: quia habebant ius sortendi terram illam promissam inter se. Quia sacrificia Domini. Hic subiungitur causa: quasi dicat quod alia tribus non habebant aliquid de quo se sustentarent nisi culturam terre: ideo sortiri debebant terram inter se: Leuita autem habebant iura sacerdotalia ex quibus se poterant sustentare, & non indigerent alia sorte: sacrificia Dei comedunt sacerdotes, & non Leuita: ad Leuitas enim solum pertinebant decima totius Israel: has enim ipsi soli suscipiebant, & nihil de eis dabatur sacerdotibus, praeter hoc quod illam decimam suscepit ipsi Leuita iterum decimabant, dantes decimam eius sacerdoti magno vt patet Num. 18. cap. sacerdotibus autem alia iura cedebant quae in duobus computantur, scilicet in sacrificium & oblationem: pertinebat enim ad sacerdotes omne sacrificium filiorum Israel: & quia quadam erant holocausta, quadam pro peccato, & quadam pacifica: ita diuerso modo pertinebat de eis aliquid ad sacerdotem: nam de holocaustorum carnibus nihil ad sacerdotem pertinebat, sed totum cremabatur, vt patet Leuit. 1. cap. inde enim holocaustum dictum est: pellis autem eius solum pertinebat ad sacerdotem, qui immolabat, & offerebat illud, vt patet Leuit. 7. cap. Si autem esset sacrificium pro peccato, aut de sanguine eius inferebatur in tabernaculum, aut non: si autem inferebatur de sanguine eius in sanctuarium, nullus comedebat de carnibus eius, sed totum comburebatur igni cum pelle, cornibus, & fimo, vt patet Leuit. 6. cap. quando autem in hostia pro peccato inferri debebat sanguis in tabernaculum, vel quando non, patet Leuit. 4. & 5. cap. Si autem non inferebatur sanguis intra tabernaculum, cedebat tota in ius sacerdotum, vt comederent eam praeter caudam, &

duos rensculos, & pinguedinem quae operit vitalia, vt patet Leuitici septimo cap. si autem esset hostia pacifica, solum cedebat in ius sacerdotis armus dexter, & pectusculum, vt patet Leuitici octauo cap. habebant etiam sacerdotes omnes oblationes factas de clibano vel sarragine, praeter aliquid modicum quod Deo incendebatur, vt patet Leuit. 2. & 6. cap. habebat etiam primitias frugum, & fructuum ad cibum suum, habebat etiam omnes separationes quae vocantur primitiae, id est partes meliores vel magis electae, siue medulla tritici, & vini, & olei: etiam omnia quae ex voto dabantur Deo, cedebant in ius sacerdotum nisi essent animalia quae uocabantur ad immolandum, in quibus tenebatur regula supra assignata: etiam habebat in ius suum omnia quae dabantur in redemptione pro primogenitis hominum, scilicet pro quolibet quinq; sicli, vt patet Num. 3. cap. habebant etiam omnia primogenita pecorum immolabilem, ita quod funderet sanguinem eius per cornua altaris: & quod carnibus ipsi vescerentur: de his omnibus Num. 18. cap. vbi catalogus iurium sacerdotum & leuiticorum: de his autem aliqua iura tanguntur infra.

Quia sacrificia, donum, & oblationes eius comedent. Per sacrificia intelliguntur omnes victimae de quibus aliquid ius habebant sacerdotes, vt patet Num. 18. cap. & infra. per oblationes autem intelliguntur omnes primitiae, & vota, & donaria quae non sunt de re immolatica: & haec pertinent ad sacerdotes: intelliguntur etiam decimae, quia in modum oblationis dantur, & ista pertinent ad Leuitas, vt patet Numeri 18. cap.

Nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Id est de possessione aliarum tribuum.

Domini enim ipse est hereditas eorum. Id est ea quae dantur eis pro Domino, sunt eis loco possessionis, scilicet sacrificia & oblationes. Sicut locutus est eis. Ista verba frequenter eis dicta fuerunt, vt patet Num. 18. & 35. cap. & multoties alibi.

Hoc est iudicium sacerdotum a populo. Id est istud est ius siue redditus quae sacerdotes recipiunt a populo.

Et ab his qui offerunt victimas. Sunt duo iura, quaedam iura sunt quae dantur communiter ab omnibus de populo, vt decimae, & primitiae: & ista quilibet tenebatur dare: sunt alia specialia iura quae voluntarie dantur, vt pars victimarum: quia nullus cogitur offerre.

Hoc est iudicium sacerdotum. Id est hoc est quod ordinarie, & de iure debet recipere sacerdotes ab alijs:

A populo. Haec erant duo iura, quoddam quod erat de necessitate & erat commune omnibus, scilicet reddere primitias vini, & olei, & aliarum rerum terrae nascentium, & partem lanarum ex torsione pecorum: quilibet enim qui in toto Israel aliquid possidebat ex quo ista iura solui possent, dabat omnia ista: ideo dicitur a populo, id est ab omnibus Iudaeis qui importantur nomine populi: quia populus omnes includit.

Alia erant iura debita sacerdotibus, quae non erant necessaria, vt dare sacerdoti armum, & ventriculum: nam licet ista ex praesuppositione necessaria erant, scilicet si aliquis vellet offerre sacrificia, cogebatur dare ista sacerdotibus: non tamen cogebatur aliquis offerre nisi essent victimae pro peccato, in quibus conficito de delicto cogebatur aliquis impendere animal immolandum pro delicto suo iuxta qualitatem delicti: & quia hoc erat in praedictum ipsius quodammodo eo, quod peccauerat: licet alias in remissionem delicti essent: de quo Leuit. 4. & 5. & 22. cap. ideo non dicebant dari ista iura a populo, quasi ab omnibus de populo traderetur, sed ab his qui offerunt victimas, id est

Duo sunt iura sacerdotum.

Quare nunquam fit mentio de genis.

id est si aliquis vellet offerre victimas. cogebatur dare ista sacrificia: alias vero non. Dabunt sacerdoti. Scilicet sacerdoti qui offerebat adipem adolendo illum coram Domino: & qui sanguinem fundebat per cornua altaris, & ad basem eius: non tamen dabantur ei omnia ista iura, sed dabantur omnia haec Aaron, & filijs eius, id est sacerdoti magno cum alijs minoribus: armus tamen dexter hostiae immolatae specialiter dabatur ipsi sacerdoti offerenti sanguinem, & adipem, de his dicitur Leuit. 3. cap. pectusculum autem erit Aaron & filiorum eius: armus quoque dexter de pacificorum hostijs tender in primitias sacerdotis qui obulerit sanguinem & adipem filiorum Aaron: & ipse habebit armum dextrum in portione sua: vocatur tamen hic sacerdos singulariter non tanquam sit vnus aliquis sacerdos cui omnia ista dari debebant, sed ponitur sacerdos pro toto sacerdotali ordine: quia omnibus conueniebant ista. Siue bouem siue ouem immolauerit.

An sit intelligendum generaliter de omni sacrificio, quod sacerdotibus dabatur armus & ventriculus.

Quaest. III.

NON est intelligendum generaliter quod de omni sacrificio darentur eis armus, & ventriculus: quia de holocaustis nihil sacerdotes habebat nisi pellem, vt patet Leuitici 6. cap. quia carnes cum intestinis lotis, caput, & pedes, & vniuersa cremabantur, vt patet Leuit. 1. cap. In sacrificijs pro peccato si inferebatur de sanguine eorum intra sancta sanctorum, nihil de carnibus comedebatur: sed carnes cum pelle cornibus, & fimo comburebantur extra castra, vt patet Leuit. 6. & 10. c. si autem non inferebatur sanguis intra sancta sanctorum, totam comedebant sacerdotes praeter caudam & adipem cum renunculis, quae immolabantur Domino, vt patet Leuit. 6. cap. de hostia autem pacifica dabatur Deo renes adipes, & renunculi, sacerdotes pectusculum & armum recipiebant: offerentes autem ceteras carnes comedebant: ideo de sola victimae pacifica intelligitur ista litera. Armus ac ventriculus. In Hebraeo ponuntur tria, scilicet: Armus, ventriculus, & gena. Hic autem duo solum de pectusculo non fit hic mentio, sed sepe dictum est quod pertinebat ad ius sacerdotum, vt patet Leuit. 7. & Num. 18. de genis nusquam fit mentio in Hebraeo nec in litera nostra nisi hic in litera Hebraea. Et volunt Hebraei quod dantur ista tria propter Phinees sacerdotem. datur armus siue brachium, quia in fortitudine brachij sui percussit Zambriam madianitidem.

Datur ventriculus, quia percussit eos in loco ventrum, vbi nos dicimus per genitalia.

Dantur gena quia has mouet sacerdos in orando pro offerente.

Sed non multum patent istae adaptationes: quia in monte Synai per quadraginta annos fere antequam Phinees percuteret coeuates, iura sacerdotalia ordinata sunt: licet non fuerint ibi expressa omnia quae hic exprimuntur. Nicolaus dicit quod armus & pectusculum dantur, quia in eis erant quadam ossa quibus ad maleficia idolatrae vtebantur: sed eadem ratione armos & pectuscula in alijs animalibus non immolatis comedere non deberet, sed dare sacerdotibus. Item hoc nihil proderat: quia solis ossibus & non carnibus ad illa maleficia isti indigebant: quae satis copiose habere possent etiam si de carnibus non gustaret: ideo dicendum quod ista magis sunt ad voluntatem, non enim facta sunt omnia ad significationem sed principalia. De istis ergo partibus quae dabatur sacerdotibus forte dicendum est: quia istae meliores erant quam aliae quae manebant praeter eas quae immolabantur: nam in holocaustis omnia incendebantur: in pacificis autem vbi dabantur ista, offerebatur Domino tota aruina quae operiebat vitalia, & duo renunculi, & renes duo, id est lumbi: quia istae sunt carnes grossae & meliores ad adolendum: de ceteris autem manentibus nullae carnes meliores videbantur quam armus, & pectusculum, & dabantur sacerdotibus. Sed adhuc litera nostra non concordat literae Hebraeae: quia in litera Hebraea ponuntur tria: & in litera nostra ponuntur duo: etiam quia ipsa duo quae ponuntur in litera nostra, non sunt ea quae ponuntur in litera Hebraea. Respondetur quod eadem sunt ea quae ponuntur hic, & in litera Hebraica: nec est putandum quod gene dareretur sacerdotibus, sed solum armus dexter & pectusculum: quia ista duo solum ponuntur in alijs locis, vbi ponuntur iura sacerdotalia in sacrificijs, vt patet Leuit. 8. & Num. 18. cap. vbi videtur fieri praeciso ex modo loquendi: quia ista sola sunt quae dari debeant sacerdotibus de sacrificijs pacificis. Licet autem in litera Hebraica ponantur gena: non est intelligendum quod gena dareretur, quia accipiuntur hic gena secundum metaphoram pro quibusdam partibus adhaerentibus armo & pectusculo, & vocantur gena: quia sicut gena in vultu hominis mouentur, ita illae partes mouentur circa armum & pectusculum: quia sunt partes delicatae & tenues modicum carnositatis habentes quasi pellis: & hoc notauit litera nostra cum dixit, ventriculus, quia armus, & pectusculum continuantur quibusdam partibus satis delicatis circa ventrem, quae vocantur ventriculus, & est sensus. Armus & ventriculus. Id est armum cum suo ventriculo qui est quadam pars delicata adhaerens armo: eodem modo intelligitur de pectusculo cum ventriculo suo: licet non expressit cum hoc notissimum esset: quia ista duo iura pertinent semper ad sacerdotem qui offerebat, & ad alios Primitias vini. Hic ponuntur tria quae dabantur a toto populo, primitiae de necessitate erant: sed quantitas non erat determinata secundum legem, vt nunc in Christianos non est, sed dicunt quod aliqui dabant quadragesimam, aliqui quinquagesimam: aliqui sexagesimam partem secundum quod erant magis vel minus deuoti: vt declarat Hieronymus super Ezech. & habetur extra de decimis. c. primo. de quibus diximus supra 12. cap. & ibi vide. Frumenti, vini, & olei. Solum ponuntur hic tria de quibus dabatur primitiae: sed non solum dabantur de istis, sed etiam de quinque alijs: vt supra diximus supra 8. cap. Et lanarum partem ex ouium tonsione. Daretur ista lana in decima: quia ex ea decimam dare tenebantur, cum computentur inter fructus quolibet anno nascentes etiam daretur primitia de lana. Ipsum enim elegit. Id est sacerdotum congregationem: hic reddit rationem eorum quae dicta sunt, scilicet quare ista iura dari debebant sacerdotibus: & respondetur quod quia Deus elegit sacerdotes ad ministrandum sibi, debent eis dari ista: quasi dicat, cum Deus poneret sacerdotes vt ministrarent ei, debebat eis dare sustentationem: quia non poterant vacare alijs ministracionibus acquisitionis: nam qui altario seruit de altari vivere debet: vt ait Apostolus prima ad Corinth. 9. cap. & patet extra de praebendis. cap. cum secundum Apostolum, & ista sacrificia quae dabantur, pertinebant ad Deum: volebat ergo Deus quod haec darentur eis, & ne forte dicitur quod Deus non mandabat ista, subiunctum est, quod ipse est qui elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, id est quia ipse elegit eum debebat ei prouidere de victu sufficienti. Causa autem quare separa-

dotibus forte dicendum est: quia istae meliores erant quam aliae quae manebant praeter eas quae immolabantur: nam in holocaustis omnia incendebantur: in pacificis autem vbi dabantur ista, offerebatur Domino tota aruina quae operiebat vitalia, & duo renunculi, & renes duo, id est lumbi: quia istae sunt carnes grossae & meliores ad adolendum: de ceteris autem manentibus nullae carnes meliores videbantur quam armus, & pectusculum, & dabantur sacerdotibus. Sed adhuc litera nostra non concordat literae Hebraeae: quia in litera Hebraea ponuntur tria: & in litera nostra ponuntur duo: etiam quia ipsa duo quae ponuntur in litera nostra, non sunt ea quae ponuntur in litera Hebraea. Respondetur quod eadem sunt ea quae ponuntur hic, & in litera Hebraica: nec est putandum quod gene dareretur sacerdotibus, sed solum armus dexter & pectusculum: quia ista duo solum ponuntur in alijs locis, vbi ponuntur iura sacerdotalia in sacrificijs, vt patet Leuit. 8. & Num. 18. cap. vbi videtur fieri praeciso ex modo loquendi: quia ista sola sunt quae dari debeant sacerdotibus de sacrificijs pacificis. Licet autem in litera Hebraica ponantur gena: non est intelligendum quod gena dareretur, quia accipiuntur hic gena secundum metaphoram pro quibusdam partibus adhaerentibus armo & pectusculo, & vocantur gena: quia sicut gena in vultu hominis mouentur, ita illae partes mouentur circa armum & pectusculum: quia sunt partes delicatae & tenues modicum carnositatis habentes quasi pellis: & hoc notauit litera nostra cum dixit, ventriculus, quia armus, & pectusculum continuantur quibusdam partibus satis delicatis circa ventrem, quae vocantur ventriculus, & est sensus. Armus & ventriculus. Id est armum cum suo ventriculo qui est quadam pars delicata adhaerens armo: eodem modo intelligitur de pectusculo cum ventriculo suo: licet non expressit cum hoc notissimum esset: quia ista duo iura pertinent semper ad sacerdotem qui offerebat, & ad alios Primitias vini. Hic ponuntur tria quae dabantur a toto populo, primitiae de necessitate erant: sed quantitas non erat determinata secundum legem, vt nunc in Christianos non est, sed dicunt quod aliqui dabant quadragesimam, aliqui quinquagesimam: aliqui sexagesimam partem secundum quod erant magis vel minus deuoti: vt declarat Hieronymus super Ezech. & habetur extra de decimis. c. primo. de quibus diximus supra 12. cap. & ibi vide. Frumenti, vini, & olei. Solum ponuntur hic tria de quibus dabatur primitiae: sed non solum dabantur de istis, sed etiam de quinque alijs: vt supra diximus supra 8. cap. Et lanarum partem ex ouium tonsione. Daretur ista lana in decima: quia ex ea decimam dare tenebantur, cum computentur inter fructus quolibet anno nascentes etiam daretur primitia de lana. Ipsum enim elegit. Id est sacerdotum congregationem: hic reddit rationem eorum quae dicta sunt, scilicet quare ista iura dari debebant sacerdotibus: & respondetur quod quia Deus elegit sacerdotes ad ministrandum sibi, debent eis dari ista: quasi dicat, cum Deus poneret sacerdotes vt ministrarent ei, debebat eis dare sustentationem: quia non poterant vacare alijs ministracionibus acquisitionis: nam qui altario seruit de altari vivere debet: vt ait Apostolus prima ad Corinth. 9. cap. & patet extra de praebendis. cap. cum secundum Apostolum, & ista sacrificia quae dabantur, pertinebant ad Deum: volebat ergo Deus quod haec darentur eis, & ne forte dicitur quod Deus non mandabat ista, subiunctum est, quod ipse est qui elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, id est quia ipse elegit eum debebat ei prouidere de victu sufficienti. Causa autem quare separa-

Tria quae a toto populo dabantur sacerdotibus.

ti fuerunt specialiter aliqui ministri in cultum Dei, & quare elegerit tribum Leuiticam supra dictum est & infra tangetur. *Elegit autem sacerdotem Deus de cunctis tribubus.* Id est sacerdotalem ordinem totum: & pater quia si vnus sacerdos esset, illi darentur ista iura: & post mortem eius nulli darentur: etiam quia dicitur de cunctis vrbibus tuis: si autem vnus sacerdos ille esset, qui hic signatur, non diceretur electus de cunctis vrbibus sed de tribu Leui de inter ceteros sacerdotes siue Leuitas: sed dicitur quod fuit electus de cunctis tribubus: ergo referendum est ad tribum Leuiticam totam: vel saltem ad familiam Aaron, quae quasi erat tota tribus Leui cum esset magna pars eius & dignior: & ista electio facta fuit cum singulae tribus postuerunt virgas suas, & virga Aaron frondit, vt pater Num. 17. cap. & illa erat electio vnus tribus inter multas tribus, & non vnus viri in vna tribu. Si autem obijcias quia dicitur hic ipse & filij eius. nam si esset totus ordo sacerdotalis non diceretur filij eius: quia ipsi filij sacerdotum sunt pars sacerdotum cum ipsi sint sacerdotes: & sic dicitur tolli inconueniens, scilicet, q non deberentur vni sacerdoti omnia iura, quia licet non deberentur omnia vni sacerdoti, tamē debebātur ei & filijs suis qui erat totus ordo sacerdotalis. Respondetur q sacerdos qui hic accipitur licet pro tota congregatione sacerdotum stet, quia omni- bus sacerdotibus simul debebantur ista iura: tamē sacerdos iste vnus erat: non tamen erat vnus determinate, ita q posset assignari aliquis sacerdos de quo ista dicantur. Forte dices q iste sacerdos fuit Aaron qui fuit primus sacerdos ceteris dignior, & ab eo inceperunt ista iura pro eo & omnibus filijs eius vsque in sempiternum: etiam quia dicitur in litera quod ipse est quem elegerit Dominus de cunctis tribubus tuis: hoc autem de Aaron verum est, quia loco eius posita fuit virga coram Domino, & Dominus fecit virgā eius frondere: elegitque eum cum posteritate sua. Sed hoc non potest stare: quia ista dicebat Moyfes anno quadragesimo ab exitu de Aegypto in mense vndecimo, vt patet supra primo cap. Aaron iam mortuus erat, nam in anno quadragesimo mense quinto eiusdem mensis mortuus est, vt patet Nume. 33. cap. Si autem dicas quod hoc referatur ad Eleazarum filium Aaron qui tunc erat sacerdos. nam eodem anno mortuus fuerat Aaron, & coram eo factus fuit sacerdos Eleazarus vt patet Num. 20. cap. & intrauit in terram promissionis. Sed adhuc dicit aliquis quod haec responsio non stat: quia ista iura erant danda in terra Chanaan cum pacifice possiderent eam, vt patet supra 12. cap. Moyfes autem nesciebat vtrum tantum tempus victurus esset Eleazarus: ergo dicere nō poterat quod darentur ei iura ista & postea filijs suis. Respondetur quod falsum praesupponitur: nam Moyfes sciebat quod Eleazarus ingressurus esset in terram Chanaan, & satis magno tempore victurus: vt colligitur ex verbis Dei quae ad Moysem dicta sunt. Nume. 27. cap. scilicet pro hoc siquid agendum erit Eleazar sacerdos consulat Dominum: & loquitur de Iosue pro quo orare debebat Eleazar, vel consuleret dominum, quando aliqua bella agenda essent, vel aliqua alia dubia essent: ex quo innuitur quod cū ipso ingressurus erat in terram Chanaan, & consulturus dominum pro eo in omnibus necessarijs: etiam dato quod non appareret ex loco illo, satis ex hoc loco apparet. nam ista verba erat loquebatur Moyfes a seipso, sed a Deo inspirante & erudiente: ideo cum in eis signaretur Eleazarus victurus post multos adhuc annos, dato quod Moyfes hoc aliunde non nouisset, satis ex hoc intelligebatur: sed ex alia radice non potest stare ista assignatio, scilicet, quod iste sa-

cerdos sit Eleazarus: nam non est ipse quem Dominus elegit de alijs tribubus, sed Aaron est, qui electus fuit, vt patet Num. 17. cap. Et si dicas quod cum Deus elegit Aaron, elegit etiam Eleazarum qui erat filius Aaron. Respondetur quod hoc modo non solum Eleazarus electus a Deo dicitur: sed etiam omnes de stirpe Aaron eadem ratione. Et sic dicendum est, quod sacerdos qui hic accipitur, est sacerdos magnus, & quocunque tempore. nam illi & filijs suis dabantur ista iura omnia: & illi sacerdoti dicebantur dari, quia principalis dabatur illi & pro maiori parte: & patet etiam quia dicitur hic, vt ministrat ipse & filij eius: ministratio nāque principaliter ei attribuitur. *De cunctis tribubus tuis.* Noluit Deus aliquam de alijs tribubus ministrare: quia in adoratione vituli omnes praeter Leuiticam contaminatae fuerant. *Vt stet & ministrat ipse & filij eius in sempiternum.* Ipse vnus sacerdotum signat: sed ista non referuntur ad vnum sed ad omnes sacerdotes, quia de hoc omnes aequaliter recipiebant. Et si dicas quod potest intelligi ly. ipse pro sacerdote magno. Respondetur quod non potest stare: quia ista iura non solum debebātur summo sacerdoti, sed etiam alijs. decimatio autem de decimis debebatur summo sacerdoti, vt patet Nume. 18. cap. Respondetur tamen quod iste demonstrat summum sacerdotem: non tamen quod ei debebātur omnia ista iura, sed ipsi cum filijs suis: sicut ministrat cum filijs suis. *Si exierit Leuites.* Hic ponitur secundum de sustentatione sacerdotum in speciali. *Si exierit Leuites.* Manebant Leuitae dispersi per ciuitates habitationis suae: & raro venire debebant ad locum sanctuarij: quia iam non ferebant onera sicut in solitudine quadraginta annis conseruerant: aliqui autem ex deuotione venire volebant ad seruendum specialiter in sanctuario, & istis dabatur pars de oblationibus, & alijs quae pertinebant ad sacerdotes: & sic fuit de Samuele, quem mater sua vouit vt seruiret semper in tabernaculo coram Domino, cum tamē esset de Leuitis.

De officio Leuitarum quale erat. Quest. IIII.

SCIENTIUM quod Leuitae habebant in officium datum sibi a Moyse vt portarent ipsum tabernaculum, & omnia quae erant in eo iuxta diuisiones factas Nume. 3. & 4. cap. & quia ista ministratio erat virorum robustorum, assumebantur ad seruitium anno. viginti quinque, vt patet Numeri octauo cap. & cum essent annorum quinquaginta, cessabant a ministerio: cum autem Deus dedit quietem tabernaculo, ita quod manere deberet in vno loco, nec ad mouendum illud requirebatur ministerium Leuitarum, elegit Dauid Leuitas ad ministerium domus Domini minoris aetatis, scilicet in anno vigesimo, & ista causa ponitur primo Paralip. 23. cap. cum dixit Dauid, requiem dedit Deus populo suo, & habitationem Hierusalem vsque in aeternum: nec erit officij Leuitarū vltra vt portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandū: iuxta praecpta Dauid quoque nouissima supputabitur numerus filiorum Leui a 20. annis, & supra: erant autē multa officia necessaria in tabernaculo Dñi posita eo in templo Salomonis: nā necessaria erat aquarū cōportatio, & lignorum ad sacrificia, & alias necessitates sanctuarij: sed ista officia nō pertinebāt ad Leuitas: nam Amorrhæi qui erant de Gabaon, & alijs ciuitatibus propinquis, qui venerūt in fraude ad Iosue & castra Israel, portantes vestimenta attrita, & calciamenta, & vtres resectos,

De sacerdotum sustentatione in speciali.

resectos, vt obtinerent pacem ab Israel: cognito autē q essent de terra Chanaan propter iuramentum quod Israelitae praestiterant, non occiderunt eos, sed subiecerunt ad perpetuam seruitutem tabernaculi siue sanctuarij, vt cedant ligna, & comportent aquas: Leuitae ergo erant ad alia ministeria, scilicet vt essent ianitores domus domini, & vt essent cantores, & praesent alijs ministracionibus, quae erant dispositivae ad sacrificium, sicut erat in chortis qui praerāt his, quae frangebantur in fartagine: etiam erant custodes thesaurorū, & quoridam aliorum officiorum, de quibus primo Paralip. 23. & 25. & 26. isti autem Leuitae non seruebant omnes simul: ita q omni tempore staret omnes ad seruiendum, qa tunc necessariū erat morari omnes in loco sanctuarij, & non oportebat eis dari ciuitates. 48. vt patet Nume. 35. cap. etiam non poterat hoc esse, quia non caperentur omnes in loco sanctuarij: ideo dicendum, q seruebāt per vices suas, vt patet primo Paralip. 23. & 25. atque 26. cap. & alijs temporibus manebant in oppidis, & ciuitatibus suis: cum autem ministrandi fors secundum tempora aduenisset, veniebat quilibet in locum sanctuarij, & manebat ibi toto tempore ministracionis, deinde redibat in ciuitatem suam: isti autem Leuitae, de quibus nunc dicitur hic, erant qui volebant praeter tempus fortis suae manere in loco sanctuarij seruiendo, vt si aliquis vellet ministrare tota vita, sicut Samuel, & isti recipiebant necessaria ad cibum in sanctuario, sicut alij Leuitae, qui erāt seruientes iuxta ordinem sortis suae. *Si exierit Leuites.* Deuotione motus. *De vna vrbium suarum.* Quae erant dispersae in terra omnium tribuū: quia tribus cui plures ciuitates contigerant, dabant Leuitis plures ciuitates, vt patet Num. 35. cap. *Desiderans locum quem elegit Dominus.* Id est locum in quo est sanctuariū, vt ibi specialiori modo ministrat coram domino: si autem veniret ad aliquam negociationem, nihil ei daretur de sacrificijs, vel iuribus sacerdotum. *Sicut omnes fratres eius Leuites, qui stabunt eo tempore coram domino.* Praeuidet hic Moyfes, q Leuitae in terra promissionis distinguendi essent per vices & tempora ministracionum: quia nō erat necesse eos omnes simul ministrare, sed ita distinguebantur, vt aliqui semper manerent in ministerio tabernaculi: illi autem qui ex deuotione ascēdebant, manebant ibi continuo alijs recedentibus. *Partem ciborum eandem accipiet quam ceteri.* Leuitae q ministrabant praeter ius decimarum quod habebant, adhuc accipiebant alias partes de his, q pertinebant ad iura sanctuarij: decimae autem siue tempore quo seruebant, siue quo non seruebant dabantur, vt sustentarentur inde ipsi & familiae suae in ciuitatibus suis. *Excepto eo quod in vrbe sua ex paterna successione debetur.* Quia habebant domos, pecora, & iumenta, & aliqua suppellectilia quae debebantur ex successione hereditaria, & illa non perdebat, licet non maneret in ciuitate sua. *Excepto eo quod in vrbe sua ei ex successione paterna debetur.* Hoc etiam potest referri ad decimas quae debebantur Leuitis, & dicuntur deberi ex successione. i. hereditarie: quia ex eo q aliquis erat filius Leuitae debebat habere decimarum partem, & sic videbatur ei esse ex successione paterna.

Et si dicas cōtra, quia dicitur excepto eo quod debetur ei in vrbe sua: quia aliquid dicitur deberi in vrbe quod proprie expectabat ad vrbe, sicut si essent aliqua possessiones in vrbe. Respondetur q satis stat hoc cum decimis. sc. decimae debebātur in vrbe. nō debebantur Leuitae solum quando ministrabat, vt patet de alijs partibus ciborum, quae eis dabātur cum starent in loco sanctuarij. nam vbicumque starent ista dabantur, siue ministrarent, siue non, siue in Sanctuario, siue in vrbe sua, vel vbicumque alibi.

A *Quando ingressus fueris.* Hic ponitur secundum principale. sc. doctrina populorum. semper reperit praecipuum de vitanda idolatria, siue directe, siue indirecte fiat, quia in hoc maximum periculum erat, & magna occasio propter consuetudinem quam in Aegypto cum idolatris habuerant, & propter ritus gentiū quas expulsi erant: ideo frequenti admonitione, & praemij, & poenae propositione oportebat haec mentibus infigi, & explicantur hic multi modi, qui licet directe non sint cultus idolorum, tamen ad idem genus reducuntur. *Cave ne imitari velis abominationes.* Vocantur omnia ista abominationes: quia cum ista pertineant ad idolatriam, multum repugnant Deo. *Qui lustrat filium suum ducens per ignem.* Lustrare idem est, q purgare. Et aliqui gentiles credebant omnia purgari per ignem: ideo homines in grate parua factis quibusdā caeremonijs inter ignes transire faciebant: & istum ritum obseruant Tartari vsque ad praesentem diem, qa nullum extraneum hominem ad principem suū accedere sinunt, nisi eum prius inter ignes transire fecerint, quasi ibi purgetur, & in hoc attribuitur igni aliqua vis diuina quod ad idolatriam pertinet.

Aliquis dicere posset, q intelligeretur hoc de quadam immolatione quae fiebat daemionibus, de qua dicitur Leui. 20. q homo q dederit de semine suo idolo Moloch morietur. sc. q erat quoddam magnū idolum gentium & inane, in cauitura autem interiori ponebatur magnus ignis, ita q totum illud idolum exscandesceret, & tunc pueri paruuli ponebātur in manibus illius, & cremabantur: & ne parentes puerorū audirent eiulatus omnium tribuū, cōcinebant in omnibus muscis instrumentis multum sonantibus, & faciebant magnas voces, atque fragores, quo expleto, mortuo puero, dicebant eum translatum ad deos. Hoc autem farua illa gentilitas extimabat a nequissimis illis sacerdotibus crudeliter defraudata.

Sed hoc non potest hic consonare: quia pueri qui sic offerebantur idolo Moloch moriebantur, isti autē qui lustrabantur per ignem non moriebantur, sed fiebat ignis, & inter duos ignes transibant pueri, & fiebat quaedam caeremonia, quae pertinet ad artem quandam prohibitam, quae vocatur pyromantia, & signatur hoc cum dicitur, non inueniatur in te qui lustrat filium suum. i. purget, quod autē lustratur. i. purgatur non consumitur: etiam quia dicitur ducens per ignē, ducere enim trāsire est, & sic illi pueri aut puella transibant inter ignes incombusti. *Aut qui ariolos scisci tetur.* Ariolus & aruspex idem sunt. sc. qui aspiciendo in aris aliqua futura praedicere conantur. Immolabant enim aliquod animal ad honorem alicuius idoli, & in visceribus maxime in praecordijs secundum quaedam signa data in arte respiciebant, & iudicabant: maxime ista inter gentes consuetudo antiquitus inoleuit: de hoc Lucanus libro primo in fine, & Seneca in tragedia. 4. que dicitur Oedipus. *Et obseruet somnia.* Licet aliquando somnia vera signent secundum quaedā causas, ex quibus originem trahunt: sed quia vt communiter sunt ex quadam dispositione varia phāta siae, vel ex demonum illusionē: ideo credere eis superstitiosum est: quando autem liceat per somnia iudicare super. Gen. 40. c. dictum fuit. *Atque auguria.* i. inquisitiones alicuius futuri in animum volatu & garritu: extenditur tamen augurium ad multa alia cōmuni nomine. *Nec sit maleficus.* Qui demones conuocet ad nocendum alicui, vt qui ad amorem per aliqua facta & dicta demones inuocādo aliquas personas sollicitat, vt quasi violenter amant quousque ad infantiam conuertantur de quibus diximus Exo. 22. cap. vel alio modo odium, vel amorem, seu damnum alicui personae procurant. *Nec incantator.* Qui humanos sensus ludificat, vt

Populorū doctrina.

Quid sit lustrare. Mos Tartarorum.

Phiton quid sit, & phitonici.

cat, vt videantur que non sunt, & alio modo vocatur apparitor a faciendo apparere. Nec Phitones consulat. Phiton vno modo signat demonē familiarem quomodocumque teneatur: in quo aliqua quæ nobis mirabilia videntur sunt: sicut dicitur de phitonissa ad q̄ iuit Saul, quæ fecit mortuos apparere, vt patet primo Regum 28. cap.

Alio modo Phiton est demon qui intra aliquem hominem loquitur, quo mouente aliqua futura hñs predicat: inquitur illi demones cognoscere possunt: habentes illum dicitur phitonici, siue phitonisse, sic dicitur Actuum. 16. cap. q̄ quædam puella habebat phitonem, & clamans post Paulum & Barnabam dicebat, quia serui Dei sunt, & Paulus dixit, exi ab ea in nomine Iesu: & vocantur phitones ab Apolline, qui phitius a phitone serpente quem occidit dicitur est, & in laudem illius victorię habentes sic nominantur, quia ipse Apollo siue phebæus, qui inter Gētiliūm deos plurimā responsā dabat, in puellarum virgīnū subititans viscera eas loqui futura faciebat, vt ait Lucanus in 3. lib. Nec diuinos quærat. Diuini sunt qui Dei reuelatione futura se præscire dicunt: cum tamen ex alia causa siue natural. siue demonum hæc parua dicant. Et quærat a mortuis veritatem. Inuocando demones, vt subiret corpus mortui, & ad aliqua respondeat: vel in offibus mortuorum aliqua supersticiosa agendo. Propter eiusmodi scelera debet eos in introitu suo. Lucit. 18. cap. dicitur quod propter turpissima vitia carnis euomunt eos terra: sed dicendum est, q̄ vtrūque genus peccati habuerunt, & omni malo pleni erant, nec est hoc contra ea quæ dicta fuerunt supra 6. cap. s. q̄ Deus in sola gente Israelitarum zelabat idolatriam, quia licet Deus nunquam aliquos Gentiles propter solam idolatriam destruxerit, tamen si propter aliud vitium delibat, etiam ibi simul idolatriam puniebat. Perfectus eris. Id est perfecte Deo seruens vel adharens. Et absque macula. Id est sine macula supradictorum, ita quod in nullo eorum maculeris: dictio Hebraica hic posita potest significare simplicitatem, & tunc dicitur. Simplex eris cum domino Deo tuo. Id est nō curabis scire futura, vel aliqua secreta quæ homines conantur scire per istas supersticiofas artes. Tu aliter a domino Deo tuo institutus es. Id est Deus docuit te, q̄ non sic faceres, ne audires augures, & diuinos. Vel aliter institutus es. i. non indiges q̄ instituaris, vel informeris de veritatibus occultis per incantatores & diuinos, quia Deus instituit te, id est docuit te aliter reuelando tibi futura, quæ tibi conueniunt per prophetas, vel sacerdotum inquisitiones, vt habetur Num. 23. cap. non est augurium in Jacob, nec diuinitio in Israel, temporibus tuis dicitur Jacob & Israeli quid facturus sit dominus, & patet ista expositio, quia immediate ponuntur conditiones prophetæ reuelantis.

Conditio prophetarum bonorum, & quare promissi propheta.

Prophetam de gente tua. Hic ponitur tertium. s. conditio prophetarum, & primo ponit de bono, deinde de malo ibi. Propheeta qui arrogantiā. Propheeta de gente tua, & fratribus tuis. Demonstrat hic, q̄ non indigebant augurij nec maleficijs aliarū gentium, quia Deus suscitaret prophetam eis reuelantem futura, & de gente eorum, quia si de alia gente esset, non crederetur ei: quia suspectus esset, quod eos ad idolatriam reducere vellet, & quod non a Deo, sed a demonibus reuelationes haberet. Sicut me. Ista sunt verba Moysi significationis quod prophetæ quos dominus suscitaret, eēt veri sicut Moyses, & denotat ly sicut similitudinem, sed non æqualitatem, quia nullus propheta surrexit vltra in Israel, qui nosset Deum facie ad faciem in cūctis signis atque portentis, sicut Moyses, vt patet infra cap. vitimo. Vt petisti a domino in Oreb quando concilio congregata est atque dixisti. Ibi petierit a domino, quod lo-

queretur eis Moyses, & non dominus ne moreretur. Vltra non audiam vocem Domini, & ignem hunc maximum non videbo ne moriar. Veritates supernaturaliter cognita nō reuelabantur Iudæis per artes supersticiofas, sed per ipsam Deum, & Deus a principio per seipsum sine aliquo homine locutus fuit populo illi denunciāns legem, & sic veritates occulte reuelari debebant. erat enim modus ille manifestior, & non oportebat inquire veritatem propheti ex futuro euentu, ad sciendum vtrum ppheta a Deo dixerit, quia ibi per signa diuinæ potentie clare constaret Deum dicere hoc: sed Israel territus petijt, quod non loqueretur eis Deus, sed Moyses, & non solum petierunt pro tunc, sed etiam pro futuris temporibus: quia credebāt quod quotiescūque Deus appareret, semper audirentur voces terribiles, & ignis magnus: ideo dixerunt. Non videbo vltra ignem maximum, nec audiam vocem Domini ne moriamur. Id est dominē rogamus te ne vnquam audiamus istā vocem, nec videamus ignem, ne moriamur. Et ex hoc petebant, quod non solum tunc loqueretur eis Moyses in persona Dei, sed quod quando cūq; Deus locuturus esset in futuris tēporibus, per alium loqueretur, & sic prophetas pro omni tempore petierunt, qui sunt interpretes, seu relatores verbi Dei, & hic concedit eis Deus prophetas. Bene omnia sunt locuti. Id est bene dixerunt petendo prophetas, in quo fauēt petitioni eorum. Propheeta suscitabo eis. Quia ista littera est responsiua ad superiora dicta, scilicet tu autem a domino tuo aliter institutus es, id est non debes inquire veritatem a mortuis, vel per augures, aut incantatores, aut maleficos vel quoscūque similes, quia isti ideo sic inquirebāt, quia non habebant aliam meliorem doctrinam, siue meliorem institutionem: tu autem quia aliter institutus es a Deo tuo, id est aliter edoctus, scilicet quia docet te de veritatibus necessarijs p prophetas, & hæc est causa quare subiungit. Propheeta de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit. Necessè est enim quod intelligatur hoc de propheta quolibet, postea a Deo mittendo, qui institueret populum in veritatibus, quas quærerent, & non cogereent declinare ad ariolos, & ceteros incantatores: & dicitur. Propheeta de gente tua. Id est suscitabit dominus vnum propheta, & post eum alium propheta, & sic multos alios successiue. De gente tua.

Nota alia continuationem & intellectū huius litteræ obscuræ.

An de Gentilibus suscitauerit Deus aliquos prophetas, vel omnes fuerunt de Iudæis. Et de Sybillis. Quæst. V.

VS CITAVIT Deus pphetas aliquos de alijs gentibus, sicut fuit Balaam: de quo Num. 22. & 23. & 24. c. qui propheta fuit, & ariolus: vt ibidē patet. Suscitauit etiam sybillas quæ fuerunt feminæ multa futura prophetantes, & istę fuerunt decem inter quas prima fuit sybilla Erithrea, quæ tempore Thola iudicis Israel fuit, scilicet anno a creatione mundi 3890. quando fuit bellum troianum: hæc prophetauit Troiam bello perituram, & Homerum grecorum vatem, qui postea per multa tēpora fuit, mendacia locuturum, vt ait Firmianus Lactantius de natura deorum lib. primo. cap. 6. Huius enim multa dicta ecclesia canonizauit, & recitat, scilicet versus illos quos ipsa in greco scripsit, & quadam postea in exametros latinis conuertit, scilicet

Indicij signum tellus sudore madescet: Et rex adueniet per secula cuncta futurus: Et ceteri qui canuntur in matutinis natiuitatis, de his multa ponit August. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 23. Fuerunt alia nouem sybillas, scilicet sybilla delphica, alia Libyca, alia Samia, alia Cumæa, alia Phrygia siue Troiana, alia Babylonica, alia Tiburtina: alia Cymæria. Omnium

Concio. Concionator. concilium quid.

Omnium istarum libri in Capitolio Romano tempore Gentilitatis etiam magno tempore post Christum in Capitolio habebantur. & volentibus monstrabantur: soli autem libri Sybillæ Cumææ occultabantur, quos solum licebat videre quindecim viris: de his Marcus Varro in libris Sacrorum, & Lactantius de natura deorum lib. primo. cap. 6. & Isidorus Erymologiarum lib. 8. cap. de Sybillis. De libris istarū Sybillarum mirabilia dicta de Christo habentur in libris 7. Lactantij de natura deorum, & interdum in libris August. de ciuitate Dei: de his tamen prophetis Iudæi non curabant, quia non erant de gente sua. Et de fratribus tuis. Istud non refertur ad populum Israel simul, quia totus populus non habebat aliquos fratres, nisi dicantur fratres Israel omnes qui erant de stirpe Esau, scilicet Idumei, scilicet, quod sicut Jacob, & Esau fratres erant, ita quod omnes de stirpe Jacob essent fratres omnibus de stirpe Esau, & isto modo accipitur supra 2. cap. cum dicitur transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitāt in Seyr. & infra 28. cap. dicitur non abominaberis idumæum, quia frater tuus est, sed non potest accipi hic isto modo, quia non dicebat Deus, quod suscitaret prophetas de Idumæis, quia illis non erat credendum, cum essent idolatræ, & semper essent suspecti de declinatione ad idolatriam: etiam non potest stare, quia in litera dicitur pherham de gente tua, scilicet de Israelitis, ergo locutio ista ad quemlibet de Israel, licet loquatur eis simul quasi dirigatur ad totam communitatem vox, & tunc bene dicitur quod Deus suscitabit de gēte tua. i. de Israelitis, & isti erant vna gēs, de qua erat quilibet qui erat de genere Jacob. Et de fratribus tuis. Id est de ipsis Israelitis. nam omnes Hebræi inter se fratres vocabantur, vt patet Leui. 25. & supra 15. c. cum dicitur cum venditis fuerit tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa: loquendo ergo ad quemlibet Hebræum erat verum, quod quando aliquis surgeret propheta de Hebræis, quod Deus suscitabat prophetam. De fratribus eius. Id est de fratribus illius Hebræi ad quem dirigitur ista locutio: loquendo autem ad totum Israel. sicut interdum fit in isto libro, non staret hoc. Suscitabit Dominus Deus tuus. Verba sunt Moysi instituentis totum Israel monstrando, quod non oportet eos inquirere veritatem a mortuis, vel alijs modis supradictis, quia prophetā habent. Ipsum audies. Id est quicumque ille propheta fuerit audies illum, dū tamen a Deo missus sit, quod declaratur per signa q̄ infra ponuntur, scilicet vtrum a Deo sit vel non. Vt petisti a domino Deo tuo in Oreb. Id est ipse loquebatur tibi tibi per te, & tamen territus fuisti audiens vocem eius, & petisti ne vnquam tibi loqueretur, sed quod loqueretur Moyses, & ipse audiret primo a Deo, & deinde recitaret coram populo, vt patet Exodi 20. & supra 5. & hoc erat esse prophetam. sicut ergo ipsi tunc petierunt prophetam ad referendum eis verba Dei, & non solum erant eis necessaria verba Dei tunc, sed etiam in futuris generationibus: ideo non solum erat eis necessarius tunc propheta, sed etiam post: & ideo dicit Moyses. Suscitabit. Id est post me multos alios suscitabit Deus, qui eodem modo tibi verba Dei enunciet. Quando concilio congregata est. Id est in die quo totus Israel congregatus fuit ad audiendum præcepta Dei in voce tubæ, vt patet Exodi 19. cap. quia incipiente sonitu tubæ eduxit Moyses omnem Israel de castris, & eduxit illos ad radices montis: concilio dicitur populus siue totum concilium congregatum, & a concione dicitur concilium, & a concione dicitur principatus concionarius de quo Ari. 3. Politic. cap. 1. quod oportet participare omnem ciuem saltem principatū concionarium, id est quod habeat vocem in concione,

sive concilio quantum ad facta communitatis: etiam ex hoc vocantur concionatores qui loquuntur ad totum populum, scilicet ad totam concionem, & sic Salomon vocatur Concionator in libro Ecclesiastes: quia Ecclesiastes in greco idem est, quod Concionator siue loquens ad concionem latine, & hoc signat litera Hebraica, quæ dicit hic. In die populi. Id est in die quando totus populus congregatus fuit, & licet isti non petiissent, quod loqueretur eis Moyses, & non Deus: tamen Deus non loqueretur amplius, quia Deus solum volebat eis loqui per se decem præcepta, cuius ratio late habetur Exodi 20. cap. Et ait dominus mihi bene omnia sunt locuti. Istud dictum habetur supra cap. 5. cum dicitur: tu magis accede & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea. quod cum audisset dominus ait ad me: audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt, & bene omnia sunt locuti: quis det talem mentem habere eos, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? Potest autem hoc intelligi dupliciter vno modo, quod Deus dixerit, q̄ bene sunt locuti isti Hebræi, quia dixerunt quod faciunt omnia quæ mandat Deus, & hoc declarat cū dicit: quis det talem mentem habere eos, vt timeant me, & custodiant mandata mea?

Duplex iterum expositio.

Alio modo quod refertur hoc ad illud, quod hic dixerunt Hebræi, scilicet quod non loqueretur eis Deus, sed Moyses: & sic dicit Deus, quod bene sunt locuti, id est rem rationalem petunt: ideo exaudiuit Deus petitionem eorum, & secundum istum sensum concordat litera ista superiori, scilicet. Ipsum audies. vt petisti a Domino Deo tuo in Oreb, quando concilio congregata est atque dixisti, vltra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar. Et tunc sequitur litera, scilicet. Et ait dominus mihi bene omnia sunt locuti. Id est bene petierunt: ideo sic faciam, & sic apparet in litera immediate sequenti, scilicet. Propheeta suscitabo eis de medio fratrum suorum. Si autem referatur ad sensum priorem, scilicet quod Deus dixerit istos bene locutos, quia dixerunt quod omnia mandata Dei custodirent: non est aliquo modo ad propositū literę huius de dando eis prophetam, & tunc diceret quis quod non accipitur istud dictum secundum eandem sententiam supra quinto cap. & hic respondetur, quod ita accipitur: quia ista litera vbi cūque ponatur, siue hic, siue ibi, duos istos sensus simul importat, & patet, quia dicitur. Bene omnia sunt locuti. Quasi dicat, quod non solum locuti fuerunt Iudæi vnum, sed multa, & omnia illa recte dixerunt: fuerunt autem ista duo.

Primum erat, quod non loqueretur eis Deus, sed Moyses, siue aliquis propheta loco Dei. Secundum fuit, quod omnia quæ diceret ille propheta a Deo custodirent, & vtrunque erat bene dictum: ideo dicitur, quod bene omnia sunt locuti. Propheeta suscitabo.

Vtrum tota ista litera a principio vsque in finem diuersimode in paribus suis exponenda sit, scilicet in vna parte de Christo, & in alia de prophetis alijs, vel intelligatur secundum sensum literalem simul de Christo, & quolibet alio propheta bono. Quæstio. VI.

SATIS notum est, quod litera intelligitur de quolibet propheta, quem Deus suscitaret post Moysen. Sed quia Doctores nostri exponunt de Christo, vt satisfiat vtrique, diuidunt istam literam, scilicet ab illo loco, prophetam de gente tua, vsque ad istum locum exponunt de quolibet propheta, qui venturus esset & eruditurus Israelitas: & ab isto

isto loco vsque ad illum locum, propheta autem qui arrogancia, exponunt de Christo. Sed non conuenit hoc vlllo modo.

Primo quia ista verba non differunt aliquo modo, quia vnum est repetitio alterius, & est vnum probatio alterius, quia Moyses loquens ad populum dixit ista prima, scilicet prophetam de genere tuo, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus, ipsum audies: sicut petisti a domino Deo tuo in Oreb: ecce qualiter iste propheta, de quo est Moyses locutus, hic est propheta quem petiit Israel, siue vnus, siue multi: & tunc inducitur Deus consentiens istorum petitioni cum subditur. Et ait dominus ad me bene omnia sunt locuti. Id est recte fecerunt petere aliquem qui loqueretur eis loco mei, & sequitur: prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, ergo ad superiorem prophetam referitur, & sic necessario est idem propheta. Item quia infra dicitur propheta qui arrogancia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quae ego non mandauit illi &c. in quo loquitur de malis prophetis: siue qui se prophetas fingunt, cum tamen non sint, ergo in superioribus. s. hic videtur, qd dabit regulam de veris prophetis: alia si litera ista intelligeretur de vno solo, & postea poneretur regula de omnibus malis, esset quoddam deliramentum, cum istae regule poni deberent quasi de contrariis. Necessario ergo dicendum totam istam literam debere claudi sub vna sententia, & ad quem refertur vna pars, refertur alia. Dicendum enim qd tota ista litera intelligitur de quolibet propheta quem Deus mitteret ad erudiendum Israel, & ponuntur duae regulae. s. vna regula de bono propheta, & alia de malo propheta. Dicendum etiam necessario qd ista litera intelligitur tota de Christo a principio vsque ad locum illum. Propheta autem qui arrogancia, ita qd non diuidatur litera. Et hoc quia ipse Christus testatus est hanc auctoritatem esse Christi, vt patet Ioan. 5. c. cum dicitur: si enim Moysi crederetis forsitan crederetis & mihi: de me enim ille scripsit: si enim illius literis non creditis, quomodo verbis meis, crederetis? Etiam patet hoc Luc. 24. c. cum enim Christus in specie peregrini duobus discipulis euntibus in Castellum Emaus declararet, qd oportuisset Christum pari omnia ista, & predicare, & facere omnia alia, & haec prophetarum testimonijs comprobaret dicitur, & incipiens a Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis, quae de ipso erant in omnibus scripturis: in his autem duabus scripturis dicit, qd Moyses aliquid prophetauit de Christo, sed si requirantur omnes quinque libri sui, non reperietur aliquid quod applicari possit ad Christum nisi hoc. Et si forte aliquis proteruiat dicens, qd alia loca sunt in quibus Moyses locutus est de Christo. In omnibus sacrificijs, & caeremonijs alijs, quae signabant Christum futurum, cum essent vmbra futurorum bonorum, & manifestatur hoc Ioan. 19. cap. vbi beatus Ioannes interpretatur ea quae Moyses dixit de sacrificio agni paschalis esse de Christo intelligenda: nam cum dixerit, qd ad Iesum cum venissent non fregerunt ei crura, subiungit: facta sunt haec vt impleretur scriptura os non comminuetis ex eo: & tamen hoc dixerat Moyses, vt patet Exodi 12. cap.

Respondetur quod Moyses & alia scripturae loquuntur de Christo dupliciter aut clare. s. in sensu literali & principali, aut in metaphora quibusdam, quae ad alium modum & sensum videntur trahi principaliter (altem in cortice literae). Si autem accipiat ista secundus modus: dicendum quod Moyses in multis locis loquitur de Christo, quia quasi omnia quae de sacrificijs & similibus caeremonialibus dicitur, ad Christum trahuntur, aut trahi possunt. Accipiendi primo modo non est aliquis locus in toto pentateuco. Moysi qui loquatur de Christo, nisi iste, ita quod sint verba Moysi. Dico autem propter locum illum qui habetur Gen. 49. cap. scilicet donec veniat qui mittendus est, scilicet Messias vbi declaratum est, cum ista verba non sint Moysi: sed Iacob annuncians filijs suis futura.

Quod autem de ista auctoritate Moysi intellexerit euangelista duo: patet quia in sermone beati Petri quem fecit ad Israelitas, vt patet Actu. 3. cap. cum pbare vellet per Moysen Christum Iesum fuisse promissum in lege, allegauit istam auctoritatem dicens, Moyses quidem dixit: quoniam prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me ipsum, audietis iuxta omnia quaecumque fuerit locutus vobis. Et si quaeras, quomodo ergo importat ista litera hos duos sensus? Dicit forte aliquis quod vnus est metaphoricus.

Respondetur quod non potest stare, quia in metaphora non est arguere: tamen beatus Petrus arguebat in hac litera contra Hebraeos, & Christus eodem modo. Dicendum ergo quod sensus literalis est vterque: nam vna litera bene potest importare duos sensus, cum vnus subordinatur alteri per modum quem declarauimus Exodi 12. cap. Est autem sensus huius literae, quod Deus mitteret prophetas bonos, qui erudirent Israel, & loquerentur ei verba, quae a Deo audirent, & quia nullus ita excellenter facturus erat hoc, sicut Christus, voluit principaliter hoc de Christo intelligere, & ad istum sensum protulit Moyses super quem Christus fundabatur in arguendo. *Prophetam suscitabo eis.* Iudaei doctores volunt quod iste propheta fuit Iosue: quia post Moysen nullus propheta immediatus fuit quam Iosue cui saepe Deus locutus est, vt patet Iosue primo. & 5. 6. 7. 8. & quasi in omnibus. ca. Doctores nostri, vt communiter dicunt esse Christum, qui per excellentiam fuit propheta, & ad quem omnes prophetae dirigebantur. Quod non negatur, sed intentio literae non videtur. Ad hoc ergo videtur dicendum aliquibus quod non intelligatur litera ista de aliquo vno propheta, siue Iosue, siue quolibet alio, vel etiam Christo: sed intelligitur de quolibet propheta quem Deus post Moysen suscitaret: quia conditiones istius prophetae in quolibet reperiuntur. Et patet hoc: quia si intelligeretur de vno propheta quicumque esset ille, non satisfaceret intentioni petitionis Israel: quia ipsi petierunt ne vltra viderent ignem, & audirent vocem domini: si autem Deus vnum prophetam eis promitteret, de quo ista intelligerentur, oporteret ante illum vel post illum Deum loqui eis in igne, & voce terribili. Et si dicas, quia non sequitur: quia Deus promittebat vnum specialiter, & tamen daturus erat plures, quos non promittebat, & sic nunquam loqueretur eis in igne.

Sed non stat hoc: quia dato quod solum vnus promittebatur, dato quod plures & semper futuri essent: tamen non potest litera concordari: quia dicit hic Moyses quod dando istum prophetam latifacerebat petitioni eorum. s. qd non viderent vltra ignem maximum: nec audirent vocem domini: quia ille propheta si vnus esset, non duraret semper. Item non concordat superiori intentioni litera: quia Deus dixit se daturum prophetam, vt reuelaret eis secreta quae audiret: sed non sufficeret, quia mortuo illo, vel nondum nato quaerent augures & diuinos: cum non haberent alium respondentem. Ea quae supra dicuntur vera sunt: sed ista auctoritas principaliter intelligitur de Christo, vt inducitur Actuum 3. cap. *Et ponam verba mea in ore eius.* Ita vt ipse propheta esset instrumentum, Deus autem loqueretur. & ideo cohibebantur aliquando prophetae loqui

modo non est aliquis locus in toto pentateuco. Moysi qui loquatur de Christo, nisi iste, ita quod sint verba Moysi. Dico autem propter locum illum qui habetur Gen. 49. cap. scilicet donec veniat qui mittendus est, scilicet Messias vbi declaratum est, cum ista verba non sint Moysi: sed Iacob annuncians filijs suis futura.

Quod autem de ista auctoritate Moysi intellexerit euangelista duo: patet quia in sermone beati Petri quem fecit ad Israelitas, vt patet Actu. 3. cap. cum pbare vellet per Moysen Christum Iesum fuisse promissum in lege, allegauit istam auctoritatem dicens, Moyses quidem dixit: quoniam prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me ipsum, audietis iuxta omnia quaecumque fuerit locutus vobis. Et si quaeras, quomodo ergo importat ista litera hos duos sensus? Dicit forte aliquis quod vnus est metaphoricus.

Respondetur quod non potest stare, quia in metaphora non est arguere: tamen beatus Petrus arguebat in hac litera contra Hebraeos, & Christus eodem modo. Dicendum ergo quod sensus literalis est vterque: nam vna litera bene potest importare duos sensus, cum vnus subordinatur alteri per modum quem declarauimus Exodi 12. cap. Est autem sensus huius literae, quod Deus mitteret prophetas bonos, qui erudirent Israel, & loquerentur ei verba, quae a Deo audirent, & quia nullus ita excellenter facturus erat hoc, sicut Christus, voluit principaliter hoc de Christo intelligere, & ad istum sensum protulit Moyses super quem Christus fundabatur in arguendo. *Prophetam suscitabo eis.* Iudaei doctores volunt quod iste propheta fuit Iosue: quia post Moysen nullus propheta immediatus fuit quam Iosue cui saepe Deus locutus est, vt patet Iosue primo. & 5. 6. 7. 8. & quasi in omnibus. ca. Doctores nostri, vt communiter dicunt esse Christum, qui per excellentiam fuit propheta, & ad quem omnes prophetae dirigebantur. Quod non negatur, sed intentio literae non videtur. Ad hoc ergo videtur dicendum aliquibus quod non intelligatur litera ista de aliquo vno propheta, siue Iosue, siue quolibet alio, vel etiam Christo: sed intelligitur de quolibet propheta quem Deus post Moysen suscitaret: quia conditiones istius prophetae in quolibet reperiuntur. Et patet hoc: quia si intelligeretur de vno propheta quicumque esset ille, non satisfaceret intentioni petitionis Israel: quia ipsi petierunt ne vltra viderent ignem, & audirent vocem domini: si autem Deus vnum prophetam eis promitteret, de quo ista intelligerentur, oporteret ante illum vel post illum Deum loqui eis in igne, & voce terribili. Et si dicas, quia non sequitur: quia Deus promittebat vnum specialiter, & tamen daturus erat plures, quos non promittebat, & sic nunquam loqueretur eis in igne.

Sed non stat hoc: quia dato quod solum vnus promittebatur, dato quod plures & semper futuri essent: tamen non potest litera concordari: quia dicit hic Moyses quod dando istum prophetam latifacerebat petitioni eorum. s. qd non viderent vltra ignem maximum: nec audirent vocem domini: quia ille propheta si vnus esset, non duraret semper. Item non concordat superiori intentioni litera: quia Deus dixit se daturum prophetam, vt reuelaret eis secreta quae audiret: sed non sufficeret, quia mortuo illo, vel nondum nato quaerent augures & diuinos: cum non haberent alium respondentem. Ea quae supra dicuntur vera sunt: sed ista auctoritas principaliter intelligitur de Christo, vt inducitur Actuum 3. cap. *Et ponam verba mea in ore eius.* Ita vt ipse propheta esset instrumentum, Deus autem loqueretur. & ideo cohibebantur aliquando prophetae loqui

Doct. responsio, qd intelligat ista litera de quocumque bono propheta & de Christo etiam.

loqui nolentes, vt patet de Balaam Num. 23. c. quod non contingeret si ipse propheta semper moueret instrumenta ad loquendum: quia tunc esset principale agens, & non cogerebatur, & tamen ex hoc non tollit quin prophetae intelligant quae dicunt, quia non sunt sicut ar repticij qui sunt pure instrumenta, & hoc putauit Montanus haereticus, quae reprehendit beatus Hiero. vt habetur in prologo super Abacuc. *Qui autem uerba eius quae loquitur in nomine meo.* Dicendo, haec dicit dominus: alia autem quae non loquebatur in nomine domini, id est vt propheta, non tenebantur audire. *Audire noluerit.* Contemnendo vel repugnando sicut faciebant prophetae mali, qui repugnabant prophetis domini, & percutiebant eos, vt Sedechias, qui fecit cornua ferrea percussit in maxilla Micheam, prophetam domini, vt patet 3. Regum 22. cap. Et Hieremias saepe percussus est, & alij prophetae, vt patet in multis locis. *Ego ultor existam.* Scilicet talem virum temporaliter vel aeternaliter puniendo.

Applicando autem istam literam ad Christum, de quo principaliter loquitur sic expones. *Prophetam suscitabo eis.* s. Christum Iesum, qui fuit propheta & plurimae prophetae, & hoc intelligendum est quantum ad eos inter quos Christus conuersabatur. nam sicut prophetae diuina reuelatione cognoscebant veritates alijs hominibus incognitas, & reuelabant eas hominibus: ita Christus multas veritates reuelabat, & abundantius quam alij prophetae, & quia quando aliquis dicebat aliquid a Deo accepisse, & postea confirmabat illud miraculorum operatione, credebatur esse propheta, sicut hic patet, ita cum Christus multa doceret, & multa signa faceret, quae alij nunquam fecerunt, sicut ipse Christus dixit Ioan. 15. ca. si non fecissem eis opera quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt & oderunt, & ipsi Iudaei saepe assistentes signis quae faciebat Iesus ad confirmationem doctrinae suae, dicebant quia nunquam tale factum est in Israel: propter haec ergo saepe vocabant eum prophetam, vt patet Mat. 16. & alibi saepe dicebant Iudaei de Christo, propheta magnus surrexit in nobis, & ipse Christus se prophetam vocauit, vt patet Mat. 13. cap. cum de se locutus, qd non honoraretur inter cognatos suos ait. non est propheta sine honore, nisi in patria sua: licet Christus faceret omnia quae faciebant prophetae, & diceret omnia quae dicebant prophetae: proprie tamen propheta non erat, quia propheta est, qui suscipit aliquas reuelationes a Deo, quando actua liter eleuatur intellectus eius supernaturaliter ad contemplandum aliquas veritates supernaturaliter cognoscibiles: Christus autem non sic eleuabatur, nec ab alio suscipiebat reuelationem: cum ipse Deus verus sit, qui omnia reuelat: etiam quia lumen propheticum est enigmaticum aequaliter, & imperfectum: quia prophetae pauca cognoscebant, & multoties videbant aliqua, & quaerebantur ab eis, & ne sciebant: sicut patet de Heliseo. 4. Regum. 4. ca. quando venit ad eum mulier cuius filius mortuus erat, & dixit ad famulum suum Giezi dimitte illam: quia anima eius in amaritudine est, & dominus celauit a me, nec indicauit mihi, & sic in alijs locis: Christus autem omnia cognoscebat, quia vere Deus erat, & cognoscebat voluntates hominum quas prophetae non cognoscebant, vt patet Ioan. primo cap. cum dicitur ipse sciebat quid erat in homine, & dicunt de eo euangelistae, quod Iesus sciebat omnia quae ventura erant super eam: non ergo proprie est propheta Christus, licet eis qui eum Deum esse nesciebant, propheta esse videbatur: si tamen cognosceretur, non vocaretur propheta: sicut nullus Iudaeorum Deum prophetam vocaret: loquitur tamen scriptura quantum ad hominum appaerentiam

Christus non erat proprie propheta.

propter similitudinem aliquorum actuum. *Suscitabo eis.* Propria locutio est valde ista. nam quando cumque aliquis homo naturaliter aliquid facere non poterat, & ad illud faciendum eleuabatur supernaturaliter dicebatur suscitari, quia a se non mouebatur, sed ab alio: omnia namque quae Deus nobis facit intellectum nostrum, aut voluntatem erigendo, suscitationes quaedam sunt: & sic quando Deus ponebat in corde alicui viro, vt pugnaret pro gente Iudaeorum quae affligebatur ab hostibus, dicebatur eum suscitare: sic patet Iudi. 3. cap. cum dicitur suscitauit eis Deus Saluatorem nomine Aioth: & iterum suscitauit eis Saluatorem nomine Othoniel: prophetae autem proprie suscitabantur, quia eleuabatur intellectus eorum per lumen diuinum ad cognoscendas quasdam veritates, quas naturali vigore cognoscere non valebant. Christus autem abundantius suscitatus dicitur: quia in prophetis alijs sola illa eleuatio intellectus ad contemplandas veritates illas erat supernaturalis, caetera autem naturalia erant: quia nihil magis quam alij homines habebant: Christus autem non quidem accipiendo pro supposito diuino quod aeternum & increatum est, sed accipiendo pro illo homine assumpto, est suscitatus magis a Deo quam alij homines, quia supernaturaliter formatus est nullo virili semine agente. supernaturaliter ad verbum assumptus est natura hoc non potente, imo nec intelligere valente: quicquid autem in eo factum est, supernaturaliter operatum est. de medio Israelitarum Deus alios prophetas suscitauit, sed nullum magis quam istum suscitauit: quia in nullo tanta supernaturaliter operatus est. *De medio fratrum suorum.* Id est non fuit Christus de Gentilibus, sed de fratribus ipsorum Iudaeorum: cum enim esset de progenie Iudaeorum, dicebatur esse frater cuiuslibet Iudaei, vel de fratribus cuiuslibet Iudaei: fuit enim de tribu Iuda, vt patet Mat. primo cap. & Luc. 3. cap. *Similem tui.* Hoc refertur ad Moysen, scilicet quod Christus futurus erat, sicut Moyses, & hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad naturam, scilicet qd sicut Moyses erat homo, ita Christus esset verus homo: hoc tamen non multum videtur intelligere litera, quia satis innuebatur Christum esse hominem cum dicebatur, prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum: nam qui ex hominibus nascebatur, necessarium erat, vt homo esset.

Alio modo intelligitur, qd sicut Moyses erat maximus inter prophetas, cui Deus clarius & pluries apparebat, vt patet infra 34. & Num. 12. c. ita Christus abundantius cognosceret quam omnes alij prophetae. *Et ponam verba mea in ore eius.* Deus dicit ponere verba in ore Christi: quia ipse Christus est verbum patris, & nihil ei magis conuenit quam patrem gignentem, & seipsum manifestare: sic facit verbum nostrum, quod nos loquentes & seipsum manifestat, & sic dicit Christus Ioan. 5. c. qd nihil loquitur, nisi quae vidit & audiuit apud patrem, licet autem in ore aliorum prophetarum verba Dei posita fuerint, in nullo tamen ita proprie posita sunt, sicut in hoc cum ipse sit verbum patris. *Loqueturque ad eos omnia quae praecipro illi.* Nam nihil loqui mittebat per timorem aut iniustum amorem, sicut homines imperfecti faciunt: etiam dicebatur loqui omnia quae praecipiebat Deus, quia nihil de corde suo confingebat, vt patet Io. 5. c. *Qui autem uerba eius quae loquitur in nomine meo.* Dicitur loqui Christus in nomine Dei, vel alijs prophetae, quae dicit haec mandat fieri Deus: aut ista dicit euentura, vel haec testatur fuisse. *Audire noluerit.* Id est noluerit obedire exequendo mandata eius, aut assentiendo eis quae credi mandabat, *Ego ultor existam.* Quia Deus puniet aeternaliter cum mortaliter peccet repugnando Christo. *Propheta qui arrogancia.* Hic agit de malo

Duplex scriptura: expositio.

Doct. expositio & opinio.

In ebus. 4. libris. Moysi non reperitur aliqua propheta in sensu literali de Christo, nisi haec.

Conditio- nes malo- rum pro- phetarum.

An pro- pheta fal- sus loque- batur no- mine deo- rum alie- norum.

de malo propheta. Voluerit loqui in nomine meo, quae ego non praecepi illi, ut diceret. Ut si Deus aliquid vni prophetae reuelaret. Et alius primo ab illo tacite audiens alijs illa dicat tanquam sibi a Deo dicta. Et hoc propter arrogantiam. s. vt gloriatur Deum sibi fuisse locutum, vel forte vt subito colore aliquid lucreretur. Si autem aliquis aliqua falsa confingat, & alijs tanquam Deus madauerit, hec dicit, sine ad iactantiam, sine ad lucrum, non dicitur loqui in nomine domini. Aut ex nomine alienorum deorum. Id est qd dicat aliqua, quae non sunt reuelata a me, sed ab alienis deis. i. a demonibus. Non est intelligendum, qd aliquis propheta loquatur in nomine deorum alienorum dicendo hec dicit Astaroth vel Phegor, quia tunc non audirent eum Iudei, sed mox lapidaretur: nec de prophetia huius aliquid dubium esse poterat. Dicitur autem aliquis propheta locutus ex nomine alienorum deorum, cum aliqua loquitur per responsum demonum, vt pote quia est angur, & aliqui aspexit in garribus auium, & dixit scitor, quia tale quid euenturum est, aut si ariolus, & respexit in visceribus animalium occiforum, & hac praenunciat euentura tanquam ei Deus dixisset, etiam si non dicat se loqui a Deo dicens, hec dicit dominus, incurrit poenam huius legis: proprius tamen intelligitur hoc cum sciretur de aliquo qd erat ariolus, vel magus, aut habens phitonem, & ab illo inquireret veritates aliarum rerum, & postea diceret: hec dicit dominus, & tamen dixisset sibi phitonis spiritus dato qd illud euenisset, mori debebat iste propheta: si autem quispiam in tantam prorumpens insaniam diceret: hec dicit vobis Deus Astaroth, vel Belphegor, aut quisquam alius loquebatur clarissime in nomine alienorum deorum, & de hoc non est dubium qd confestim mori debebat. Quod si tacita cogitatione. Hic respondet Deus dubio, quod in hoc considerandum erat, vtrum propheta conditionaliter an absolute locutus fuisset, & an assignasset tempus an non, & s. in hoc poterat de eo iudicari. Sed per tumorem animi sui confinxit. Id est ex superbia, vel appetitu honoris, vt alij eum extollant.

In quo cognoscitur propheta falsus a vero, & aliqua regula circa hoc. Quaestio. VII.

ET notandum, qd non conuertitur ista regula. s. qd quandoque non euenit quod praedictum est, qd propheta non est a Deo: sed non valet euenit quod dictum est, ergo est propheta a Deo, quia aliquando demonum pphetae signa vera praedicunt. Etiam quia a fortuna aliquis verum dicere potest, quia sicut contingit, quod id quod alijs de futuro praenunciat sit falsum, ita contingit esse verum: non concluditur ergo ex his quae accidunt veritas prophetiae: dantur autem duae regulae ad cognoscendam aliquem esse falsum.

Prima qd non dicat aliquid contra cultum Dei, vt si dicat qd Deus mandat coli deos alienos, & non solum si mandat hoc, sed etiam si dicat vel mandat aliquid contra legem: quia constat legem esse veritatem inuolabilem, quia a Deo dictam: Deus autem sibi ipsi non contradicit. Sed contra hoc arguitur: quia aliqui prophetae contra legem dixerunt & fecerunt, vt patet de Dauid qui sacrificauit in area Ornam Iebusei, vt patet 2. Regum 21. cap. cum tamen prohibitum esset in lege sacrificia facere extra atrium tabernaculi, vt patet L. eni. 17. & supra 12. cap. Et Helias bonus prophe-

ta dicebatur, & tamen induxit populum, vt sacrificia fieret in monte Carmelo, vt patet 3. Reg. 18. c. Ad hoc rñdetur, qd aut ppheta dicit aliquid qd dicitur alicui qd affirmatur esse in lege, aut mandat, vel persuadet fieri aliquid contrarium ei quod in lege mādatur. si primo modo propheta est singulariter malus, quia ea quae affirmantur esse in lege immobiliter sic sunt: ideo contrarium semper falsum est: vt si aliquis propheta diceret, qd Deus non creauit mundum, vel non eduxit Israelem de Aegypto, quorum opposita asseruntur in facta scriptura, & quantumcumque paruum esset qd ille propheta negaret: vel si negatum est in scriptura, & illud affirmaret malus eēt, vt si diceret, qd Salomō non fuit filius Dauid, & omnes tales haeretici vel infideles vocantur diuersimodo. Si autem aliquid mandaret, vel persuaderet fieri quod in scriptura veratur, aut illud est malum simpliciter, aut malum solum, qd prohibetur: si autem est malum simpliciter, tunc ppheta ille malus iudicatur, vt si mandet accipere vxores alienas, vel colere idola quae in lege prohibentur, & de se mala sunt: de hoc supra 13. cap. quia nullo casu sibi credendum est etiam si signa faciat.

Et si dicas de illo ppheta qui inspiratus a Deo mandauit alteri, qd percuteret ipsum gladio, vt patet 3. Re. 20. c. & non fuit iudicatus malus propheta: tamen percutere alium gladio simpliciter malum est, quia est qd preceptum decalogi. Respondetur, qd licet occidere & percutere de se malum sit, tamen in aliquo casu iustificari potest, vt si sit aliqua causa iusta occidendi, vel vulnerandi. sic autem erat hic, quia iste propheta mādabat alteri, qd percuteret eum: ideo percussio sine praua intentione, nec peccatur contra Deum, nec percussio aliqua paratur iniuria, immo ille qui percutere prophetam istum noluit peccauit, quod patet, quia propter hoc a Leone occisus est, vt patet eodem cap. non est autem sic de adulterio, vel adoratione idolorum, quia in nullo casu iustificari possunt, nec valet si arguatur de Osee: quia dictum est sibi accipere vxorem fornicariā, & fac filios fornicationis, quia in hoc non mandatur Osee, quod fornicetur, sed quod accipiat in vxorem mulierem quae fornicaria erat, & habebat filios natos in fornicatione, & illos fecit suos filios Osee adoptando eos. Et iste intellectus conuenit literae & figurae: litera quidem, quia dixit Deus accipere vxorem: si ergo vxor sua efficebatur, non poterat ex ea fornicationis filios facere, sed legitimos.

Item quia Deus volebat per hoc signare, qd Iudaei non erant filij sui, quia seruiebant idolis: sed ipse adoptauit eos abstrahendo a cultu idolorum: patet iste sensus per illa quae sequuntur in illo primo c. de hoc magis diximus super prologum primum Gen. s. sup epistolam ad Paulinum. in cap. 7. eiusdem prologi. Si autem illud quod mandat, vel persuadet est malum, qd prohibetur, tunc distinguendum, quia aut propheta ille qui mandat vel facit, est approbatus per alia praecedentia, & veritates, ita qd non praesumi possit de eo, qd hoc ad malum finem, tunc iudicabitur de eo, qd est bonus, & qd hoc ex Dei dispensatione facit ad maiorē laudē Dei: sic est de Dauid, de quo arguebatur, quia ipse approbatus erat a Deo testimonio Samuelis, vt patet 1. Reg. 16. c. & in multis alijs operibus gloriosis. Sic etiam de Helia praesumebatur, quia omnes eū in sanctum prophetam habebāt, quia eum solum vocabant eo tempore prophetam domini, & quia sciebant, quia precibus eius tribus annis & dimidio non pluit, vt patet 3. Reg. 17. cap. & Iacob. 5. cap.

Item quia videbat totus populus, quod ipse disceptabat contra prophetas Baal, vt dimitterent idolatriam: non erat ergo verisimile, quod ipse ibi ad cultum idolorum immolasset ad confutandam prauitatem idolatrarum,

latrarum, quae aliter congrue confutari posse non videbatur: si autem illi qui ista faciunt vel dicunt, sunt tales qui nondum per aliqua facta approbati sunt, si talia dicant vel faciant eis credendum non est, sed magis repugnandum, vt patet de nouem tribubus & dimidia, quae pugnare voluerunt contra duas & dimidiam, quia edificauerat altare extra locum quē Deus elegerat, & per hoc praesumebatur contra eas, qd idolatrare vellent, vt patet Iosue. 22. cap. Et si arguatur, quia Gedeon edificauit altare domino sub quercu, & obtulit sacrificium ibi, vt patet Iudi. 6. cap. Et non fuit ei imputatum ad malum, cum tamen Gedeon nondum esset approbatus nec famosus in Israēl.

Respondetur quod factum Gedeonis fuit approbatum post mirabilem liberationem de manu Madianitarum, vt patet Iudi. 7. cap. ideo altare illud quod fabricauit mansit in magna reuerentia per multa tempora post, vt patet Iudi. 6. cap. si vero non secutum fuisset illud miraculum, non fuisset approbatum factum Gedeonis. Secunda regula est, quod quando propheta praedixerit signum futurum, & non euenit, non fuit a Deo propheta, quia Deus fallere nescit, nec quod vult potest non euenire. Sed contra hoc arguitur: quia multa Deus per prophetas dixit, quae non euenierunt, vt patet de morte Ezechiae quam praedixit Esaias, sed non euenit, vt patet 3. Reg. 20. cap. & Esaias. 38. sic et Iona praedixit destructionem Ninuitarum, vt patet Iona. 3. sed non facta fuit, & Hierem. 18. cap. habetur subito loquitur de gente, vt edificem & plantem: deinde subditur, quod etiam subito conuerteretur ad furorem suum, vt destruat & euellat. ergo variabuntur dicta prophetarum, & tamen non vocantur isti prophetae mali.

Aliqui volentes defendere regulam dicunt, quod semper prophetae boni prophetae complectur, & ad obiecta dicunt, quod ista prophetae completae fuerunt, & si non literaliter, tamen spiritualiter, ita quod Ninive destructa fuit, & Ezechias mortuus fuit peccato. Sed hoc non potest stare, quia si prophetae omnes completerentur, non diceretur Deus mutare sententiam: sed hoc falsum est, vt patet Hierem. 18. cap. quia totaliter Deus mutare sententiam dicitur. Et si propheta dicta de Ezechia completa fuisset, non dixisset Deus: quia audiui orationem & lachrymam tuam: ecce sanauit te, & addidi. 15. annos vitae tuae.

Et si dicatur, quod ista prophetae non fuit completa literaliter, sed spiritualiter: ista autem argumenta fiunt de sensu literali. Respondetur quod non potest stare, quia si completa fuisset in sensu spirituali, oportet qd in illo intellexisset propheta profertens, alias si intelligeret in alio, in quo non completeretur, mentiretur propheta: sed propheta non intendebat sensum spiritualem, quia timens tristaretur de non impletione, sed Iona respiciens ciuitatem Ninive non subuertit dicens, melius est mihi mori qd viuere, quia non videbat impletum quod dixerat, vt patet Iona 4. c. ergo non intelligebat in sensu spirituali. Item quia si liceret dicere compleri prophetiam aliquam in sensu spirituali, tolleretur omnis certitudo prophetiae, & non posset distingui inter verum prophetam, & falsum quod est contra dictum textus. Et patet consequentia, quia nulla propheta tam erronee dici posset quae aliquem sensum spiritualem non reciperet, quia Hebraei dant sensum spiritualem dictis Talmud, quibus nulla falsiora & irrationabiliora esse possunt. Dicendum ergo qd ea quae dicuntur prophetae, vel qd Deus dicit non complectur, quia Deus ita res dicit, vt cognoscit. Aliquando Deus dicit aliqua quae s. sui alij consilij determinationem nouit futura, & ista quia a causa immutabili emanant, sic erunt, nec villo modo

Quare quae ea qd prophetae vel Deus dicit non complectur.

mutabuntur, & istae vocantur prophetiae praedestinationis. Alio modo Deus dicit aliqua euentura esse per prophetas, secundum qd cognoscit ea dependere ex suis causis particularibus, licet aliter sit in intellectu diuino: nec in hoc est aliqua fictio vel falsitas, licet non dicat secundum quod est in intellectu suo determinatum, dicit tamen s. qd est in suo intellectu cognitum a causa particulari dependere, licet ipse praenoscatur futura causa mutationem: ideo non sequitur idem ordo efficiendi, & vocatur ista prophetae cominationis, quia non sic fiet, sed sic futurum Deus cominatur: & de hac dicitur cōiter noueris mutare vitam, nouerit mutare suam. Et modi cōes loquendi obscurant multum istam materiam, quia videntur aliquo modo ponere aliquam mutabilitatem in Deo, licet hoc non intendatur: quia nullo modo sentit Dei, vel id quod Deus dicit mutabile est, sicut enim si aliquis iudex diceret alicui accusato, secundum tua crimina, quae hic proponuntur, tu mereris suspendi, in hoc nihil sentit, & ideo si ille non suspendatur, non mutatur aliquid de verbo iudicis. Si tamen iudex dicat, ego sententio te suspendi, ista est vere sententia, & si haec non compleatur, mutatur aliquid de verbo iudicis dicto: sic est in Deo si Deus dicat alicui, s. in tua peccata praesentia mortem mereris temporalem, siue subuersionem, propter hoc tū non dicit, qd subuertetur, vel qd morietur: si tū Deus diceret ego iudico te mortuum in breui, ista sententia est. Sic enim est de his, quae deus dicit nobis vel cominatur, quia quā Deus aliquid s. suam determinationem futurum esse cognoscit, & illud praedicit, sententia est Dei: quā autē Deus aliquid s. connexionē particularium, praedicit esse futurum, non sentit illud futurum: sed dicit, qd sic futurum esse praesens causarum connexio requirit.

Et ad istum sensum reducuntur omnes istae propositiones cum dicitur: morieris, & non viues. est sensus tua infirmitas nunc requirit, qd moriaris, & non viuas, & cū dicitur. 40. dies & Ninive subuertetur: est sensus praesentia peccata Ninuitarum requirunt, qd vsq; 40. dies subuertatur ciuitas: si autem Ninive non subuersa fuit, vel Ezechias non fuit mortuus, nihil magis mutatum est in verbo domini quam si nunquam dixisset. Et sic prophetae Esaias & Iona non fuit falsa, quia verba prophetarum sequuntur eum intellectum quem Deus intendit, quia Deus per prophetas loqui dicitur, vt patet isto cap. Et sicut veritas vel falsitas alicuius propositionis debet iudicari ad intentionem profertentis, sic verba prophetarum, cum a Deo sunt, s. Dei intentionem veritas eorum iudicanda est: Et licet propheta intelligat quid significant ea quae ei reuelantur, & sciat qd Deus ea reuelat: tamen nescit semper vtrum secundum praedestinationem dicatur, an secundum connexionem causarum particularium, vt patet Iohelis.

Quo verificant multae propositiones de futuro.

Nota.


2. cap. quis scit si conuertatur & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionem? Et ideo contingit, quod aliquando propheta intelligeret prophetiam, quae erat secundum praedestinationem, esse secundum connexionem causarum particularium, & aliquando e contrario: patet primum de Moyse, quia Deus protulerat contra eum sententiam, quod non intraret ultra Iordanem, & hoc fuit secundum Dei praedestinationem, vt patuit in effectu, sed Moyse putauit contrarium, ideo precatus est dominum, ut dimitteret eum transire, & dominus ad eum, non loquaris mihi ultra de hac re: non enim transibis Iordanem istum, ut patet supra 3. cap. Secundum patet de Iona qui putauit Ninivem esse subuertendam, & stabat extra ciuitatem respiciens: & quando uidit eam non subuertit, doluit, sed licet ista probent ea quae Deus sententiat, semper compleri, & prophetas semper vera loqui.

Tamen

Tamen adhuc manet argumentum. f. qd non potest distingui propheta verus a falso, quia non constat eis quibus propheta dicitur, quomodo dicatur: ideo si non eueniat, nescient distinguere vtrum est verus propheta an falsus. Aliqui dicunt, vt Nicolaus, qd in hoc distinguitur bonus a malo, quia boni propheta licet a principio ignorent, vtrum secundum certitudinem diuinæ prædestinationis, an secundum mutabilitatem causarum particularium dictum sit: tamen post eis reuelatur, & ipsi reuelant ea eis, quibus ante contraria dixerant, & sic videtur qd ipsi vere prophetæ fuerint. Sed non videtur semper, quia licet Esaias reuelauerit immediate Ezechie, quod Deus sanaret eum, sed non contingit sic in omnibus: de Iona non videtur sic, sed ipse licet timeret, qd Deus miseretur, tamen per reuelationem nesciebat vtrum subuertenda esset an non: ideo ipse exiit extra ciuitatem considerans vtrum caderet, & dato quod Deus sibi reuelasset ante finem illorum .40. dierum, quod non esset subuertenda, tamen ipse non reuelauit Niniuitis: ideo dubitarent de ipso vtrum bonus propheta fuerit.

Ad aliqualem ergo maiorem euidenciam oportet distinguere de propheta secundum regulas quas posuimus supra, quia quædam materiæ sunt circa quas nunquam datur, nisi propheta secundum diuinam prædestinationem, & nullis quando non euenit, sicut propheta dixit, perspicuum est ipsum esse falsum prophetam. Si autem sit circa materiam, in qua potest dari secundum prædestinationem, & secundum causarum connexionem, tunc non potest esse certa cognitio: sed possunt esse multæ verisimiles præsumptiones. Primo si ille propheta alias consueuerat verum dicere, & ista magna præsumptio est: quia illi, qd apud omnes approbatus est, omnia creduntur, & multa permittitur agere etiam si sint contra legem positam, vt diximus de Dauid & Helia. Item alia præsumptio, quia illi ad quos propheta dirigitur, respiciant dispositionem, in qua erant tempore quo data fuit propheta, & dispositionem in qua postea fuerint, & siue propheta fuerit promittens bonum, siue prænuncians malum, poterunt iudicare vtrum ex mutatione meritorum vel demeritorum suorum poterit mutari promissio vel comprobatio, præcipue cū omnes homines credant, quia licet Deus eis mala prænunciet, si conuertantur, mala non euenient, & sic dixerunt Niniuite quis scit si conuertatur, & ignoscat dominus, & propter hoc poenitentiam egerunt: ideo post .40. dies manentē inconcussa ciuitate possent credere Niniuite, quod Deus exaudiuisset humiliationem eorum, & tenuissent quod Iona versus propheta fuisse, & ex his potest argui in alijs prophetis.

C A P. XIX.



M disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam: habitauerisque in vrbibus eius & in ædibus, tres ciuitates separabis tibi in medio terræ.

C V M. Supra tactum fuit de statu & regimine maiorum, hic consequenter agitur de ordinatione minorum, quia in rectissimis politijs nihil inordinatum manere debet. Et tan guntur duo principaliter: Primo ponitur quoddam præceptum pertinens ad statum omnium simul sum-

Sup. 12. Exodi 21. nu. 35. Ios. 20. 15. q. 1. ca. 11. & c. 5.

ptorum. Deinde secundo ponit ea, quæ pertinent ad directiones singulorum. ibi. Non assumes & transferes. Prima diuiditur in tres partes. Primo de constitutione trium ciuitatum primarum. Secundo de lege homicidarum ibi. Hæc erit lex. Tertio de superadditione trium aliarum ibi. Cum autem dilatauerit. Cum disperdiderit Deus tuus gentes. Scilicet quæ erant ultra Iordanem, ad quas immediate transiturus erat Israel. Tres ciuitates separabis tibi in medio terra.

De constitutione trium ciuitatum primarum, quæ dicuntur ciuitates refugij. Quæstio. I.

I S T A B sunt ciuitates refugij. Et debebāt esse vniuersæ nouem, quarum tres erant citra Iordanem in terra Seon & Og. f. Bolor, & Golan, siue Gailon, & Ramoth Galaad. ultra Iordanem esse debebant sex, sed quia Iosue non erat occupaturus vniuersam terram promissionis, vt patet supra 7. cap. & Exo. 23. solum mandauit ei Moytes, quod designaret tres ciuitates, & fuerunt. f. Cedos, Sichen, & Ebron, vt patet Iosue. 20. cap. & de istis tribus dicitur hic: alie tres adduntur infra quando Deus dilatasset terminos eorum, & hoc completum fuit in Salomone, qui subiecit vniuersam terram quam priores non subiecerant, vt patet 2. Paralip. 8. cap. & 3. Re. 4. cap. & istæ ciuitates post se fuerunt in terra promissionis, vt equaliter distaret, vt essent. q. in triangulo æquilatere, vt non esset aliqua ciuitas quæ ab aliqua parte terræ promissionis valde multum distaret. Separabis tibi in medio terra tres ciuitates. Licet in tota terra promissionis quæ capienda manebat sex ciuitates erant separandæ, quia tamen Moytes sciebat, qd non immediate tota terra ventura erat in manus Israelitarum, quia dictum fuerat Exo. 23. cap. non eijciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crelcant cõtra te bestia: paulatim expellam de conspectu tuo, donec augetis & possideas terram: idem patet 6. 7. c. ideo mandauit ex iussione Dei tres ciuitates, tunc solum constitui in refugium: cum autem dilatata fuit terra habitationis eorum, separare debebant alias tres ciuitates, sicut dicitur infra. In medio terra. Non est intelligendum, quod istæ tres ciuitates essent in medio terræ, scilicet quod acciperentur tres ciuitates, quæ essent inter se vicinæ in medio terræ, quam caperent in possessionem: quia tunc nihil magis videretur proficere, quod essent tres ciuitates quàm quod essent duæ, maxime quia litera infra repugnat huic expositioni: sed est sensus, quod istæ tres ciuitates erant sic dispositæ, qd caperent totam terram possessionis eorum in medio, scilicet quod distinguatur tota terra quam in possessionem accepturi erant immediate post Iordanem in figuram triangularem æquilateram, & tres anguli huius trianguli æquilateri essent tres ciuitates existentes in tribus extremitatibus terræ illius, & equidistantes essent ciuitates istæ inter se: sic enim declarat litera sequens, vt quidam volunt: sed dic melius, vt infra. Sternes diligenter viam. Via sterni dicitur, id est applanari ne esset via aspera & prærupta, sed satis plana, & sic quædam viæ magnæ & planæ vulgariter strate nuncupantur, & hoc est intelligendum secundum conditionem: nam aliqua terra sunt, quæ montuosæ sunt, in quibus non poterat planari totaliter via, sed meliori modo quo posset fieri erat faciendum, vt ipsi qui confugerent ad ciuitates refugij, citro venire possent in ciuitates refugij, ne hostis suus eum in via attingeret atque occideret: dicitur etiam via sterni, scilicet quod ponerentur in via aliqua signa directiua, quæ viam indicent nullo homine indicante:

indicante: vt qui fugeret non perdat viam, & incurre- ret in manus persecutorum, cum viarum ambagibus deliraret. Et in tres equaliter partes totam terra tua prouinciam diuides. Prouinciam quam acquisituri erant nunc Iosue, secus aut de prouincia quam postea acquisituri essent, quia illa in tres alias ciuitates distribuenda erat, vt patet infra: istæ aut tres ciuitates primæ sic accipiebantur, quia tota illa terra diuisa fuit in tres partes equaliter, & in qualibet illarum partium ponebatur vna ciuitas, f. qd fierent quasi tres circuli, vel tres quadrati, quorum vnus nõ continet alium, & intra istos circulos includet tota terra Chanaan, quæ caperetur tpe Iosue, & factis istis circulis inquireret in quolibet eorum centrum, & ciuitas, quæ esset in centro illius circuli, vel propinquior centro esset ciuitas refugij, & isto modo consonat tota littera, quod non erat s. m. priorē expositionem: nam in littera dicitur, qd istæ ciuitates essent in medio terræ, & tñ s. m. priorē expositionem non esset in medio terræ, sed magis in extremitatibus terræ magis distantibus a medio terræ, & tamen secundum istam expositionem erant ciuitates istæ locatæ in medio terræ, non qd omnes tres erant coniunctæ in medio totius terræ Chanaan, sed qd qualibet erat in medio illius terræ in qua ponebatur, tanquam ciuitas refugij secundum aliquam circulatorum trium supradictorum. Item non consonabat illa expositio, quia dicitur. In tres partes equaliter totam terram tua prouincie diuides. Tamen secundum illam expositionem non fiebat aliqua diuisio, sed manebat tota terra integra, & ponebantur ciuitates in tribus extremitatibus maxime distantibus: secundum istam expositionem conuenit, quia diuidebatur terra in tres partes equaliter secūdum tres circulos, vel tria quadrata continentia totam illam terram. Item non conueniebat illa expositio, quia dicitur infra. Vt habeat è vicino quis propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Erat enim homicidium Dei distribuens istas ciuitates, qd vbiunque aliquis esset in tota terra Chanaan haberet prope ciuitatem aliquam in qua refugere posset, si homicidium casuale accidisset: ponendo tamē modo illo valde inconuenienter locatæ erant: nam nullis essent ciuitates istæ propinquæ, nisi illis, qui essent in extremitatibus prouinciæ, & tñ adhuc melius esset quomodocunque ponere eas simul, vel alias in medio prouinciæ: tamen ponendo secundum istum modum nunc dictum, essent propinquæ sibi ciuitates, cum nulla staret in extremitate prouinciæ, sed circa medium terræ. in alia autem positione minor distantia vnus ciuitatis ab altera erat maior, quam latitudo, vel longitudo totius prouinciæ, cum ponerent æque distantes in situ trigono: iste ergo modus est quæ littera intendit: alius autem multum extraneus est, & repugnans, & quando dicitur hic qd terra diuidenda erat in tres partes equaliter, non est intelligendum, qd acciperentur partes equaliter secundum numerum ciuitatum, villarum, atque oppidorum. f. vt si in vna parte illarum essent triginta ciuitates, qd in alia essent totidē, siue maioris, aut minoris spacij esset, quia tunc nõ haberet ille qui faceret homicidium semper locum refugij propinquum. nam in terra illa, quæ multum esset populata, ciuitas refugij esset multum propinqua cuilibet loco illius terræ: in terra autem quæ non esset tantum populata, distaret valde ciuitas refugij, sed diuidebantur istæ tres partes terræ equaliter. i. quantum spacium terræ contentum, ita qd tantum spacium in longitudine, & latitudine esset in vna terra, sicut in alia, licet non essent totidem ciuitates, & oppida, quia idem periculum erat si ciuitas refugij procul staret si

terra esset populata, sicut si non esset populata, quia vtroque modo hostis persecueretur occidentem casualiter, & propter longitudinem viæ caperet eum, atque occideret etiam si sit terra solitudinis. Hæc erit lex homicida fugientis. Hic ponitur secundum flex homicidarum. de istis dictum fuit Nume. 35. & supra 4. Et dicitur Iosue. 20. c. Cuius vita referuanda est. i. omnes sequentes conditiones debet habere homicida, vt in ciuitate refugij vita eius conseruetur. Qui percusserit proximum suum nesciens. i. sine intentione percutiendi, quia ille qui incidebat ligna de cuius manubrio ferrum effugit, voluntatem occidendi non habuit: & sic si aliquis iaciebat lapidem, vel telum in locum, per quem nullus transire consueuerat, & accidit qd transiret aliquis, & mortuus est, non fuit voluntarium homicidium. Nullum contra eum habuisse odium comprobatur. Quia si eius inimicus esset, non præsumeretur eum occidisse a casu, sed per excogitatum malitiam, Et si a casu fuerit. hoc aut erat qd si aliquis erat inimicus eius, qd mortuus est, ab aliquo ante diebus, ita qd cognosci posset istæ inimicitia, & probari, tunc non poterat conseruari iste qui percutiebat proximum suum dato, qd ignorans fecisset, & in hoc adimebatur ei multa immunitas propter suspicionem causatam ex inimicitijs precedentibus. Non tñ intelligendum est, qd immediate ferrebatur sententia istum: nam non fertur sententia ex qualibet præsumptione, sed ex violenta: hic autem nõ erat violenta. si ergo iste fugeret in ciuitatem refugij, & hostis suus occideret eum in eadem ciuitate, non tenebatur ad penam ad quam tenebantur alij effraкторes immunitatis illius ciuitatis, nec qd accipi debebat ille inde qui taliter occidisset, obseruabatur sollemnitas, quæ obseruabatur in alijs qui occiderant, & ante non erant hostes: de qua solennitate habetur Nume. 35. c. & infra in littera. Sed abiisse simpliciter. i. sine aliqua cautela, vel fraude ad occidendum, vel percutiendum: Securus fugerit manum. Hic possunt esse duo casus, vnus cum aliquis sciuit ligna, & percutiens in duro loco, vel quocunque aliter, disiliat tota securis de manibus eius. Alius casus est in scissione lignorum, obseruabatur a casu factu fuisse. de secundo casu est littera ibi. Ferrumq. lapsum de manubrio. Et hoc est verum si legat ista disium ciue, & non copulatum: si aut legatur littera copulatum, vt vñ sonare, est sensus qd alicui sciendū ligna eua sit tota securis de manu. f. ferrum cum ligno. Et deinde ex illusione in euasione effugit ferru de manubrio, & percussit aliquem, & occidit: iste casus est medius inter primū & secundū positos supra: est. n. minoris culpe siue psumptionis, qd primus duorum, quia ferrum qd effugit in euadendo totam securim de manu poterat ad maiorem distantiam peruenire, qd tota securis simul perueniret: est aut maioris culpe siue psumptionis qd secundus, quia in secundo nulla est psumptio, in hoc aut psumi pot, qd tota securis voluntarie dimissa est, deinde ferrum de manubrio casualiter effugit. Aliqui communiter loquentes ponunt hic vnum casum scilicet lapsum ferri de manubrio, sed non patitur littera. Percusserit & occiderit. Aliqui putant qd dicitur percussit, & occiderit, quia si solum lapsa securis siue manubrium percuteret proximum, & nõ occideret,

non

De lege homicidarum.

Duplex lit. terræ expositio.

non tenebat mori, p illa percussione, & si pximus ei...

An ista littera intelligatur de percussione secreta, vel publica. Quest. II.

Sed circa hoc quaeres vtrum intelligatur ista lita...

Doct. responsio.

F num, non tamen necessario, alia positio aequaliter...

Obiectio.

Respon.

habere inimicitias cum altero, habet eum lex tanquam...

De trium altarum aditione.

An possit dici, quod terra Chanaan nunquam fuerit dilatata...

Et tunc dices, quod videtur, quod terra Chanaan nunquam...

A Exod. 23. & Nume. 34. & quia in tempore Iosue non erat daturus totam istam terram Deus...

Lex homicidæ cuius vita referenda non est.

melius tamen dic vt supra diximus, f. q. non requiruntur testes, sed ex presumptionibus prioribus iudicatur secundum supra dicta. *Mittent seniores civitatis illius, & arripient eum.* ita q. aduersarius, f. cognatus occisi petet a iudicibus civitatis, q. dent sibi sanguinem, qui sanguinem fudit voluntarie, & tunc aut est notorium, q. ille voluntarie effudit sanguinem, & tunc tradent eum in manibus aduersarii qui iugulabit eum, si autem non sit notorium, senes civitatis mittent eum secure ad civitatem in qua factum est homicidium, vt ibi ventiletur causa sanguinis, & si inuenitur reus immediate occiditur: si autem innocens, reducit p. sententiam ad civitatem ad quam confugerat vsque ad mortem summi sacerdotis, vt patet Nu. 35. c. Si autem cognatus occisi occisorem in civitate refugij occideret antequam peteret a senibus civitatis, siue etiā aliter fuisset tanquam fractor immunitatis illius civitatis reus mortis erat supra secundum quorundam positionem dicebatur, q. iste non erat fractor immunitatis civitatis illius, sed hoc quod hic dicitur non est. *Et marietur nec misereris eius.* Hic loquitur ad totum populum qui non deberet procurare, q. occisor viueret, nec misereri eius: non loquitur aut de cognato occisi, quia ille si vellet misereri poterat, & in hoc valde merebatur, vt patet de David qui remisit mortem filij sui Amnon. 3. Reg. 14. c. iudex siue populus remittere non debent, nisi remittat aduersarius, quia iuste distribuere debent, siue penam, siue honorem. *Pr bene sit tibi.* quia multum meretur iudex, siue tota cōmunitas in puniendo malefactores. *Non assumes & transferes terminos.* Hic ponit secundum principale, f. precepta de directione singulorum. Et continuantur precepta de directione irascibilis, concupiscibilis, & rationalis, quae sunt tria solum regulabilia. Et ponitur hic incidentaliter de mutatione terminorum, quia ista mutatio fit absente domino agri vel vineae. Et quia homicidiae casuales manebant multo tempore extra terram suam, scilicet, vsque ad mortem summi sacerdotis, vt habetur Numer. 35. c. Et sic eo tempore poterat alius quilibet mutare terminos possessionum illius: ideo dicto de refugio homicidarum dicitur de mutatione terminorum. *Non assumes, scilicet lapidem qui positus est ad distinctionem agrorum, & transferes.* ponendo intra possessionem proximi tui, vt assumes tibi aliquam partem possessionis eius. Ra. Sal. qui aliquando facit pondus in verbis quando non multum oportet: dicit q. ponuntur hic duo verba, *assumere, & transferre*, quia sunt hic duorum preceptorum transgressiones. *f. furti commissio*, quia dicitur non assumes terminos, & terminorum mutatio, quia dicitur non transferes, & vult q. hoc solum fit in terra promissionis, in alijs aut terris solum committatur cōtra preceptum de non furando, & nō contra aliqd aliud, quia nihil aliud est sumere terminos, q. trāsferre. Si. n. accipiat assumere terminos solum sine trāslatione non est aliquod peccatum: ergo nec contra aliquod preceptum, & quando dicit, q. hoc solum est in terra promissionis falsum videtur, quia si contra duo ibi precepta ageretur, etiam in qualibet alia terra contra ista duo necesse est agi, quia semper termini assumuntur, & transferentur: alias non potest fieri translatio terminorum: ideo quando dicitur in terra, q. intrabitis possidendam, non dicitur quasi in alia terra aliter fiat, sed quia in nulla alia terra ipsi victuri erant, nisi in terra promissionis. *Quos fixerunt priores in possessione tuā.* Illi terminos in possessionibus fixerunt qui possessio nes primo coluerunt, vel eas ab alijs emerunt, & terminos ad voluntatem suam posuerunt non prauidendo alijs, & signant isti termini distinctionem proprietatis agrorum, in tempore autē cū fuit cōitas rerū,

Precepta de directione singulorum.

Litterae expositio.

F siue cum tot possessores non erant, qui omnia occuparent, manebant agrorum terre sine limitibus assignata, vt ait Ouid. Metamor. libro primo. *Communemque prius ceu lumina solis & aurae. Cautus humum longo signauit limite messor.* *Non stabit testis vnus contra aliquem.* Quia dicebatur super de homicida: hic agitur de modo probandi homicidium. f. q. non probetur per vnum testem, sed p. duos ad minus. *Non stabit testis vnus.* Valde rōnabile hoc fuit, nam iura diuina & humana in hac parte respiciūt bonum statum politicum: bonus status politicus est, q. inquiratur veritas, ne aliquis qui damnū passus est, vel iniuriā, maneat cum damno vel iniuria.

G *Quare Deus & iura humana noluerunt in probatione tantum esse vnum testem, nec esse valde multos. Et quare singulatim accipiuntur eorum dicta. Quest. IIII.*

E S t etiam status bonus politicus, vt ista veritas inquisitio sic fiat, ne contra aliquem innocentem iniuste iudicetur: in hoc autem erat quaedam moderatio dāda, nam nec oportuit valde multos testes peti, nec valde paucos. f. vnum. Primo quia iura humana valde fugiunt, q. aliquis dānetur propter malam testimonium probationem, & ob hoc non deuit esse vnum testem solum in aliqua cā quantumcunque illa parua sit. Et hoc propter multas rōnes. Primo quia vnus facilliter posset errare, q. non recordaretur si factum a multis diebus trāsisset: mul ti aut bene recordabuntur. Etiam quia licet factum sit recens, tamen forte vnus non respexit conditionē facti: multi autem melius respiciunt.

Item quia quantum ad nos non constat testimonium vnus sicut testimonij plurimorum. nam cū vnus in vna causa deponit nescitur, nec potest haberi firmum, q. ille falsum aut verum dicat: cum autem plures super eandem rem deponunt, satis notificatur, q. res sic se habuerit, nam vnus non potest diuinare, q. alius dicit, aut vult: cum ergo vnus testis deponit circa aliquam rem, & postea alius testis non audiens depositionem illius, idem deponit, cum non possit idē deponere tāquam ab alio audierit, necessatio conijcimus, q. isti concordant in eodem dicto, quia veritas rei sic se habuit. Et inter alias causas quare testimonij dicta singillatim accipiuntur, ista est vna. f. q. sic nos qui rem non vidimus arguere possumus sic, vel sic rem fuisse: si enim testes sua dicta publice pponerent, ita quod vnus coram alio diceret, non constaret nobis vtrum falsum aut verum dicerent: quia posset vnus sequi dictum alterius: si autem singillatim deponant cum vnus non audiat dictum alterius, non poterit illud sequi, nisi rei veritas sic se habeat, & si false deponant comprehendetur in eis varietas; & iste est optimus modus ad cōuincendum testimonium aliquorum esse nullum, quia sunt in dictis suis singulares, vel sunt contrarij, & sic necessarium erit aliquem eorum falsum testificari. Et hunc modum habuit Daniel ad cōuincendum seniores accusantes Susannam de adulterio, & testificantes contra eam, nam singillatim vnusquisque deposuit, & vnus dixit sub cino arbore eos fuisse fornicatos, alius vero sub pruno factum esse testatus est, vt patet Daniel. 13. cap. ex quo falsum dixisse conuicti sunt: si tamen vnus audiuisset depositionem alterius concordasset cum eo, & sic non potuissent conuinci de falsitate.

Item quando vnus testis recipitur in causa, facilliter corrumpi poterat per subornationem: cum autem multi sunt, licet vnus subornetur, non tamen poterunt omnes alij, ita facilliter subornari: in nulla ergo causa quantumcunque sit parui momenti dictum

dictum vnus recipiendum est, & quando multi accipiuntur in testes, si in testimonijs suis singulares sunt, non accipiuntur dicta eorum: ac si esset vnus testis, & isti testes dum plures fuerint, firmitus testimonium perhibent. Non tamen oportuit poni de necessitate valde multos testes, vt pote q. non esset probatio sufficiens, nisi adessent sex, vel septem testes aut plures. Nā sicut per dictum vnus solius testis si faceret in aliqua causa plenam probationem, daretur via ad veritatem in terimendam: ita si non fieret probatio sufficiens, nisi per septem, aut octo testes, auferretur via ad veritatem inueniendam. nam cū septem, aut octo testes de eadem re difficulter habeantur, rarissime res aliqua probari possent, & sic veritas suo raro prodesset auctori, cum eam vix aliquando probare posset: dederunt ergo iura tam diuina, quam humana in hoc moderatio nem, vt nec vnus solius dictum reciperetur, nec valde multi coexigerentur, sed sufficerent duo testes. In aliquibus autem causis, vel contractibus iura humana voluerunt plures testes esse, sicut in testamentis & codicillis, & alijs similibus: de quibus alia causa specialis est, & sic patet quod dicitur, q. non stabit testis vnus contra aliquem hominem quicquid peccati, aut facinoris fuerit. *Quicquid illud peccati & facinoris fuerit.* Siue sit peccatum paruum siue magnum, siue sit causa civilis, siue criminalis quantumcunque modica: & vocatur peccatum, quod contra proximum committimus: facinus autem quod circa Deum principaliter, sicut idolatria, & similia. *Sed in ore duorum vel trium.* Qui non sint in suis dictis singulares, quia tunc non probant, nisi vt vnus testis. *Stabit omne uerbum.* id est quodlibet verbum iudicabitur verum vel falsum, si duo testes, aut plures affirmauerint vel negauerint: in ore autem vnus nullum verbum est, quia propter affirmationem vel negationem vnus non creditur esse verum vel falsum aliquod verbū. *Si steterit testis mendax.* Hic ponitur poena falsi testis. *Accusans cum prauaricatione.* id est testificans contra eum falsē de prauaricatione, de qua steterat accusatus, quia testis non accusat. *Stabunt ambo quorum causa est ante dominum.* i. testis contra quem accusatur de falsitate, & ille contra quem testimonium tulit, & hoc si ille contra quem falsē testificatum est, velit accusare testem coram Domino i. coram tabernaculo in quo dominus specialiter habitare dicebatur, vt quilibet timeat pponere, vel defendere falsum. *In conspectu sacerdotum & iudicum.* scilicet aliorum iudicum popularium, quia ad talem accusationem multi conueniebant ad inquirendam veritatem, vel dicitur. *In conspectu sacerdotum, & iudicum qui fuerint in diebus illis.* i. in conspectu sacerdotum, qui nō sunt iudices, & in conspectu sacerdotum, qui sunt iudices, quia omnes cōueniebant ad audiendam ralem causam, quae magna erat: erant enim quidam sacerdotes qui erant iudices, & vocantur in euangelio sepe seniores. f. 70. seniores qui erant iudices de domo iudicij: & manebant in loco sanctuarij apud quos totus iudicaturā principatus erat: de quibus satis dictum est supra 17. c. alij erant sacerdotes ministrantes per tempora sua qui non erant de istis iudicibus. 70. & quando talis causa tractabatur, quia intra templum siue coram tabernaculo domini tractabatur, omnes sacerdotes, tam iudices, quam non iudices ad hoc conuenire debebant. *Cumq. diligentissime perscrutantes.* Ista causa cū magna diligentia tractari debebat, cū sit altissima causa. f. pure criminalis: nam si compertum foret falsē de posuisse testem, infligebatur ei eadem poena, quae ei contra quem deponerat pro imposito crimine irroganda erat: mors autem hominis aliquid maximum est, vel si forte reperitur, q. testis vere deposuit, mors infligenda est, vel alia poena ei contra quem deponit: Alph. Tost. super Deuter.

A ideo vtrobique causa sanguinis est: vnde cum magna attentione fieri debet inquisitio veritatis. *Inuenerint falsum testem dixisse.* Iste accusatiuus falsum in masculina terminatione ponitur, & non in neutra, quia est adiectiuum determinans testem, & patet quia postea sequitur accusatiuus huius infinitiui dixisse a parte post scilicet mendacium. *Reddent ei sicut fratri suo facere cogitauerat.* quia testis falsus intendebat per dictum suum alij ledere, siue corporaliter, siue in pecunia, sed principaliter intelligitur in causa criminali in qua est corporalis punitio, quod patet per talionem, quae sequitur. *Loculum pro oculo.* *Sicut fratri suo facere cogitauerat.* Falsus testis ex mala intentione falsum deponit, sed aliquis dicit, q. interdum testis nō deponit de opinionē. f. q. putat se sic habere, vel aliter: nam sic deponens non faceret plenam probationem: deponunt autem testes de certa scientia dantes causam sui dicti. f. q. viderunt tale, vel tale fieri, aut audierunt aliquas personas talia, vel talia colloquentes, q. autem sic aliquis deponat id quod non est, nō conuincit sine aliqua malitia, sicut ergo cogitauit ledere alterum, siue in bonis possessis, siue in persona, fiet ei sicut facere cogitauit. *Et auferes malum de medio tui.* Iste qui falsē contra aliquē deposuit malum quoddam est, quia alijs exemplum ad malum est, vt impune testificarentur mendacium contra proximum suum: etiam est malus in se, quia ex iniquitate sua demeretur vitam: debet ergo iste auferri de superficie terre, quia alijs nocet, & terrā inutiliter occupat. *Vt audientes ceteri timorem habeant.* i. quando vita & audita fuerit punitio talis alicuius viri falsi testificantis, alij terrebantur magnitudine pene, & arcebantur ab hoc scelere: ista est intentio principalis cuiuslibet boni legislatoris in illatione penarum: magis enim intendit correctionem eorum qui nondum mali sunt, sed mali esse possunt, aut esse proponunt, q. punitio eorum qui cruciantur: multae aliq. causa sunt quare peccantes puniri debent, vt declarat Boetius de consola. lib. 4. prola. 4. de quibus magis diximus supra 17. c. *Non misereris eius.* scilicet ad dimittendum impunitum eum, sed bene deberet cōpati dolori illius: quia caro nostra est. Et hoc dicit iudici, quia accusans eum bene potest remittere iniuriam suam ex misericordia, ita q. non puniatur. *Sed animam pro anima.* i. si propter crimen quod testis contra aliquem proponebat mors infligenda erat, ita q. accusatus perderet animam. i. vitam, testis dabit animam. i. vitam suam. *Oculum pro oculo.* i. si merebatur perdere oculum, testis p. det oculi, & sic de oibus alijs. Ra. Sa. dicit q. non p. debet oculum, vel pedem, sed dabat aliquam pecuniam in compensationem, vt diximus Leui. 24. c. de hoc ēr Exo. 21. c. Sed ad hoc distinguendum, quia aut accusans falsum testem vult eum accusare ad infligendā poenam civilem, aut ad soluendam aliquā pecuniam, quia actiones criminales civiliter intentari possunt: si autem intenter actionem criminaliter, condemnabit testis falsus ad poenam corporalem, q. pari tenebat accusatus, si vere crimen comprobatum fuisset, & tñ data snia poterit remittere penam illam, qui accusatus añ extiterat. si autē actio fuerit proposita ad condonationē in pecunia, non poterit post accusans eū facere corporaliter puniri, & tunc dabit pecuniam fm magnitudinē criminis, & pene, quae infligi debebat, & licet corpus liberam estimationem non recipiat, tamen poterit ipse qui passus est iniuriam petere aliquid: nec tñ tenetur dare cōdēnatus quicquid alius petierit in quocunque crimine, sed solum qñ ex crimine falsē dicto merebatur accusatus capite puniri, patet Exo. 21. cap. de illo qui admortuus noluit includere bonē cornu petam, & occidit virum vel mulierem, q. tūc dēt occidi dñs: si tñ pretium ei fuerit propositū, reddet quāntū

fuerit postulatus; ergo in alijs nocuentis vbi nō est infligenda mors, non dabitur quantum petiti fueris: quia non debent alia nocumenta morti adæquari.

C A P. X X.

SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris æquitatus, & currus, & maiorem quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos, quia dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti, &c.

Connexio capituli.

SI exieris. Postis supra quibusdam præceptis circa actus iudiciales: hic ponuntur quedam regule ad dirigendum motus irascibiles: ira enim ad expetitionem vindictæ est, quæ maxime est in occidendo. Et primo agitur de occasione publica, Secundo de occasione priuata. c. sequenti. Et tanguntur duo principaliter. Primo de quibusdam antecedentibus ad bellum. Secundo de alijs comitantibus ipsum, ibi. *Si quando accesseris.* Et prima diuiditur in tres partes.

Diuisio eiusdem.

In prima ponitur timoris remotio, & pugnatorum confortatio. Secundo quarundam personarum ad discendum de castris admonitio, ibi. *Duces quoque, Tertio bellatorum dispositio, ibi. Cumque siluerint, Si exieris ad bellum contra hostes tuos.*

Timoris remotio, & pugnatorum confortatio, in bellis inueniendis faciendæ est: & quedam personæ a castris pellendæ.

Quæst. I.

LOQUITUR de bellis quæ facturi erant postquam adepti fuissent magnam partem terræ promissionis: patet quia admonentur facientes domum, vel plantâtes vineam non ire ad bellum, sed ista non contingebat eis facere donec in pace tenerent aliquam partem terræ promissionis. *Et videris equitatum & currus.* In istis enim erat virtus bellica. & vocantur hic currus quadrigæ falcate habentes quatuor equos: ideo quadrigæ vocantur, vt patet 3. Regum. cap. 10. de his diximus supra 11. cap. *Non timebis eos.* quia non est pugna in multis, & paucis, sed sicut fuerit voluntas in cœlo ita fiet, vt habetur primo Machab. 3. cap. sic dixit Ionathas primo Regum cap. 14. scilicet non est domino difficile saluare in multitudine, vel in paucis, *Quia dominus Deus tuus tecum est.* Si ergo Deus pro nobis, quis contra nos? ad Ro. 9. c. *Quia eduxit te de terra Aegypti.* Dat eis signum ad non timendum, quia sicut Deus eduxit eos de Aegypto in manu forti, & brachio excelso, diuidens mare, & pugnans pro eis contra Aegyptios: ita hic pugnabit pro eis etiam ipsi tacentibus, vt patet Exod. 14. c. *Appropinquante autem iam bello.* i. quando steteritis apud urbem quam obsidere debetis, vel in campo vbi congressuri estis. *Stabit sacerdos ante faciem, & sic loquetur ad populum.* id est coram toto populo. *Hodie pugnam committitis.* i. commissuri estis, quia quando ista dicuntur nondum pugnatur, *Nolite metuere.* i. non affligatis sibi uxorem, quia dicitio hebraica hic posita signat contere. *Nolite cedere.* id est recedere fugiendo eos.

Quia dominus Deus uester in medio uestri. Speciali modo in habitando per vestram conseruationem, in domo patris sub prima præte, deinde transit ad viri potestatem per

patet 1. Reg. cap. 4. sed raro aducebatur, vt patet ibi, quia philistæi admirati sunt de insolita exultatione ludæorum in castris, & cognouerunt, quod hoc erat, quia illa die arca Dei venit in castra, & nō heri, & nudius tertius. Item quia multoties leguntur Iudæi deuicti, sed nunquam legitur, quod arca domini rapta fuerit ab hostibus, tunc ergo non ibat in castra. *Duces quoque.* Hic ponitur secundum. Squarundam personarum de castris expulsio. *Per singulas turmas.* turma continet congregationem triginta virorum, licet aliquando accipitur turma pro maiori coordinatione, & quilibet dux in turma sua clamabat ista, vt viderent quot fugerent vel manerent, & non fiebat ista discessio a castris in ciuitatibus Iudæorum, vel in itinere ante locum belli, quia ibi magis solent homines timere: ideo magis sciri posset qui essent timidi, vt alij electi manerent, quia melius est paucos, & bonos habere tyrones, quam indotam multitudinem, vt ait Vegetius de re militari libro primo. *Quis est homo qui adificauit domum nouam.* Quatuor genera personarum excluduntur a bello, ne ipsi fugiēt totum conturbent exercitum. *Et non dedicauit eam.* id est solennizauit, vel strenauit eam, quia facta domo antequam dominus ibi morari inciperet, inuitabat amicos suos ad nouam domum, & faciebant gaudiū magnum, & tunc morari incipiebat, & ista vocatur dedicatio domus, sicut solennitas, quæ fit in consecratione ecclesiarum dedicatio vocatur, & transferitur hoc ad quamlibet rem nouam dum ea vti incipimus, *Ne forte moriatur in bello, & alius deducet eam.* Nolebat enim Deus, quod iste moreretur cum isto desiderio, vel quia existens in bello, & cogitans ista laxaretur animo, & remisse pugnaret: vel melius ne si forte maneret in bello timeret, quod moreretur, & alius dedicaret domum: ideo a bello fugeret, alioque ad fugiendum inclinaret.

Quis est homo qui plantauit vineam. Hoc est secundum genus personarum, quia simili desiderio tenentur qui vineam plantauerunt, & nondū comederunt de fructibus. *Nec dum eam fecit esse communem.* quoniam plantabatur vinea, vel aliqua arbor fructus trium annorum immundi erant: quarto anno oēs fructus offerebantur dño, quinto anno dñs arborum fructus recipiebat: & tunc conuocans amicos colligebant fructus, & comederant oēs cum lætitia, vt patet Leu. 19. c. & in hoc dicebatur vinea facta cōis, in hebreo hñ. *Et non cantauit eam.* quia in collectione fructuum quoniam fiebat: cōis vinea, cantabant amici cum lætitia magna. *De qua vesce liceat omnibus.* i. nondum deduxit vineam ad talem statum, quod oēs de ea comedere possent viuas, quia quilibet ingrediens vineam proximi poterat comedere de viuis ad saturitatem, vt infra 23. cap. *Vadat & reuertatur.* Iste & alij duo sequentes recedebant a castris propter causas supra assignatas, vel quia posset mori in bello ille homo, & sic videretur infortunatus sicut vulgare opinio, quam ponit philosophus. 2. Phy. quod infortunium est prope magnū bonū existere, & illo priuari. Item, quia alij homines videntes infortunium istorū multum retraherentur ab intentione pugnandi. *Et alius fungatur officio eius.* i. faciat vineam communem, sicut iste facturus erat. *Quis est homo qui despondit uxorem.* Hic ponitur tertium genus. i. quæ dixerunt per verba de presententi, sed nondū consummauit carnaliter matrimonium. *Qui despondit uxorem.* i. despondit sibi uxorem, per consensum dando ei fidem de ceteris, quæ sequuntur ad matrimonium. *Et non accepit eam,* scilicet ad cohabitationem post consummationem per copulā, quia ante istam consummationē manet puella in domo patris sub prima præte, deinde transit ad viri potestatem per

Bellatorum dispositio.

De comitantibus bellum.

per mutuam cohabitationem cum eam accipit vit. *Ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.* Animalis homo qui solum ea quæ carnis sunt sapit, circa primos sponсарum amplexus ardētissimo tenetur amore, vt ea ceteris quæ in vita sunt gaudijs anteponat, & in hoc Deus eis complacet, quia adhuc populus iudis a maximis, & licitis delectationibus arcēdus non erat. *His dicitis addent reliqua, & loquetur ad populum.* Hic ponit quartum genus, & posita sunt tria superiora per se, quia illi tres modi liciti videntur, & sine recedentium erant, sed iste quartus cum dedecore recedentium erat, quia fatebantur se esse ad bellū propter timorem ineptos, & ex consequenti fatebantur se imperfectissimas partes politię, quia in politia non solum oportet recte viuere, sed etiam rectam tranquillitatem aduersus hostiles insultus custodire. *Formidolosus, & corde pauido.* i. homines multum timentes. formido enim excessiuum timorem denominat, quia quod parum timidi sunt non expelluntur a castris, quia difficile est medium circa timores, & audacias habere, quia materia cuiuslibet virtutis propter continuitatē diuisibilis valde est, & simpliciter medium adipisci rarum, difficile, & valde laudabile est: ideo modicum a medio declinare ad timiditatem, vel ad audaciam vituperabile nō est, sed qui multum excedit, vel deficit non latet: ideo vituperabilis, vt hñ in fine 2. Ethic. formidolosi autem multum deficiūt a fortitudine: ideo a castris expelluntur. *Ne pauere faciat corda fratrum suorum.* s. ne ipso fugiente. *Cumque siluerint.* Hic ponitur tertium. i. bellatorum dispositio. *Cumque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint,* id est dicta fuerint omnia supradicta per omnes turmas castrorum, & illi qui discedere debent a reliqua multitudine separati fuerint. *Vnusquisque suos cuneos.* dicitur cuneus acies nimis glomerata in densum, vt facile rumpi non possit, & ad subintrandum aduersas acies promptissima sit, & dicitur cuneus quasi coeuneus de coeo, id est coniungo coniungis. *Ad pugnandum preparabit.* quia recedentibus de singulis turmis eis qui supra nominati sunt, manebant deordinate acies: ideo oportebat de nouo ordinari, & multi de istis in bello separabantur recedentes ex prædictis causis. Vnde quando Gedeon pugnaturus erat contra Madianitas clamauit, si quis est corde pauido recedat de castris; & de 30. millibus pugnatorum recesserunt 20. millia ex hac causa, vt patet Iudic. 7. c. *Si quando accesseris.* Hic ponitur secundum principale de comitantibus bellum. Et ponuntur duo. Primo qualiter se habeant ad homines. Secundo qualiter se habere debeant ad arbores. *Ad expugnandum ciuitatem.* idem intelligitur cum velint pugnare aduersus aliquos in campo, vt volunt aliqui, sed non est eadem ratio, quia iste pugna committentur a Iudæis propter aliquas iniurias, vel damna recepta. Et si contra ciuitatem eis esset pugna accipiēdo ea quæ intra ciuitatē erant, & ipsam ciuitatē pmittendo recedere habitatores in pace, aliqualem satisfactionem habebant. si gētem in campo ad pugnandum convenientem oblata pace, & suscepta abire permitterent, nullam vtilitatē inde consequerentur. *Offeres ei pactum pacis.*

Offerre pacem, & offerre pactum pacis differunt, & quomodo. Quæst. I I.

ALIVB est offerre pacē, aliud offerre pactū pacis, offerre pacem est dicere si volunt in pace manere, quod maneat pactum pacis offerre est dicere si vultis in pace abire relinquētes ciuitatem, & ea quæ intra sunt, vel manere tributarij, & ista deditio solū offerebat ciuitatibus, quæ erant extra terram promissionis. Eis autē quæ intra terram illā erant, Alph. Toft. super Deuter.

non licebat hoc offerre, sed oēs trasfodere gladio, nec licebat offerre pactum gentibus contra quas specialiter Deus bellum gerendum esse mādabat, vt dicitur Amalechitas, vt hñ Exo. 17. c. ideo non licebat aliquem eorū vitæ reseruare sub aliqua conditione: ideo peccauit Saul qui reliquit vinum Agag regem Amalechitarū, & perdidit successionem in filiis in iure regnandi, vt hñ 1. Reg. 15. c. Et cū intrauerunt Iudæi in terrā Chanaā, non potuerunt facere pactum aliquod pacis cū habitatoribus terræ illius, vt quouismodo eos viuos pmitterēt, sed occidebant in ore gladij, & quia aliquos eorum fecerunt sibi tributarios, & receperunt ad alias conditiones pacis, vt patet Iud. 16. & 17. c. inciderunt in furorē dñi, vt patet magis Iud. 2. c. cū dñs, ascendit angelus dñi de Galgala ad locum flentiu dicens: eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terrā, per quam iuravi patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meū vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis sedus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorū subuerteretis, & noluitis audire vocem meam: quare hoc fecistis: quamobrem nolui delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorū sint vobis in ruinā. & ob hoc cū Gabaonitæ in dolo venissent ad Iosue, & principes Israēl cōponere volentes cū eis sedus, & dixissent se esse de terra longinqua, verborū suorū fulcimenta vtres veteres, & calceos diruptos, & pannos attritos monstrantes: cum autē factō federe post paucos dies cognitū est. die tertio, quod essent de habitatoribus terræ Chanaā populus voluit non oblitare pacto interposito delere eos, & tñ nō cōsensit Iosue, & principes multitudinis, & murmurauit dñs eos pp̄s: principes tñ nihil mali intulerunt eis putantes se teneri iusto facto in positione federeis cū ipsis Gabaonitis: de his Iosue. 9. c. si tñ cognouissent Iudæi, quod Gabaonitæ erant de terra Gabaon intra ambitū terræ Chanaā, nō pepigissent cū eis vllū sedus. *Si receperit.* s. pactū pacis: ita vt cōfederet tibi recepta ista ditione, quod seruiat tibi sub tributo. *Et aperuerit tibi portas.* Hoc erat signū, quod gratā habebat dñonem pacis oblatā a Iudæis, & recipiebant eos tanq̄ dños suos quibus se tributa p̄stituros, p̄stebant. *Cunctus populus qui in ea est.* s. tam viri quæ femine: tā magni quæ pusilli. *Et seruiet tibi sub tributo.* iuxta mensurā delicti quæ imponebant Iudæi qualitercunq; ipsi imponerent, quia dñi non erant illi ciues sui ipsorū, sed hebrei erant dñi. *Si autem sedus inire noluerit* quia forte non vult pacē aliq̄ recipere cū fortior se credat, quæ sit populus Iudæicus, vel dato quod pacē desiderat: tñ nō vult recipere ditiones pacis oblatas. vt sint tributarij: & ceperint dñe bellū oppugnando te, vel defendendo se a te in malis, quæ inferre velles. *Oppugnabis eam.* i. incipies facere bellum contra eam, quia certissime capies eam. *Cumque tradiderit dominus tuus illam in manu tua.* Non dixit si tradiderit eam dominus Deus tuus, quasi in dubio esset an traderet eam in manus eorum vel nō, sed certissime tenere debebant, quod si ipsi non deuiantes ad cultum Deorum alienorum in timore Dei sui inciperent bellum contra aliquam ciuitatem, contra quam iustam pugnandi causam haberent, dñs traderet eam in manus suas. *Percuties omne quod in ea generis masculini est.* Femine non percuntur in ore gladij, quia non fuerunt ipse origo discordiæ, sed viri: etiam quia femine non inturgerent postea in bellum contra Israelitas: si tamen dimitterent aliquos viros viuētes tollendo omnia bona eorum, vel faciendo in eis aliud genus stragis, possent postea isti viri insurgere in Iudæos, & contra eos gentes alias concitare ad suā securitatem: ergo oportebat istos viros occidi. De parulis autem illius gentis eadem cā non est p̄pter duo supra dicta. Primo quia pueri nondum capientes arma, & non capaces rationis, nec iudicantes iniuriam,

vt paruuli nouem, vel decem annorum, & infra non possent inire in bello illo contra hebreos viribus, nec consilijs. Secundo quia isti cum non iudicent aliquid perfecte, nec iudicent iniuriam factam, licet postea superuuiant, non ita accenduntur in odium, & peccationem vindictæ contra Israelitas, sicut si manerent aliqui adolescentuli. 15. vel 16. annorum, dato quod adhuc arma capere non possent: ideo illi mori non debent: isti autem sic, nisi forte sit aliquis specialis casus, in quo est paruuli trucidantur, vt patet infra. *Abiq; mulieribus & infantibus.* Ista poena infligitur pp culpam bellatorum, quia noluerunt oblatam conditionem recipere: mulieres autem & paruuli pugnare non poterant, ideo viuæ reseruatur: aliqñ tamen etiam infantuli gladio mori præcipiebantur solis feminis virginibus reseruatis: hoc erat speciale, vt post nullus de illo populo contra eos pugnare possit, vt patet de Madianitis Num. 3. c. sed aliquid reliquie eorum latuerunt, qui crescentes in populum magnum Israelitas magnis prælijs infestabant, vt habetur Iud. 6. capi. *Et iumentis, & cæteris que in ciuitate sunt.* semper reseruabatur ista ad utilitatem pugnantium, nisi ciuitas anathematizaretur, quia tunc oues, & boues, & omnia viuientia percutiebantur in ore gladii, vt patet de Hierico Iosue 6. cap. *Et cæteris que in ciuitate sunt,* scilicet omnibus supellectilibus, & pecunijs, & quibuscunq; rebus possessis, quæ nullo modo utiles sint, & adhuc de istis erat aliquid speciale, quia interdum ciuitate anathematizata, & omnibus rebus iussis perire, aurum, & argentum, ferrum, & es, cæteraq; genera metallorū reseruabantur in thesauris domini ad utilitatem Sanctuarij: sic patet Iosue 6. c. cum mandauit Iosue dicēs: vos autem cauetes ne de his que præcepta sunt, quicquam contingatis, & stis præuacationis rei, & oia castra Israel sub peccato sint, atque turbentur, quicquid auri, & argenti fuerit, & vasorum æneorum, atque ferri dño consecratur repositum in thesauris eius. Iterum facta fuit talis anathematizatio in terra regis Chanaan qui erat rex Arad, vt patet Num. 2. c. cap. nam populus vouit dño sanctificare vrbes illas delendo eas si traderet eas in manus eorum. Et exaudiuit dominus preces eorum, & tradidit ciuitates in manus eorum q̄ deleuerunt gentem illam subuersis viribus eius: ibi autem non acceperunt aurum, nec argentum, nec es, aut ferrum pro dño omnia succedentes. Quod potuit esse ex duobus. Primo ex inaduertentia illius populi Israelitici propter iram tunc candentē nā Chanaheus rex Arad bis persecutus fuerat Iudeos, & fecerat in eis strages. Primo in secūdo anno exitus de Aegypto, qñ uenerunt exploratores, & murmurare fecerunt populum, & tunc data sūta Dei 3. eos, mortuisq; decem de exploratoribus reliquus populus incepit tendere versus terram promissionis 3. mandatū Moysi dicētis: nolite ascendere, non est enim dñs vobiscū, ne corrumpatis coram inimicis vestris: Amalechites, & Chananeus sunt ante vos quorum gladio corrumpetis: deinde ipsis ascendentibus descendit Amalechites, & Chananeus, qui habitabant in montibus, & pcutiens eos, atque concidens persecutus est, vsque in Orma, vt patet Num. 14. & s. r. c. secundam irruitionem fecit 3. eos iste populus Chananeorum regis Arad in anno 40. immediate post mortem Aaron: nam audiens, q̄ ueniret Israel per exploratorum viam pugnauit contra illum, & victor existens duxit ex illo prædam, vt patet Numer. 21. cap. his ergo duobus contra populum Chananeorum accensus furor orauit, vt traderetur in manus eorum, & tanta fuit vindictæ cupiditas, q̄ et in ipsas res inanimatas desquiere gaudebunt: ideo non aduerterunt, vt aliquid Deo promitterent. Secundum motiuum fuit, quia ista terra adhuc distabat a terra

Chanaa, quam ipsi possidendam expectabant, & inquebant, & per multa loca transire erant: vnde adhuc magnus eis labor foret si per illa terrarum spacia ferri, & eris pondera multa deferreret, cum vix paruulos, & vxores in asinis suis deportare valerent: in anathemate facto in ciuitate Hiericho neutrum istorū duorum motiuorum stabat: ideo conuenienter ibi poruit aurum & argentum, & vasa ænea, & cunctū ferrum in thesauro dñi segregari. Primum non erat: quia Israelita nullam iram candentem in Hiericinos conceperant, cum nihil eis nocuissent, sicut nocuissent Chanaan in terra Arad. Secundum etiam non erat, quia Hierico iam erat in terra Chanaa, & castra manebant in Galgalis: etiam si viri bellatores ad diuersa loca expugnanda irent: ideo poterat ibi manere copia auri, & argenti, & ferri, & vasorum æneorum quantumcunque essent sine labore Israelitarum. *Omnem prædam exercitui diuides.* hic hortatur eos ad actum iustitię distributione: nam vt ait Aristot. in 8. Ethico. in omni communicatione, & amicitia est aliquid iustū inter cōciantes & amicos, & quāto illud iustum maius est, tanto amicitia & cōcatio maior est. Si aut sit modicū iustum, & modica amicitia, & cōcatio erit. cum autē nullum iustum fuerit, amicitia oīs, & cōcatio soluit: patet et in ipsis qui inhonestam amicitiam, & cōcationem habent, sicut sunt adulteri: nam cum adulteri inter se iustū aliquid habeant. s. q̄ quantū vnus cōdelectat alterum tm̄ condelectatur in eo perseuerant: cum aut alter eorum non reddit vicem, dissoluitur amor: sic patet in latronibus qui sunt amici viles, quia adiuuant se ad lucrādum, & cōciant in lucro. Si ergo inter eos obseruatur iustum. s. q̄ fiat distributio equalis rerum acquisitarum per furtum, manent in amicitia illa, & communicatione: si autem incipiat aliq̄ eorum sibi maiorem partem appropriare distribuendo alteris inequaliter, sequuntur litigia, & dissoluitur amor, atque communicatio.

Quo excedat iustitia alias virtutes, & eius laus. *Questio III.*

Hoc enim mirabile iustitia super ceteras virtutes habet, q̄ actus eius tam in bonis, quam in malis requiritur ad commanendum. Nā nec ipsi mali sibi ipsi concordabunt nisi quandā inter se iustitię partē hēant saltē māliter: aliarum aut virtutū actus ad solā pmanentiā in bono efficiunt, ad malū aut nequāq; & ob hoc iustitiā optimā virtutem Arist. noiat in 5. Ethico, & inter ceteras excellentē sicut Lucifer inter astra: nam ablata iustitia nihil sunt regna, nisi publica latrocinia, vt ait Augu. 4. de ciui. Dei. c. 4. diuidere aut prædam exercitui ad iustitiam pertinet: non tamen debet fieri ista diuisio fm̄ æqualitatem arithmeticam, quæ est equalitas quantitatis vel numeri, sed fm̄ equalitatem geometricam, q̄ est equalitas proportionis. s. q̄ si istis decem viris euntibus ad bellum dantur mille denarij, non debet quibuslibet alijs decem viris dari mille denarij, sed aliquibus decem viris dabuntur centum millia denariorū, & aliquibus decē viris dabuntur solum ducenti denarij: si tamen obseruaretur equalitas, & pportio arithmetica, quæ est fm̄ excessum quantitatis & numeri, sicut dantur decem viris mille denarij, ita deberent dari quibuslibet alijs decē viris mille denarij: nam in quorū vnitatebus excedunt mille denarij istos decē viros, in tot vnitatebus excedunt alij mille denarij alios decem viros. Et ista est propria æqualitas arithmetica, sed manifestū est q̄ talis distributio iniusta est: det ergo obseruari equalitas geometrica, quæ est secundū habitudinem proportionis. s. sicut se hēt virtus istorū decem

Hortatio Israelitarū ad actū iustitię distributione.

Diuisio exercitus in bello.

decem virorum ad mille denarios, vel dupla, ita virtus vel dignitas aliorum decem virorum est æqualis, vel dupla ad ceterum millia denariorum, cum autem distributio sic fit inter pugnant omnes, gratum hoc hēt & ad bellum animantur. Si autem pugnaverunt, & postea duces pro se prædam accipiant, nihil aut modicū exercitui diuidentes, viri pugnantes non attendunt ad pugnam, nec aliquid probe fieri potest: nihil enim magis est q̄ aliquem ducem vinci ab hostibus faciat, quā auaritia in suos: sic patet Alexandreis lib. primo. *Nec Mania nec turres ducem tutantur auarum.* *Exercitui diuides.* Inter omnes de exercitu præda diuidi debet, obseruata qualitate geometrica ut supra assignabatur. exercitus dicitur multitudo virorum euntium ad bellum, & isti diuiduntur, quidam pugnant actualiter cum hostibus, & quidam custodiunt sarcinas: utrifque aut equaliter distribuendum est fm̄ equalitatem quantitatis, quæ est equalitas arithmetica, dum tamen cetera paria sint: sic posuit David in legē vt patet primo Regum. 30. c. cum ipse fecisset bellum contra latrunculos Amalechitas, & cepisset eos, & omnia, quæ abstulerant a loco suo Sicelech, & ab alijs locis, & in psecutione hac latruncolorum ducenti de viris David lapsi resisterunt non potentes ceteros insequi facta occasione latruncolorum, & ereptione prædę de manibus eorum, viri qui cum David descenderant, nolebant dare partem prædę his qui lapsi resederant: ad quos David ait, non sic facietis fratres, mei de his, quæ tradidit vobis dominus, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersus vos, in manus vestras, nec audiet vos quisquam super sermone hoc, æqua enim pars erit descendens ad prelium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident: & factum est in illa die, & deinceps constitutum, & præfixum, & quasi lex in Israel ad diem hanc. alijs autem, qui ad bellum non vadunt nec manent ad sarcinas, sed in ciuitatibus requiescunt, nihil de præda diuidi debet, quia illi non sunt de exercitu. Sed contra hoc obicit aliquis, q̄ etiam illi, qui non sunt de exercitu, debeant accipere partem prædę, quia Num. 3. c. dicitur q̄ filij Israel iuerunt ad bellum contra quinque reges Madianitas, & non omnis Israel: sed 12. millia virorum electorum, & occiderunt hostes, & ceperunt prædam multam nimis: & Deus mandauit vt tota præda per dimidium diuideretur, & medietas daretur. 12. milibus pugnantorum, reliqua medietas data est toti residuæ multitudini Israelitarum, quæ non iuit in bellum. Respondetur q̄ ratio diuersitatis est ibi ab his, qui manent in ciuitatibus, & oppidis laborantes in rebus suis, ceteris ad bellum properantibus duplex. Prima est q̄ ista diuisio prædę inter eos qui manserunt in castris, & eos qui iuerunt ad bellum magis fuit ad uitandum scandalum, quam de rigore iuris, erat nāque magnum scandalum, quia si 12. mille viri, qui descenderunt ad bellum soli accepissent prædam, quia nimis multa erat, valde fuissent ditati, de quo cetera multitudo, quæ in castris manebat, & inuidisset, & doluisset, inuidisset quidem, quia illi ditiores valde super ipsos efficerentur, dolerent autem, quia nihil de tantis diuitiis eis dabatur, tanquam ipsi abiecti: liuore ergo, & dolore commoti in viros pugnatōres insurrexissent prædam ab eis durissime extorquendo, ex quo nō modica seditio oriretur. Deus autem prouidens hæc in plebe illa, quæ valde imperfecta erat, mandauit talem fieri diuisionem. Secunda ratio erat, quia etiam ius hoc aliquo modo expeditur: nam isti non erant sicut illi, qui in ciuitatibus manent ceteris in bellum euntibus, & vacant laboribus, suis, sed erant quasi parati in expeditione, ut si forte alicui auxilio indigerent, isti irent in auxilium eorum, li-

cet de hoc ipsi certificati essent q̄ illi. 12. mille viri p̄ ualere contra quinque reges Madianitarum, hoc tamen non obstante ipsi erant tanquam exercitus paratus in expeditionem, & sicut sic missi sunt illi. 12. mille uiri, ita alia uice mitterentur alij, & fieret similis distributio. datum ergo fuit istis qui manserunt in castris aliquid, quia tamen ipsi non descenderunt in bellum, nec manserunt ad sarcinas descendendum, non ceperunt equaliter cum ipsis descendentibus ad pugnam iuxta illud primo Regum. 30. c. quæ enim pars erit descendens ad bellum, & manentis ad sarcinas. *Et comedes de spoliis hostium tuorum.* Aliquando accipitur proprie comedere de spoliis, id est de victualibus extortis de manu hostium sic patet Gen. 14. c. quando. 4. reges pugnaverunt contra gentem Sodomorum, & dicitur tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum, & Gomorrhę, & uniuersa, quæ ad cibum pertinent, & abierunt. ecce qualiter cibos, p̄ spoliis acceperunt, & tunc proprie comeditur de spoliis, uel dicitur. *Comedes de spoliis hostium tuorum.* Id est uendes ea, quæ rapuisti ab hostibus, & comedes de rebus emptis pro eorum precio. Ecce qualiter Deus mandat vel saltem permittit accipi spolia hostium quia in bello iusto tam de iure diuino, quam de iure gentium ea quæ quis capit, efficiuntur capientis, & iuste homicidia committuntur, cum autem bellum iniustum est nihil differt a publico latrocinio: sicut ergo a tro nihil suum efficit de his, quæ prædatur, nec prescribit villo tempore contra dominum rei etiam si mille annis possidere possit, ita & committentes bellum iniustum, quia omnium homicidiorum quæ committuntur, rei tenentur, & restituere omnia ablata, & illata damna iniustum passis. *Qua dominus Deus tuus dedit tibi.* Deus dedisse ista hebrais dicebatur, quia licet ipsi manibus suis pugnasent, Deus tamen uigorem, & audaciam contra hostes tribuebat, & hostes eorum in fugam vertebat aut subigi faciebat, ut patet sup. 8. capitu. cum dicitur, ne dices in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ mihi hæc omnia præstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, q̄ ipse tibi vires præbuerit, vt impleret pactum suum super quo iurauit patribus tuis, sicut presens indicat dies. *Sic facies omnibus ciuitatibus, quæ a te procul sunt.* Id est ista est regula quam habere debes in pugnando contra ciuitates longinquas. *De his ciuitatibus & c. nullum permittas omnino viuere.* Neq̄ uendere in seruum alijs gentibus, vel tuæ subiacere seruituti, quia Deus abominatur iram istorū, quia maxime peccatores erant in omni genere impudicitia, ut patet Leuit. 18. c. Item quia si aliqui de istis manerent, essent iudicis rā quam clauis in oculis, & lanceæ in lateribus, ut patet Num. 34. c. & 6. & 7. Item quia docerent filios Israel colere Deos suos, q̄ eis esset in scandalum, & ruinam. *In ore gladii.* Metaphorica locutio, quia res inanimatæ os nō habent, cum os sit membrum animalis ad sumendos qui dem cibos, & sicut ea quæ ore animalis assumentur, quia animal, sibi illa incorporat: ita illa quæ gladio transfuerantur, consumuntur, & pereunt. vocatur os gladii acuties eius, quia omnia amputantur, & desecantur, sic dicitur lingua ignis sepe ut patet Esa. 1. sicut deuorat stipulam lingua ignis. *Ethæum. s. & Amorrhæum.* Solum ponuntur hic sex populi, quia de decem populis qui promissi sunt Abraham vt patet Gen. 15. c. tres dati fuerunt Idumęis, Moabitibus, & ammonitis, qui alio

quo modo pertinebant ad semen Abrahę, vt ibidem declaratum est & sup. 7. c. Non ponitur hic etiam populus Gergesorum de quo rarissime fit mēto in scriptura: cuius aliqui causam esse volunt, quia iste populus ante equam hebrei intrarent in terram Chanaan, recesserunt: ita q̄ cum eo prelium nullum gestum est, sed factum est: quia contra omnes septem gentes pugnaverunt vt patet Actuum. 1. 3. capit. cum dicitur: & destruens septem gentes in terra Chanaā forte distribuit eis terram: sed non fuissent destructę gentes septem, nisi inter eas fuisset destructa gens Gergesorum, quę inter eas ponitur ad complendum numerum septenarium. Dicendum ergo necessario q̄ contra Gergesos etiam Israelitę pugnaverunt sicut contra cęteras gentes, quare autem raro inter alias nominetur alibi dictū est. Exod. 3. & in alijs locis vbi de hoc agitur.

Sicut pręcepit tibi dominus Deus tuus. In multis locis hoc mandatum est in Exodo, & in libro Numerorū, & in isto libro.

Ne forte vos doceant facere cumctas abominaciones. Ista est vna causa, & potissima quare omnes occidi debebant, de hac Exodi. 34. & sup. 7. capit. Quas ipsi operati sunt dijs suis. Licet inter se nimis peccarent in coitibus, non obseruando consanguinitatis vlla iura, aut reuerentiā, vt patet Leuit. 18. c. & masculi in masculos turpitudinem operantes, & ad pecora hanc nequitiam extendētes, ut patet eodem. cap. tamē ad Deos suos maximas abominaciones fecerunt dantes de semine suo idolo Moloch vt patet Lev. 20. c. etiam quia ad omnem spurcitiam cum dijs suis faciendam se tradiderunt, & omnibus incantationum, & auguriorum modis insisterūt de quibus sup. 18. cap. Vt peccetis in dominum Deum.

Potest teneri ly vt dicens consecutionem, vel cām finalem. s. q̄ gentes in dolo docerent hebraeos facere istas abominaciones coram Deo suo, & deleret eos de terra, & sic preualerent aduersum eos: & istum modū tenuerunt Moabitę contra eos: nam cum Balaam ariolus non posset eos maledicere, & prędixerat, q̄ Israelitę vinci non poterant, quia erant in gratia Dei sui, dedit consilium vt pulchre puellę Moabitarum, & Madianitarum descenderent apud castra hebręorum, & permitterent se cognosci ab hebręis: hoc tamen adiecto vt prius immolarent, vel adorarent Deos earum, q̄ factum est, & insurrexit furor domini in Israel, & multi perierunt, vt patet Num. 25. c. Sic ergo possent postea facere alij gentiles, vt deciperent eos.

Quomodo se habere debent Israelitę ad arbores, dum bellum agunt. Quęst. IIII.

Quando obsederis ciuitatem. Hic ponitur secundum qualiter habere se debent ad arbores. Multo tempore. Quia pro pauco. i. pro ciuitate quę in modico tēpore capi poterat non oportebat fieri munitiones, vel turres ligneas, ita vt scinderentur arbores.

Et munitionibus circumdederis, vt expugnes eam. In bello campali non indigebant talibus munitionibus, ideo non habebat causam ad succindendum arbores, quare non datur eis ibi regula, sed hic quando oppugnant vrbes. uocantur munitiones omnia apparamēta bellica ad expugnandum ciuitates facta, quę in modis varios distinguuntur, quędam sunt quę testudines vocantur, sunt quędam tecta fortia, quę totis infra positis subuehantur, sub quibus multi homines latitant, q̄ appropinquantes muro eum suffodiunt, & dirimunt, fiunt etiam turres ligneę: fiunt quoque machinę, & arces quędam pēdentes, quę vndique circumlatę sagittatores intra continent. Et multa quę quotidie humana inuenit solertia, plurima quoque abolita sunt.

Non succindes arbores de quibus vesci potest. Quia magnā vtilitatem ad cibos eis prestabunt, dum bellum gesserint, & deinde capta vrbe proficient, quia magis erat ciuitas habitabilis propter fructuum abundantiam, siue tributarios ibi teneant, siue eam colonis assignent. & non solum refertur ista regula ad ciuitates quę sunt extra terram promissionis sicut superior, sed magis ad huc conuenit ciuitatibus terrę promissionis, quia i eis ipsi habitaturi essent, ideo arboribus indigebant.

Quia lignum est & non homo. Idest non potest tibi aliqđ nouimentum patrare, cum non sit homo.

Nec potest contra te bellantium augere numerum. Idest nō erunt plures bellatores contra te etiam si multe arbores fructiferae ibi sint, cum nihil ipsę faciant, sed si ciuitas esset ita fortis extra terram promissionis, q̄ de capiēdo eam desperaret, licebat ad damnificandum hostes succindere arbores, sicut fecerunt contra Moabitas, cum recederent non valentes obrinere ciuitatem regiam ut patet. 4. Regum. 3. c. in hebręo habetur.

Quia lignum campi est homo. Et aliqui hebręi ut Abenezra, dicunt, q̄ ista littera supplenda est. s. quia lignum campi est uita hominis, quia de fructu eius potest sustentari. & satis videtur hoc applicari rationi, quia ideo illa ligna non succinduntur, cum alimētum ministrat homini, & forte magis confirmaretur sic, quia si ideo lignum campi non succinditur, quia lignum est & nō homo, ita etiam non succinditur lignum non fructiferum, quia lignum est & non homo, sed non debet illa littera sic suppleri q̄ patet per litteram caldaicam quę habet sicut nostra.

Item quia in hebręo vtraque istarum dictionum. s. lignum, & homo ponuntur intransitiue, non enim ponitur ibi aliqua appositio dictionis, uel uariatio nominis principalis quantum ad terminationem: ad signandum i obliquo: ideo uidetur rectius q̄ ibi deficiat vna negatio, vel sit modus loquendi hebraicus.

Et quando arguitur, q̄ eadem ratio est in ligno fructifero, & non fructifero, quia neutrum est homo.

Respondetur, q̄ ea quę vtilia sunt, destrui non debent nisi quantum ad aliquid nociua sint. Ligna autē fructifera vtilia valde sunt, q̄ autem non sunt nociua, p̄bat, quia ligna sunt & non homo. De lignis autem nō fructiferis non potest hoc dici, quia nullo modo vtilia sunt nisi succita: ideo licet non sint homines succindi possunt.

Si qua autem ligna non sunt pomifera. Ligna pomifera dicuntur ferentia poma. i. fructus, quia pomum ualde generaliter sumitur. Pomum autem tripliciter assumitur aliquando strictissime, pro quodam fructu cuius cortex est valde tener, & ipse fructus est succosus valde, & uocatur alio nomine, & proprius malum a rotunditate, quia malon gręce rotundū latine est: & iste modus accipiendi pomum est apud vulgares grammaticos.

Alio modo accipitur pomum large pro omni fructu qui corticem tenerū habet, & iste modus accipiendi proprius est, & apud grammaticos peritissimos reperitur, & est satis vstitatus in sacra scriptura, & isto modo distinguitur pomum contra nucem, quia nux signat omnem fructum habentem corticem durū. & isto modo non accipitur hic: quia tunc non uetarent scindi arbores proferentes fructum teneri corticis, vt nuce, auellane, castaneę, amigdala, & similes fructus producentes, sed arbores solum proferentes fructum teneri corticis, quod falsum est.

Alio modo accipitur pomū pro omni fructu qualiscunque sit, siue durus, siue mollis, & hoc modo accipitur Gen. primo cap. cum Deus mandaret gigni de terra arbores fructiferas uocans eas pomiferas vniuersaliter dicens, germinet terra herbam viuentem, & facientem

Hebręorū opinio penes litterā.

cientem semen: & lignum pomiferum faciens fructū sic etiam accipitur hic arbores siue ligna pomifera esse ideat habere aliquem fructum. Sed agrestia. Idest solum pertinentia ad agrum & non ad hortos, quia i hortis plantantur solum arbores fructiferae in agris autem non solum fructifera spontere nascuntur. Et in ceteros apta vsus. Idest q̄ non sunt ad vsum proprium, qui est velti eis, sed ad vsum domicandī, vel alios minus principales: est autem precipuus vsus lignorum, vt de eorū fructibus omnia animalia terrę tam homines, quam volucres, & quadrupedia vescerentur, vt declarat Gen. primo. c. ligna autem nō pomifera cessant ab hoc vsu. Succinde & instrue machinas. Hoc est intelligendum quādo magno tempore ciuitas obsidenda est, vt sup. dicebatur. Si autem debiles sunt vrbs munitiones, & non potest magno tempore defendari, vel ex qualibet alia causa non debent facere machinas, aut succindere ad hoc ligna. vocantur machinę omnia apparamēta bellica ad inuadendum aliquam ciuitatem, dum tamen non sint arma virorum, & ista vocabantur supra munitiones.

C A P. XXI.

Quando inuentum fuerit in terra quam dominus Deus tuus daturus est tibi; hominis cadaver occisi: & ignorabitur cędis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui; & metientur a loco cadaueris singularum per circuitum spacia ciuitatum. &c.

Quando. Supra dictum fuit de homicidio facto a singulari persona, de qua nemini constat, & tanguntur duo.

Primum de directione circa illud homicidium q̄ pertinebat ad irascibilem.

Secundo de accipiendis vxoribus q̄ pertinet ad concupiscibilem. ibi. Si egressus fueris. Et ista secunda continet quatuor partes.

Prima de ducenda vxore.

Secunda de filiorum successione. ibi. Si habuerit homo. Tertia de filiorum malorum correptione, vel occisione. ibi. Si genuerit homo.

Quarto de occisorum occultatione. ibi. Quando peccauerit homo.

Quam dominus Deus tuus daturus est tibi hominis cadauer occisi.

De directione penes homicidium ad irascibilem attinens. & quo modo illius fiebat inquisitio cum auctor cędis nesciretur. Quęst. I.

Loquitur ad totum populum, qui in istis malefactis remedium ponere debebat.

Et ignoratur necis reus. Tunc enim sicut ista, quę sequuntur, cum autem sciretur interfector: aut uoluntarie occiderat, & tunc nullo modo euadebat ut patet sup. 19. c. Si autem a casu, fiebat sicut dictum fuit Numeri. 35. & sup. 19. cap. Egredientur maiores natu. Idest seniores qui erant in magna reputatione apud totum regnum. Et iudices tui. Non erant isti iudices alicuius ciuitatis propinque loco cadaueris inuenti: sed iudices maiores Israel qui prędicta inquirebant nomine totius Israel, cui ista mandata fuerunt.

Satis patet q̄ isti maiores natu, & iudices non sint iudices, vel maiores natu in ciuitate illa, quę propinquissima erat, quia dicitur hic: q̄ isti inquirerent quia ciuitas sit propinquior illi loco, in quo cadauer reperitur, ergo videtur q̄ cum isti inciperent inquirere metiendo spacia ciuitatum, nesciretur quę sit propinquior, non ergo poterat esse q̄ seniores vrbs propinquissima facerent istam inquisitionem, cum nesciretur, quę esset propinquior ciuitas: sed per hunc modum inquirebatur.

Item quia dicitur hic q̄ postquam cognosceretur, quę esset propinquior ciuitas, ibant seniores illius ciuitatis ad faciendum cęremonias istas sequentes super locū cadaueris, & in valle saxosa: ergo seniores, qui fecerant priores cęremonias. Inquirere quę ciuitas distantiior esset, non erant idem, q̄ isti secundi: ergo non erant de ciuitate propinquissima. Et metientur a loco cadaueris. Non oportebat, q̄ aliquam mensurationem facerent, sed considerarent quot leucis miliaribus, vel stadiis locus ille a ciuitatibus circumstantibus distaret.

Seniores ciuitatis eius tollent vitulam. Iste cęremonię fiebant ad manifestandam ueritatem, & quia semper pręsumitur q̄ aliquis de ciuitate propinquiori occidisset hominem, ideo aliqua grauamina fiunt ciuitati, ut ipsi confiteantur veritatem si sciunt, s. q̄ coguntur iurare seniores illius ciuitatis, & honoratiores q̄ nesciūt de homicida: hoc autem non iurarent si scirent. Quę non traxit iugum. In ferendo currus. Nec terram scidit pomere. Carando: & ista fiebant quia tales uitulę ferociores ad signandum ferocitatem homicidii. Ducent eam ad uallem asperam saxosam. Vt signetur crudelitas, vel asperitas occisoris. Quę nunquam arata est. Quia terrę aratę alicuius domini sunt, & tunc singulari personę fiet damnum, quia non posset ultra aliquid agere in terra illa. Et cadent in ea ceruicem vitule. Vt signetur q̄ decapitari deberet homicida, & qui celat homicidium. Accedentq; sacerdotes filii leui. Quia isti sunt qui iudicare debent in omni causa, ut inquirant si apparerit aliquod signum homicidii. filii leui. Non ponitur ad differentiationem aliorum sacerdotum, quia nulli alii erant sacerdotes nisi ipsi ut diximus supra 18. c. Licet filii Dauid uocabantur sacerdotes ut patet. 2. Reg. 8. c. erant tamen de tribu iuda, & uocantur sacerdotes, i. iuri potentes. Quos elegerit dominus. Omnes sacerdotes ad ministrandum electi sunt, sed aliqui de eis specialiter ministrabant, qui magis pertinebant ad cognationem summi sacerdotis, sed summum sacerdotum aliqualem variationem est secundum q̄ Deus diuersis temporibus eligebat, vt mutauit de domo Heli sacerdotum in domū Samuelis: immo ut uerius dicatur in ipsum Samuelem, quia filii non successerunt in summo sacerdotio, quia non secuti fuerunt uiam patris, sed auaritiam, ut habet primo Reg. 8. c. deinde fuit mutatum in domum Sadoch qui fuit sacerdos fidelis, & in domo istius mansit post, ut promiserat Deus 1. Re. ca. 2. Licet forte postea per diuersas eius lineas successionum mutatum fuerit sicut sub domo Phineę de domo Heli ad Sadoch domum translatum est. Vt ministrarent ei. In offerendis sacrificiis, concinnandis luminaribus, ordinandis panibus, & thimiama incendendo, & ignem continuum in altari fouendo. Et benedicant in nomine eius. Quia sacerdotes ponebant nomen dñi super populum, & Deus benedicebat eū: forma autem benedictionis habet Num. 6. c. Et ad uerbum eorum omne negocium pender. i. quicquid ipsi iudicant pro stabili accipitur, quia non licet ab eis appellare ut patet. 5. 17. c. & quicquid eorum pręcepto non obedit morte plectendus est, ad uerbum autem aliorum iudicum non pendet omne negocium, quia ipsi diffinitibus adhuc manet appellacionis remediū. Et quicquid mundum uel immundum est iudicetur. Hoc etiam specialiter pertinebat ad sacerdotes, quia ipsi cęrem

...nias circa mundos uel immundos facere debebat, ut haberetur Leuit. 13. & 14. c. Quia docuimus, n. lepra signum apparet in domibus, sive in parietibus, sive lapidibus...

Judicare mundiciam vel immundiciam ab aliis pollutionibus, quare ad sacerdotem attineat. & quomodo immundicia ueteris testis sunt conformes ex communicationibus ecclesiasticis. Quest. II.

CAUSA autem quare iudicare mundiciam, uel immundiciam a lepra, uel ab omnibus aliis pollutionibus pertinet ad sacerdotem, est, quia immundicie de quibus habetur in lege...

munditia, uel irregularitates in veteri testamento, quod habentes immundos efficiunt, & tangentes eos immundi et sunt, dicitur horum patet Leuit. 15. & Nu. 19. cap. Nam leprosi sunt sicut excorciati maiori excorciatione, & uiri fluentes semine, & mulieres menstruate, & mulieres, quod fluxu sanguinis patiuntur diebus multis, quia isti ceteros inficiunt...

Ad quid hec ceremonialis observatio fiebat super iter factum.

Antiqui putarunt erit mina certa aqua deleri, ut patet in Pilato.

bat in populo, decernens eum crucifigi debere, quia scelus hoc manifestum erat, ut non teneretur reus criminis huius, cunctis coram astantibus lauit manus suas dicens: mundus ego sum a sanguine iusti huius, vos uideritis, ut patet Mat. 27. capitulo, & Luc. 23.

Quare gentiles & sarraceni sepe lauant corpora sua, & manus, & credebant aquam crimina abstergere, & de baptisimi uirtute differunt, unde ea adueniat aqua. Quest. III.

ERRORIS huius occasio fuit in antiqua gentilitate quedam impropria transumptio, nam sicut aquam uidebant labes corporis prorsus abstergere, ita, & inquinamenta anime aboleri crediderunt. & sarraceni hanc opinionem sequuntur, qui in templis suis fontes habent, quos latine delubra uocantur a diluendis criminibus sic dicta, ut ipsi existimant, id ibi sepiissime se abluunt. Sed magnus error est, quia secundum naturalem disciplinam agens, & prorsus debent proportionari, ut taliter sit patiens receptiuum qualiter agens est actiuum, ideo ea quae in corpore sunt a corporibus non patiuntur, quia corpora agunt emittendo uirtutem suam diuisibiliter...

Errores peccatorum naturae anime.

pus abluere ut ab omnibus uitiis mundissimi redderentur, quidam autem solas manus lauabant, quia male actiones per quas causabantur secundum ipsos macula peccatorum per manus fiebant, quae sunt organa operatiua. primum fecit Hercules in fonte Libyco totum corpus abluens, secundum fecit Pilatus, ut coram toto populo manus lauerit: sicut habetur Mat. 27. capitulo.

Sed aliquis arguet quod ista obuiet ueritati catholice, nam ut ait Beda, & habetur per magistrum sententiarum in 4. cum agitur de baptismo, quod Christus factus fuit mundissimae carnis uim regeneratiuam aquis tribuit, uis regeneratiua est uis faciendi hominem nouum relicta ueritate peccati, ergo aqua habet uim lauandi peccata.

Ad hoc poterat responderi, quod aqua non habuerit uim regeneratiuam siue ablutiuam peccatorum, & sic illi qui putabant per lotionem crimina tolli errabant, habuit tamen aqua uim regenerandi post Christi baptismum, & sic sonat auctoritas Bedae. scilicet quod Christus factus fuit mundissimae carnis uim regeneratiuam aquis tribuit, sed ut acutius, & explicatius loquamur dicendum est, quod aqua non habet uim regeneratiuam in ablutio nem criminum: nam si talis uirtus in aqua esset, siue haec uirtus inaefferet ex natura, siue quia postea Christus dedisset, necessarium erat ut semper in aqua ista uirtus esset cum absolute inaefferet, sicut aliqua alia qualitas in suo subiecto. sed falsum est, quia tunc quodcumque aliquis lauaretur in aqua, ista uirtus regeneratiua peccata aboleret, sicut quodcumque aliquis intret in aquam, quia humida est, necessario humefacit.

Item omnem hominem purgaret a uitiis, sicut frigiditas aquae quodcumque hominem in frigidat, aut calefacit, ita & uis regeneratiua, si in aqua esset, quodcumque hominem regeneraret a uitiis mundans, sed dicitur quod est uirtus regeneratiua in aquis. scilicet Deus uoluit quod tanta uirtus esset, ut accedente uerbo ad elementum aquae fieret sacramentum baptismi, in quo fit plena remissio peccatorum, & in nullo alio elemento hoc fit.

In baptismo si plena remissio peccatorum.

Sed forte adhuc dices quod ista redargutio antiquorum non bene stet, quando ipsi putant, quod in lotionem per aquam lauarentur crimina, quia sicut nos dicimus, quod per baptismum fit plena peccatorum remissio in nouo testamento, ita ante Christi aduentum in fide & spe baptismi Christi crimina dilui poterant, patet hoc de oibus ceremoniis obseruationibus ueteris testamenti, quod proficiebant ad salutem in quantum per eas facite uel expresse consistebant Messiam uenturum. Rursus quod hoc non potest stare propter duo, scilicet quia ista ablutio in aqua a gentilibus non fiebat in fide baptismi a Christo instituendi, & quia dato, quod in fide illius abluerent, per illam ablutio nem non lauarentur crimina. Primum patet quia sicut nunc in quacumque aqua fiat baptismus uirtus regeneratiua aequaliter ibi est, ita si antiqui gentiles in fide Christi lauarentur, in quacumque aqua crederent crimina abluere, sed non credebant sic quod potius Hercules quendam fontem in Libya ad hoc specialiter elegit: & Theophrastus admo nens Herculem suadebat ire in terram suam, quia ibi poterant peccata eius abluere, ut patet in fine primae tragediae Senecae quae dicitur, Hercules furens, quasi in terram illam speciale esset: ergo non abluere se in fide baptismi Christi. Item qui habet fidem de baptismo Christi, qui erat aliquod speciale sacramentum Christi, haberet fidem de Christo ipso, sed gentiles facientes istas ablutio nes non habebant fidem de Christo, ergo nec lauabantur in spe baptismi Christi: patet antecedens, quia gentiles isti colebant idola, fides autem Christi perfecta non stat cum idolorum cultura, ergo non habebat fidem Christi, patet hoc de Hercule, qui credit se lauare

se lauari per aquam ab omnibus inquinamentis peccatorum, tamen Christum non credebatur, cum Deos plures crederet dicens, Iouem esse Deum, & se esse filium Dei. Item patet hoc de Pilato, quia non egit ipse istam ablutionem in fide baptismi Christi cum Christum crucifigi iuberet, & erat pure gentilis sicut ipse confessus est, ut patet Io. 19. c. cum dixit se non esse iudaeum: sicut patet. sicut dato quod isti gentiles facerent istas ablutiones in remissionem peccatorum, non remitterentur talia peccata in virtute huius ablutionis, nam licet omnes qui in Christum credebant ante eius aduentum per hoc saluabantur sicut nos saluamur per fidem eius iuxta illud ad Ro. 10. corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem & Actuum. 10. c. fide purificans corda eorum: tamen ceremoniarum quas faciebant de se nullam virtutem habebant, aut augmentum ad merendum: non enim poterat quisque dicere quod gentiles, qui lauabantur in aqua, haberent baptismum Christi, & conferret eis virtus, quae conferebatur in baptismo Christi, cum in ipso baptismo Ioannis iterum baptismum Christi baptizabantur ut patet Actuum. 19. c. per ea quae fecit ibi Paulus apostolus, nec etiam dici potest quod ceremonialis illa observatio abluendi in fide baptismi Christi poterat habere aliquam efficaciam nam licet fides Christi habere efficaciam ad remissionem peccatorum, tamen istae ceremoniae factae in fide Christi non habebant aliquam efficaciam ultra eam quam habebat per se fides Christi, cuius primum est in sacramentis noui testamenti, quia licet sacramenta noui testamti habeant efficaciam a Christo institutore, & nobis proficiant sicut credimus ea nobis proficere, in quantum sunt a Christo instituta: tamen specialiore efficaciam habent quam fides Christi: nam maior gratia confertur per usum cuiuslibet sacramenti noui testamti cum fide Christi instituentis, quam si credamus Christum solum, & non utramque specialiter sacramentis, tunc autem gentilitatis quaeque; Christum crederet futurum, & videretur aliqua ceremoniali obseruatione, nihil magis de gratia accipiebat per illam obseruationem quam per solam fidem, nisi per accidens in quantum per operationem intendit fidei actus, ratio huius est quia obseruationes istae ceremoniales non habent de se aliquam bonitatem, quasi intellectus determinet ea fieri sicut aliqua quae sunt de naturali rationis dictamine, si ergo aliquod bonum habere deberent, oportet quod habeant illud ab instituyente conferente virtutem rei institutae, & ob hoc ceremoniarum veteris testamenti licet quantum ad se nec bona nec male essent, tamen quia Deus eas instituerat ad exercitacionem populi iudaici meritoriae erant, ablutio autem in aqua tempore gentilitatis dato quod fieret in fide baptismi Christi, tamen quia a Christo instituta non erat non habebat in se aliquam virtutem ad diluenda crimina. *Manus nostrae non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi nostri uiderunt.* Idest nullo modo nos fecimus, vel fieri vidimus sed nec scimus, nec aliquis propter negligentiam nostram fecit, & magis iurabant se nescire, & negligentes non fuisse, quam se non fecisse, quia de eis nullus dubitare poterat. Et debet hoc intelligi in persona totius ciuitatis, quia alias nihil proficeret, cum illi maiores natu solum se ipsos specialiter purgarent dicentes non commisisse tale homicidium: & tunc necesse erat maiores alios sic purgari in eadem ciuitate, vel nihil factum esset, sed soli maiores natu idest seniores totius populi hoc faciebant: ergo nomine totius populi hoc faciebant, & ista vox dirigitur in persona totius ciuitatis populi illius scilicet: *Manus nostra non effuderunt sanguinem hunc.* Idest satis credimus quod manus nostrae non effuderunt hunc sanguinem scilicet, quod nullus de ciuitate

hac sanguinem hunc effuderit. *Nec oculi nostri uiderunt.* Idest etiam nullus de ciuitate hac uidit effundi sanguinem hunc: utrumque enim necessarium erat: quia dato quod nullus de ciuitate illa effudisset sanguinem illi, si tamen uidisset sanguinem effundi, debebat prodeire effusorem cum taliter quereretur, aliter peccaret, & esset reus sanguinis sicut qui effudisset: & intelliguntur ista duo non de rei veritate sed de credulitate, nam certissime dicere non poterant seniores populi loco omnium qui erant in populo quod manus suae non effudisset hunc sanguinem idest nullus de populo, & tamen poterant seniores populi loco omnium qui erant in populo quod manus suae non effudisset hunc sanguinem, i. nullus de populo, & tamen bene poterant iurare de credulitate, quia sic crederent scilicet neque quentquam fecisse nec uidisse. *Propinquus esto populo tuo Israel* scilicet non imputando eis hoc in peccato ad punitionem: & ista sunt uerba seniorum ciuitatis illius, quae erant propinqua loco, in quo iacebat cadauer occisi hominis, & orabant pro se & toto Israel, ut non statueretur eis hoc peccatum, cum in hoc non deliquissent. *Quem redimisti.* Persuasio rhetorica est habens non modicam uim, nam si Deus hebreos redemit auferens eis penas captiuitatis Aegyptiacae, quam merebantur: quomodo magis non infligeret penas pro peccato, quod non fecissent, ut mali quocumque commuissent non uideretur rationale quod aliquid Deus fecisset, quod postea irrationabiliter perire permitteret, quod esset dato quod puniret eos pro sanguine hoc effuso, quem non effuderunt, nec effundentem uiderunt. Et non solum consistit in hoc uis persuasionis, sed magis in hoc, quod aliqua Dei beneficia referuntur hic. s. quod Deus redemerit iudeos de Aegypto, quod erat ualde magnum beneficium. delectantur autem magnanimi, & magnifici cum audiunt beneficia ab eis facta aliis, & libenter ea audiunt, tristantur uero cum eis referuntur beneficia ipsis collata ab aliis ut patet in 4. Eth. c. de magnificentia. & c. de magnanimitate. de hoc Gen. 32. c. dictum ubi dicitur de optimo modo orandi, an esse debet per uerba ualde demonstratiua bona quae recepimus, aut bona quae egimus. *Ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel.* i. non imputes nobis peccatum sanguinis effusi, si autem ex negligentia populi. effusus fuisset sanguis ille, uel non uendicaretur iam effusus, irascetur Deus super populum Israel. *Et auferetur ab eis reatus sanguinis.* s. a senioribus ciuitatis propinque, qui antequam ista facerent rei sanguinis erant, & si ista facere nolent irascetur eis Deus tanquam uere occidissent. *Tu autem alienus eris.* i. absolutus, & loquitur ad populum totum, quia totus Israel tenebatur reus sanguinis quando aliquis occidebatur sic occulte, nisi istam inquisitionem faceret, & ciuitas propinqua, nisi praedicta fecisset & sic utriusque absoluebantur. *Ab innocentis cruore qui fusus est.* Non uocatur sanguis innocens, ita quod uere ille occisus sine culpa fuerit, quia potuit iuste occidi, ut puta si inuasit alium, & ab illo occisus est, uel si latro, uel insidians erat, siue alias iuste occisus est. sed uocatur innocens, quia non constat de eo quod nocens fuerit, & sicut praesumptionem iuris quilibet praesumitur bonus nisi primum probetur. *Cum feceris quod praeeperit dominus.* i. quod tu feceris ea, quae mandata dominus. s. quod mittas seniores & iudices tuos, & sacerdotes ad inquirendum, quae ciuitas esset uiciniore loco cadaueris, & postea maiores natu, s. seniores ciuitati fecerint ceremonias supra tactas, quae omnia mandat Deus fieri, eris innocens a sanguine effuso, quia si ommitterent tacere hoc, reputarentur rei sanguinis, & perirent, factum autem hoc, quia faciebant quantum poterant, dato quod illi qui occidissent hominem, essent in populo illo, & non cognoscerent interfectores illos esse in populo, erat populus liber, quia

Locutio ad totum populum.

quia non iudicaretur reus sanguinis, nec quicquam ei a Deo imponeretur: licet pena infligeretur a Deo eis, quod aliquem de quo ignorassent, occidissent. *Si egressus fueris.* Hic ponitur secundum principale quod pertinet ad dirigendum concupiscibilem. *Contra inimicos tuos.* s. qui sunt extra terram promissionis, quia in terra promissionis nullum permittebant uiuere siue masculum siue feminam, ideo non poterant accipere uxores de eis ut patet Exo. 34. & sup. 7. c. *Captiuosque duxeris.* Ut vendas uel ut seruiant tibi. *Et admaueris eam.* Quia erant prouideat luxuriam uidentes mulieres pulchras, & acciperent eas in concubinas, ne ergo peccarent, permittit Deus eas accipere in uxores. *Voluerisque habere uxorem.* Quasi dicat. tunc debes facere, quae sequuntur: alias autem non licet eam sibi habere. *Introduces eam in domum tuam.* Ex promissione loquitur, & est permissio minus mali, ut uideatur concubinitas, & haec omnia intelliguntur si ipsa uel licet tenere ritum hebraicum, alias uel venderetur, uel occideretur, siue efficeretur serua, quia non licebat filiis Israel tales uxores accipere. *Qua radet cesariem.* Ista abscissio capillorum & unguium superfluum significat abrationem cultus idolatriae qui superstitiosus est secundum Rabbi Salomon. & Aben Ezra: potest intelligi quod ista fiant ad decorem uel turpitudinem huius captiuae. Si intelligatur ad turpitudinem est intentio, quod ista mulier debet deturpari, ut sic perdat amans stimulos carnis. *Radet cesariem.* i. totam comam, & sic multum turpis redditur mulier, quia mulieri pro ornamento capilli dati sunt, ut patet prima Corin. 11. c. ubi multa de hoc ponit. *Et circumcidet unguis.* In hebreo habetur. *Faciet unguis.* Et potest intelligi duobus modis. Vno modo fecit unguis. i. dimisit crescere, sicut dicitur facere comam qui eam crescere dimittit, & ista est propria significatio dictionis facere. i. ducere aliquid ad esse uel augmentum. Alio modo accipitur facere. i. ornare uel parare, & sic dicitur facere barbam qui eam radit, & facere unguis, qui eos circumcidit, sic dicitur Leuit. 14. faciet unum arietem pro peccato. i. parabit uel sacrificabit. *Et deponet uestem in qua capta est.* Si forte erat preciosa, ut non appareat bene sicut ante. *Sedensque in domo tua flebit patrem & matrem.* Ut sic plorando defleratur ut non placeat in pulchritudine, & durabar per unum mentem, ut temporis dilacione subitaneus periret ardor, quod si forte non decrederet amor finito mense, poterat eam accipere in uxorem. Si autem uelimus quod ponatur ista ut magis ametur ab illo qui eam accipere uult. Dicemus quod radere cesariem. i. capillaturam, non quidem debet unguis ut pulchrior esset, quia magna unguis puellarum deturpant pulchritudinem, & deponere uestem in qua capta erat, quia mulieres, & homines tempore calamitatis letis uestibus non utuntur, ideo accipiebat aliam meliorem. Sed neutra istarum duarum expositionum satis conuenit, non prima, quia non mandaret mutari uestes captiuitatis ad non placendum cui minus placere poterat in ueste illius quam in aliis, cum uilior & abiectionis esset. Item quia facere unguis secundum communem modum loquendi est eas apparare uel decorare, sed hoc non conuenit ad displicendum sed magis ad placendum quia causat pulchritudinem. Secunda expositio non tenet quia radere cesariem enormitatem dicitur mulieribus, nec debent modicum siue multum radi. Item plorare non pertinet ad pulchritudinem, sed magis deformat. Dicendum ergo sicut ante diximus quod ista signat totalem mutationem de gentilitate ad iudaismum, castrationis, & unguium amputatio, quia ista intrinseca, & natu

Littera hebraica dupliciter intelligitur.

Doct. expositio.

ralia sunt, & signant uoluntatis quae interior est mutationem, ita quod nullus amor nullum desiderium maneat in animo idolis seruendi. depositio uestis, quae est exterior signat depositionem actuum exteriorum, & habitus, totiusque ueteris conuersationis, ut non solum nihil antiqui erroris in animo sedeat, sed etiam nihil extra uideatur. *Sedensque flebit patrem & matrem suam uno mense.* Quia compassio naturalis parentibus exhibenda est, nec decet filios parentum funera qualescunque extiterint sine cordis amaritudine praeterire, ideo Deus non uult contra naturales motus rectos quicquam mandare, cum ipse naturalis instituerit. *Postea intrabis ad eam.* s. carnaliter cognoscendo. *Si autem post non sederit in animo tuo.* i. non placuerit tibi sicut ante placebat, quia multum mutabiles erant isti iudaei, & sicut assolent fieri, quae aliquis feruentissimo desiderio concupuit, nimio, & irrationabili odio detestatur, ut Amnon sororem suam Thamar nimio amoris estu dilexit, sed quodam breuissime actu functo eam inenarrabiliter odio habuit, ita quod inordinatus amor ad deordinati odii magnitudinem non pertingeret ut habet. 2. Reg. 13. c. & lecretum laet hic, potest etiam accidere, quia mulieres aliarum terrarum uiris iudaicis minoribus discordarent, quod turbat communicationem economicam. *Nec uendere poteris pecunia.* Potuerat tamen si uoluerat antequam accepisset eam in uxorem. *Nec opprimere per potentiam.* s. subiuciendo seruituti tuae cum uendere non poteris. *Quia humiliasti eam.* i. deflorasti uirginitatem eius, ante enim quam puella corrupta sit, magni ualoris est & a quolibet acciperetur, cum autem deflorata fuerit humiliatur. i. fit contemptibilior ita quod pauci eam accipere uelint. *Si habuerit homo.* Hic ponitur secundum de filiorum successione. *Si habuerit homo.* Hic ponitur determinatio litigii quod pater uult priuare filium primogenitura auferendo ei iura primogeniturae & tribuendo alteri. *Uxores duas.* Licebat tempore ueteris testamenti habere plures uxores, nam ante ipsam legem datam sancti patres quibus Messiae promissio facta est, habuerunt plures uxores, habuit enim Abraham simul Sarram, & Agar, habuit Iacob 4. uxores. s. Rachelem & Liam, Baalam, & Zelpham, ut patet de Abraham Gen. 16. & de Iacob Gen. 29. & 30. c. ceteri autem qui tempore legis fuerunt hunc morem secuti interdum plures uxores assumebant, Dauid. n. multas uxores habuit simul: de Salomone autem dicere non attinet qui multas habuit sed illicite contra Dei mandatum, ut declarauimus. 5. 17. ca. in his autem erat duplex ratio, quia in antiquis patribus pluralitatis uxororum causa fuit desiderium multiplicandi populum Dei, qui multiplicandus promittebatur quasi stellae caeli, & quasi arena quae est in littore maris, ut patet Gen. 22. c. & hoc licitum erat, & aliquantulum meritorium, cum nullo modo ad hoc incitaret desiderium explendae libidinis. Secunda causa erat permissio Dei, quae quidam eorum ita erant effrenatae libidinis, quod si non permitterentur plures uxores habere, ut plurimum pro libito miscerentur, adulterium, & alia uitia perpetrarent, & hoc quamuis aliquo modo liceret, quia permissum foret, tamen meritorium non erat immo aliquantulum demeritorium, in quantum radix istius desiderii erat mala. Contingit autem aliquem duas aut plures uxores habere, uel quae plures accepit de cognatione sua, & aliam uel alias in bello, ut in littera superiori dicebatur. *Vnam dilectam & alteram odiosam.* i. unam placentem in oculis eius, & aliam non placentem. *Fueritque filius odiosae primogenitus.* Et ponitur hoc quia isti iudaei accipientes uxores de alienigenis

De filiorum successione.

alienigenis suscipiebant filios ex eis : & deinde habentes odio matres, & abiicientes eas, volebant sic, & filios susceptos ab eis etiam si primi essent, aliis inferiores facere. *Fueritque filius odiosa primogenitus.* Si aliquis habebat uxorem sibi odiosam siue eam acceperit de gente sua, & cognatione, siue in bello acceperit, poterit eam repudiare ne sit vxor eius. De vxore accepta in bello patet sup. in littera, quia dimittebat eam vir suis liberam, nec poterat cuiquam vendere. de muliere autem que de gente sua erat patet. j. 24. c.

Casus 14. in quibus pater potest filium aut filiam exheredare, & ad que possint iura primogenitura. Quasi. IIII.

FILIVM tamen non poterat aliquis repudiare ne sit filius eius, nec potest eum exheredare nisi habuerit aliquam causam, propter quam exheredet, quas causas iura humana expriment. Primo si filius parentib. manus intulerit iniurias. Item si grauem iniuriam eis fecerit que non sit iniectio manuum. Item si eos criminaliter accusauerit de ca qua non sit aduersus principem vel contra re publicam. Item si cum maleficis versatur. Item si maleficus efficiatur.

Item si vite parentum insidiatur. Item si vxori, vel concubinae patris se immiscuerit.

Item si ex dilapidatione parentes grauem iacturam, vel dispendium sustinuerint.

Item si pro patre vel debito eius in quantum poterit fideiuber noluert, & hoc ad solos masculos referendum est.

Item si prohibuit parentes facere testamentum.

Item si contra uoluntatem parentum inter arenas peruenauerit & mimos, cum pater illius professionis no fuerit, secus si filius sequatur officium patris. mimi histrici dicuntur vel ioculatores, arenas dicuntur qui in arena contra bestias pugnant, ut qui cu uris vel leonibus inclusis in aliquo theatro vel domo bellum gerit.

Item si filia vitam luxuriosam elegerit, dum tamen parentes uellent eam pro posse dotare, nisi neglexerint eam viro tradere ante annos. 25.

Item si filii parentibus furiosis debitam curam non impenderint.

Item si de carcere parentem educere neglexerint, ut habetur in auten. ut cum de appella. cognoscitur in s. causas collatione. 8. Cum autem non sint casus expressi in lege, non potest pater vel mater p libito suo filium exheredare, nam filius est pars patris & sicut communicaui ei esse per naturam, ita debet ei communicare nutrimentum & conseruationem in esse economico p successionem, iuxta dictum saluatoris, patres debent thesaurizare filiis, & non filii parentibus, non ergo potest priuare pater filium eo ad q tenetur ei p naturam, nisi filius demeruerit, per actum demeritum autem non quodlibet est sufficiens, ut pater possit priuare filium hereditaria successione, sed magnum demeritum, qualia sunt ista que expressa sunt in causis. s. assignatis, q si pater velit filium pro sola uoluntate sua nulla preecedente ca, vel non legitima priuare legitima successione, non se habet ad eum tanquam pater ad filium, sed tanquam dñs ad seruum, inter quos proprie iustum nullum est, & talis principatus errat, cum principatus paternus sit principatus regalis, ut ait Arif. in 8. Ethic. q probat auctoritate Homeri, qui Iouem eo q rex bonus foret patrem populorum nuncupauit, in Persis autem principatus paternus est principatus tyrannicus sicut dñi ad seruum, ideo errat ut ait Arif. ibidem. *Fuerit filius odiosa primogenitus.* Quia primo fm

F carnem natus est, & debet habere iura primogeniturę. Inter hebreos semper fuerunt obseruata primogenitura iura, ita ut qui primogenitus esset haberet qda specialia dona & priuilegia iter ceteros fratres, & hoc obseruabatur tam inter eos qui erant de magno genere, & habebant magnum statum, quam inter eos, qui erant de paruo genere, & habebant paruum statum, nunc autem ista primogenitura non obseruatur inter nos nisi inter homines magni generis, & status, ut no pereat familia patrum, & semper primogenitis datur tota domus, ceteris autem dantur aliqua dona. inter hebreos autem multum conferebatur ista iura primogenitura, ut non miscerentur familiae, & manerent se per nomina patrum, nam cum ipsa possessio indiuisa maneat, quocunq transiret, transibat, & nomen pris & cognationis, cuius erat ipsa possessio, si autem possessiones equaliter diuiderentur inter filios, & no maneret domus ipsa. i. maior pars possessionis, vel aliquid speciale penes ipsum primogenitum; turbaretur posteritas, & non manerent nomina patrum, & ob hoc in hominibus vulgaribus pereunt denominationes cognationum, & ignorantur successiones, quia no euenit aliquid speciale primogenitis. in hominib. autē nobilibus non accidit hoc, quia primogenitis dantur aliqua specialia. Ad conseruandam etiam istam impermixtionem cognationum, & certitudinem paternarum linearum fuit preceptum in ueteri testamento, ut viri de una tribu acciperent vxores de eadem tribu, ut habetur Nu. 36. c. etiam fuit factum aliud q adhuc precipuum erat. s. ut no possent vendi possessiones immobiles simpliciter sicut apud nos uenduntur, periret certitudo cognationis, & linea illius que cognoscebatur per talem possessionem, & sic esset de omnib. lineis, & successioneibus, cum de omnibus possessionibus similiter fieri posset scilicet ut simpliciter uenderetur, nam non cognoscitur possessio per familiam, siue possessionem, sed e contrario possessio facit cognosci familiam. quid autem ista certitudo successionum paternarum, & impermixtio tribuum atque cognationum in ueteri lege profuerit, & ad quid Deus illam mandauerit Num. 27. c. dictum est.

G *Volueritque substantiam suam inter filios diuidere.* Ponitur hic de diuisione possessionum paternarum, quia iter cetera primogenitura iura id quo magis primogeniti apud hebreos appreciabantur, & q magis eos determinatos reddebat in linearum impermixtione, erat q primogeniti accipiebant de hereditate paterna duplices partes ut patet de Ioseph, qui quantum ad aliquid reputatus est primogenitus Iacob: ideo suscepit duas sortes, cu tñ qlibet de aliis vnica sorte accepisset, & vnica tribu denominasset ut patet Ge. 48. c. cu ergo p uolebat filiu odiose, qui primogenitus erat, primogenitura priuare, precipuum in quo eu grauabat erat diuifio hereditatis, quia cum deberet ei dare duplum quam cuilibet aliorum, dabat & aequale cuilibet alteri, & alterum filium dilectę constituabat primogenitum dans ei duas partes scilicet duplum respectu cuiuslibet aliorum. hoc ergo non consentit lex. *Non poterit dilecta filium facere primogenitum.* Idando ei iura primogeniturae.

K *Iura primogeniturae apud antiquos que erant. Quasi. V.* **M**VLTA erant iura primogeniturae apud antiquos. Primum q primogeniti sacerdotes erant, ut patet de Melchisedech qui uocatur alio nomine Sem filius Noe, quia iura primogeniturae habuit, sacerdos altissimi erat, ut patet Ge. 14. & ad hebrę. 7. c. Secundum q veste preciosa utebatur ut patet Gen. 27. ubi loquit Isaac de filio suo, quod primogeniti existimauit, ut sentio uestimentorum stantiam,

P *grantiam,*

A *grantia, ait ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.* Tertium, quod moriente patre benedicebantur, ideo Esau benedici debebat, nisi primogenita ab eo dominus abstulisset, ut habetur Gene. 27. cap. Quartum quod duplices partes hereditatis recipiebant, ut habetur Gene. 49. ubi loquitur Iacob ad Ruben primogenitum secundum carnem: Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis maior in imperio, ideo filijs Ioseph ad quos primogenitura ex parte traslata est due partes datur sunt: alijs autē tribus vnica, ut patet Gene. 48. Quintum, quod ad cultum Dei segregabantur, ut patet Exodi 13. & Num. 3. cap. sanctifica mihi omne primogenitum, tam in hominibus, quam in iumentis. Sextum, quod prius federent, vel in nobiliori loco mēsa, deinde alij secundum natiuitatis etatem, ut patet Gen. 43. sederunt singuli per ordinē, primogenitus iuxta primogenita sua, & minor iuxta minoritatem suam, de his Gene. 25. & 27. dictū est ubi plura iura primogeniturae posita sunt. Nunc autem ubi primogenitura iura seruantur, tota substantia patris transit ad primogenitum, ceteris fratribus dona aliqua solum accipientibus. *Sed filium odiose cognoscit primogenitum.* Id est tenebit eum pro primogenito, & sic uocabit eū. *Dabit ei de his qua habuerit cuncta duplicia.* Ad quemlibet, ita quod si fiat duo fratres fiant tres partes, ut primogenitus recipiat duas. Si tres fratres fiant quatuor partes, & sic deinceps, ut singuli fratres habeant singulas partes, primogenitus autem duas. *Iste est principium liberorum eius.* Quasi dicat, licet pater hunc non habeat ita gratum, sicut aliquem alium, quia matrem huius habebat odiosam, tamen secundum ueritatem iste est principium liberorum eius, id est iste est quem primo genuit inter ceteros liberos superstitēs: filius enim non debet amittere priuilegium suum propter matrem: licet enim ipsa exosa sit, & iuste odio habeatur, tamen filius semper manere debet immunis, quia pater non dat filio primogenitura iura, quia vxor illa quam habet primo eum concepit, & peperit: nam tūc bene posset mutare primogenitum pater propter matrem, ut sicut matrē exosam habet ita, & filium priuilegio primogeniturae propter eam priuet, sed dat pater filio iura primogeniturae, quia eū primo genuit: nam dato, q pater eum primo genuit ex aliqua vxore, ille tamen no est primogenitus illius mulieris, sed ultimus, tamen primogenitura iura conseruatur, vel si mater illum primum filium habuit, & pater non habet illum primum, quia alium priorem habuit non faciet illum primogenitum, sed alium. *Et huius debentur primogenita.* Scilicet omnia iura primogeniturae, quia est principium liberorum, quia dignitas quaedam est primogenitum esse, & istum modum loquendi habuit Iacob Gene. 49. cap. cum dixit ad Ruben Ruben fortitudo mea: tu principium doloris mei, maior in donis, prior in imperio, id est maior esse debueras ceteris fratribus in accipiendo possessionem, & imperio prior esse debueras, sed non sic contigit tibi, quia maculasti cubile patris tui, & accendisti stratū eius: uocatur principium doloris aliquo modo principium liberorum, ut ibidem dictum est.

D *Si genuerit homo.* Hic ponitur tertium, scilicet de malorum filiorum occisione. Et supra dicebatur, quod pater per odium non tollat filijs iura sua. hic autem, quod per inordinatum amorem non defendat uitia sua. *Filius contumax.* Id est non obediens eis que agere precipitur. *Et proteruum.* Id est agentem ea que agere prohibetur. Et hoc quantum ad mandata legis. *Qui non audiat uocem patris, & matris.* Hoc est quantum ad mandata patris, & matris, quibus obedire tenetur, & eos honorare secundo gradu post Deum: ideo aliquo modo comparat Philosophus 8. Ethicor. patrem, **Alph. Toft. super Deuter.**

A & Deum dicens, quod parentibus, & dijs non possimus aequalia retribuere.

Et coactus obedire contempserit. Prius debet eum pater uerbis, & uerberibus castigare, si autem nequiuert ducent eum ad iudices qui castigant, quia nomen patris amorem, & dulcedinem attinet, nomen autem regis timorem: lex autem cum habeat vim coactiuam magis regibus quam patribus conuenit, sed cum de communi non dantur leges pueris, & mulieribus, quilibet uti uult eas dare debet in domo sua, patet ista circa finem 10. Ethic. & in principio primi Politi. *Ducent eum ad seniores ciuitatis.* Ut eum ad mortem iudicet, quia patri non licet filium suum pro aliquo peccato quantum cunque graui occidere, sed solum persona publicę, scilicet licet iudici, quia in morte cuiuslibet est damnum communitatis: ideo etiam ille qui seipsum occidit, communitati iniuriam facit, ut patet 5. Ethicor. Item quia contra naturalem pietatem patris est aliquo modo occidere filium.

B *Ad portam iudicii.* In portis enim ciuitatis fiebat discussio causarum, de hoc dictum est supra 17. ca. & patet in multis locis, quia apud antiquos, tam Hebręos, quam non Hebręos fuit ista consuetudo, ut ad portā ciuitatis iudices conuenirent, & ibi causę agerentur, quia locus ille publicissimus erat, iudices autem qui erant in loco Sanctuarij, non manebant in portis ciuitatum illius loci, sed in domibus ad hoc deputatis conueniebant, & ibi de omnibus litigijs disceptatio uerbebatur.

C *Diceretque ad eos.* Scilicet pater, & mater illius mali uiri, qui duceretur ad iudices, ut occideretur, ipsi namque accusatores eius erant. *Filius iste noster.* Hoc intelligitur de filio non emancipato, qui adhuc est sub custodia parentum, quia iste potest esse contumax, & proteruus, nolensque obedire monitis parentum: nam filius emancipatus cum sit magnę gratus non moratur in domo paterna, sed est vxoratus, vel sacerdos, aut aliquid simile, quod exiit a patria potestate, & tunc pater nihil imperat.

Contumax & proteruus est. Exponatur, ut supra expositum est.

Et monita nostra audire contemnit. Filius tenetur audire preceptum patris, & matris, & obedire eis, nisi mandauerint iniustum: hoc enim de iure naturali est, cum filius teneatur parentibus, sicut subditus regi, quia principatus paternus est regalis, ut patet in 8. Ethicor. & adhuc magis tenemur parentibus quam regibus: ut ait Aristoteles ibidem, quia maiora beneficia recipimus a parentibus quam a regibus, scilicet esse, & nutrimentum, quodlibet istorum ualde magnū bonum est, sed adhuc ceteris ademptis hoc bonum, quod est esse tantum est, ut nullum bonum ei comparari ualeat, nec omnia alia simul sumpta, cum esse sit perfectio absoluta, & fundamentum omnium perfectionū tam naturalium, quam non naturalium, nec homo, vel aliqua res potest equale bonum recipere alterum: unde si cuncta recte inspiciantur, licet redemptionis nostra sit de maximis beneficijs, & ex maxima charitate Dei, cum nemo maiorem charitatem habeat, quam ut animam suam ponat pro amicis suis, ut patet Ioan. decimo sexto cap. maius tamen beneficium a Deo recepimus, quia nos creauit, quam quod redemerit. Et magis ei tenemur, quia cuiuslibet nostrum specialiter esse tribuit, tanquam causa prima in concatenatione naturę maxime operans, & postea prater esse corporeum, quod concausauit, adhuc animas nostras solus, tanquam causa supernaturaliter operans creauerit, quam quod nobis predicauerit, & pro nobis mortuus fuerit, & nos in uita aeterna uisionis beatę faciat esse participes: hæc omnia minora sunt, quam esse,

E *quod*

De malorum filiorum occisione.

quod ab eo recepimus, ideo si considerentur beneficia Dei in suis, magis tenemur ei pro creatione quam pro redemptione, si autem considerentur beneficia, & quantitatem accipiant ex affectione, vel ut proprius loquamur ex charitate tribuentis, maius beneficium fuit beneficium redemptionis, quam omnia alia simul sumpta, quia maiorem charitatem nemo habet &c. licet enim pater non tribuat filio suo esse, ita perfecte, sicut Deus tribuit eidem filio illius hominis, quia Deus est causa prima, & magis influit in suum effectum, quam causa secundaria, cum hoc sit generale in causa primaria, ut ait Auctor in prima propositione libri de causis, tamen tribuit esse filio, tanquam causa particularis determinans, & assimilans sibi effectum: ideo propter hoc beneficium, quod homo recipit a solis duobus propriissime, scilicet a Deo, ut a causa vniuersali, & a patre, ut a causa particularissima, his duobus supra omnia tenemur, & quia istud esse abundantius Deus quam parentes tribuit, magis Deo quam parentibus tenemur, sed post Deum nulli magis quam parentibus obligamur. Aristotel. autem hoc diligenter considerans collocavit Deum, & patrem in eodem gradu amicitiae dicens, quod amicitia hominis ad Deum, & ad parentes est, tanquam ad quoddam bonum superexcellens: magis ergo filij parentibus quam subditi regibus tenentur, sed tenentur obedire subditi mandato principis sub poena mortis, nisi mandaret iniustum, ergo a fortiori tenentur parentibus: antecedens patet supra 17. cap. cum dicitur, qui autem superbiert nolens obedire faceret imperio, & decreto principis morte moriatur. de hoc extra, qui filij sint legitimi, capit. per venerabilem. & extra de maiestate, & obediencia. cap. si quis. dicitur si quis non obedierit mandato principis morte moriatur. sufficiens ergo parentes arguerent contra filium ad condemnandum eum morte dicentes, quod monitis eorum obedire non curabat.

Comestationibus vacat. Id est frequenti, & immoderato cibo, & potui: est enim comestatio frequens comestio. *Atque conuiujs.* Id est consumit substantiam nostram inuitando alios participantes cum eo in luxurijs & vanitatibus.

Lapidibus eum obrinet populus. Non solum est putandum quod ad hoc, quod iste filius condemnaretur ad mortem, oportebat parentes hoc dicere contra eum, quia pater in quantum accusat filium ad mortem, videtur exuere naturam patris, ideo contra eum non creditur sibi, sicut nec crederetur extraneo alteri, nisi quatenus habuerit legitima documenta, ut probet qualiter ille filius non obedit eis, & vacat comestationibus atque luxurijs: erat enim contra legem, quod aliquis condemnaretur solo accusatore proponente, & non conficito per aliqua legitima munimenta.

Populus ciuitatis. Ista poena lapidationis imponebatur taliter peccantibus, quia valde horrida est, ut alij arceantur a similibus, quia in alijs delictis ponebantur alia minores poena, ut suspensio in patibulo, ut patet immediate in hoc autem, & vero in idolatria, si est persona singularis, & in illicitis coitibus, ut patet Leuitici 20. capitu. de idolatria patet supra decimo septimo capitu. imponitur poena ista lapidationis, quia factum est valde nepharium; ita poena sit valde horrida. mandatur autem, quod totus populus eum lapidet, ut per hoc incendantur ad zelum iustitiae exequentes actus iustitiae: nam generale est, quod habitus causantur per habitus, aut si causati sunt, intenduntur & conseruantur: etiam ut ipsi de populo infligentes poenam hanc videant quam grauiam sint talia peccata, & proponant apud se in talibus non delinquere.

Ut auferas malum de medio vestri. Id est, ut auferatis hominem malum de terra ne sit inter vos, & dicuntur

auferre malum, id est nocium, quia tales homines pestilentes sunt, & contagiosi, & conuersatio eorum ceteris infectiua, quoniam corruptunt bonos mores eloquia mala, ut patet prima Corinth. 15. capi. interest ergo reipublice sceleratos de republica tolli, tanquam membra putrida, ne cetera sua tabe commaculet. vel dicitur auferas malum, id est hominem qui in se malus est, quia praeter hoc, quod infectius est ceterorum, in se malus est, & vita indignus.

Et vniuersus Israel perimeat. Licet poena infligat hominibus sceleratis ad multa profunt; praecipuus tamen finis ad quem eas leges imponit est, ut ceteri qui mala non egerunt, ne talia in futurum audeant arceantur: de hoc magis diximus supra 13. & 17. cap. *Quando peccauit homo.* Hic ponitur quartum, scilicet de occisionum occultatione, quia supra dicebatur, quod propter odium malae vitae aliquis occidebatur, & quia forte tenere vellent odium post mortem, cum non sit tenendum, quia caro occisi quae manet, quadam pars naturae est; ideo mala non est, quare nec odio haberi debet, cum malitia propter quam odio habebatur, iam transierit: ponitur ergo hic quadam compassio quae fit ipsi naturae humanae ut illa pars eius, scilicet corpus quod olim corpus humanum fuit, licet iam non sit, tumuletur.

Quando peccauerit homo. Mors enim pro peccato infligitur: sine peccato enim & mors, & qualiscunque punitione iniusta est, aliquando tamen principes, & rectores politiarum occidunt eos qui nondum peccauerunt, & recte agunt: hoc enim qui timent ne in futurum mala committant, vel ne valde magnam scandalum nascatur, & ratio huius est, quia politia magis intendit bonum commune quam bonum vnius, cum aut eueniat interdum, quod vna ciuitas erit in totali discimine, nisi vnus homo moriatur, iudicet illi debere mori, etiam si constet eum nihil mereri, ne tota simul pereat, nam licet aliquis teneatur de homicidio, qui alium a morte potest, & non eruit, ut patet extra de homicidio cap. sicut dignum: tamen si aliquis princeps vellet aliquem hominem occidere, & constaret omnibus, quod iniuste eum occidere parabat, fugeretur; ille ad aliquam ciuitatem, & sciret homines illius vrbis, quod princeps ille certissime destrueret totam urbem, nisi darent ei virum illum, poterant ei dare virum illum ad mortem etiam si nihil meruisset, & si forte rectores ciuitatis exponerent totam ciuitatem ad mortem nolentes illum hominem tradere, grauius peccarent.

Quod morte plectendum est. Quia aliqua peccata sunt leuia quae morte plectenda non sunt, sed veniam accipere conuenit, quadam vero sunt quae licet puniendae sunt, non tamen morte plectenda. & de his datur regula infra 25. quod si forte aliquis deberet condemnari in pecunijs, quod condemnaretur, si autem plagis dignus foret, iuxta mensuram delicti esset plagiarum modus, id est quantitas: ita tamen, quod quadragenarium numerum non excedant.

Et adiudicatus morti. Scilicet per sententiam, quia nullus quantumcunque peccauerit, etiam si valde publice occidi debet ab aliquo, donec iudicialiter condemnatur, nisi in casibus in quibus seipsum defenderet, vel reperiret eum turpiter agentem, & quibusdam alijs in quibus lex permittit, quod aliquis sine iudice ius sibi dicat, de quo in Decretis vigesimo tertio quae. 5. cap. cum homo, & Codice, quando liceat cuique sine iudice se vindicare lege prima.

Appensus. Id est suspensus. *Fuerit in patibulo.* Patibulum a patiando dicitur, quia ibi malefactores patiuntur. non est intelligendum, quod quando cumque aliquis peccat, & delictum morte plectendum

Interest
reipublice
sceleratos
de republica
ca tolli.

De occisione
tum
laione.

est, quod debeat suspendi cum possit habere alias poenas, lapidari, ut in quibusdam casibus de quibus supra diximus, & patet Leuit. 20. & supra 13. & 17. ca. sed intelligendum est in casibus illis in quibus peccatum non est tantum, ut exigat specialem poenam, & tunc datur ista tanquam minor. *Appensus fuerit in patibulo.* Et sicut est de suspensio, sic est de lapidatione, iugulatio, & quolibet genere mortis, quia omnes sepeliri debent, sed dicitur magis de suspensio, quia in securiori loco sunt ne a canibus, vel bestijs comedantur, quam alij occisi, & magis exemplum praestant, quia loco eminentiori sunt. *Non permancbit cadaver eius in ligno.* Videtur namque esse quidam contemptus, & vituperium naturae nostrae dum partem illam humanam innoxiam punimus, quae peccati & malitiae experta est, & verissime poena caret, sed nos ipsi punimur puniendo partem naturae nostrae, sufficit autem puniisse eum qui male egit, quod erat eum occidere. *Sed in eodem die sepelietur.* Quia satis hominibus spectaculum praestat occisus, si vna die, vel diuidia pendeat, ista autem lex non tenetur a nobis vniuersaliter, quia interdum illi qui suspensum per multos dies, & per annum vsque ad totale resolutionem in patibulo manent, quia licet decens sit nostram honorare naturam, maior tamen vtilitas reipublicae interdum est, quod illi multis diebus pendentes multis spectaculo praebent, quam sit damnatum, vel in honorem vilipendendo naturam. *Quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno.* In Hebraeo habetur. *Quia maledictio Dei est.* Id est iniuria Dei est, quod aliquis pendeat in ligno: homo enim ad imaginem, & similitudinem factus est Dei. *Maledictio autem Dei est.* Id est maledicere, vel vilipendere Deum, quod imago eius sic deturpata pro spectaculo habeatur. Alio modo maledictio Dei dicitur, id est maledictio, vel poena infligita a Deo: si autem suspensus maneret in patibulo putrefieret, & corrumpere aerem, & vicinis locis magnum inferret noxamentum, & ista corruptio maledictio Dei est, quae suspensus manens in patibulo affert: potest tamen remota ista intentione melius dici. *Quia maledictus homo qui pendet in ligno.* Id est non crucietis amplius suspensum post mortem eum in cruce tenendo. *Quia maledictus est a Deo.* Id est satis punitus fuit a Deo per sententiam iudicum tenentium locum Dei: & in hoc sensu dicit Apostolus de Christo, quod factus est pro nobis maledictum, id est patiens dolores, secundum quod praedixerat Esaias 53. cap.

Quantum ad primam sententiam, quando dicebatur, quod maledictio Dei, vel iniuria Dei est, quod aliquis pendeat in ligno, quae tunc deturpatur imago Dei, arguet aliquis, quia si imago Dei in hoc deturpatur, & Deo iniuria est, non deberet aliquis suspendi, sed libera est in contrarium quae dicit aliquem suspendendum cum fecerit aliquid, quod morte plectendum sit.

Respondetur, quod maledictio Dei est, quod homo pendeat in ligno, & deturpatione imaginis eius, & hoc quidem non, quod homo occidatur in ligno, sed quod pendeat in ligno, nam proprie accipitur hic pendeat in ligno pro eo, quod est manere cadaver pendens in ligno post mortem, quod autem mali homines moriantur pendentes in ligno non est deturpatione imaginis Dei, sed laus eius, quia ibi non vilipenditur imago eius, sed punitur malitia huius malefactoris, cum autem mortuus est, & manet cadaver in patibulo, non punitur directe malitia malefactoris illius, cum nec ipse sit, nec ipsa manet post defunctum morte corpus: solum ergo manet cadaver illud, quod adhuc quandam gerit Dei imaginem in vultu, cum in eo omnes sensus ingruerint, & operationes rationis: sola ergo Dei imago tunc manet quae puniatur.

Et nequaquam contaminabis terram tuam. Hoc respondet Alph. Toft. super Deuter.

ad aliam superiorem sententiam, quam dicebamus, scilicet, quod hominem pendere in ligno quaedam maledictio data a Deo est, pro ipso qui in terra illa moratur: nam sicut aliae plagae datae viuentibus, ut pestilentia, fames, & bella sunt, & nominantur maledictiones Dei, ita quod aliquis pendeat in ligno est totum aerem inficere, & pestes grauiissimas sequi: ne ergo contaminetur terra contaminato aere ex odore terribili, & infecto, non debent manere corpora in aere magno tempore, sed ut hic dicitur eadem die sepelietur. est autem hoc praecipuum iudiciale, praecipua autem ceremonialia, & iudicialia non manent in nouo testamento habentia aliquam obligationem, nisi in quantum institutio facta ab Ecclesia, vel dominis temporalibus tribuit eis aliquam vim, & quia hoc institutum non est, ideo non obseruatur, nec ob hoc transgressionis rei sumus.

CAP. XXII.

NON videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & praeteribis, sed reduces fratri tuo: etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quantumdiu quaerat ea frater tuus, & recipiat. &c.

Non videbis. Supra posuit Legislator quandam regulationem circa irascibilem, hic continuat eandem. Et tanguntur tria principaliter. Primum circa irascibilem. Secundum circa partem quandam incidetalem ibi. *Non serues vineam.* Tertio circa concupiscibilem ibi. *Cum edificaueris.* Tertio circa volentiam ibi. *Si ambulaueris.* *Non videbis bouem.*

Quare Deus assuefacit hic Iudaeos ad amorem proximorum.
Quaestio. I.

ERAT populus iste durus: non enim habebat viscera pietatis, sed nocebat inimicis suis quantum poterat, & hoc erat ex inordinatione irascibilis, quia antiqui tenebant, quod bonum erat odio habere inimicos, & malefacere eis, amicos autem diligere, ut patet Matth. 5. c. ideo assuefacit eos hic ad amorem proximorum qui sunt eis odiosi saltem per exteriora opera. *Non videbis ouem, & bouem fratris tui errantem, & praeteribis.* Sed magis laborabis, ut reduces ad eum, & vocant hic fratres largius quam Leuit. 25. ca. quia etiam conuersi de gentilitate vocantur hic fratres, quia eis tenentur ad ista charitativa subsidia. *Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem.* Non debet ista littera per se legi, quia tunc esset sensus, quod Deus mandaret nobis, ut nunquam videremus ouem, aut bouem errantem, quod non erat in nostra potestate, quia ut ait Aug. non est in nostra potestate quibus visis tangamur: vel mandaret, quod si videremus aduertemus ad ea, cum ipse praecipiat hic oppositum, scilicet reduci ea ad eum cuius sunt talia, sed debet legi copulatiue, scilicet *Non videbis bouem, & ouem fratris, & praeteribis.* Et est sensus mando tibi, quod quicunque videris ouem, aut bouem fratris tui errantem, non per transeas, sed subleues, vel reduces ad eum. *Fratris tui.* Licet alibi fratres dicantur Hebraei ex genere inter se, & non dicantur conuersi fratres eorum, tamen hic non obseruatur hoc, quia omnes tam Iudaei, quam non Iudaei fratres erant. *Bouem aut ouem errantem.* Sicut dicitur de istis duobus animalibus, ita intelligendum est de omnibus alijs, ut de asino, & equo, sed ponit ista, quia talia

exempla magis familiaria ei erant, sicut pastores magis loquuntur de ouibus, & canibus, & alij pecoribus quam de equis, & bellicis armamentis: Hebraei autem in deserto ubi ista dicebantur in bobus, & ouibus magis quam in alijs rebus abundabant, vel ponuntur ista duo, quia ista sunt animalia quae morantur in pascuis, & sic contingit facilius oberare quam alia animalia, quae sunt domestica, & quotidianis laboribus mancipantur, vt equi & asini: non enim habent sic locum diuagandi.

Sed reducas fratri tuo. In hoc erat duplex pietas, scilicet pietas ad proximum de cuius damno cōdolemus, & eius bono congaudemus, ideo illud procuramus.

Secundo est pietas quaedam ad ipsas res brutas quae si non reducerentur ad dños suos, vorarētur a bestijs.

Etiā si non est propinquus frater tuus. Istud superius dictum intelligitur, quādo aliquis videbat bouem, vel ouem errantem, & cognoscebat cuius erat, sciebatq; quōd erat alicuius vicini sui, & reducebat ad eum. hic autem dicitur, quōd etiam si ille frater non sit propinquus hoc idem faciendum erat, scilicet quōd quando aliquis videt bouem, aut ouem errantem, aut aliquam aliam rē scit, quōd illa alicuius viri est in illa ciuitate, vel loco in quo morat ipse, vel de aliquo loco vicino, si ergo non cognoscat cuius sit non poterit reducere ad dominū suum, sed mandat litera, quōd inuentor custodiret ea apud se, donec posito edicto quis talem rem perdidisset, veniret dominus rei, & acciperet illā, scilicet. *Non est propinquus.* Dicitur hoc, quia res propinquorum cognoscere consueuimus, & ad eos facilius reducere possumus, quando autem non est propinquus nō possunt ita cognoscere, & tunc debent derineri, donec veniat qui perdidit. *Frater tuus.* Quasi dicat, licet nō sit propinquus tamen adhuc semper est frater, cum quilibet habitans in terra illa, siue sit Iudaeus ex genere, siue conuersus de gentilitate vocetur frater. *Nec nosti eum.* Quia nescis cuius res illae sunt dato, quōd cognoscas dominum illarum rerum: non tamen cognoscis eum esse dominum illarum rerum, quia tunc nihil differt cum sit ibi fallacia accidētis, vel quia nescit cuius res illae sunt, & etiam nescit eum cuius res illae sunt quouis modo. *Et erunt apud te.* Id est in domo tua si sunt animalia domestica, & da eis cibum atque laborem ne interim cibum frustra sumant, si autem sunt agrestia ad pascuum solum, vt oues, & caprē mitte ea ad pascua. *Quandū querat ea frater tuus, & recipiat.* Vtrū iste qui talia animalia inuenisset, deberet ponere edictum si quis perdidisset animalia aliqua an non, quomodocumque esset donec ille qui reperisset, certum dominum comperisset, tenere deberet apud se, ne traderet ei qui non perdidisset.

Similiter facies de asino, & vestimento. Sed dedit magis regulam de illis superioribus, quia in maiori abundantia sunt, & magis perdi possunt. *Ne negligas quasi alienam.* Solent enim homines ex inordinato, & deficienti amore res alienas non curare si videant eas pereuntes, etiam si succurrere possint, hinc mandat, quōd extiment res proximorum quasi alienas, sed vt proprias, & sic curabunt de eis. *Si videris asinum fratris.* In superiori tangebatur vtilitas proximi reducendo rem perditam: hic ponitur vtilitas proximi, & aliqua compassio ad animalia sub onere cadentia.

Et aliqui putant, quōd intelligitur, quando aliquis inuenit aliquod animal solum iacere sub onere nullo dirigente, vel ibi praesente: sed falsum est, quia dicitur in litera, sed subleuabis eū, cooportebat ergo ibi alius adesse, est ergo sensus, quōd quando aliquis ducit iumentum onusta in via, & cadit aliquod, & non potest ipse solus eleuare, quōd obuians ei debet eum adiuuare ad subleuandum. & dicit Rabb. Salom. quod sacerdotes non re-

nebantur semper ad istud praecceptum, vt si cecidisset iumentum super sepulchra mortuorum, quia tangendo illa polluerentur. Et si arguas contra hoc, quōd eadem ratio est in laico, quia etiam fiebat immundus tangendo mortuum, vel ossa mortui, siue sepulchrum, vt patet Num. 19. cap.

Respondetur, quod vterque polluebatur, sed munditia sacerdotum erat magis sub praeccepto quam munditia populi, quia parati esse debebant ad ministrandum, ideo mittebat dominus laicos pollui in omnibus mortuis, sacerdotes autem minores in quattuor generibus personarum solum pollui mittebantur, sacerdos autem maior in nullo, vt patet Levit. 10. & 21. c. in lege nostra nihil horum obseruatur, ideo quilibet praesatus Ecclesia potest adiuuare ad subleuandum iumentum iacens sub onere. *Non induetur mulier.* Hoc etiam pertinet ad irascibilem, quia sicut nō velle praebere in necessarijs auxiliū ad irascibilem pertinet, sic et velle vīsupare, quod suum nō est, ad praesumptionem pertinet, & in irascibili est ex eo, quōd magnam spem vel confidentiam dicit.

Quomodo intelligitur lex non induetur mulier veste virili, nec e contrario. Quae. II.

ET aliqui intelligunt hoc de armis, ita quōd illicitum est mulieri portare arma bellica, quae sunt vestes viri. Et hoc dicitur quasi portare vestes solas viri non sit malum, sed vtrūque malum est. hoc tamen dixerunt aliqui Philosophi esse faciendum, vt quemadmodum in alijs animalibus masculus, & foemella communiter pugnant pro cibo, & defensione filiorum, ita vir & foemina, vt patet 2. Politico. Sed hoc reprobat ibi Philosophus, Lacedaemonij etiam vxores in bellum armatas secum ducebant, sed docente experientia cognouerunt, quōd magis strepitus quā vilitatis faciebant: non enim poterant dirigi in bello, & nimis clamabant, & ad fugiendum virorum animos cōcitabant, quare talis pugna abolita est. de hoc Aristotel. in 2. Politico. cap. de politia lacedaemoniorum. Et quadam die lacedaemonij armati de ciuitate contra hostes egressi sunt: deinde redeuntibus eis vxores in vrbe manentes putauerunt hostile esse exercitū, vnde obuiam eis armatae progressae sunt: viri autem suas vxores esse cognoscentes in eas impetū fecerunt accipientes singuli singulas, quas casus obtulit, & cum eis ibidem coierunt filios, p̄miscuos facientes, quare post spartā, i. promiscui notati sunt, & ob hoc arā Veneri fabricatū eā armatam Venerem noiantes, vt ait Aug. de ciuit. Dei. lib. 3. Sed ista litera principaliter vtabat ne viriles vestes accipiant foeminae, patet quia et p̄hibet viros foemineas vestes accipere, sed nō potest ibi accipi p̄ armis, & rō huius est, quia si non essent diuersae vestes viri, & nōdum barbati sunt, foeminae aestimari possent, & sic libidinibus oīa conturbarent, idē in muliere est, sicut de aliquibus mulieribus legit, q̄ aliquo tpe veste virili p̄ t̄pis necessitatem vsq; sunt. *Abominabilis est apud Deum qui fecerit haec.* Quia in hoc multis oculis vitij locus datur. *Si ambulans per viam.* Hic ponit tertij, scilicet directio irascibilis circa volandia. *Si ambulaueris per viam.* Ista lex loquitur, quando homo ambulat per viam, quia cōiūs euenit nidum in uia inuenire, quā in locis populatis, vel est alia causa potior, quia in ciuitatibus, vel locis habitatis non sunt nidi auium, nisi aliquarum quae valde domestice sunt, & gratē ad cōuersationem humanam, & tunc qui talem nidum in domo sua habet, nec matrem, nec filios accipi vult, ne deficiat solatium suum: cum ergo ad hoc hoīes inclinentur, quia & ipsi auiculas varijs in auigerijs nutriunt, vt cōdelectent iuxta illud Boetij, de consol. lib. 3. Metro. 3.

Nota, quod hinc prohibet Deus vltimam laruarum, quod vulgariter dicitur, lingua Italica macta.

Quae

*Quae canit altis garrula ramis
Ales cauea clauditur antro.
Huic licet illata pocula melle,
Largasque dapes dulci studio
Ludens hominum cura mimisret, &c.*

Non permitteret auiculas illas perire, non ergo oportuit dari regulam quantum ad id, ad quod homines inclinantur, sicut non datur nobis praecceptū de amando nos ipsos, licet magis nos ipsos amare debeamus, quā proximos, & datur regula de amando proximi, quia ad amandum nosmetipsos inclinamur naturaliter: ad amandum autem alios non inclinamur: ad conseruandum auiculas quae in agris sunt, quia nobis vtilis non sunt, non inclinamur: ideo data fuit lex de auibus quas aliquis reperit in via, siue in agro, vel aliquo modo extra loca habitata, cum tamen obseruari debeat cum reperitur nidus in ciuitate. *In arbore, vel in terra nidum auis inuenieris.* Idem si inuenias aliquo alio modo, sed omnes alij modi possunt reduci ad istos, quia inueniri nidum in aliquo loco alto reducit ad inueniri eum in arbore: inueniri eum in loco plano quatercunq; sit reducit ad inueniri in terra. *Et matrem pullis, vel ouis desuper incubantem.* Mater incubat ouis, vt suo calore animet fetus, & formetur. in ouis enim est semen auis, sed illud non excitatur, nisi calore naturali auis digerente, & excitante virtutem seminis, sicut vis formatiua in femine viri se habet ad menstruum muliebrem formando, & digerendo illud, & in feminibus terrae nascentium hoc patet, quia cum illa quadam siccitate, & caliditate habeant inclusam, caliditas illa non excitatur donec perfundantur femina aqua. & tunc per antiparistasin calor ille excitatur in materia tenera, & formicatur, nisi perfundantur aqua, ita in ouis, licet sit virtus seminalis auium, nunquam formarentur pulli, nisi auis incubaret eis, quae calore suo excitaret calorem naturalem, & sicut mater incubat ouis ad formandos foetus, ita incubat pullis ad fouendos eos, quia illud est solatium maternum quo pulli egent.

Non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris. Ratio huius praeccepti est inducere corda Iudaeorum crudelitatem ad pietatem, vt affuissent ad pietatem circa homines pietatem exhibitam brutis: videbatur enim quadam crudelitatis species simul filios, & actorem generis accipere, sicut non debebat eadem die mater, & filius in pecoribus immolari. Vel ut quidam Iudaei volūt, ratio praeccepti est vitatio superstitionis, quia dicebant gentiles, quōd caput auis capta in nido supra oua, vel pullos appensum in quadam parte corporis generare facit. Sed primum est verum, quia licet gentiles crederent illud esse verum de aliqua aue, sed non de qualibet, cum non habeant eandem virtutem omnes aues.

Vt bene sit tibi, & longo tempore viuas. Quia rationabile est, quōd qui actorem vitae viuere permittit, ipse longo tempore viuat. *Cum edificaueris nouam domum.* Hic ponitur regulatio irascibilis circa futura, sicut quilibet tenetur cauere ne ledat proximum in praesenti, ita tenetur prauidere ne ledat circa futurum.

Cum edificaueris domum nouam. Ista regula non datur pro talibus domibus quales sunt domus terrae huius, quae non habent ambulacra super tecta: rarē enim domus tales sunt, sed in terra Chanaan tales erant communiter domus omnes, & hoc quod mandabatur hic circum poni valde proderat, ne aliqui caderent de domo, & per hoc, quōd veratur ne domus relinquerentur sine illo circuiu tecti, innuitur quōd nō relinquerentur aliqua alia offensa, in quibus aliquis periclitari posset, quia est contra ordinem charitatis, vt aliquis domum taliter dispositam habeat, in qua ceteri offendere possint.

Alph. Tost. super Deuter.

A *Cum edificaueris domum nouam.* Si aliquis restauraret domum veterem non mandatur, quōd hoc faciat, nō quidem quia non compelleretur facere talem muniti tecti si domus non haberet, sed quia intelligitur, quōd si vetus est, quōd haberet illum murum, cum mandatur, quōd quilibet domus noua cum edificatur habeat murum tecti, si autem domus vetus totaliter cadat, vel diruatur, & penitus restauretur, videtur nouiter fieri, & tunc est talis murus faciendus.

Facies murum tecti per circuitum. In terra illa erant tecta domorum supra plana non de tegulis, sed de calce, lapide, terra vel gipso, & conueniebant homines ad re-
Domus ca
thaloniae,
& valētię
Hispania
rum habēt
quāsi ele
uatiōē in
tectis.
quiescendum super tecta, & si nō haberet tectum aliquod labium eleuati in extremitatibus suis, facilius poterat aliquis cadere deorsum, ideo mandatur, quōd fiat murus, id est aliqua eleuatio terrae, vel lignorum quae cadere non sinat, & similes domus sunt in Catalonia, & de istis domibus loquebatur Christus, quando dixit Matthe. ro. quod auditis in aure praedicate super tecta, quia in illis tectis conueniebāt homines ad colloquia, & poterant ibi conueniēter discipuli Christi praedicare.

Ne tu sis reus labente alio. Reus esset si propter negligentiam suam aliquis moreretur. *Et in praeccepto ruente.* Praecipitari de alto est, scilicet de superiori parte domus, & ista tecta vocabantur domata, de quibus 2. Regum 5. & tetigisset domatum fistulas. *Non serues vineam.* Hic ponitur pars incidentalis quae est ad quadam caeremonias. *Altero semine.* Scilicet seminando triticum, vel hordeū, siue legumina, & ratio huius subditur in litera, scilicet. *Ne seminis, & quae seuisi, & quae nascuntur ex vinea pariter sanctificentur.* Ad vtilitatem Leuitarum, & sacerdotū ista dicta sunt, quia aliqui putarent, quōd primitiae, & decimae solum semel debebantur de eodem fundo eodem anno, quia ergo darentur decimae, & primitiae de frugibus quae primo colligebantur, postea crederetur, quōd de vni nihil dari deberet.

Ne seminis, & quae nascuntur ex vinea pariter sanctificentur. Id est ne credas, quōd semētis, id est fruges, & quae nascuntur ex vinea, id est vuae simul sanctificentur, ita quōd soluendo decimas, vel primitias de vno ad sanctificationem sit solum de alio. Aliqui volūt, quōd ratio prohibitionis est vitatio superstitionis, quia gentiles ad honorem coniunctionis planetarum seminabant diuersa semina coniuncta in agro vno, sed non multum valet quia ratio mandati assignatur in litera in Hebreo habetur.

*Ne serues mixturam ne polluat plenitudo seminis, quod se-
minasti.* Et ista diuersitas est propter equiuocationem
Litera He
braica dif
ferens ex
positio.
nominis, quia signat pollutionem, & sanctificationē cum alijs, & alijs pollutis. Et est sensus, quōd non misceantur ista ne plenitudo seminis, id est totum semen polluat propter vvas, quia secundum regulam datam Leuitici 19. capit. fructus trium primorum annorum in qualibet arbore immundi erant, & deberent praecidi ab arboribus, & tunc ista poma tactu suo polluerent fruges, vt non posset ex eis aliquid offerri domino. sed melior est litera nostra, quia non videtur verum, quōd contactus fructus immundi polluat segetes, quia morticina animalia cadentia super semētē non polluant eam, nisi seminis perfusa fuerit aqua, vt habetur Leuitici 11. cap.

Item dato, quōd semētis pollueretur contactu isto, non prohiberetur ista mixtio simpliciter, quia solum tribus annis erant fructus immundi: ergo deinde semper possent talem mixtionem facere, prohibito autem secundum intellectum literae nostrae perpetua est.

Ne arabis in bone, et asino. Sicut inuitant nos s. ad pietatē i auib⁹, ita hic inuitat ad pietatē i quadrupedib⁹, quae
P 3 Deus

Deus etiam miseretur istorum, quia opera sua sunt, vt patet Sapient. 11. ca. miseris omnium, quoniam omnia potes, & nihil odisti eorum, quae fecisti: asinus autem cum boue arare prohibetur, quia bos fortior est, & magis de terra pertrahit, vnde ingrauarer totum iugum super asinum, & valde torqueretur asinus: & quod dicitur de arando, dicitur etiam de portando currum, idem etiam intelligitur de mulo, vel mula cum asino: sed non exprimitur de eis, quia supponebatur, quod muli, & mulae non forent in terra promissionis, cum ista gignantur ex coitu diuersarum specierum, quod Hebraeis prohibitum erat Leuit. 19. cap.

Non indueris vestimento. Ponit aliud incidens quantum ad vestes, quia non solum cauenda est mutatio vestis, sed etiam diuersa contextio, scilicet ex lino, & lana, quia sacerdotes magni utebantur vestibus ex lino, & lana contextis, vel dicitur ad euitandam idolatriam, quia sic sacerdotes idolorum utebantur ad cultum demonum, vel ad honorem planetarum signantes coniunctionem eorum in hoc. Funiculos in fimbriis. Posuit vestimentum a quo debent abstinere: hic ponit illud quo debent uti: fitebant enim pallia, id est superiora vestimenta Iudeorum aperta ante & retro: & in duobus angulis cuiuslibet aperitur erant duo funiculi hiacinthini pendentes, & sic erant quatuor funiculi distinguiebantur autem Iudaei per istas vestes ab alijs gentibus de quibus dictum fuit Num. 15. cap. & inter Iudeos illi qui magis se observatores legis demonstrabant, istos funiculos maiores alijs hominibus faciebant, vt patet Matth. 23. dilatant filateria, & magnificant fimbrias. Est autem ratio horum, quia Iudaei soli erant tempore isto populus Dei, iuxta illud Psalmo 75. notus in Iudaea Deus, & in Israel magnum nomen eius: volebat ergo Deus hos a ceteris populis distinguere, sicut pastor qui oves suas diligit, signat eas ne perdantur cum alijs.

Erant autem Iudaei dupliciter signati interius, & exterius: interius erant signati in carne, exterius erant signati in vestibus, signatio in carne erat per circumcisionem, signatio in vestibus erat per angulos palliorum ponendo fila, siue funiculos hiacinthinos, de circumcisione autem ratio patet, & posita fuit Genes. decimo septimo cap. erat enim istud pactum Dei in carne Iudeorum, vt patet Gene. decimo septimo cap. scilicet, quod Iudaei pepigerant in carne sua recipere circumcisionem, & per hanc protestabantur Messiam futurum de suo semine, cum ob illum circumciderentur, & distinguerantur in hoc ab alijs populis, quia alij populi non poterant protestari de se Christum nasciturum, per quod se demonstrarent habere veritatem huius promissionis, etiam quia si non daretur signum in carne Iudeorum, non esset aliquod signum certum, per quod agnoscerentur aliqui vtrum essent Iudaei vel non. nam vestes signum fallax sunt, cum quilibet satis facili ter posset in vestibus suis ponere illa petalia hiacinthina in angulis palliorum, nullus tamen maxime in magna aetate ex quacunque causa vellent, se circumcidi patere, nisi iam circumcissus esset, & sic non esset facile, quod aliquis fingeret se esse Iudaeum cum non esset. Necessarium fuit etiam signum distinctiuum in habitu exteriori, quia licet circumcisio in membro virili esset potissimum, atque certissimum signum ad cognoscendum Iudaeos, non posset tamen aliquis per illud cognosci, nisi cum magna fieret scrutatio, quia illae partes maxime latent: in habitu ergo cognosci debuerunt, vt aliqua cognitio facilis haberetur, licet certissima non esset, & sic ista duo signa necessaria, quia nec circumcisio per se sufficit, nec signum per se in habitu, nam licet circumcisio firmiter demonstraret, facili ter tamen non indicat, quia partes illae latent: signum

etiam in veste non sufficit, quia licet facili ter distinguat, non tamen firmiter arguit: habito autem viroque signo, & facili ter fit distinctio, & firmiter, ita quod vnum signum adiuuetur per alterum.

Si duxerit vir. Hic ponitur tertium principale, scilicet regulatio concupiscibilis, & continet tria principaliter, scilicet. De adulterio. Secundo de stupro ibi. Si inuenerit vir. Tertia de incestu ibi. Non accipiet. Prima in duas, quia aliquando committitur adulterium in desponsata aliquando in maritata, secunda ibi. Si dormierit vir. Et postea eam odio habuerit. Scilicet, postquam cognouit eam carnaliter.

Quaeriturque occasiones quibus eam dimittat. Ad quid oportebat viro quaerere occasiones, cum possit eam repudiare. Quaes. III.

SE ad quid oportebat quaerere occasiones, quia si non placeret in oculis eius poterat eam repudiare, vt patet infra 24. cap.

Respondetur, quod forte faciebat vir, vt mulier perderet dotem, quia adulterata fuisset, si tamen obijceret eialiam feditatem non perdebat dotem, posset autem forte melius dici, quod fiebat ista obiectio ad solam matrimonij disunctionem, & non ad lucrandum dotem, sed opponebat vir istam occasionem, quia forte nihil aliud poterat opponere, quia si opponeret aliam feditatem corporis, vel mortu, immediate posset patere veritas illius obiecti, quod non est ita facile de adulterio, posset etiam dici, quod vir odio habebat eam, ideo non opposuit ei aliquam maculam ad dirimendum matrimonium, sed ad hoc, quod moreretur, sed litera non multum vult hoc, quia dicit.

Vi dimittat eam. Et sic solum de separatione loquitur. Obiciens ei pessimum nomen. Scilicet, quod adulterata fuerit: nihil enim peius de foemina dici potest.

Et ingressus ad eam non inuenit eam virginem. Vir accusat hic de adulterio vxorem, non de adulterio commisso in domo viri, sed de adulterio commisso in domo patris, scilicet post desponsationem.

Et si dicas quomodo potest probari, quod puella commisit adulterium ex hoc, quod non inuenta est virgo, quia posset ante desponsationem fuisse corrupta?

Respondetur, quod si puella commisceatur alicui viro, quando non est desponsata, non imponitur poena mortis, vt patet infra in litera, & Exo. 22. c. si autem de desponsata fuit, & tradita viro, & non inuenta virgo, siue ante desponsationem, siue post corrupta fuisset, mori debebat, quia etiam si ante desponsationem corrupta fuisset, tamen tenebatur hoc ante contractum matrimonij reuelare, quia vir forte non recepisset eam, nisi esset virgo, cum ergo sub conditione virginis contractus factus sit, si non inueniatur talis, occiditur: pre sumitur namque quod puella quae in habitu virginali accipitur, quod virgo sit, & si non est, cum permiserit se desponsari tanquam virginem, rea mortis est.

Tollent eam pater & mater eius. Quando vir sic accusaret vxorem suam de crimine pessimo, puella recurrebat ad patrem, & matrem qui eam tutarentur, & ipsi tanquam defensores filiae suae ducebant eam ad iudices, qui sedebant in porta vrbis, vt defenderent eam aduersus virum criminaliter accusantem, quia ipsi poterant probare id quo puella ab impetitione viri liberaretur.

Et ferrent secum signa virginis eius. I. linteamen, in quo sponsus cum sponsa primum dormiuit, vt ibi appareat deflorationis signum, & hoc in die primi accessus sub testibus, & scripto sumebant claudentes illud in loco securo, vt non posset ibi aliqua fraus fieri

Obiectio.

Ratio.

Que signa virginis in puella ostendebantur.

Qualia erant Iudeorum vestimenta.

Iudaei dupliciter erant signati.

subtrahendo vel apponendo, & hoc patet, quia dicitur infra. Expandentque vestimentum. Id est linteamen.

Sed aliqui non concedunt hoc dicentes esse valde turpe talem panum demonstrare: ideo exponunt literam sub metaphora vocantes extensionem vestimenti euidentem testium probationem, sed non videtur multum turpe, quod sic inquiratur veritas, quia non oportebat, quod linteamen monstraretur coram toto populo, sed solum coram iudicibus in secreto, qui in hoc sententiarer, maxime quia ad inquirendum rei certitudinem nullus modus qui sine infamia alicuius persone fit, turpis fit, cum alia turpiora medici ad sanitatem faciant, nec consuevit scriptura in tali loco metaphoram facere. Accipiendo autem illorum intellectum posset dici, quod quando sponsus primo cogniturus erat sponsam, veniebat matronae, & tangebant genitale sponse, & sic probabant vtrum virgo esset, & forte testificationes istarum sub sigillo publico ponebantur ad firmitatem, vt ex eis probaretur virginitas puellae, & istas scripturas spandebant coram senioribus ad demonstrandum virginitatem puellae, sed prior expositio melior videtur, nec potest alijs bene retorqueri.

Ad Seniores vrbis. Quando talis causa iudicanda erat, quia satis grauis erat, conueniebant seniores vrbis cum iudicibus ciuitatis, quia in his factis habetur aliquis locus coniecturae, & seniores qui prudentiores sunt, magis in hoc attendere possunt. Qui in porta ciuitatis sunt. Quia ibi erat locus iudicandi eo, quod locus publicus erat, vt sepe dictum est, & habetur in isto libro in multis locis in litera. Et dicit pater. Pater, & mater puellae ducebant puellam ad iudices in porta vrbis, sed quia ambo loqui non poterant, pater qui erat honorabilior, & prudentior in quantum vir loquebatur. Filium meum dedi huic in vxorem. Hoc dicebat pater postquam sponsus proposuisset contra puellam, quod non inuenisset eam virginem. Quod, quia odit. Id est quia non diligit eam, vel non vellet eam habere iam in vxorem.

Sciendum, quod ista conquestio fieri debebat immediate post nuptias celebratas: nam cum sponsus immediate postquam cognouisset puellam, conquereret quod non inuenisset eam virginem, aliquo modo toleraret querela sua, quia satis presumi posset, quod faceret stimulatus dolore, quia alius precognouisset eam, si tamen per multos dies post, vt si post dimidiet annum, vel vnum annu huiusmodi in vxorem proponeret questionem, satis contra ipsum argueretur, quod calumnians hoc faceret ex aliqua alia causa, vt eam a se abijceret, quia si ex dolore illo, quod alius precognouisset vxorem suam moueretur, ante hoc fecisset querimoniam, scilicet immediate, vt cognouit eam, & non inuenit virginem, quia tunc recens dolor violentior esset.

Imponit ei nomen pessimum. Vocatur nomen pessimum, quod absoluta mulier dicatur fornicata, antequam a viro suo cognosceretur. Et dicit non inueni filiam tuam virginem. Id est hoc est nomen pessimum quod imponit, scilicet non inuenit filiam tuam virginem, quod magna infamia est puellae, & patri puellae, ideo quando vir male accusauit, & dicitur propter malum, quod egit in puella, & propter malum, quod egit in puella. Et ecce haec sunt signa virginis filiae meae. Quando pater puellae proponeret hoc in defensionem puellae contra vxorem eius, monstrabit signa virginis eius quae sunt in vestimento de quo immediate dicitur.

Expandentque vestimentum. Vocatur vestimentum syndo, in qua dormierunt primo, quando puella a viro cognita est, in qua necesse erat virginitatis signa appari.

Alph. Toll. super Deuter.

parere, si virgo puella esset per deflorationem eius, & licet non sit vestimentum, vocatur ramen vestimentum ex inopia vocabulorum Hebraicorum, quia idioma Hebraicum non abundat, ita in nominibus, sicut alia idiomata, licet melius diceretur, quod hoc fit ex improprio modo loquendi: nam in multis locis scripturae veteris testamenti syndones reperiuntur in Hebraeo dicitur.

Coram senioribus ciuitatis. Vt ipsi considerent vtrum puella virgo fuerit.

An probatio de signis virginis in syndone sit sufficiens. Et de alijs signis quibus indicetur virginitas, & quae fraudes ad hoc soleant fieri. Quaes. IIII.

IN hoc autem multae fraudes fieri possent, & satis manifestae, nisi forte vestimentum illud, siue syndo custodiretur in loco securo, ad quem pater, & mater puellae accedere non possent, alijs possent apponere syndonem in qua dormiuissent alij deflorantes virgines, vel fieret alia fraus, quia tungi posset syndo illius alio sanguine, vt videretur sanguis deflorationis, & sic manifeste paterer, quod ista puellae virginitas non sufficienter probatur.

Credendum est ergo, vt supra dicebamus, quod cum nouiter puella cognita foret a sponso suo, accipiebatur syndo illa vidente sponso, vt non posset calumniari factum esse per fraudem, & praesente tabellione, & testibus, & reponebatur in diligenti custodia, in qua pater & mater, nihil fallere possent, & sic intelligitur supra, cum dicitur, & ferent secum signa virginis, scilicet, quod testes, & tabellio irent cum parentibus puellae ad locum custodiae syndonis, & accipiebatur, ferrebantque eam pater, & mater puellae diligenti apposta custodia, ita quod fallere non possent.

Sed adhuc ista diligentia posita non potest esse sufficiens probatio de virginitate puellae per hunc modum, quia licet aliqua corrupta fuerit, & sepe a viro cognita, & genitalia sua nimis laxa sint, quae sunt signa manifestissima corruptionis, tamen artificialiter ita stringi possunt, vt nullatenus differat in hoc ab illa quae virgo est, & eadem difficultas sit in cognoscendo foeminam sic se habentem, sicut in cognoscendo foeminam virginem, fraus ista notissima est: sed non facit probationem perfecte apparetem iste modus strictionis genitalium, quia secundum quod litera vult hic in vestimento monstratur signa virginis. Sunt autem haec aliquis cruor effusus, quia in primaria cognitione virginis ea quae naturaliter clausa sunt, aperuntur, & ista est ruptio quadam, & violentia quadam facta integritati sexus, & necesse est in tali rptione cruorem effluere. & hoc est, quod dicitur apertio claustrorum virginorum. In qua rptione licet per accidens foemina ex ardore matricis qui temperatur per humidum seminale, sit delectatio per se, tamen tristitia est, sicut cum violenter membra aliqua alia corporis dissecunduntur.

Et non solum est hoc in foeminis, sed etiam in viris correspondet quadam corruptio, quam non est possibile ita esse dolorosam, sicut corruptio foemineae genitalis, causa satis liquet. Nec oportet in his profundius atque explicatius disputare, licet multum naturalia sint, & multam speculationem habeant, & veritates multae atque occultissime in his cognosci possunt sine vlla experientia corruptionis. In quo magnum amatoribus carnis tribuitur documentum, vt id quod ipsi maximum delectabile esse putant, scilicet primos virginum concubitus, vbi & totius felicitatis suae sedem potissimum locauerunt, sine magno dolore esse non possit, quod profecto intimius atque acerbius sentiret, nisi

nisi verissimo illi dolori fallax admixta esset delectatio: iste ergo cruor quem decurrere necesse est, virginitatis signum est. Si autem aliqua foemina a viro cognita sit, siue semel, aut pluries, & postea artificialiter claudatur stringaturque fortitudine vas genitale, tamen quado iterum cognoscetur sanguis nullus emit- tetur, & sic non patebunt signa virginitatis perfecta. Cuius ratio est, quia in defloratione virginis, cruor emit- titur, quia fit discontinuatio, aut diuisio continui. con- tinuum autem in carne animalis siue sanguinis effu- sione scindi non potest, cum in omnibus partibus car- nis sanguis aliquis reperitur, cum autem virgo corru- ptae est, necesse est sanguinem istum emitti. cum autem postea artificialiter genitale foemineum stringatur, licet contiguentur partes eius, solidissime tamen non continuantur, sicut patet in alijs rebus naturalibus duris aequaliter, quae licet contiguentur post diuisionem, non tamen continuantur, ita vt recipiant vnitatem, vt patet de lapidibus, & lignis: ideo licet postea disconti- guentur non decurret sanguis, quia ad diuisionem contiguitur non effluit sanguis, cum non sit aliquid medium per quod transeat ab vna parte in alteram.

Sunt tamen aliae fraudes faciles, quas foeminae excogitant, & viris nota esse possunt, si attendant ante coitum, quoniam in ipso coitu impossibile est attendere, aut intelligere, vt ait Aristoteles in septimo Ethicorum. cap. de delectatione. si autem ante non attendant post primum coitum cognoscere non possunt, vtrum fuerint virgines, an non. per fraudes istas duas, scilicet per superiorem descriptionem genitalis cum alia secunda ad effusionem sanguinis perfecte fallunt. Et ista fraus de emissionem sanguinis multipliciter fit, & facis facilliter, licet aliqua non sine aliquo labore foeminarum contingunt: his enim modis miseri non attendunt fallunturque saepissime, sed quid attendere iuuat, cum in quibusdam melius est ignorare quam cognoscere veritatem? melius enim est existimatione false felicitatis gaudere, quam certissima cognitione infelicitatis continue anxari. Possent autem multa particularius explicari, quae de his dicere, sed pudet dicere, nec dicenda sunt, cum tamen secundum se turpia non sint, quia nihil turpe est, quod cum charitate fieri aut dici potest: hoc enim solum turpe est, quod in honestum & malum est. hoc autem solum bonum est, quod honestum est, vt ait Tullius in Paradoxis. Parad. prima. Nec tamen ex hoc in sectam Diogenis Philo- sophicorum principis relabi intendo, qui dixit coi- tum matrimoniale in propatulo celebrandum, quia honestus foret, de quo magis diximus supra 7. ca. non erat ergo ista probatio de signis virginitatis in syndonae sufficiens, quia illa quae virgo non erat cum cogno- sceretur, poterat sanguinem multum effundere, ita vt virgo iudicaretur, lex tamen non potest dare hominibus certum modum contenta fuit dare istam probatio- nem, quae licet semper vera non sit, vt communiter ta- men sic est, non est ergo multum insistendum, quod aliqua puella probet se virginem, quae non sit virgo, quia intra magis in se habet diligentius aduertendo, quan- do contra aliquem agitur, vt occidatur, vel aliter dici potest, quod aliquo modo distingui potest in hoc, scilicet circa sanguinem qui effunditur in defloratione, & sanguinem qui false effunditur, quando aliqua foemi- na quae virgo non est, cognoscitur, quia non eundem modum habent, maxime quando non sunt multi dies ab effusione cruoris illius, & ad hoc forte inducti fue- runt Seniores ciuitatis virum, & verberabant eum, ideo ma- dabunt eum verberari, quia crimen falsum imposuit.

Fraudes mulierum circa virginitatem.

sed non excedet ista verberatio quadragenas percussu- ras ne flagellatus moriatur, vt patet in fra 23. cap. *Condemnantes insuper centum siclos quos dabit patri puella.* Isti sicli dari debebant puellae, sed quia ipsa reduceba- tur in domum viri, & omnia quae sunt vxoris sunt in potestate, & administratione viri, non possent puniri vir in hoc, quia mox rediret pecunia ad potestatem eius: dabatur ergo pecunia ista patri puellae, vt non rediret ad virum, & rationabile est, quia vir offenderat puellam, & patrem eius imponendo crimem adulterij, puellam offenderat ad mortem, patrem autem solummodo infamia notauerat, ideo pro offensa puellae flagella- tur, & pro offensa patris in pecunia mulctatur.

Et non seruetur hic lex talionis, quia vir non recipit peccatum quam recipere debuerat vxor viro probante legitime. Et ratio quia vir non tantum ardebat legi- bus matrimonij sicut vxor, & nunc secundum leges humanas vir, siue sponsatus, siue vxoratus, licet com- misceatur alicui mulieri soluta non punitur, sed mul- lier quocumque modo alicui commisceatur post data fidem mortem meretur, ratio quia magis in hoc foemi- na alteri coniuncta facit hereditatem viri sui transire ad filios alienos, vir autem non potest in hoc ledere vxorem, quia foemina cognoscit filios suos, vir autem non. Item magna fit iniuria statui politicae, quia filij de- generes asumentur ad honores publicos, & non scie- tur distinctio liberorum, quod valde inconueniens est, vt probat Philo sophus contra Socratem, & Platonem. 2. Politicorum. ca. 2. *Quoniam diffamauit nomen pessimum.* Per hoc, quod vir in iudicio contra vxorem suam pro- posuit, quod non inuenit eam virginem, infamauit eam pro quo magnam poenam merebatur.

Super virginem Israel. Quasi dicat, quia ista virgo erat de filiabus Israel quae erant magna dignitatis, qui in- famaret eam multum culpabilis erat, si autem aliquis diffamasset imponens nomen alicui virgi- ni, quae non esset de filiabus Israel, non erat tanta cul- pa, nec tanta poena, vt si aliquis accepisset in vxorem aliquam puellam virginem de conuersis ad iudaismum, vel de filiabus conuersorum, & post deflorationem opponeret, quod non erat virgo, & probaret vestimen- tum de quo supra, quod erat virgo, vir eam diffamas non tantum peccabat, quia non diffamabat virginem Israel, sed virginem alienam, de his Leuiti. vigesimo- quinto cap.

Habebitque eam in vxorem. Idest, compelleretur vir tenere illam puellam, quam sic accusabat semper in vxorem. *Et non poterit dimittere eam tempore vitae suae.* Ista ma- gna poena est, quia, cuiuslibet iudaeo erat libertas repu- diare vxorem, vt patet infra vigesimo quarto cap. & ibi magis declarabitur, hic autem ex peccato suo com- pellebatur, & sic aliquis perdidit privilegia sua ex pec- cato suo, & licet non mutetur ius in seipso, iste tamen mereatur perdere privilegia iuris, & actualiter, & per hunc modum respondetur ad quosdam qui quando- que arguunt ius naturale mutari, quia apud quosdam personas ius naturale non obseruatur, sed ista quidem non est mutatio naturalis iuris, sed est priuatio bene- ficij iuris naturalis quantum ad aliquos, quia peccata sua demeruerunt, vt successio, vel educatio paterna est de iure naturali, vt patet Instituta, de iure naturali, & ciuili in principio saliquando tamen priuantur filij isto iure naturali.

Et non poterit dimittere eam tempore vitae suae. Hoc etiam dabatur viro in poenam, quod vxorem ulterius repu- diare non posset, quod ante poterat, etiam si aliqua ma- culata in ea sit, nisi forte post probarem contra eam ve- rum adulterium, quia nunc lapidari deberet, vt patet infra, & Leuitici 20. cap.

Quod

Quod si verum est quod obiicit. Scilicet, quod puella fuit corrupta, siue ante desponsationem, siue post, quia ipsa nomine virginis desponsata est, nisi forte hoc ante contractum matrimonij fuerit viro reuelatum, & non curauerit, quia tunc non poterit eam postea ac- cusare. *Et non est in puella inuenta virginitas.* Hoc est quod obiicit sponsus, hic autem est aliquid speciale, scilicet quod ad accusationem solum alicuius sine probatio- ne condemnatur accusatus: nam vir hic obiicit, quod puella non erat virgo, quando eam accepit, & cogno- uit, & hoc non probat quia est negatiua quae directe probari non potest per rerum naturam, vt patet extra de probationibus capit. quoniam contra falsam in prin- cipio, & dato, quod posset probari indirecte, non ma- dat lex, quod probet, sed solum proponente viro ista querimoniam, si foemina non probet se esse virginem monstrando signa virginitatis condemnatur, & ad vi- rum non expectat aliqua probatio. *Et iacent eam extra fores domus patris sui.* Nam pater, & mater filiam defen- dunt a viro, & quando finitum est iudicium filia redit in domum paternam, & tunc si est inuenta virginitas nullum malum puellae fit, sed redditur viro suo, si au- tem non sunt signa virginitatis inuenta puella lapida- ri debet, vt patet hic, & quia erat in tra domum pater- nae, educatur de domo paterna, & lapidatur. *Quia malum fecit in Israel.* Idest, quod ista puella antequam acciperet matrimonialiter, cognosceretur ab aliquo viro, malum erat, & nephas, & si hoc factum esset in aliqua gente ignobili, sicut inter Barbaros qui viles sunt, non erat magnū dedecus, sic nec magna poena ex hoc imponenda erat, sed quia Israel erat populus valde ho- noratus, quia loquebatur Deus cum illis, vt habetur supra 4. cap. nec est alia natio tam grandis quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut dominus Deus nos- ter ad est cunctis obsecrationibus nostris, facere ergo tale nephas in populo tam honorabili magnum dede- cus erat, ideo puella sic faciens magnam poenam me- rebatur, quanto enim persona, vel populus qui deho- nestatur excellentior atque honorabilior est, tato ma- ior est iniquitas in famatis, & ob hoc si filia sacerdotis summi in domo paterna fornicaretur, etiam si non esset desponsata, & sciretur hoc, exurebatur flammis, quia patrem suum infamauit, vt patet Leui. 2. cap. & hoc non obseruabatur in filia alicuius alterius viri in Israel, quia nullus erat, ita honorabilis, sicut sacerdos magnus, proportionaliter autem se habet in populo Israel respectu aliorum populorum, quia iste erat ce- teris honoratior, magis puniri debebant puellae quae quando accipiebantur a viris suis non inueniretur vir- gines, nisi a principio desponsationis fuisset dictum vi- ro volenti eam in sponsam accipere, quod non esset virgo. *Vt fornicaretur in domo patris sui.* Hoc est malum quod puella fecit.

Nisi puella non desponsata fornicaretur, lapidaretur, & quid cum adulterium committeret in domo viri post consumma- tionem matrimonij. Quasi. P.

Sed sciendum, quod pro hoc solo non lapidare- tur, immo non imponitur aliqua poena in lege, si aliqua puella non tradita viro saltem per desponsationem fornicaretur in domo pater- nam, nisi esset filia sacerdotis magni quae comburebat, quia erat aliquid speciale hic propter honorem sacer- dotis magni, sed malum erat si puella fornicata est in domo patris sui, & subicitur peiudicium se desponsari- tate veritate quod erat in praesentibus viri, qui eam vt virginem assumebat: ideo tunc cum non reperire- tur virgo, inori debebat. Si tamen solum fornicaretur in domo patris, & hoc cognosceretur antequam ali-

cui desponsaretur, non imponit lex aliquam poenam, nisi forte pater, & mater accusarent eam, quia deho- nestauerat eos, quia tunc deberet imponi aliqua poena, & forte diceret aliquis, quod imponeretur eadem poe- na quae imponitur filio contumaci monitis, qui con- sumit bona sua in luxurijs, & comestationibus, & ad petitionem parentum moriebatur, vt patet praecedē- ri capit. *Et auferes malum de medio tui.* Scilicet, vt non inueniatur in te quid inhonestum, quod infamet, & derurper honorem populi Israel. *Et lapidibus obruent.* Ex hoc dicit Nicolaus, quod apparet ipsam accusata fuisse de fornicatione post desponsationem, sed non sequitur, quia siue ante, siue post cognita sit, dum ta- men corruptio illa tacita fuerit in desponsatione, ita quod vir accipiat eam virginis nomine, poterit accusa- ri ad mortem tanquam si vere adulterata fuisset, nec probatur infra contrarium, & Exodi 22. quia ibi loqui- tur tex. de puella quae cognita est ante desponsationem, & etiam hoc ante desponsationem iudicatum fuit, cum illa corruptio quae tunc apparet, non redunder in dam- num alicuius, non lapidatur: si autem tacita fuerit illa corruptio, & post patet marito, quia in damnum eius redundat, & magnam iniuriam, puella lapidari debet, quia sponsum in contrahendo fraudare voluit. *Si dor- miuerit vir.* Hic ponitur de adulterio commissio in domo viri post consummationem matrimonij. *Cum vxore al- terius.* Ex hoc patet, quod iam fuerat matrimonium consummatum, quia non vocatur mulier aut vxor, sed solum sponsa. *Vterque morietur.* Scilicet lapidabitur sicut mulier, quae fuit adulterata ante consummati- onem matrimonij, & hoc patet Ioan. 8. cap. de muliere deprehensa in adulterio, de qua dixerunt ibi Iudaei, quod lex mandabat eam lapidari de hoc Leui. 20. cap. *Si puellam virginem.* Hic ponuntur aliae regulae circa adulterium ad cognoscendum, quando sit iudicandum adulterium, vel non, & tenet ista regula, siue in puella desponsata solum, siue in ea quae iam viro suo copulata fuit. *Si puellam virginem.* Iste est modus loquendi, quia loquitur scriptura quantum ad ea quae communius accidunt, scilicet, quod desponsatio in virginitate fiat, non tamen sunt ponderanda verba tex. ita quod si puella despon- sata non fuerit virgo, & cognoscat aliquis eam in ci- uitate, quod non plebatur poena legis huius, quia tunc de peccato suo commodum reportaret, & melius es- set multa peccata fecisse quam vnum, cum gauderet maiori priuilegio ea, quae hactenus meretrix fuerat, quam ea quae virgo: ideo cum aliqua puella desponsa- tur alicui viro, siue sit virgo, siue non sit virgo, & coeat cum altero, vterque patietur istam poenam: nam si ea quae non esset virgo non pateretur istam poenam, cum mulier tradita viro suo iam virgo non sit, quia ab eo car- naliiter cognita est qui eam cognosceret, non pateretur poenam legis huius; nec vxor etiam, quia si solum intellexerit de virgine quae secundum veritatem es- set virgo, & aliquis cognosceret eam, nisi quam posset discuti causa ad hoc, quod videretur vtrum condem- nari deberet, quia postquam puella desponsata cog- nita esset a viro adultero, siue ante illam cognitionem fuisset virgo, siue non, probari non poterat: ideo esset intricatio ista maxima, & lex superflua: dicendum ergo, quod quocumque modo ista puella desponsata se habeat, siue sit virgo, secundum veritatem quan- do desponsata fuit, & quado cognita ab isto viro adul- tero, siue desponsata esset nomine virginis, & non es- set virgo secundum rem, siue non esset virgo & despon- sata esset non nomine virginis, quoniam in omnibus his fit eadem iniuria viro, & sacramento matrimonia- li. *Desponderit vir.* Idest accepit in sponsam, despon- dere, & desponsare in sacra Scriptura signant idem, & conueniunt tam viro qui in matrimonium accipit puellam

De adu- lterio com- missio in domo viri post consumma- tionem ma- trimonij.

puellam quam patri, vel curatori, aut tutori qui eam tradit nuptui. dicimus enim, quod talis vir desponsauit filiam suam tali viro, pertinet etiam ad eum qui accipit puellam in vxorem, sic accipitur frequenter in iuribus humanis, & habetur extra de sponsalibus in cap. tua nos duxit, cum dicitur Ioannes de desponsat, id est accipit te in sponsam, & hoc per totum titulum despondere etiam pertinet ad eum qui tradit puellam nuptui alicui viro, sic dicebat Apostolus Corinth. 2. Corint. cap. 11. despondi enim vos viro viro virginem castam exhibere Christo: pertinet etiam ad eum qui accipit puellam in coniugem, & sic dicitur hic, si quis puellam virginem desponderit. *Despondit vir.* Loquitur de desponsata non ad excludendum maritatus, sed ad excludendum puellas solutas, quia puella soluta, siue in ciuitate, siue extra cognoscitur, non debebant lapidari. de mulieribus maritatis manifestum est, quod obligantur per istam regulam, quia adhuc magis videtur delinquere mulier, quae post copulationem cum viro adulteratur, quam ea quae ante, quia non sequitur eadem damna in vtraque, quia si ante coniugium adulteretur, magis potest cognosci distinctio proli quam si post. *Puellam quia non clamauit.* Puella non clamans consentiens iudicatur: poterit tamen esse, quod clamauerit, & non audira sit, vt si erat in aliqua profundissima, & occultissima domo, & in hoc satis poterit iudices per experientiam scire, vtrum aliquis ibi clamans in publico audiatur, & sic iudices sententiam habent, poterat tamen euenire, quod puella clamasset, & omnes a calle, tunc coniunctis domibus aberat, vel quod vir subito, & ex insidijs superueniens puellae os operuerit, ne clamaret & multa similia, sed ad ea quae raro accidunt iura non adaptantur. *Et vir quia humiliavit vxorem.* Id est, quia reddidit eam contemptibilem: maxime si ante consummationem matrimonij erat. *Si autem in agro.* Scilicet in quo aliqui non erant qui auxilium possent: si autem ibi alij erant perinde est ac si in ciuitate factum fuisset. *Reperit vir puellam.* Dicitur reperire, quasi a casu, scilicet, quod licet vir attendisset, vt eam in agro reperiret, tamen ipsa puella non inerat ad agrum, vt cognosceretur, & sic quantum ad ipsam fuit accidentale reperiri in agro, sic autem poterat puella, quae uellent impune cognosci a viris facere, procurando cum ipsis, quod iret ad agrum, & puella cognosceretur in agro, & tunc licet cognosceretur non puniebatur ipsa, quia in agro cognita est, & solus vir occideretur: si tamen constaret, quod puella conuenit cum viro, vt exiret ad agrum, & ibi cognosceretur, vt quae occideretur, sicut si in ciuitate cognita foret. *Qua desponsata est.* Quia si non est desponsata, nec alicui viro alligata, non stat ista poena, sed solum vir certam summam pecuniae, vt patet in sequenti lege. Et non solum est hoc verum de puella desponsata, sed etiam de illa quae matrimonialiter a viro suo ducta, & cognita est, quia si haec in agro cognoscatur ab alio viro, morietur vir secundum hanc legem, & non ipsa, idem est si puella non sit desponsata, nec maritata, sit tamen alicui viro obligata per legem, & aliquis coequet cum ea in agro, morietur vir, & ipsa morietur si in ciuitate cognita foret, quia totaliter debet sequi regulam desponsatarum, vt pote sicut dicitur infra 25. cap. quando vnus vir moritur, si non reliquit semen frater eius, debet accipere vxorem defuncti ad suscitandum semen, si autem ille frater defuncti sit adhuc valde puer, qui non possit contrahere matrimonium, nec desponsari, debet ipsa vxor fratris defuncti expectare, & tenetur, donec puer sit adultus, & accipiat eam in vxorem, si autem medio tempore antequam sit desponsata ei, aut tradita matrimonialiter, cognita fuerit ab aliquo in ciuitate, punietur sicut si esset desponsata, aut maritata, quia licet non sit con-

tractum vinculum aliquod inter istas personas ex verbis earum, lex tamen cauauit vinculum, vt teneretur ipsa expectare ipsum, & donec ea nolit accipere, semper erit obligata, vt sponsa sua, quod plene patet Gene. 38. ca. de Thamar quae acceperat in virum Her filium Iudae quo mortuo accepit Onam fratrem Her, & rursus hoc mortuo cum adhuc maneret alius frater Sella filius Iudae, & ipsa peteret eum dari sibi in virum, denique cum non fuisset ei datus Sella, & ipsa fraudulenter cognita fuisset a Iuda, accusauit eam Iudas ad mortem, & conuicti debebat nisi ostendisset signa, quae ibi ostensa sunt, hoc autem solum erat, quia ipsa obligata erat Sella filio Iudae donec diceret, quod volebat ea in vxorem, vel non. *Et apprehendens concubuit eam ea.* Apprehendere violentiam dicit, & sic ius praesumit, quod violenter cognita est, cum in agro cognita extiterit, licet forte voluntarie ibi cognita sit, quod si constet, vterque morietur tanquam si in ciuitate dormiuisset cum ea, ipse morietur solus, quia de eo manifestum est, quod peccauerit, siue eam violenter cognouerit, siue voluntarie. de puella autem non constat, nec praesumitur verisimiliter. *Ipsa morietur solus, puella nihil patietur mali.* Id est non solum non occidetur, sicut corruptor eius qui lapidatur, sed etiam, nec aliqua poena parua infligenda erat ei. *Nec est rea mortis.* Non est sensus, quod ista lex dicat puellam non esse mortis ream, ita quod vere non sit rea mortis, quia hoc sciri non potest: forte enim puella consentit se cognosci, aut procurauit in tali loco cognosci ob securitatem suam, & tunc mortis rea est, quia tantum peccauit, sicut vir, sed dicitur, quod non est rea mortis, quia non patet manifeste, nec est contra eam aliqua talis praesumptio, ex qua feratur sententia contra ipsam, & ponit exemplum, quia sicut fur confurgit contra fratrem suum, id est contra quemlibet alium hominem qui vocatur frater. *Et occidit animam eius.* Id est occidit eum, quia anima vocatur aliquando totus homo, sicut patet Gene. 46. & Exodi. 1. quod septuaginta anime ingressae cum Iacob in Aegyptum, id est septuaginta homines: aliquando accipitur anima pro vita, sicut dicit Christus, quod animam suam odit in hoc seculo, in vita eterna inueniet eam, & Marth. 6. cap. nonne anima plus est quam esca, id est vita, & est sensus. *Occidit animam eius.* Id est vitam eius, quia licet non sit proprius modus loquendi, quod vita occidatur, quia animal est, quod occiditur, sicut animal est, quod vivit, quia ista duo sunt ad idem, tamen quia occiso animali vita destruitur, vita occiditur: sequendo enim istam litteram non potest proprie dici, quod accipiat anima pro ipso homine cum dicatur hic, & occidit animam eius, non potest autem dici, & occidit hominem eius, quia necesse est signari per animam aliquod, quod est alterius, vel pars, vel proprietates. *Quia sicut latro confurgit.* Latrones in syluis latent, & in insidijs surgentes viatores praedantur, & occidunt. *Sic puella percussa est.* Id est passa fuit, quia vir eam in insidijs in agro tenuit. *Sola erat in agro, & clamauit.* Praesumitur, quod puella clamauerit licet hoc ignoretur, quia ea quae equaliter bona, vel mala esse possunt, in partem bonam interpretanda sunt: de viro autem manifestum est, quod malam intentionem habuit, ideo indistincte occiditur, & licet puella non clamauerit, si tamen ipsa intellexit, quod clamans exaudiri non poterat, nullam criminis culpam habuit, poterat tamen contingere, quod puella voluntarie cognosceretur, vel quod ipsa procurauerit cum viro, vt irent extra ciuitatem forte, vt ipsa securior esset ad omnem euentum, ius tamen hoc non praesumit, quia constare non possunt. *Si inuenit vir.* Hic ponitur secundum, scilicet prohibitio quantum ad stuprum. *Puellam virgineam.* Siue ista puella sit virgo secundum veritatem, siue non

Prohibi-
tio quo ad
stuprum.

non sit virgo, sit tamen in habitu virginali eadem poena est, si tamen puella non sit virgo, & publice cognoscatur, quod non sit virgo, vt pote quia fuerit concubina alicuius, vel meretrix, non videtur, quod teneat ista lex. *Qua non habet sponsum.* Quia si desponsata sit viro alicui, non soluet pecuniam quae hic dicitur, sed morietur, vel si fuerit coniugata, aut alicui per legem alligata, vt patet in exemplo, quod supra ponebatur de fecitante semen fratri suo. *Et apprehendens concubuit eam ea.* Quod violentiam notat: sic enim praesumitur, vt supra dicebatur de puella desponsata: nam si puella consentiat cognosci, non tenetur poena huius legis vir, quia paria delicta sunt. *Et apprehendens concubuit eam ea.* Non exprimit littera clare, vtrum intelligatur de eo, qui virginem seduxit, & dormiuit cum ea, vel de illo qui vi apprehendit eam in agro, & coiuuit, quia maiori poena dignus videtur qui violenter coiuuit. Forte dicit aliquis quod intelligitur de seducente solum, quia ita imponitur poena dotationis Exodi 22. cap. vbi agitur de virginem seducta, & deflorata. Sed melius dicitur, quod et intelligitur de ea quae violenter apprehensa est, & patet, quia dicitur in littera. *Et apprehendens concubuit eam ea.* Hoc autem violentiam signat. Item quia si non intelligeretur de violenter corrupta non esset lex circa violenter corruptas. *Et res ad iudicium veniet.* Quia nunquam aliquis punitur, nisi causa ad iudicem deducatur, quia impositio poenae ad personam publicam pertinet, & licet ipse iudex non possit taxare quantitatem poenae, vel multae, quia a lege determinata est, tamen imponet illi peccati poenam legis ad quam tenebitur soluendum sub poena a iudice imposita arbitrarie. *Et habebit eam vxorem.* Si pater dare voluerit, vt patet Exo. 22. cap. & licet matrimonia sint secundum legem voluntaria, tamen aliquando cogitur aliquis contrahere secundum hanc legem, quia propter peccatum priui legum legis amittit, quod omnibus concedebatur, vel communem gratiam, vt magis proprie loquamur: & siue consentiat, siue non, cogitur tamen stare cum puella, & sustentare onera matrimonij, siue sit verum matrimonium, siue praesumptum a lege, siue totaliter nullum, & in hoc laeditur vir, quia etiam si potens esset, & puella pauperrima, tamen eam suscipere debet. Secundo laeditur, quia nunquam poterit eam repudiare, nisi forte propter adulterium, quod omnem conditionem, & poenam destruit. *Non accipiet homo.* Hic ponitur tertium de incestu: est enim incestus inter personas sibi consanguinitatis, vel affinitatis linea attinentes. *Vxorem patris sui.* Id est nouerum: de matre enim ita notum est, quod non oportet ponere legem, licet ponatur ad horrorem facinorum Leui. 18. cap. sed intelligitur de nouera, quam non debet aliquis in vxorem aliquo modo accipere, nec aliter ad eam accedere, sed maius peccatum est eam in vxorem recipere, quam aliter, quia qui vxorem accipit peccat, tanquam ex habitu iudicans illud sibi licere, qui autem aliter facit ex passione mouetur, ideo remissibilis est, sed vtrunque malum est, quia contra honorem patris, quia pater fuit vna caro per commixtionem cum illa, & sicut patri subiecta fuit, quia ita fit subiecta filio. Et ob hoc Apostolus inultum increpabat Corinthios qui consentiebant, quod quidam haberet publice in vxorem eam, quam pater suus in vxorem habuerat, scilicet nouerum suam vt patet 1. Corinth. 5. cap. scilicet auditur omnino inter vos fornicatio, & talis quae inter gentes non est, vt vxorem patris aliquis habeat, ideo Apostolus ad detestationem tanti sceleris grauem poenam infligit, scilicet, quod acciperet eum Sathanas trucidandum vsque ad interitum carnis, vt saluus sit spiritus eius in die Domini, & proculdubio tali poena dignus est, qui tantam irreuerentiam committit: nam cum pater sit maximum

A bonum filio post Deum, maxima reuerentia post reuerentiam debitam Deo est reuerentia debita patri. magna autem irreuerentia patris est, vt eandem mulierem filius cognoscat quam pater cognouit. *Nec reuelabit operimentum eius.* Id est turpitudinem eius, scilicet sexus verecundiam, & illa vocatur verecundia patris, quia patrem illa verecundia tangebatur, & maius peccatum est, quando hoc patre viuente fit, quam ipso mortuo, & ideo maledictus fuit Ruben, quia maculauit lectum patris sui dormiendo cum Bala vxore patris sui, vt patet Gene. 35. & 49. cap. sic etiam Abiulon dormiuit cum concubinis patris sui, sed iste magis peccauit, quia ad dehonorandum patrem fecit coram toto populo, vt patet 2. Reg. 16. cap. & quia talia crimina Deus detestatur maxime, mandauit tales occidi, vt patet Leui. cap. 20.

C A P. XXIII.

NON intrabit Eunuchus, attritis, vel amputatis testiculis, & absciso ventre, Ecclesiam domini. Non ingreditur manser hoc est de scorto natus, in Ecclesiam domini vsque ad decimam generationem. &c.

De renum.
ca. nisi, &
precedenti.

Non intrabit. Supra positae fuerunt aliquae directiones circa partem irascibilem, hic dirigit circa concupiscibilem, & continet duo principaliter, scilicet de directione in communi. Secunda de directione in singulari ibi. *Si fuerit inter vos.* Et prima in duas secundum, quod status ciuitatis per duo tempora variatur, scilicet per pacem, & bellum. de secundo ibi. *Quando egressus fueris. Non intrabit Eunuchus.*

Tria bonum statum ciuitatis conseruantia. Quae. 1.

Hic ponuntur tria, quae conseruant bonum statum ciuitatis. Primo coniunctio honestorum coniugiorum. Secundo a Dei cultu expulsio immundorum. Tertio prohibitio de exaltatione, vel promotione indignorum, & ista omnia tanguntur in eadem littera, secundum quod potest tripliciter exponi satis bene, sed communior expositio, & consonantior est de coniunctione coniugiorum. Et excluduntur hic aliquae personae, quia non inuenitur in eis finis matrimonij, vel propter alias inhonestates, & quia finis coniugij est proles, excluduntur primo, qui propter aliquem defectum in vase genitali, siue a natura, siue a casu non possunt consequi istum finem. *Non intrabit Eunuchus.* Vocantur Eunuchi qui castrati sunt, vel qui naturaliter tantum frigidi sunt, quod nullo modo coire queant, & sic dabantur nobiles domine in custodiam Eunuchis, id est castratis, vt sepe patet in Chronicis, hic autem solum accipitur pro illo qui habet integra genitalia natura prohibente coire non valet, quia de castratis infra dicitur. Et per Eunuchos etiam intelliguntur qui maleficiati sunt ad semper, quia si hoc constaret, non contrahebant matrimonium. *Attritis, vel amputatis testiculis.* Vterque prohibetur, quia generare non potest, licet enim habeat virgam, quod eleuari possit, & cognoscere feminam, ita quod claustra virginalia rumpant, tamen semen effundere nequeunt, quia testiculorum officium est, vt in coitu per quasdam cordas, siue cinas ascenden-

De incestu,
& quid il-
le sit.

ascendentes tangant vasa seminaria ad distillationem feminis, quibus non existentibus, vel si lesi sint, vasa illa in motu manentia generationem nunquam complent. *Et absque vetero.* Id est virga vituli, & dicitur veterum secundum Hieronymum 11. Etym. quasi virus tenens, id est feminalem fluxum qui dicitur virus, vel veterum, id est vitium, quia soli viri illud habent, & in istis magis patet. *Non ingrediatur manzer hoc est de scorto natus.* Ista est superadditio ad explanationem nominis Hebraici. In Hebraeo autem solum habetur manzer, & exponit litera Chaldaica, quod manzer dicitur filius alicuius conuersi de Chanaanis, vel alijs gentibus, & alicuius Hebraei, vel filius Hebraei, & mulieris conuersae de gentilitate, sed magis videtur manzer secundum litteram nostram esse proprie ille qui de meretricis natus est, & iste omnium illegitimum turpissimum est, & potest intelligi per manzerem spurium qui de concubina natus est, vel nothus qui de adulterio, quia omnes hi contemptibiles erant. *Non intrabit Ecclesiam Dei.* Potest accipi Ecclesia tripliciter secundum tria quae supra tetigimus, quae sunt ad bonum statum ciuitatis, primo modo accipitur Ecclesia pro congregatione populi, & sic frequenter accipit Philotophus in 2. Poli, ubi dicit, quod in quibusdam politijs apud Ecclesiam potestas est, id est apud totam multitudinem popularem, & quadam politia Ecclesiam non faciunt, id est congregationem: & tunc est sensus, quod non intrat manzeres in Ecclesia Domini, id est non dentur vxores eis de multitudine filiorum, quae vocatur multitudo Domini, id est sancta, & non intelligitur de superioribus: quia frustra esset dicere quod Eunuchi, & habentes praeterita genitalia & similia, non acciperent vxores de filiabus Israel vsque ad decimam generationem: quia cum illi generare non possint, nunquam habebunt primam nec secundam, nec aliquam generationem, solum ergo intelligitur de manzeribus.

Potest accipi secundo modo ecclesia in secundo sensu pro loco sancto ad quem ingredi poterant laici ut offerrent, & ut ibi comederent hostias pacificas. Et ad istum non poterant intrare isti omnes supradicti: quia sicut qui contaminati erant in tactu alicuius rei immunde vel leprosi erant, vel fluentes sanguine, mestruate, & fluentes sanguine, non debebant intrare in sanctuarium: ita isti immundi reputabantur: de his patet *Leui. 11. 14. & 15. c. & Num. 5. & 19.*

Potest tertio modo accipi ecclesia pro multitudine prout habet ordinationem ad rectores. & sic dicitur aliquis intrare ecclesiam, cum in multitudine datur ei aliquod officium, vel principatus: & ad hoc prohibentur omnes supradicti: quia non poterant esse tribuni ceterationes quinquagenarij, vel decani. Et patet in patenti bus defectum in genitalibus: quia istae dignitates temporales, ut in plurimum, dabantur per successiones, indignum ergo erat, quod qui successorem nullo modo relinquere poterat, ad paternum honorem promoveretur: repelluntur etiam manzeres, nothi, & spurij, & alij de fornicatione, quia isti propter defectum natalium multum contemptibiles sunt. Et periculum est tales exaltare, quia subditi non equo animo tales tolerant, maxime illi qui naturaliter excellentes sunt, de his Philotophus 2. & 3. Politico. Et ideo Ecclesia tales ordinari prohibuit, & aliquam Ecclesiasticam accipere dignitatem, nisi ex speciali consideratione considerata qualitate personae, ita quod patet in continentibus non sit imitator, & in dignitatibus temporalibus quae per successiones habentur secundum leges humanas si hi illegitimi non succedunt, repelluntur etiam infrapositi, scilicet alienigenae qui non efficiebantur principes, quia minus praesumuntur alienigenae terram diligere quam indigenae, nec in arduis causis multum in

eis confidendum est, & subditi etiam dedignantur aliquos sibi alienigenas dominari, & iste sensus consonantior est quam secundus, quia quantum ad ea quae Dei sunt, non erat distinctio Iudaeorum, & aduenarum, scilicet in cultu, & caeremonijs legis, & patet quia omnes alienigenae circumcisi poterant comedere pascha, ut habetur *Exodi 12. cap.* & hoc est magnum sacrificium Dei, ut patet *Num. 9. cap.* ergo etiam poterant offerre victimas pacificas, sed istas non licebat comedere nisi in atrio tabernaculi, ut patet sepe in *Leuitico*, ergo comedere poterant in atrio. Ex superioribus patet, quod expositio Chaldaica in praesenti non multum consonat, quia si intelligatur primo modo implicat contradictionem, quomodo non intrabit in Ecclesiam domini qui est de Ecclesia Domini, sed isti quos ipse vocat manzeres de Ecclesia Dei sunt, quia vel patrem, vel matrem de Hebraeis habent: nec quantum ad sacrificia, ut dictum est, nec etiam quantum ad dignitates, quia David fuit in tertia generatione Manzer, scilicet filius Isai, & nepos Oberh qui fuit Manzer illo modo, id est natus ex Ruth Moabitide, & Booz, ut patet *Ruth. 4. cap.* & *Matth. 1.* sed tamen David rex fuit, & vxorem habuit de Ecclesia Dei. *Vsque ad decimam generationem.* Quia in decima generatione est totaliter memoria illegitimitatis abolita, & pro nobili se gerere potest, & si intelligatur ista littera per primum modum, erit sensus, quod Manzer, nec filius eius, nepos, abnepos, pronepos, & consequenter vsque ad decimum non accipiant in vxores aliquas de filiabus Israel, sed accipient de filiabus conuersorum ad iudaismum, & in decima generatione rursus venientur filia-

bus Israel. In secundo modo est sensus, quod Manzer, & filij sui, siue accipiant vxores de Israel, siue non, non ingrediantur in atrium tabernaculi vsque ad decimam generationem, sed non multum valet hoc, ut supra diximus. In tertia expositione clara est littera. *Ammonites, & Moabites non intrabunt Ecclesiam Dei post decimam generationem vsque in aeternum.* Id est nunquam, quia illud in aeternum non fit, quod nunquam fit. sic dixit Petrus Christo domine non laudabis mihi pedes in aeternum. *Io. 13. c.* & ponitur hoc, quia supradictum fuerat de Manzeribus, quod non intrarent in Ecclesiam vsque decimam generationem, sic putaret aliquis de Moabitibus, & Ammonitis, & ruderetur, quod nunquam intrabunt Ecclesiam post centesimam generationem. Et potest intelligi quod libet illorum trium modorum, sed maxime in 1. & 3. aliae autem gentes, sicut Idumei, & Aegyptij de quibus hic fit mentio intrant ad 4. generationes in Ecclesia, isti autem nunquam, quia grauius illi peccauerunt cogendo eos operibus duris, & mergendo paruulos eorum in flumine, ut patet *Exo. 2. & 5. c.* Idumaei autem exierunt eis armati, & non concesserunt eis transitum per directam viam terrae suae, ut patet *Num. 20. cap.* & *Deute. 2.* Moabites autem spiritualiter, & corporaliter eos leserunt, quia per consilium Balaam fecerunt fornicari filios Israel cum mulieribus Moabitarum, & Madianitarum, & colere Deos eorum, ut patet *Num. 25. c.* propter quod Deus iratus est Israel, & delent multos, ut patet eo. c.

Quare non fit hic mentio de alijs gentibus, quando conuerterentur ad iudaismum, quomodo fieret de eis quantum ad hoc, quod est intrare Ecclesiam Dei. & historica narratio Iudaeorum a principio sui originis cum quibus gentibus communicauerunt, & in quibus terris manserunt. Quest. 11.

Sed quare quare non fit mentio de conuersione aliarum gentium, & punitione? Potest responderi, quod ratio est, quia istae gentes quas hic exprimit, puniuntur aliquo modo, quia persecuti sunt

sunt filios Israel in itinere Aegypti, & non aliae gentes, ideo quando conuerterentur aliae gentes non datur eis ista poena, sed statim poterant intrare Ecclesiam Dei, & secundum istum modum prima de tribus expositionibus est verior, ita quod omnes conuersi de gentilitate ad iudaismum immediate accipere poterant vxores de filiabus Israel, tamen non poterant principari statim. Et si arguas de Amalechitis qui pugnaverunt contra Israel, ut patet *Exodi 17. capit.* & de Madianitis qui fuerunt principiores in adducendo Balaam ad maledicendum quam Moabites, & ideo contra eos, & non contra Moabitas pugnatum est, ut habetur *Num. 31. c.* Respondetur, quod de Amalechitis nullus conuertendus erat ad iudaismum, sed continuum bellum esse debebat inter eos vsque ad deletionem Amalechitarum, ut habetur *Exodi 17. cap.* & ista deletio tempore Saul consummata est, ut patet *1. Reg. 15. cap.* de Madianitis respondetur, quod Israeliticae deleuerunt eos vsque ad reliquias, ut patet *Num. 31. cap.* & post illi qui succreuerunt fuerunt hostes Israel, ut patet *Iudi. 6. capit.* & ideo forte nullus de eis vnquam ad iudaismum conuersus est, & sic non oportuit de illis poni regulam. Vel potest responderi aliter, quod ideo solum istae gentes nominatae sunt, quia istae erant prope Israel, & de eis conuerterentur aliqui, non autem de alijs remotis gentibus, & tunc dicitur, quod quia Amalechitae, & Madianitae distat magis a terra Israel quam gentes de quibus in littera. Et si arguas de Philisthin qui propinquiores erant, quia habitabant super mare ad occidentem terrae promissionis. Respondetur, quod isti habitabant intra terminos terrae promissionis, quia Iudaeis dati sunt termini vsque litus maris magni ad occidentem, ut patet *Num. 34. cap.* sed in litore illo erant ciuitates Philisthinorum, ideo vocatur mare illud mare Philisthinorum, ut habetur *Exo. 23. c.* sed melior est prima responsio, quia Syria in qua Damascus, & Phenicia propinquiores erant terrae promissionis quam Aegyptus, & tamen fit hic mentio de Aegyptio, non autem de istis. erat autem prima responsio, quod de istis gentibus non fiebat mentio, quia hostes erant, & non erant conuertendae ad iudaismum, & fundamentum huius est, quia Deus vult dari hic regulam, quam gentem amare deberent Iudaei, & quam gentem persequi, & quia amamus, vel persequimur, aliquid, sicut nobis bonum est, vel malum est, ut patet in 1. Ethico. oportet quod illam gentem amemus in qua aliquid boni reperimus, & illam exosam habeamus in qua aliquid mali reperimus, & quia bonum, vel malum est inter gentes secundum communicationem, ideo gentes illae quae nullo modo communicant, nec vnquam communicauerunt, sibi bonae aut malae non sunt: ideo Deus solum dat hic regulam ad amandum, vel ad odiendum, recipiendum vel non recipiendum quasdam gentes quae inter se aliquo modo communicant, non dat Deus hic aliquam regulam Iudaeis vtrum Indos, aut Hispanos, vel Alemanos odifere debeant, vel amare, recipere, aut non recipere, quia Iudaei nunquam communicauerunt cum istis gentibus bonum, aut malum ab eis recipientes, ideo non habent aliquid per quod diligenter, aut odissent. etiam non oportebat poni aliquam regulam de istis vtrum recipi deberent, vel non, quia habitant in vltimis partibus orbis terra autem Chanaan est in medio terrae habitabilis secundum latitudinem climatam septem. Licet nunc considerando terram iam habitatam non est in medio terrae habitatae, quia aliqua loca sunt quae sunt in decimo climate, ut est insula Thile, terra autem Chanaan est in principio quarti climatis, & partim in tertio, & diuisa terra in septem climata terra Chanaan est in medio terrae habitabilis. posita diuisione autem clima

An terra Chanaan sit in medio terrae habitatae. Climata. 10.

tum secundum terram, quae iam habitata est, multum distat terra Chanaan a medio mundi, nunquam autem Hispani irent ad terram Chanaan, ut conuerterentur ad iudaismum, nec Indi, aut extremi Aethiopes, ut Garamantes, & Trogloditae, & de habitantibus in extremitatibus septentrionalis plagae, de istis si licet rarissimum esset, si tamen contingeret, ut aliqui ad terram Chanaan venirent ad iudaismum, dicendum erat, quod reciperentur, ut intrarent in Ecclesiam Dei accipiendo quocunque modo accipiatur Ecclesia: nam sicut de iure quilibet presumitur idoneus nisi probetur contrarium, ita quilibet admittitur ad omnia ista nisi prohibeatur, sed indi, hispani, aethiopes, alemani, non prohibebantur hic intrare Ecclesiam Dei, ergo quocunque intrare vellent, reciperentur, & sic de ceteris gentibus, quae non prohibebantur hic, nisi alia causa subesset, hic autem exprimitur aliae gentes, cum quibus Hebraei aliquam communicationem habuerunt pariter ab eis bonum, vel malum. Considerandum autem est ex processu sacrae Scripturae in his libris Moysi cum quibus gentibus Hebraei habuerant aliquam communicationem boni, aut mali vsque ad tempus praesens, & reperietur regula expressae, aut ratio tacite. Et praesupponendum, quod Hebraei primo nati sunt trans flumen Euphratem ad partem aquilonarem, & postea venerunt in terram magis Meridianam ultra flumen Euphratem, quorum primus fuit Thare, & ab ipso Hebraei alij nominati sunt, postea sui successores, ut nunc attinet ad propositum, licet de veritate huius magis habetur *Exo. 21. c.* Abraham autem persecutionem magnam sustinuit in Caldea, ut non coleret idola, sed quia tunc Abraham adhuc non erat caput populi Dei, cum non esset facta aliqua promissio Dei ad illum, non est aliqua causa quare Hebraei deberent tempore Moysi esse hostes Caldaeorum. Post hoc Abraham cum posteritate sua habitauit in terra Chanaan, in qua non habuit, nec vestigium terrae, & multa ab illis passus est, & Isaac eodem modo, & Iacob, plura autem passi sunt ab eis cum pugnaverunt contra eos duo reges Amorrhoeorum, scilicet Seon, & Og, de his autem non est data aliqua regula vtrum recipi deberent in Ecclesia Dei, vel non. Et dico, quod non oportuit hic poni regulam, quia satis notum erat, quod nullus de Chanaanis admitti deberet in Ecclesia Dei aliquo modo, quia Iudaei nullo modo poterant relinquere viuum aliquem de Chanaanorum populis, quem nec accipere possunt, siue sub conditione seruitutis, siue libertatis, aut quouis alio modo, sic patet supra 20. ca. cum dicitur de his autem ciuitatibus quae dabuntur tibi, nulli omnino patieris viuere sed interficies ore gladii Etheu, & Chanancum, & c. ideo dato, quod aliquis de Chanaanis populis vellent esse Iudaeus, & redigi seruitutem, non permittebatur, sed percutiebantur gladio. communicauerunt etiam Iudaei cum Philisthinis, quoniam descendit illuc Abraham, & post hoc Isaac filius eius, ut patet *Gene. 20. & 26. c.* quorum vterque persecutionem habuit ab eis, quia vxor Abraham accepta fuit a rege Abimelech, ut patet *Gene. 20. c.* magis, aut & iniquius dabanatur ab eis Isaac, quia inuidebant ei durissime, & compulerunt eum egredi de ciuitate, & quoniam aliquem puteum fodiebat occupabant eum pastores Geraritarum qui erant Philisthini, donec recessit a terra illa aliquantulum, & venit in Bersabee, ut patet *Gene. 21. c.* ex his autem videbatur esse origo aliquarum inimicitiarum inter Iudaeos, & Philisthin; de his autem non ponitur aliqua regula vtrum intrare possint Ecclesiam Dei, & non factum fuit, ut aliqui putabant, quia distabant a Iudaeis, sed quia erant in terra eorum, nec etiam, ut alij putauerunt, quia Philisthini semper fuerunt infestissimi Iudaeis, & sic nullus de eis conuerteretur ad iudaismum: nam dato, quod aliquis de Philisthinis vellent conuertere ad iudaismum

Historica narratio Iudaeorum in quibus terris manserunt.

Indaismū, non reciperetur, sed occideretur, sicut non reciperetur aliquis de Ethcis, Eucis, Pherzeis, Iebusis, &c. & ratio est, quia Philistin sunt pars istarum gentium septem, cum ponantur intra terminos terre Chanaan a parte occidentali in qua est mare palestinarum, siue mare occidentale, vt patet supra 11. c. & Exo. 23. & Nume. 34. & apud istud mare est māstio Philistinorum. Etiam a parte Meridiana erant Philistini intra terram Chanaan, quia termini Meridiani terre Chanaan sunt deserta arabica, quæ magis Meridiana sunt quam terra Philistini, vt patet supra 11. c. ergo in terra Chanaan erant Philistini, nec poterant recipere quicquam ex eis, nec ad vitam reservare sub quacunque conditione, non ergo dari debuit regula de Philistin. Deinde communicauerūt Hebrei cum Aegyptijs, quia morati sūt ibi ducētis, & quindecim annis, vt in Genesi probatum fuit c. 15. & in Exo. c. 2. & alibi sepe, & in hac terra multa mala Hebræi ab Aegyptijs receperunt, quia pressis eis in duris laboribus luti, & lateribus iussum est, vt infantes eorum obstricunt dolo in ipsa alui effusione necarentur, in super & in flumen mergi mandauit, quos aliter superare nō potuit: multa quoque alia dura illis imponebantur, & fiebant quæ deducebant animam Iudæorum ad amaritudinem, pro quibus satis rationabiliter videtur, qd Iudæi eos exosos habere possent, sed Deus de his dat hic regulam, qd non debent Iudæi abominari Aegyptium, cuius ratio in litera subiungitur, quoniam licet multas angustias passi sunt ab Aegyptijs, tñ quia aduenæ fuerunt in terra Aegypti, idest quia ibi magno tempore vixerūt, & de pinguedine terre illius nutriti sūt, nō debent eos habere exosos. Deinde communicauerunt Iudæi Amalechitis, quia Amalechite exierunt in obuiam, s. post Iudæos, & extremos agminis qui resederant, occiderunt: vt patet Exo. 17. & j. 26. c. ista fuit prima gens quæ bellum mouit contra Iudæos, sic dñs Nume. 24. c. principium gētiū Amalech cuius extrema perderunt. & non ponitur hic regula de istis vtrum debeant esse exosi, vel non, & quora generatione recipi debeant in Ecclesiam Dei, & ratio est, quia de Amalechitis nullus conuersus est, vt aliqui volunt, vel quia valde distanter habitabant, non fiebat mentio, sed non est verum, quia dato, qd aliquis de Amalechitis conuerti vellet ad fidem, nō reciperetur, sed occideretur, & pater, quia Deus dederat mandatum, vt Iudæi haberent bellum cum Amalech vsque ad deletionē eius, vt hñ Exo. 17. ca. cum dñs dixit dñs Deus ad Moysem scribere hoc ob monumentum in libro, & tra de auribus Iosue: delebo enim memoriā Amalech de sub celo, quia manus solius Domini, & bellum Dei erit cōtra Amalech a generatione in generationem, & Moyse ante mortem suam hoc iterum repetiuit, vt recordarētur duces Israel, & posterioribus suis nararent, & eos ad animositatem cōcitarent cōtra Amalech, de quo j. 25. c. in fine sic dñs, memento quid fecerit tibi Amalech cum egredieris ex Aegypto, quō occurrit tibi, & extremos agminis tui qui lassifidebant, ceciderit, qñ tu eras famē, & labore confectus, & non timuerit Deum, cum ergo dñs Deus tuus dederit tibi requiem, debilis nomen eius de sub celo, quæ ne obliuiscaris, post istos communicauerunt Hebræi cum Chananaeis Arad, qui simul cum Amalechitis pugnaverunt contra Israel, & destruxerunt multos, vt patet Num. 14. c. & Deute. 1. c. & post hoc iterum isti Chananaei Arad terræ surgentes contra Hebræos ceperunt prædam de Hebræis, vt patet Num. 21. c. postea autem Israelite voto se obligantes, vt deleurent totum populum Chananeorum illorum, accepit voluntate Dei populum illum in manus suas, & deleuit vbes totas destructis omnibus habitatorib⁹ eius, de his

Philistin horā man fio.

Prima gēs que cōtra Iudæos bellū mouit.

F autem Chanancis non ponitur regula vtrum reciperentur in Ecclesia Iudeorum, vel non, quia isti totaliter destructi sunt, & si forte aliqui super fuerūt, erant de genere aliorum Chananaeorū, cum quibus Iudæi nullum fœdus habere poterant. post hoc communicauerunt Iudæi aliquo modo cum Idumcis, quia cum steterunt in Cadesbarne, siue cades delerti Syn, qd idem est, miserunt legatos ad regem Edom, vt concederet eis transitum per terram suam, & respōdit rex Edom non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi vt patet Num. 20. c. ex hoc autem possent Iudæi habere aliquod odium, & abominationē ad Idumcos, sed mandat hic Deus, qd nō abominētur eos, & hoc quia fratres eorum sunt, s. filij Isaac, sicut Israelitæ etiā, quia Idumci non totaliter restiterunt Israelitis, quia aliquo modo concesserunt eis transitum per terram suam, vt patet s. 2. c. cum dñs transibitis hodie per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui morātur in Seyr, & in eodem c. infra dñs tantum est, vt concedas nobis transitum per terram tuam, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seyr. Deinde communicauerūt Iudæi cum Moabitibus, Madianitis, & Ammonitis, & hoc, qñ venerunt circa Iordanem super campestria Iordanis in descensu montium terræ Moab in mansione, quæ vocatur Sethin, siue Belfethin, vt patet Numer. 25. & 33. nā Moabita timentes Israelitas, nec audentes congregari cum eis, consilio, & fauore Ammonitarum, & Madianitarum cōduxerunt Balaam ariclum, vt veniret ad maledicendum Iudæos, & quia non potuit maledicere, sed dixit, qd reuertens in terram suam daret consilium, quid facerent Moabite Iudæis, vt patet Nume. 24. c. & postea dedit consilium de puellis ornandis, vt prouocaret Iudæos ad idolatriam, vt patet Numeri 25. c. Etiam qd Moabite, & Ammonite per quorum terminos transibant Iudæi venientes de Aegypto, vt patet supra 2. c. noluerunt occurrere cum pane, & aqua Iudæis, vt patet hic, propter quod Madianite qui fuerunt ministri, & intentores horum scelerum, mox deleri sunt, vsque ad reliquias vt patet Nume. 31. c. Iō non fuit data de eis aliqua regula, quia non erant, postea succreuerunt, & fuerunt hostes continui Hebræorum, vnde de eis nulli redibāt ad iudaismum, ne intraret quisquam in Ecclesiam Dñi in sempiternū. Moabite autem, & Ammonite qui tunc non fuerunt puniti, nec aliquod bellum contra eos gestum est, hic puniti sunt. Et datur de eis regula, qd Iudæi nunquam habeant cum eis pacem, nec querant eis bonum, nec intrent in Ecclesiam Dñi in eternum. Non tñ est intelligendum, qd prohibeatur Moabitas, & Ammonitas cōuerti ad iudaismum, cum Deus vellet omnem hominem saluum fieri, & neminem vult perire. Itē quia dñs Leui. 25. serui sunt vobis de gentibus que in circuitu vestro, idest de omnibus gentibus que erant in circuitu terre, quam ipsi possidendam recipiebant, poterant habere seruos, cum tñ aliquem seruum erant, debebant eum circūcidere, vt patet Exo. 12. c. cum dñs omnis seruus emptitijs circūcidetur. ergo Moabite & Madianite, & Ammonite, & omnes gentes poterant conuerti ad iudaismum, immo interdum cogebantur conuerti, vt pote cum essent serui emptitij de gentibus his. Item litera ista innuit, qd aliqui de eis cōuerterentur ad iudaismum, quia aliter impossibile est intelligi istam literam, nisi ponat, qd aliqui Moabite, & Ammonite, & sic de ceteris post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Dei, vel qd Aegyptij intrarent post tertiam generationem in Ecclesiam Dei, quō enim computaretur generatio decima aut tertia aut 4. & sic de ceteris nisi datur aliquod primum a quo incipiatur, nunquid deberet computari ab Ammon, & Moab patribus eorum? ridicula enim sunt

An Moabitis non prohibetur conuerti per hoc ad iudaismum.

Quo sic computatio generatio num.

Quid erat non intrare Ecclesiam Dei.

Aliter fiebat hic computatio generationū qd in arbore confanguinitatis.

funt ista, & intelligibilia nullatenus, necesse est ergo computari istas generationes a cōuersione ad iudaismum, s. qd cōuerteretur aliquis Moabita ad iudaismū, & post cōuersionē gignebat aliquem filium, illa erat prima generatio in Moabita, deinde filius illius Moabite cōuersi gignebat alium filium, & ista erat secunda generatio, & sic deinceps, & isto modo computantur tres generationes in Idumco, & Aegypto. Erit ergo sensus, qd si Moabita, vel Ammonita conuertentur ad iudaismū, reciperentur, tñ non intrabant in Ecclesiam Dei, idest non accipiebant vxores de cōitate Iudeorum, ita qd iungerent cum eis genus, & hoc erat duceret secum vxorem Moabitam, vel de altera gente, non darent ei Iudæi gentis sue vxorem, sed manere cogebatur sine vxore, vel acciperet de filiabus aliorum conuertentur ad iudaismum, que non erant de genere Israelitarum: & si forte moretetur vxor quam ducebat de gente sua, nō si cōuerteret de filiabus cōuerterentur aliquam vxorem, cogebat manere sine vxore, & quecumq; generationes transirent, nunquam filij Moabitarum, vel Ammonitarum conuerti ad iudaismum poterant accipere vxores de genere Iudeorum. Aegyptij autem, & Idumæi in hoc erant melioris conditionis quam Moabite, & Ammonite, qd cū aliquis Aegyptius, vel Idumæus conuertentur ad iudaismum, si non duceret vxorem de gente sua, vel alia, aut reciperet eam de filiabus conuertentur, nullo modo habere possent eam, quia Iudæi non darent eam illi de gente sua, & filius suus nō poterat habere vxorem Hebræam, nec nepos, pronepos autem habere possent, & iste intraret in Ecclesiam Dei, qui erat iam in quarta generatione cōputando illū qui cōuertebatur pro vna generatione, quia ille non poterat accipere vxorē Hebræā, & sic filius erat secunda generatio. Licet non computentur sic generationes in arbore confanguinitatis: nam pñ non computatur cū sit truncus, & a quo incipit generatio, & sit principium distinctiū ascendentiū, & descendentiū, & collateralium, quod non esset si computaretur in prima gñatione: nā tunc impossibile erat dari in arbore illa ascendentes, & descendentes, & transuersales, quia totū cōtinuum esset, & nō distingueret, nisi poneret ille truncus prima gñatio, aut in descendentiū, aut ascendentiū, aut collateralibus. Et ista est cā quare in arbore cōsanguinitatis caustissime, nec sine misterio vna domus vacua relicta est, & vocatur a iuristis Ioachin, siue truncus, & isto modo computabamus supra, sed non est sic computandum sed qualibet persona constituit hic vnam generationem, siue vnam gradum, & primus conuersus est prima generatio, & sic cōputando descēdēs deinceps. Attendendum tñ, qd si aliquis Moabita aut Ammonita Aegyptius, vel Idumæus cōuerteretur ad iudaismū, & ille esset prouectus cōtatis, ita vt haberet p nepotes, & conuertentur cum eo p nepotes, & nepotes, & filij, non cōputaretur ipse tanq̄ prima generatio, & filij sui tanq̄ secunda, & nepotes tanq̄ tertia, & p nepotes, vt quarta, quia tunc sequeretur quoddam inconueniēs, qd aliquis Aegyptius immediate, vt conuertentur, possent intrare Ecclesiam Dei accipiendo immediate vxorē Hebræam, qd est q̄ textū, s. qd Aegyptij, & Idumæi non intrent in Ecclesiam Dei, vsq; ad tertiam generationē, s. qd in ipsa tertia generatione intrare possent, licet supra computauimus s. qd quodā, qd ponebant in his tribus nō intrare, & post tertia intrare, qd erat ad p nepotes, litera tñ vult, qd intrarent in tertia generatione, s. in nepotibus, cum ergo iste Aegyptius conuersus hēret nepotes, & p nepotes q simul conuertentur, & ipse computaret tanq̄ prima generatio, filij aut, vt secunda generatio, nepotes vero vt tertia, possent isti nepotes

A intrare in Ecclesia Dei accipiēdo vxores de Hebræis. Item hoc patet esse incōueniēs, quia iste qd est nepos aliquis Aegyptij conuersi, & ipse cū auo suo simul conuertitur, s. m istam rōnem possent accipere vxorem de Hebræis, & sic fieret q̄ regulam iuris, s. qd qñ quis non pōt adipisci aliq̄ vno mō, prohibet adipisci illud alio mō, debet autē computari ista contextio generationū de his q nascuntur in iudaismo post cōuersionem: nam cum aliquis conuertitur ad iudaismum ipse est prima generatio, & nō pōt accipere vxorem de Hebræis, & siue iste sit solus, siue habeat filios, & nepotes, & p nepotes q simul conuertantur, nihil magis sic q̄ sic refert: nam ipse computabitur, vt prima generatio, & q̄ liber filius suus cum eo cōuersus computabitur et prima generatio, & quilibet nepos, & quilibet pronepos quæcumq; generationes sint. primus autē genitus post cōuersionem ad iudaismum de quolibet istorum est secunda generatio, & sic successiue, & hoc mō nō dabitur inconueniens, qd ante dabatur, s. qd aliquis conuersus ad iudaismum de Aegyptijs, vel Idumæis confestim hēre possit vxorem de Hebræis intrādo in Ecclesiam Dei, Moabite autē, & Ammonite et post mille generationes nō poterāt accipere vxores de Hebræis, non poterant et Moabite, & Ammonite intrare in Ecclesiam Dei in eternum, idest accipere aliquam praelationem in populo Iudeorum, qd erat intrare in Ecclesiam, & nulli de eis descendentes et poterant hoc hēre. De Aegyptijs autē, & Idumæis qui conuertebantur, non poterāt hēre aliquas dignitates inter Iudæos, nec filij ab eis geniti in iudaismo post cōuersionem, nepotes autē q erāt in tertia generatione intrabant in Ecclesiam Dei suscipientes aliquam dignitatem. cōuertuerunt et Hebræi gentibus duorū regum Amorrhæorum, s. Seon regis Elebō, & Og regis Basan, quia noluerunt isti dare transitum Iudæis per terrā suam, sed exierunt pugnatū cum Israelitis, vt patet Num. 21. & supra 2. & 3. c. sed de istis nō datur regula, quia oēs destructi sunt in ore gladij, vt patet praellegatis c. & dato, qd non fuissent destructi, nō esset aliqua pax aut fœdus Iudæis cum illis, quia isti erant de septem populis Chananeorum, de populo qui vocabatur Amorrhæus cum quibus pax nulla habenda erat, vt patet supra 20. capit. Quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando egressi estis de Aegypto. Sed supra 2. cap. dicitur, quod ipse dederunt transitum Iudæis. Respondetur quod primo noluerunt dare victualia, sed exhibant armati contra Israelitas, deinde Deo faciente placati sunt.

Nicolai opinio de occurfu Moabitarum. Quest. III.

N ICOLAVS autem qui tenet, qd non concesserunt transitum, sed victualia, respondet s. m aliquos Hebræos, qd mulieres Moabitarum, & Ammonitarum exierunt cū victualibus viris manentibus armatis, sed ista positio non multum vī, quā late improbauimus supra 2. c. Dicit autē pōt, qd Moabite, & Ammonite q terminos hēbant simul a parte orientali terre duorū regū Amorrhæorum, p quos fines transire debant, a principio nō cōcesserunt eis panē, & aquam, & occurrebant eis armati, sed postea pacificati sunt, & transierunt per Moabitas q erant in Ar, & sic dñs s. 2. c. qd filij Esau q habitabant in Seyr, & Moabite q morabantur in Ar concesserunt eis transitum per terram illā, vel dñs Moabite hic nō concessisse transitum nec panē nec aquā, quia Iudæi vellet transire p terrā Moab aliquo modo p eā intrādo, vt celerius accederent ad terrā Chananae: Moabite autē noluerūt ei pcedere hoc vilo mō, nec dederūt panē, aut aquā, & quantum ad hoc dñs hic, qd nō concesserunt eis transitū, nec panē, & aquā, concesserunt tñ, qd tranli-

Doct. opi.

Situs ciuitatis Ar.

transirent per terminos ciuitatis Ar que est in finibus Moabitarum, & de hoc dicitur 2. c. quod erat quasi nihil concedere eis, vel dicendum, quod ista duo referunt ad diuersam ciuitatem Ar est in extremitate terre Moab a parte Orientis, & quasi Iudaei accesserunt ad terram illam Moabitae gratis concesserunt transire per terminos ciuitatis Ar: & de hoc dicitur 2. c. ita quod isti Moabitarum non exirent eis obuiam, nec negassent panem & aquam. deinde cum intrassent Iudaei in terram duorum regum Amorrhoeorum, & puenissent ad campestria Moab circa Iordanem accesserunt ad terminos terre Moab, circa Phanum Phegor, & rex Moabitarum ibi existens instruxit dolos per Iudaeos conducens aduersus eos Balaam ariolum, ut malediceret eis, ut patet Nu. 22. ca. & ibi negauit eis panem, & aquam, & transiit, & de ista parte Moab loquitur ista littera: sed melior atque conuenientior est sensus primus, scilicet Moabitarum qui morabantur in Ar, primo negarent transiitum totaliter, & negauerunt panem, & aquam, sed postea concesserunt transiitum non totaliter, ut Iudaei volebant, sed per terminos ciuitatis Ar, & sic coacti sunt transire per a regibus Amorrhoeis, & pugnare contra eos. hoc autem confirmat, quia dicitur hic, quod Moabitarum, & Ammonitarum noluerunt occurrere cum pane, & aqua Hebraeis, & sic coniungit istos duos populos hic, quasi isti populi simul noluerint occurrere Iudaeis cum pane & aqua, sed terra Moab, & terra Ammon coniunguntur in parte Orientali apud ciuitatem Ar que est in finibus Moabitarum, ut declaratum fuit 2. ca. Item quia Moabitarum non erant culpandi, quod non occurrissent cum pane, & aqua quoniam erant Iudaei apud Phanum, ubi steterit per eos ad maledicendum Balaam ariolum, nam ista pars Moab est in fine Moab in coniunctione frontis Orientalis terrae Chanaan ad frontem Occidentalem terrae Moab: & patet, quia erat super Iordanem qui circumterit terram Chanaan ex parte a fronte Orientali, de quo dictum fuit 2. c. tunc non indigebant Iudaei transire per terram Moab, nec est pane, aut aqua, quia iam Hebraei erant in terra sua, scilicet in terra duorum regum Amorrhoeorum, quoniam iam possidebant deleris prioribus possessoribus, & habebant panem, & aquas: sed isti indignuerunt, quoniam stabant in introitu terrae Moab apud ciuitatem Ar, ubi Ammonite, & Moabitarum uno animo repugnabant eis, & Amorrhoei reges duo. Et quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor. Non fit mentio in libro Numerorum, quod Ammonite fuerint in consilio conducendi Balaam, sed solum Moabitarum & Madianitarum, ut patet Num. 22. c. sed dicendum, quod non sciuntur ibi Moabitarum, quia Balach, qui duxit Balaam erat rex Moabitarum, ut habet eo. c. sed intelligendum est, quod sicut Madianite qui erant extra Moab et Balaam cum Moabitarum duxerunt, ita Ammonite fecissent, & forte alique alie gentes vicine in hoc puenissent, quia nimis timebant Israel. De Mesopotamia Syria, ut malediceret tibi. Et sic patet Nu. 23. c. de Aran eduxit me Balach. Aran enim idem est, quod Mesopotamia, sed Aran est nomen Hebraicum, Mesopotamia est nomen Graecum, & signat ciuitatem positam in medio aquarum: & hoc ponit aliqui per duo nomina, & vocat Aran fluuiorum. Et noluit dominus Deus tuus audire Balaam. Quia intentio Balaam erat maledicere Israel, quia ad hoc venit de terra sua, ut patet Nu. 22. c. sed Deus prohibuit eum maledicere mouendo linguam eius, & voluntatem eius, ut diximus ibidem. Veritatemque maledictionem eius. scilicet quoniam mente pcepisset. In benedictionem. Quoniam actualiter dedit, ut patet Nu. 23. & 24. c. maledictionem vero, licet mente pcepisset Deus immurabat, ut eam verbis pferre non posset. Eo quod diligeret te. Et non propter meritum tuum, de quo nimis gratulandum est: istam dilectionem pure gratuitam demonstrat eis Malac. 1. cap. dilexi vos dicit Dominus, & dixisti in quo dilexisti nos? nonne frater erat Esau Iacob dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? id est

patet ad Rom. 9. cap. Non facies pacem cum eis. Quia peruertere possent Israel ad idolatriam, & si facerent pacem cum eis erat ista pax conditionata, scilicet ut soluerent tributum, ut patet 2. Reg. 8. ca. ubi Dauid occidit multos de Moabitis, & alios subiecit tributis, post fuerunt tributarii regis Israel, ut patet 4. Regum 3. ca. sed in his omnibus non permittebatur communicatio Moabitarum cum Iudaeis. Nec quare eis bona. Scilicet temporales uti litates. De bono spirituali non prohibetur, quia omnes proximos diligere debemus ex charitate ad vitam eternam, & ad hoc tenebantur Iudaei: quia sciebant, quod Deus vult omnem hominem saluum fieri, & ad veritatis agnitionem venire, ut habetur prima ad Timotheum. 2. cap. Et ideo sicut nos cum magna affectione laboramus, ut infideles ad fidem conuertantur, ita & doctores eorum faciebant, ut patet Marth. 23. capit. vobis Pharisei hypocrite qui circuitis mare, & aridum, ut faciatis vnum proselitum, id est conuersum ad legem, & cum fuerit factus facitis eum filium gehennae duplo quam vos: etiam non prohibebantur desiderare pro eis bona temporalia, ut ad bonum finem ordinabilia sunt, quia hoc a nullo homine prohibetur, sed prohibentur procurare actualiter eis bona temporalia, quia in ista procuracione contrahitur amicitia conuersario, in qua per mala colloquia, & facta boni mores destruantur: nam corrumpunt bonos mores eloquia mala, ut ait Apostolus prima Corinth. 15. cap. Et hoc vult littera, scilicet. Nec quare eis bona. Quia quare non dicit velle, sed actualiter inquirere. Non abominaueris Idumaeum. Supra posuit penam Moabitis, Ammonitis, & Idumaeis, & Aegyptijs conuersis, & quia Moabitas abominari debebant in aeternum, sic putaret aliquis, quod faciendum esset de Aegyptijs, & Idumaeis, ideo respondetur, quod non debent eos abominari, licet aliquantulum puniant. Quia frater tuus est. Esau a quo descendunt Idumaei, ut patet supra 2. cap. & Gen. 36. erat frater Iacob qui fuit pater omnium Israelitarum, ideo filij amborum fratres quodammodo vocabantur. Item quia licet a principio non permisissent Idumaei transire Israelitas, sed post permisissent, ut patet Numeri 20. & supra 2. cap. Nec Aegyptium, quia aduenit fuisse in terra eius. Aegyptij magnum beneficium fecerunt Israelitis dando eis terram optimam in tota Aegyptio tempore famis valida, ut patet Gen. 47. capit. sed postea eos duris laboribus afflixerunt, ut patet Exodi 1. 2. & 5. ca. & secundum legem beneficij, quia si aliquis alteri benefecit, & post damnum intulit, si damnum minus sit quam beneficium, adhuc tenetur ad gratiarum actiones, vel ut restituat bene acceptum, & iniuriam prosequi possit. si autem damnum sit aequale beneficio, dissoluitur bene passio obligatio aequalitate damni. si autem damnum beneficij quantitatem excedat, qui bene passus est, poterit malum benefactori retribuere in quo noscitur damnum excedere beneficij quantitatem. de his Seneca libro de beneficijs: Vtrum autem Aegyptij Israelitis maius beneficium quam damnum intulerint, vel econtrario inquirere ex re ipsa nobis difficile esset: sed dato quod damnum beneficio preponderauerit, poterant Israelitae aliquod malum Aegyptijs retribuere: & sic faciunt, quia non permittunt eos intrare Ecclesiam Dei vsque ad tertiam generationem, ut patet infra, non debent ergo eis aliud malum facere, scilicet abominari: Moabitarum autem nullum bonum eis fecerunt, & grauissima damna eis intulerunt faciendo idolatram, ut patet Numeri 25. cap. ideo eos abominari debebant non procurando eis bonum. Qui nati fuerunt ex eis. Scilicet, postquam conuersi fuerint ad iudaismum. Tertia generacione intrabunt in Ecclesiam Dei. Et sic oportet, quod Idumaei, vel Aegyptij conuersi ducerent secum vxores pro se, & filijs,

Iudei phibentur bona temporalia gentibus sibi aduersis procurare.

Attentia ad bellum.

filijs, nepotibus, nepotes autem poterant accipere vxores de filiabus Israel, & si non ducerent isti vxores de gente sua, poterant accipere de filiabus conuersorum de alijs gentibus, de Iudaeis autem nequaquam.

Quando egressus fueris. Hic ponitur secundum, scilicet ea quae pertinent ad statum belli. Custodies te ab omni re mala. Id est ab omni culpa: licet enim omni tempore a peccando custodite debemus, maxime tamen tempore belli: ne tunc dominum concitemus, cum eum propitium habere debemus: quia tunc magis imputatur offensa, & citius Deus nos in manus hostium traderet, cum magis contemnamus. Si fuerit inter vos. Hic ponitur secundum, scilicet pars quae tractat de directione in singulari & continet duo.

Primum de munditia & puritate. Secundum de legalitate ibi. Non trades. Qui nocturno sit pollutus somno. Hic agitur de istis pollutionibus non ut sunt mortalia peccata, vel venialia, siue nulla: sed ut sunt quaedam irregularitates excludentes a locis sanctis. Et patet quia eadem pena ponitur in illo qui polluitur in somno, & in eo qui polluitur per coitum, siue cum vxore, vel alijs, ut patet Leui. 15. cap. pollutio enim quae in somno fit de se peccatum nullum est, quia naturaliter fit, sicut digestio cibi, & expulsio superflui: sed potest esse per accidens peccatum in quantum homo est causa procurans illam pollutionem directe, vel indirecte per cibum, & potum, vel colloquiones, & visus qui formas imprimunt in phantasia potentes mouere interiores vires, ut ait August. in lib. de spiritu & anima.

In omni pollutio seminis sit peccatum mortale, & quod tripliciter potest ea pollutio fieri. Quae. 1111.

Secundo non oportet reducere omnem pollutionem ad peccatum mortale, vel veniale, ut aliqui putant dicentes, quod pollutio nunquam euenit, nisi cibum & potum intemperate sumantur, vel ex colloquijs, & quia in istis aliquando mortaliter, aliquando venialiter peccamus: ideo reducunt pollutionem saltem ad veniale. sed ista falsa sunt, quia non semper fit pollutio ex istis. potest enim tripliciter fieri pollutio, scilicet ex superfluitate, ex necessitate, ex debilitate. Ex superfluitate quidem, ut satis patet, quia quoniam cibum multum assumitur, conuertitur multa materia seminalis, & oportet effluere per coitum, vel alias.

Secundo fit ex necessitate. Et hoc dupliciter, quia aut ex necessitate cibi, aut ex necessitate naturae. Ex cibo quidem, quia aliqui cibi sunt, qui etiam si in parua quantitate sumantur, siue per se, siue cum alijs, multum generant de materia seminali, & etiam si modicum semen sit ad effluxum prouocant, & quia aliquando tales cibos assumimus, non cognoscentes vel si cognoscamus, alios habere non possumus: ideo quicquid inde sequatur peccatum non est. Et si arguas, quod quando aliquis nouit cibos, qui pollutionem prouocant, nullo casu eos assumere deberet, quia ex hoc pollutio voluntaria est, quia si antecedens est voluntas est consequens voluntas, siue sit necessaria consequentia, siue ut communiter, quia hoc sufficit in materia agibili.

Respondetur, quod verum est, quando ex eo quod agimus sequitur aliquid quod est per se malum, quia tunc in nullo casu agere debemus, etiam ut eueniamus mortem: sed pollutio non est de se mala, sed in quantum aliquomodo voluta ante vel post. Et si hoc esset verum, argueretur sic, si in nullo casu licet comedere cibos, quos scimus prouocatiuos ad pollutionem, vel siue dubitatione prouocatiuos, ut quia iam experimen-

Alph. I. ost. super Deuter.

to comperimus, sicut in nullo casu licet fornicari: ergo non licet aliquid comedere, quia ex qualibet comestione potest pollutio procreari, ut infra probabitur. Secundo modo fit pollutio ex necessitate naturae, quia non solum ex quibusdam cibis specialiter procreatur pollutio, sed dato quocumque cibo ex illo potest procreari: unde necesse est, quod quicumque etiam si in cibis temperatissimus sit, aliquando licet rarissime, vel per coitum, vel alias polluat. non dico de homine Christo, qui assumpsit naturam qualiter voluit, nec de illis, qui contra consuetum modum hominum diuina bonitate faciente cibo paucissimo contentantur, ut Maria Aegyptiaca quae tres panes solum ad desertum apportauit, cum quibus. 30. annis vixit: sic de Hyllarione Heremita, qui tribus annis & dimidio unum sextarium lentium madefactum comedit, qui cibum vix sufficeret uni homini. 4. diebus, de quo Hieronymus in vitis patrum, & de similibus: sed de alijs qui naturaliter solum viuunt. Et patet, quia ex cibo fit nutritiuum, & semen: potentia enim generatiua tantum, & magis naturalis est cuilibet animali perfecto quam nutritiua, quae per nutritiuam indiuiduum conseruatur, per generatiuam species. natura autem magis intendit conseruationem speciei quam indiuidui. Et ex hoc maior delectatio est in coitu quam in quocumque sensus delectatione, ut ait Aug. 14. de ciuit. Dei. natura ergo quae perfecta est, sicut desiderans conseruare indiuiduum conuertit cibum in substantiam rei, ita desiderans conseruare speciem digerit partem cibi ad materiam spermaticam. Et cum materia seminalis differat secundum speciem a materia nutritiua, nunquam poterit conuertiri in substantiam indiuidui: licet econtrario aliqui per nimium coitum partes tenere & medullas, quae sunt de substantia indiuidui, effluent in coitu deficiente semine. Oportebit ergo quod seminalis materia per coitum vel pollutionem effluat, vel in putredinem conuersa grauissimas generet egritudines, & quia non cuilibet iste egritudines eueniunt, oportet eum pollui aliqui. Aliqua tamen herbae sunt quae portatae vel comestae siue in succo bibita humorem seminale deficcant & consumunt, ut agnus castus, & similes.

Tertio modo fit pollutio ex naturae debilitate, & hoc magis per accidens est. scilicet cum vis retentiu laxat, & mollificatur partes, per quas distillatio fieri debet: ideo aliqui in ieiunio magis ceteris paribus pollutionem patiuntur, maxime si paulo ante accubitu aquam biberint, quia aqua vim retentiuam laxat, & tunc prouocatur pollutio non ex aliquo faciente, sed ex aliquo deficiente. Si autem potus vini aut colloquia pollutionem prouocent, reducuntur ad modos superiores, quia eam non gignunt, sed disposita citius effluere faciunt. Ex quibus patet, quod pollutio non semper peccatum mortale vel veniale est: quia aliqui sine aliqua culpa est, sed tamen nunquam sine carnis macula est: ideo quaedam irregularitas erat in veteri lege ex quacumque causa prouenisset, siue sine coitu, siue cum coitu licito, vel adulterio, vel alijs pessimo, quia ad irregularitatem magis respicitur factum quam causa, vel intentio, etiam secundum instituta ecclesiae, quia si aliquis perdat manum, vel pedem, siue aliud membrum, siue pro Deo sustinendo a persecutoribus fidei, siue male agendo, non ordinabitur, sic de lepra & similibus. Et non est arguendum de beato Marco, qui sibi pollicem abscidit, ne fieret Alexandrinus sedis antistes, sed effectus est, quia hic spale fuit, quod non trahitur in consequentiam, de quo beatus Hieronymus in prologo super actus apostolorum. Egredietur extra castra. Scilicet extra castra tabernaculi & Leuitarum, sed non extra castra multitudinis, quia extra castra multitudinis solum excludebantur potentes inficere,

Determinatio quae fiti.

ficere, vt leprosi, alij autem vt cōtaminati in mortuo, vel fluente femine, & menstruata non expellebantur ab his castris, sed solum a castris deitatis, & a castris Leuitarum, vt diximus Num. 5. cap. *Et non reuertetur priusquam ad vesperam.* Scilicet si fuerit sacerdos de his qui ministrant in tabernaculo, vel si fuerit Leuita de his, qui sunt in secundis castris, & fuerint polluti, exhibent de istis duobus castris, & manebunt in castris multitudinis, & post solis occasum reuerti poterant ad priora duo castra loti aqua. Si autem esset laicus, qui pollueretur in castris multitudinis, non oportebat, quod exiret extra castra: sed quod non intraret tota illa die in castra Leuitarum & deitatis. *Lauetur aqua.* Non intelligitur de aqua expiationis commixta cineribus vitulae ruffe, sed de aqua viuente fluuiali, vel fontana, patet quia Leui. 15. cap. dicitur, quod polluti semine lauentur corpus suum aqua. Sed nullus lauat totum corpus in aquis expiationis, sed solum aspergebatur eis.

Item quia Num. 19. ca. vbi ponitur ritus istius aque solum dicit de immunditia mortuorum cadauerum, ossium, tentorium, & sepulchrorum: ergo alia immunditia alia aqua aspergebantur vel lauabantur. *Habebis locum extra castra.* Dicitur de puritate carnis, dicitur de puritate locorum, & extenditur istud praeceptum ad omnia castra tria, & obligabat praeceptum illud solum in deserto, cum castrametabantur in diuersis locis, quando vero venerunt in terram promissionis, quilibet in domo sua poterat habere latrinas, vel alia loca semota, & non existerat ibi ratio mandati.

Erat enim ratio duplex. Prima propter reuerentiam Dei, quia in motione castrorum sacerdotes cum arca, & vasis sanctuarij transibant per loca, vbi castra fixa fuerant. Et si ibi fuisset seditas, offenderentur sacerdotes, & vasa sancta ministracionis. Secunda causa est ad salutem populi, quia cum castra in deserto propinquissima essent, sibi fieret seditas, ex multiplicatis & vnitis sordibus aer corrumpere, & infirmitas sequi posset.

Item quia ipsi inter castra munde moueri non possent. Et ex hoc patet, quod castra magis in longum, quam in quadrum disposita erant, quia alias qui in medio castrorum essent, non possent exire ad requisita naturae extra, nisi cum magna difficultate. *Gerens paxillum in Baltheo.* Id est in zona. est enim paxillus paruus palus, vel baculus acutus ad fodiendam terram. *Cumque sederis fodies per circuitum.* Fuit quaedam secta Iudaeorum, qui Esseni vocabantur, & post Christi tempora multum durauerunt, qui inter omnes Iudaeos religiosissimi, & abstinentissimi erant, qui semper hoc praeceptum seruauerunt, & strictius quam hic ponitur, vt cum ad requisita naturae pergerent, sedebant vndique se contegentes, & terram effodientes, deinde seditatem humo operiebant, ne splendori diuino iniuriam facerent. *Et egesta humo.* Id est educa de loco fouee. *Operies quo reuelatus es.* Id est seditatem illam per cuius depositionem reuelata est grauitas ventris: vnde pondus inutile vulgariter nominatur. *Deus tuus ambulat in medio castrorum.* Scilicet speciali modo in arca, & hoc quando arca portanda erat in mutatione castrorum, vel cum exibat ad bellum. *Et nihil appareat seditatis ne derelinquat te.* Deus enim spiritus mundissimus est, ideo munditiam diligit, & licet immunditia corporalis nostra nihil eum tangat, tamen propter reuerentiam vult nos non solum spiritualiter, sed et corporaliter mundos esse: de hoc diximus supra 12. cap. *Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum.* Id est Deo enim secundum se ambulare non conuenit, quia

cum ambulare sit motus, & motus pertinet ad rem imperfectam, quae adhuc expectat alteram perfectionem cum sit ad terminum: etiam quia pertinet ad rem finitam quae alicubi est, & alicubi non est: Deus autem non est aliquid imperfectum, vt debeat moueri ad aliquam perfectionem vteriore: etiam non est aliquid finitum quod alicubi sit & alicubi non sit, sed omnia implet. Dicitur tamen ambulare inter castra dupliciter.

Vno modo accipiendo Deum pro ipsa essentia diuina, sicut homines cōsueuerunt accipere, tanquam sit aliquid quod aliquando sit in vno loco, & postea recedat ab illo, & est modus loquendi communis scripturae sacrae, scilicet Deus descendit de caelo, & intrauit in Aegyptum ad educendum Israelitas, & sic de ceteris in hunc modum, & dicitur iste ingressus vel egressus ex aliqua speciali operatione in loco illo, ad quem ingredi vel egredi dicitur. & quia Deus specialiter curam habet de Israelitis, dicitur ambulare inter castra eorum tanquam attendens ne aliquid preat, & tunc dicitur Deus vbique sit, & non polluat sordibus locorum, tamen quia specialiter nos eum ibi esse intelligimus, debemus id quod apud homines honorabile & praeceptum est, Deo attribuere: nam sicut in essendo Deo attribuitur quaecumque perfectio essendi reperitur in aliqua re, ita in bono quod exhibet & honore quicquid honoris apud homines iudicatur, Deo attribuendum est: sed mundare sordes a conspectu alicuius est honor inter homines, ita debet fieri in conspectu Dei. Et haec est causa quare in templis & locis sacris specialiter obseruatur munditia corporalis, quia Deus ibi specialiter est.

Secundo modo est sensus, quod Deus ambulat in medio castrorum, accipiendo Deum pro illo esse, quod habet Deus in arca, & alijs vasis tabernaculi, quia ista erant consecrata nomini eius: ideo ipse specialiter est in eis, & licet sciamus eum esse in omni loco, maiorem reuerentiam exhibere debemus & munditiam corporalem, vbi scimus eum esse in aliquo respectu corporali, quam cum scimus eum incorporaliter esse: quia tunc non magis nos determinamus ad vnā partem loci, quam ad alteram, vt magis hic quam ibi colere, aut honorare debeamus, & quia vasa sancta, in quibus Deus specialiter esse dicebatur, transibant per castrorum loca, dicebatur Deus ambulare per castra, & sic signat scriptura in suo modo loquendi: sic enim dicit Dauid, exurge domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuae, vt patet psal. 132. & quando castra mouebantur, & arca dicebat Moyses: exurgat Deus, & dissipentur omnes inimici eius, quasi ad motum arcae moueretur Deus, & sic putabant Gentiles, quod in arca esset Deus Iudaeorum, vt dixerunt Philistini, quando arca domini venit in castra, vt patet 1. Regum 4. cap. & audierunt Philistini vocem clamoris, & cognouerunt, quod arca domini venisset in castra, & timuerunt Philistini dicentes, venit Deus in castra, & dixerunt quis nos liberabit de manu istorum sublimium? ad reuerentiam ergo Dei, qui in arca specialiter ceterisque vasis sanctuarij erat, in castris per quae transire debebat, nullas sordes reperiri decebat, & iste est conuenientissimus sensus. *Vt te eruat.* Quando aliquis recte colit Deum habendo se ad eum in magna reuerentia, & eum honorando quantum potuerit, Deus magna bona ei confert tam spiritualia quam temporalia, & quia Iudaei existentes in deserto ibant ad terram Chanaan, vt possiderent eam, & pugnaturi erant cum gentibus multis, quas ipsi timebant, vt eicerent eas de terra: maximum bonum quod ei euenire poterat, & consistebat in

Deum inter castra ambulare dupliciter dicitur.

In locis sacris corporalis munditia quare obseruatur.

bat in duobus. scilicet quod Deus eriperet eos ne traderentur in manus inimicorum, quos formidabant, & quod subijceret eorum potestati hostes suos quos subijcere desiderabant. & ista duo notantur hic cum dicitur. *Vt eruat te.* Scilicet de potestate hostium. *Et tradat tibi inimicos.* Id est & faciat eos tibi esse subiectos, vel det eos tibi, vt possis eos delere, sicut faciendum erat habitantibus in terra quam Iudaei habituri erant. *Vt sint castra tua sancta.* Id est, ideo ista fiunt, vt castra filiorum Israel sint sancta. munda ab omnibus inquinamentis. *Et nihil in eis appareat seditatis.* Id est non appareat aliquid inquinatum in totis castris, per quae arca cum toto sanctuario traduci deberet. *Ne derelinquat te.* Id est ne Deus irascatur contra te, & dimittat tibi benefacere, sicut aliquando aliquis alterum a suo confortio deserit, quia eum immundum vel maculatum reddit aliqua in eo prauitas.

De legalitate.

Non trades. Hic ponitur secundum de legalitate, & continet. 4. scilicet de pietate ad seruum. Secundum de reuerentia ad Deum ibi. *Non erit meretrix.* Tertium de compassione & misericordia ad pauperem proximum ibi. *Non feneraberis.* Quartum de fidelitate ad Deum ibi. *Cum votum voveris.* *Non trades seruum domino suo.* Scilicet quando dominus vult seruum indubite affligere vel occidere, & patet quia subditur. *Qui ad te confugerit.* Solent enim serui a dominis fugere timore puarum, & tunc seruandi sunt. *Et habitabit secum in loco qui ei placuerit.* Scilicet donec dominus eius sit placatus ab ira precibus aliorum, tunc eum reddet ei, quia pecunia eius est: nec fraudari debet. si enim seruus fugerit a domino nolens ei seruire apud quemcumque staret, reddendus erat domino suo. *Nec contristes eum.* Scilicet reducendo eum ad domitium suum, sed melius intelligitur litera ista de seruo, qui confugerit de gente aliena ad terram promissionis: quia et si dominus eius ibi inquireret eum, non erat ei reddendus. Et hoc erat in fauorem fidei: quia ille seruus habitans inter Iudaeos conuenteretur ad cultum Dei. Et patet hoc quia hic non loquitur ad vnum singulariter, sed ad totum Israel quia dicitur. *Habitabit in vna vrbium tuarum.* Sed nullus habebat vrbes, nisi totus populus ergo ad Israel dirigitur seruo, & ad eum seruus si gere dicebatur: sed non potest hoc intelligi de seruis Hebraeorum, qui erant intra Israel: ideo non poterant confugere ad Israel, sed intelligitur de seruis qui erant extra terram illam, & poterant confugere ad Israel. *Non erit meretrix.* Hic ponitur secundum de reuerentia ad Deum, magna irreuerentia est, quod aliqua mulier sit publice peccans, vel homo ad hoc incitans, vel defendens, & vocatur scortator qui scortum defendit, vel ad fornicandum illud exponit, & vtrunque abominabile est.

Scortator quid sibi velit secundum Hebraeos, & secundum litteram Caldaeam. *Quest. V.*

Secundum aliquos Hebraeos scortator dicitur, qui ad coitum sodomitico se exponit veniale, & hoc valde abominabile est, & patet hoc in litera hebraica, quia dicitio signans meretricem & scortatorem passionem notat. & solum videtur differre sexu, sed littera Caldaica dicit, quod in hoc verat matrimonium alicuius Iudaei cum aliqua muliere de alia gente, vel matrimonium hebraeae cum viro alterius gentis. Et hoc induci posset sine intentionem litterae Caldaicae sic, quod quando aliquis de filijs Israel acciperet aliquam mulierem alterius gentis in vxorem, non esset matrimonium, sed fornicatio illicita valde: quia tales personae illegitimae sunt, sicut nunc non possunt contrahere matrimonium Christiani, cum Iudaeis Alph. Tost. super Deuter.

aut Sarracenis: maxime quia adhuc ibi erat alia ratio specialis, scilicet ne ipsa mulier assumptam in matrimonium virum suum peruerteret ad idolorum culturam: & filios inde genitos, qui apud matrem nutriantur, mater erudiret ad cultum idolorum, ideo talis contractus matrimonij multum fuit vitiosus, vt patet Exodi 34. & supra 7. cap. mulier autem tunc scortum dicitur, cum aliqua mulier de gente Hebraeorum acciperet aliquem virum gentilem manentem in gentilitate, quia illud non esset tanquam matrimonium, sed tanquam fornicatio, vel adulterium, aut aliqua alia species mali, sicut si Christiana mulier acciperet in virum aliquem Sarracenum: quia & hoc eodem modo vitiosum est. supra 7. cap. cum dicitur non inibis cum eis foedus nec misereberis earum, nec sociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me: & vt magis seruiat dijs alienis: licebat tamen Iudaeo accipere aliquam mulierem gentilem in coniugem, ita quod conuerteret ea ad ritum hebraicum, sicut dicitur supra 21. quando egrediebantur ad pugnam, & accipiebant aliquas mulieres virgines, si placebant in oculis eorum, obseruatis quibusdam ceremonijs, & pertransito modico tempore accipiebant eas in vxores. si tamen erant cognitae a viris, non poterant accipi in coniuges a Iudaeis, & ob hoc dominus mandabat reseruare puellas virgines in bellis, qui pugnabant in hostes, qui non essent de terra Chanaan etiam ceteris mulieribus interfectis, scilicet vt de eis possent si vellent vxores capere, de hoc Num. 31. capit. cum agitur de bello Iudaeorum contra Madianitas: dicitur ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini, etiam paruulos, & mulieres quas nouerunt viros in coitu iugulate: puellas autem & omnes foeminas virgines reseruare vobis: si tamen foemina nollet conuerti ad Hebraismum, non poterat eam accipere Iudaeus in vxorem, & si acciperet non teneret eam: quia non poterat cohabitare ei sine contumelia creatoris, vt dicitur in cap. duobus preallegatis. si tamen aliquis acciperet aliquam mulierem gentilem captiuam in bello, vel eam precio emisset quae non esset cognita a viro, si dominus vellent eam in vxorem accipere etiam nondum conuersa ea ad Iudaismum, & ipsa nollet relinquere Deos patrum suorum, & conuerti ad Iudaismum, cogebatur ad hoc: quia sicut erat de seruo, ita erat de ancilla, cum equallem potestatem in vtrunque dominus habeat: sed si aliquis esset seruus emptitius, cogebatur circuncidi, & obseruare ritus Iudaicos, vt patet Exodi 12. capit. cum dicitur omnis seruus emptitius circuncidetur, & sic comederit illud, id est Pascha, scilicet agnum immolatum, ergo ancilla compellebatur eodem modo obseruare ritus Iudaicos, & siue dominus acciperet eam in vxorem siue non, compellebatur seruire legem, sicut si a parentibus Hebraeis genita foret. Sed aliquando aliqui Iudaei acceperunt aliquas vxores de gentilibus manentibus in ritu gentilitatis, & cultu deorum suorum: sicut patet de Chelion, & Maalon duobus filijs Elimelech & Noemi, qui acceperunt vxores Moabitas manentes in ritu gentilitatis, scilicet Orphan & Ruth: quod patet quia mortuis istis viris cum ambae nurus comitarentur ipsam Noemi reuertentem in terram Israel, dixit ad eas Noemi, vt reuertentur in terram istam, si tamen istae conuersae fuissent ad Iudaicum ritum, non hortata fuisset eas Noemi, vt redirent in terram suam: quia ibi conuerterentur faciliter ad idolatriam: sed potius admoneret sequi eam, vt uenirent in terram Israel, de his Ruth primo cap. ergo istae mulieres in ritu gentilico cum viris suis manebant.

Q 2 Item

Paxillus quid sit.

Item patet quia dicitur in eodē cap. ex verbis Noemi ad Ruth de alia nuru sua Orpha, ecce reuerfa est cognata tua ad populum suum, & ad deos patris sui. si tamen fuisset Hebræa non fuisset reuerfa ad idola, vel si fuisset reuerfa, quia forte mala esset, nesciret hoc Noemi, vel saltem non ita asseruit diceret, ita enim loquitur, ac si clarissime sciret eam reuerfi ad cultum idolorum, quod non iudicaret sic asserendo, nisi ipsa ante semper in gentilitate mansisset.

Item patet magis ibidem, quia cum Ruth nollet discere a Noemi locum suum quocumque periret pergeram, ubi morata fueris pariter morabor, populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus: ecce qualiter Ruth vult ibi, & ille qui erat Deus Noemi, scilicet Deus Hebræorum esset Deus eius, ex quo videtur quod ante non erat ille Deus eius. ergo toto tempore ante in gentilitate manserat: patet etiam de rege Salomone, qui accepit multas uxores alienigenas, scilicet Idumeas Moabitidas, & Ammonitas, Hethæas, atque Sidonias, cæterarumq; gentium, & istæ manebant in ritu gentilitatis, & patet quia ipsæ idola colebant, & allexerunt Salomonem, ut idola coleret, vt patet 3. Reg. cap. 11. cum dicitur Rex Salomon amauit mulieres alienigenas multas, filiâ Pharaonis regis Aegypti, Moabitidas, Ammonitas, & Idumeas, & sequitur, cumq; esset senex Salomon deprauatum est cor eius, nec erat rectum cum Deo, sicut cor Dauid patris sui, sed colebat Salomon Astartem deam Sidoniorum, & Moloch Deum Ammonitarum: tunc edificauit Salomon fanum Chamis idolo Moab in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch filiorum Ammon: atque in hunc fecit modum omnibus vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis, sed hoc factum Salomonis non est trahendum in consequentiam, vt ex eo arguatur, quia Salomon fuit de pessimis viris, & valde vituperatur in scriptura, vt patet 3. Reg. c. 11. De alijs tamen duobus viris filijs Elimelech, & Noemi, qui vt viri boni reputantur, quia scriptura eos non redarguit, potest esse ratio quare non obseruauerint legem illam de non accipiendo uxores alienigenas, scilicet quia ipsi fugerant tempore magnæ famis de terra Iuda in terram Moab, & erant iam magni viri, nec acceperant uxores in terra sua, & steterunt magno tempore in terra Moab, scilicet decem annis, vt patet Ruth primo cap. & quia non inueniebant ibi uxores de gente sua, quia forte non ita cito se reuersuros credebant in terram suam, vt possent accipere uxores, acceperunt tamen eas de Moabitidis, vt patet Ruth primo cap. & sic ista videtur esse causa satis inducens, quia tempus generandi eorum quotidie transibat, si ipsi non ascenderent in terram illam Moab mulieres de gente sua non acciperent de alienigenis, scilicet Moabitidis.

De mulieribus autem eodem modo dicendum est, quod aliqua mulier Hebræa non poterat accipere aliquem virum gentilem manentem in gentilitate, & si actualiter acciperet, puniretur, & tolleretur ab illo viro. poterat autem mulier Hebræa accipere in virum aliquem de gentilibus conuersis ad Iudaismum, quia iam tenebat iudaicum ritum, ita tamen quod non esset ille vir de illis qui vetantur in lege, scilicet de filijs Moabitarum & Ammonitarum conuersorum, quia isti non intrabant in sempiternum in ecclesiam Dei, id est nunquam accipiebant uxores de ecclesia, siue multitudinem Hebræorum, vt patet supra in litera: etiã non poterant accipere aliquem Aegyptium, aut Idumeum conuersum, nisi esset in tertia generatione, aut vltra, vt patet supra, & sicut si acciperet mulier Hebræa virum Gentilem, qui in gentilitate maneret, non

permitteretur stare cum ipso: ita si acciperet aliquem de istis conuersis, quos lex excludit simpliciter, vel vtique ad certas generationes cogere eum dimittere. Caldaica tamen litera hic quam introducebam, quæ intelligit literam hanc de Hebræo recipiente in uxorem aliquam Gentilem, & de muliere Hebræa recipiente in virum aliquem Gentilem, non conuenienter assignat quod ista vocabula propriissime signant meretricem: ergo oportet literam istam intelligi de meretrice, & non de sic contrahentibus, quia licet nuptiæ illicitæ sunt, tamen non vocantur meretriciter agere: quia vt viri & conuenienter nubentes copulantur, ita quod secundum literam Hebraicam vtrumque istorum nominum passionem tam meretricis q; scortator signat: non ergo est conueniens, quod accipiantur hic pro his, qui licite matrimonialiter non copulantur, cum vir non se habeat isto modo, scilicet vt in tali acceptione uxorem sit patiens, ergo non loquitur de tali applicatione, sed de vxore & viro q; meretriciter viuunt. Non offeres mercedem prostibuli. Irreuerentia Dei est, quod de mercede pollutissima Deo aliquid offeratur. Si tamen meretrix aliquid aliunde licite lucraretur, posset offerre, sed non recipitur forte propter indignitatem personæ, sicut nunc non recipiuntur oblationes excommunicatorum, & meretricum, ne in suis criminibus videantur approbati. Nec precium canis. Id est precium de conductione canis ad generandum: quia vt ait Iosephus, & habetur in scholastica historia, aliqui dabant venaticos ad impregnandum caniculas, pro quo recipiebant certum precium, & de illo non licebat offerre Deo, vt tale precium erat: quia de turpitudine lucrum erat, & quantum ad hoc simile videtur de precio dato pro equo vel asino emisario, qui mittitur ad equas vel afinas, vt fecundet eas: quia equalis causa est fedtatis: sed melius videretur hic dicendum, quod prohibetur redemptio canis, quæ sicut in boue, capra, & ovis, sanctificatur primogenitum, & in asino redimitur, & non sanctificatur, vt patet Exodi 13. cap. ita aliquis putaret, quod in cane redimendum esset precio: ideo dicitur quod non offeretur precium canis, id est precium pro cane primogenito. Aliqui voluit, q; omnia animalia domestica quæ munda non erant, redimebantur quinque siclis, & dabantur sacerdotibus, sed hoc duas videtur continere falsitates. prima quia dicitur, q; omnia primogenita domestica animalium redimenda erant, & patet hoc quia præter tria animalia munda, scilicet ouem, bouem, & capram, nihil mandauerat dominus offerri vel redimi, vt patet Exo. 13. Et omnes Iudei, & Nicolaus volunt, q; fuit specialis ratio in asino, quia multum inquit filios Israel veniendo de Aegypto. Item quia cū hoc sit cærimoniale totaliter poni debet: quia ratione ista sciri non possunt, cum a sola legislatore voluntate dependeat, sed non ponitur ibi de alijs, ergo non est ratio quare intelligenda sint, & forte ratio principalissima est: quia Deus solum vult primogenita de animalibus quæ in Aegypto liberauit occisis animalibus: Aegyptiorum: sed non legitur eos ibi alia animalia habuisse nisi boues, oues, & capras, & afinos, vt satis colligitur in libro Exodi, ideo de istis solum primogenita offeruntur, vel redimuntur: de alijs autem non mandauit dare primogenita, quia non potest cogroscei, quod sit primogenitum, cum prius oua pariant, deinde foetus incubando ouis formetur: & non est aliquis ordo in generatione eorum, sicut in animalibus: quæ solum semel producuntur. Secundum quia dicitur, q; redimebatur primogenitum cuiuslibet animalis quinque siclis: hoc est valde irrationale, quia primogenito hominis solum dabatur, quinque sicli, vt patet Nu. 3. c. nullum autem aliam homini equari debet.

Lira Caldaica non stat.

Precium canis qd sit.

Oblatio Dei munda esse debet.

Item

Item quia magis ualere quinque sicli quam primogenita aliquorum animalium. Item quia pro asino dabatur una ouis, quæ ualere unum siclum tempore illo: eo q; vnus aries valebat duos siclos, ut patet Leui. 5. cap. non est autem verisimile, q; pro primogenito cuiuslibet animalis daretur tantum quantum pro tribus afinis, cum afinus specialiter in litera ponatur Exo. 13. cap. Et dicit Nicolaus quid faciendum esset de cane, quia non redimebatur, & respondet q; videtur esse faciendum sicut de asino. scilicet decapitaretur si non redimeretur: sed non videtur multum, quia asinus decapitabatur, quia Deo tenebatur, cū redemisset eum, siue eripisset de percussione primogenitorum in Aegypto, & mandasset eum redimi in lege: ideo si non redimebatur, ita q; ouis loco eius immolaretur, ipse deberet sine sacrificio decapitari, non est autem sic de cane: quia canis non debet redimi, quia Deus verat eum redimi: non est ergo aliqua causa, vel obligatio, propter quam debeat decapitari: datur ergo regula circa primogenita, q; primogenitum bouis, ouis, capræ necessario offerri debeat: primogenitum asini necessario commutari vel decapitari debet: primogenitum canis redimi prohibetur, primogenita aliorum domesticorum animalium, nec prohibentur, nec mandantur offerri: sed cuiuslibet indifferentis est qd facere uellet. In domo domini Dei tui. Id est in sanctuario: quia quando aliquid offerendum erat siue illud esset pecunia siue animal, ferebatur ad sanctuarium, vt ibidem a sacerdotibus reciperentur donata: nam licet hæc quæ offerebantur, si pecuniæ essent, pertinerent ad sacerdotes, & non ad sumptus sanctuarij præter id quod offerebat plus in die ceteris & collecta: qui erat octauus dies in festo tabernaculorum, & tunc totus Israel dabat pecunias pro sumptibus sacrificiorum sanctuarij, de his Num. c. 29. cap. tamen offerebantur omnia in sanctuario, vt accepta essent Deo, & videretur, q; hæc omnia quæ dabantur sacerdotibus, ob honorem & reuerentiam Dei dabantur. Quicquid illud est quod uoueris. Id est quantumcunq; si istud precium qd uoueris de canis mercede, & de mercede prostibuli. siue enim multum de hoc quisquam uoueret, siue modicum, recipiendum non erat, vel aliter. Quicquid est illud quod uoueris. Id est si uoueat vnum istorum. scilicet precium canis, siue alterum. scilicet mercedem prostibuli non dabis, & ad hoc conformatur litera sequens. Quia abominatio est vtrumque apud dominum Deum tuum. Id est quodlibet istorum duorum detestatur, quia vile & sordidum est. oblatio autem Dei munda debet esse, & de rebus mundis, quodlibet autem istorum offerendo magna iniuria fiebat cultui diuino, nam offerre precium meretricis erat duplex malum. Primum quod de re vilis. de coitu merces dabatur, quo nihil vilius quam talia Deo attribueret. Deo autem contemptibilis & vilis danda non sunt, sed precipua & cariorea in nobis ipsis & bonis nostris. Secundum malum erat: quia si tales oblationes acciperentur, videretur foueri in peccato offerens, quia opera eius quodammodo approbarentur, quod non decet, & non solum ex parte sacerdotum recipientium, sed etiam ex parte eorum qui dabant. nam ipsi qui de meretricatu Deo offerrent, videntur innuere in hoc, quod ille actus licitus sit, cum putent Deum velle de tali actu mercedem recipere. In recipiendo autem precium canis. scilicet precium quod dabatur pro cane impregnante caniculas, licet non esset accipere precium de peccato, sicut accipere mercedem prostibuli in quo est actus illicitus, est tamen accipere mercedem de actu vilis, & tollit hoc reuerentiam Dei, cum fieri debeat oblatio sua de rebus honorabilibus, vel si offerretur precium canis, id est pro primogenito canis non erat acceptandum, quia

Alph. Toft. super Deuter.

aliquid vile reputabatur canis, nec dignum venire inter animalia immolabilia, aut redemptibilia, & non dabatur decima de precio canum, dato quod aliquis nu triret canes preciosos, & venderet, & inde magnum consequeretur lucrum, quia semper manebat, q; hoc esset aliquid abominabile, magis tamen adhuc dicendum, quod sit hic sensus non esse recipiendum precium canis impregnantis caniculas. Non feneraberis. Hic ponitur tertium, scilicet de pietate ad pauperem proximum. ad usuram. Id est vt soluat tibi aliquid pro vsu pecuniarum, sicut soluitur aliquid pro vsu equi, vel animalis alterius, siue domus.

Quare non est licitum aliquid accipi pro vsu pecuniarum, sicut licet accipi pro vsu aliarum rerum. Et de vsu quæ sunt in emendo, & uendendo. Et quibus poterant haberi dare ad usuras, & quibus non. Questio. VI.

Se dices quare non est licitum accipere aliquid pro vsu pecuniæ, sicut pro vsu aliarum rerum licite recipimus. Et respondetur, q; secundum philosophum. 1. Ethic. bonum rei est in operatione rei. istæ autem res non sunt bonæ nobis secundum scientiam suam, sed secundum vsum earum: ideo bona utilia dicuntur. res quarum bonitas in vsu est: vsus autem rei attenditur secundum finem rei: ideo res diuersimode applicantur ad vsum: quia quædam res habent duos vsus: aliæ habent vnum vsum: omnes enim res siue naturales, siue artificiales præter numisma duos vsus habent. numisma enim solum vnus vsum habet, & patet de omnibus iumentis, quia hnt vnum vsum, qui est iuuare hominem in portanda aliquid vt equus, asinus, mulus: habent secundum vsum qui est, quod ipsa sint extrema commutabilia, inquantum attribuit eis homo precij quantitatem secundum varias necessitates: sic in pecoribus, armentis, frugibus, & fructibus. habent enim primum vsum qui est sustentare necessarium per comestionem eorum, secundus est, quod valeant ad commutationem, sic de domo, & alijs bonis utilibus mobilibus, siue immobilibus, quia vtitur eis morando, vestiendo, & illa commutamus vendendo, vel locando. numisma autem solum habet vnum, scilicet quod sit medium commutationis, vt patet 5. Ethic. quia aliter commutationes semper fieri non poterant. cum autem qualibet istarum rerum vsus suos habet nihil illicitum fit, sicut nec ipse res de se illicitæ sunt: cum autem aliqua plures vsus habere incipit illicitæ fit. pecunia enim est medium commutandi, in commutatione autem res simpliciter transit, & est iste vsus valere aliquid ad commutandum, & ista commutatio debet regulari secundum iustitiam commutatiuam, ita quod sit ibi equalitas arithmetica. cum autem pecunia incipit habere alium vsum, scilicet quod non sit medium commutandi, sed quod manens augeatur per vsum, sicut equus manes per vsum lucrificat aliquid domino suo, erramus & in hoc illicitum facimus, quia vsum rei manentis applicamus rei, quæ habet ab institutione, vel sine suo, quod per vsum transeat, & ideo abusus est, qui nunquam in aliqua re sine peccato est, & recte vsura vocatur, quia actio rei per quam transit non propriissime vocatur vsus: actio autem quæ est manente re proprie vsus est: numisma autem cum commutatur transit: ideo nec vsus nec vsura dicitur, cum autem numisma manet, & ex tempore aliquid multiplicatur, vsura verissime dicitur: sic autem in alijs rebus vsura committitur, cum plures vsus quam habent eis demus. habent enim singulæ res duos actus, cum autem tres actus dederimus, illicite agimus, vt si aliquid

Pecunia 6 medium commutandi.

quis

quis vendat equum, iste equus habebat duos actus, vel vñs, scilicet onera ferre, & esse medium commutationis, si autem præter hoc iste, qui vendit dat ei tertium vñs, scilicet equus simpliciter venditus valebat centum, & quia expectat pro pecunijs duos menses recipit centum & viginti, vñs equi est. & potest hoc attendi dupliciter, quia aut ille qui vendit simpliciter, quia immediate recipere debebat pecuniam, reputat se quasi tunc pecuniam recipere, & eam pro duobus mensibus commodare in quibus vult recipere.

Secundo pro usu pecuniæ traditæ, & tunc vñs pecuniæ est. Si autem ille qui agit venditionem puram, in qua recipere deberet pecunias, reputat se quasi non facere venditionem puram usque ad ipsa soluta pecuniæ, & pro usu temporis intermedij vult recipere, 20. vñs equi est & illicita est, quia contractus venditionis pure transiit, ideo exinde res uendita in potestatem emptoris transibat quantum ad proprietatem & usum: ideo uenditor nihil pro usu illius temporis recipere potest: etiam si in æternum precium rei non solveret, sed poterat agere alijs uenditor contra emptorem, cum enim aliquis emens panem uel uinum tradit pecuniam uenditori antequam accipiat rem uenditam: si ideo pro minori precio datur, usura pecuniæ est, quia emptor qui primo precium tradit pure emendo, non reputat se quasi emere usque ad tempus quo recipiat rem uenditam: ideo pecuniam ante tradita reputat se quasi accommodatam dedisse: ideo pro usu medij temporis vult recipere rem uenditam pro minori ualore, ut aliquid ultra recipiat, sed hoc illicitum est, quia contractus simpliciter factus fuit a principio, & pecunia pro re uendita tradita fuit, & ex hoc patet quod grauius est usuram committere in emendo & uendendo, quam in accommodando: quia dato quod liceret recipere usuram per accommodationem pecuniæ, tamen non liceret in venditione, quia venditio pure fit, ideo precium pure trahit, ita quod propter illud precium non sit obligatus uenditor emptori, nisi ad datum rem uenditam: id qui aliqd ultra extorqueret non pro vñs uenditorie, sed per fraudem tollit: secus tamen si venditione pure facta uenditor non traderet rem uenditam immediate, & uellet recipere pecunias, & tunc emptor daret omnes pecunias, & diceret ego do tibi istas pecunias non quidem pro re uendita, quia nondum das eam mihi, sed accommodato tibi sub vñs, usque ad tempus quo dederis rem uenditam: si isto modo acciperet uenditor, bene reciperetur sine præiudicio puri contractus dato, quod vñs ex accommodatione recipere liceret. Non feneraberis fratri tuo ad usuram. Aliqui putant hic esse conuentionem uocabulorū, cum dicitur fenerari ad usuram: cum fenerari hoc importet simul: sed falsum est, quia fenerari solū importat mutare, uel commodare: ideo tantum est non feneraberis ad usuram, sicut si dicatur non commodabis aut mutuabis sub vñs, sic patet supra 15. cap. cum dicitur feneraberis gentibus multis, & a nullo mutuū accipies: accipitur tibi fenerari pro accommodare, ut ibidem declaratum est, scilicet si feceris ea quæ Deus mandat miserando pauperum Deus dabit tibi tanta bona, ut fenerari possis, id est accommodare multis gentibus, & non egeas uti quisquam tibi commodet. Fratri tuo. Hic loquitur ad totū Israel, scilicet ad quilibet de Israel, & omnes descendentes ab utroque parente, uel saltem a patre de genere Jacob uocantur inter se fratres, & de istis erat constitutum hoc, scilicet ut nullus eorum posset alteri eorum quicquam ad usuram tribuere, cuius causa erat, ut pauperes non destruerentur, immo cogebantur alij dare eis, & accommodare, quando indigerent, & si possent soluere, darent commodatum: si autem non possent soluere,

Gravius est usuram committere in emendo & uendendo quam in accommodando.

uere, concederent gratis donando, ut patet supra 15. cap. & in 7. anno remissionis si non dum soluisset debita, remittebantur, quia annus remissionis est: alieni autem erant omnes qui non erant fratres, quod patet hic ex modo loquendi textus cum dicitur, non feneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam ac quamlibet alteram rem, sed alieno: ex quo innuitur, quod omnis homo aut esset frater, aut alienus: uel daretur, quod non esset sufficiens diuisio, etiam sequeretur quod aliqui essent, a quibus non prohiberetur accipi usuras, & tamen non permetteretur accipi eas: patet quia a fratribus usuras accipi uetat, & ab alijs accipi permittit: sed alij sunt, qui non sunt fratres nec alieni, ergo non licet ab eis accipi pecunias: nec tamen uetat accipi, & hoc inconueniens est: illi autem qui de gentilitate ad iudaismum conuersi erant, non erant fratres: quia non sunt de genere Jacob, ergo uocabantur alieni, quod autem non sint fratres patet, quia supra 15. cap. soli Iudæi ex genere uocantur inter se fratres, cum dicitur, cum tibi uenditus fuerit Iudæus aut Iudæa, quod est frater tuus, & magis patet Leui. 25. cap. cum dicitur, quod habeant seruos de gentibus quæ in circuitu eorum sunt, & de conuersis ad iudaismum, & filijs conuersorum, & sequitur. filios autem Israel fratres ne opprimatis per potentiam, & in alijs locis multa sunt in hunc modum: est ergo sensus, quod Iudæi ex genere non possent dare aliquid ad usuram inter se ipsos: sed poterant dare alienis, scilicet gentilibus manentibus in gentilitate, uel conuersis ad iudaismum: sed falsum est, quia tunc necesse esset dari, quod conuersi ad iudaismum de gentilibus uocarentur fratres Hebræorum, quod nunquam reperitur in scriptura: sed semper uocantur alienigenæ, & aduenæ, uel peregrini, aut profeliti, ut patet sepius in isto libro, & in libro Numerorum, & Leuitici, atque Exo. & non est inconueniens, quod permittatur Iudæis ex genere usuras accipere ab eis, qui conuersi erant ad iudaismum: cum alia maiora permittentur Iudæis contra conuersos. si quod facerent eos seruos in æternum, quod non poterant facere de alijs Hebræis qui in anno septimo remittebantur, cum dicitur Leuit. 25. cap. cum dicitur seruus & ancilla sint uobis de gentibus, quæ in circuitu uestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, uel qui ex his nati fuerint in terra uestra, hos habebitis in famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum: fratres autem uestros filios Israel non opprimatis per potentiam, etiam fiebat aliud contra conuersos, quia quando aliquis Iudæus commodauerat quicquam alteri Iudæo, si non soluisset in annis sex, scilicet ante annum remissionis, in anno septimo remittebatur, ut patet supra 15. cap. si tamen Iudæus aliqui accommodasset aliqui conuerso, poterat illud petere in æternum, quandoque uellet non obstante anno remissionis elapsio, cum dicitur, septimo anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur, cui debetur aliquid ab amico, proximo ac fratre suo repetere non poterit: quia annus remissionis est dñi: a peregrino & aduenæ exiget, ciuem & propinquū reperendi non habebis potestatem, ecce dicitur tibi, quod ab aduenæ & peregrino peti poterat: sed conuersi uocantur aduenæ & peregrini: ergo ab ipsis poterat peti.

Alia etiam in hunc modum permittentur facere Iudæi contra conuersos: sic ergo permittentur eis dare ad usuram, & est fundamentū huius permissionis propter eos: nam Iudæis ad durtiam cordis eorū permisse fuerunt usure, sicut libellus repudij, quia si sic lucrari non possent, non accommodarent, aut furarent: sed si Iudæi non possent accipere usuras a conuersis, & de filijs eorū, solū possent accipere a gentilibus: sed cum gentili-

gentilibus modica aut nulla communicatio erat eis, immo interdita erat communicatio eis, ne uerterentur ad idolatriam, ut patet Exo. 34. c. & sup. 7. cap. ergo tantum erat dici, quod possent dare ad usuras extraneis, scilicet gentilibus solis, sicut quod nullo modo darēt ad usuras, ergo oportet quod permittentur eis dare ad usuram conuersis ad iudaismum, ne frustra ponatur ista lex, sicut autem Iudæi conuersi ad usuras dare poterant, ita conuersi dabant Iudæis, siue pauperibus, siue diuitibus ad usuram, & hoc ut non daretur causa magnæ inuidiæ & seruitutis, & impediretur conuersio Gentilium ad fidem Iudæorum, nec aliquo modo faciebant isti conuersi contra istam legem, & hoc propter duo.

Primo quia ista lex dabatur Israelitis, ut darent uel non darent ad usuras, & non dabatur alienigenis, ergo non tenebantur ad illam, sicut Aegyptij uel Palestini, qui eo tempore erant quando ista lex dabatur, non peccabant non obseruantes talem legem, licet constaret eis esse datam, quia non dabatur eis, nec obligabantur aliquomodo.

Secundo quia lex dicit non feneraberis fratri tuo ad usuram, sed Iudæi non erant fratres conuersorū, ergo poterant eis fenerari, nam sicut conuersi non erant fratres Hebræorum, ita nec Hebræi erant fratres conuersorū, quia ista sunt relatiua quæ fundantur super unū, siue sunt relatiua equiparantia.

Item patet hoc ex simili, nam sicut Iudæi accipiebant conuersos in seruos iure perpetuo, per quem modum non poterant accipere alios fratres suos, id est filios Iacob, ut patet Leui. 25. cap. & supra dictum est, ita conuersi accipiebant seruos de Hebræis, qui non soluebantur a seruitute eo modo quo soluebantur, si essent serui aliorum Hebræorum. nam si essent serui aliorum Hebræorum in septimo anno soluerentur, ut patet Exo. 21. & Leui. 25. & supra 15. si tamen aliquis conuersus emeret aliquem Iudæum in seruum, non soluebatur, nisi seipsum redimeret dando precium quod pro eo datum fuerat, computato tempore seruitutis usque ad iubileum. scilicet ad annum. 50. ut patet Leuit. 25. ergo eodem modo de usuris dicendum erit. Et non solum poterant conuersi dare ad usuram Iudæis, sed et poterant dare ad usuram inter se ipsos: nam nullus obligatur aliqua lege positua nisi ille, cui datur illa lex, sed lex ista de usuris accipiendis, uel non accipiendis datur Israelitis, cum ad eos dirigantur istæ leges, ergo non tenebantur alij. sed sicut isti Gentiles si mansissent in Gentilitate, non tenebantur ad istam legem, quia non dabatur eis, ita postea, quia non data fuit eis, sed Israelitis non tenentur ad eius obligationem, nisi forte dicamus usuras esse contra ius naturale, & tunc omnes homines sine aliqua lege scripta facere debēt secundum istam legem, quia ut ait Apostolus ad Ro. 2. Gentiles quæ legem non habent, naturaliter ea quæ sunt legis faciunt. de quo alia est inquisitio. Sed alieno. Permittentur eis Deus dare ad usuram extraneis, licet malum esset, ut non darent ad usuras Iudæis, & hoc erat ad durtiam cordis eorum.

Quare Iudæi erant duri corde. Et propter id quedam sunt eis permissa. Questio. VII.

Dicitur durus corde qui passiones indomitas habet. sic Iudæi quantum ad omnem passionem erant duri corde, in concupiscentia erant duri corde: ideo permittitur eis accipere uxores de alienis, ne eas in concubinas acciperent, quod deterius erat, ut diximus supra 21. cap. erant duri corde in irascibili: ideo permittitur fuit eis repudiare uxores, ne eas occiderent, ut patet cap. sequenti. Alph. T ost. super Deuter.

& Matth. 19. erant duri corde in auaritia: ideo permittitur eis lucrari usuras cum extraneis, ne lucrarentur cum suis contribulibus, ut patet hic. Pecuniam nec fruges. In pecunia committitur usura, ut supra declaratum fuit, quia attribuitur ei usura qui contra naturam suam, scilicet contra intentionem institutionis eius: nam pecunia solum inuenta est, ut esset medium commutandi, ut patet 5. Ethic. cum autem aliquis pro usu pecuniæ accipit precium, constituit pecuniam non tantum medium commutationis, sed tanquam alterius extremum commutabile, & hoc uidetur esse contra intentionem pecuniæ, scilicet ad quæ instituta est. Nec fruges. Dantur etiam fruges ad pecuniam, quando ultra usus naturales quos habent, datur eis a nobis aliquis alius usus. habent enim fruges & omnes cibi duos usus. Primus usus est, ut sumantur in cibum ad sustentationem naturæ, & iste sine ullo peccato est.

Quid sit quod proprie constituit usum in pecunijs & frugibus.

Secundus usus est, ut sint extremum commutabile, secundum quod reperitur in eis ratio ualoris, non quidem ex sola uoluntate nostra, sed ex indigentia, quæ imponit naturaliter precium rebus efficienter, ut patet 5. Ethicorum, scilicet quod secundum quod res magis aut minus necessariæ sūt, magis aut minus de precio habent: si autem super istos usus alium tertium dare uelimus, erit usura, ut si pro expectatione pecuniarum erogatis frugibus uenditis detur maius precium, quam alijs dari debebat: licet in hoc aliquando uocatur usura frugum, aliquando usura pecuniarum, quod dependet ex uoluntate accipientis, sicut si pra distinguebatur inter hæc, Aut quamlibet aliam rem. Quæcumque enim res sit siue naturalis, siue artificialis præter numisma duos usus habet: cum ergo illi duo dantur ei, licite utimur ea, cum autem datur aliquis alius, iam exceditur natura rei, & peccatur, & sic distinguitur hic litera tria, scilicet pecuniam quæ uincium habet usum, & cum dantur ei duo, peccatur & committitur usura, & fruges quæ sunt secundum per quas intelliguntur res naturales quæ omnes duos usus habent, & erratur cum dantur eis tres. Tertium est res artificialis, quæ etiam habet duos usus, & hæc signatur cum dicitur, & quamlibet aliam rem. Sed alieno. Scilicet Gentili aut conuerso de gentilitate, aut filijs conuersorum de gentilitate, licet in iudaismo nati sint: quia sequuntur legem paternam, ut patet Leuit. 25. cap. quia ita sunt serui in perpetuum sicut ipsi patres. Fratri autem tuo. Hebræo ex genere de quacunque tribu sit, licet magis tenerentur contribulibus quam non contribulibus, & magis cognatis quam non cognatis, & sic secundum gradum maioris attinentiæ. Absque usura id quo indiget commodabis. Non solum pauperi, sed etiam diuiti, quia interdum si alicui diuiti non commo dantur aliqua, cogetur pari magnam rerum suarum iacturam: magis tamen subuenire pauperibus quam diuitibus ratio naturalis insinuat, & non solum commodabant, sed etiam si postea soluere non poterat, remittebant eidem: quia Deus mandauerat, ut Iudæi facerent, ne esset aliquis omnino pauper & mendicus inter eos, ut patet supra 15. capit.

Et benedicat tibi dominus. Id est ut multiplicet te in bonis temporalibus, & spiritualibus. Benedictio nã que signat multiplicationem, ut colligitur supra 7. cap. & infra 28. cap. & patet clarius secunda ad Corinthio. cap. 9. cum dicitur & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic ut benedictionem, & non quasi auaritiã, hæc autem dico, qui parce seminat parce metet: qui in benedictionibus seminat, in benedictionibus & metet, & sic distinguitur tibi benedictio contra auarum uel parcum: quamobrem necesse est accipi pro abundantia siue multiplicatione. In omni tempore. Sæper propebant tribuendo.

Benedictio quid importet.

In terra ad quam ingrederis. Idest Deus faciat tibi semper bonum in terra Chanaan ad quam vadis, & dicitur. *Pt benedicat tibi dominus.* Quia propter amorē eius accomodas gratis proximo. *Cum votum uoveris.* Hic ponitur quartum. s. ad Deum fidelitas quæ attenditur dando, pmissa. *Non tardabis reddere.* Quia magis a Deo acceptatur cum cito, quàm cum sero redditur: sic est de donis, quia

De fidelitate ad Deū quo ad promissā.

Gratius est donum quod datur ante preces: & qui cito dat bis dat retrahit qui munera tardat. Ista fundantur in voluntatis intensione, tunc n. actus bonus magis meritorius est, qn magis uoluntarius est: voluntas autem magna demonstratur in eo, qui cito soluit promissā. *Et si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum.* Quia ex die quo aliquis uouet rem, si absentem uoueat habita opportunitate, & alijs circumstantijs cōsideratis secundum rectam rationem, tunc soluere obligatur, & si non soluat, incipit esse negligēs, & cum magis tardauerit maius peccatum reputabitur: & grauius est dilatare tempus in voto personæ quàm in voto rei: votum personæ proprie dicitur quando aliquis se totum uouet, & hoc est uouēdo quōd aliquem statum uiuendi strictiorem assumet, ut professionem aliquis religionis, & si alijs tale votum sine limitatione temporis factum complere differt, ualde errat: quātum diuino cultui subtrahit, quanta essent bona, q̄ agere possit: & deberet secundum regulam religionis supra bona quæ in seculo agit, & in tantum periculo la est ista cunctatio, q̄ aliqui de die in diem completionem differentes morte præueniēte complere nequiverunt, quod in grauissimum eis cedit peccatum. *Si nolueris polliceri absque peccato eris.* Hic probat, quōd melius est non polliceri, quàm pollicita non complere, quia non uouere peccatum non est, cum votum fiat de nō debito, qui autem uouit iam obligatus est, ideo peccat cum habita opportunitate non reddidit. *Cum uotum uoveris.* Impropius modus loquendi est, quia istud uerbum uouere importat utrunque, sicut si quis dicat iste est cæcus visu, quia tunc ille ablatiuus ponitur ex superabundāti: sed quia est regula q̄ si una dictio significet id quod significant duæ dictiones, & cōiungantur vni earum, quarum significatum gerit, solum significabit id quod altera, ut cæcus significat carentem visu: si autem dicatur iste est cæcus visu, solum stabit cæcus pro carente, sic ait Doctrinalis auctor in c. constructionis.

Aequiualens geminis dictio si iungitur vni. Hanc solum signat cæcum dic visu carentem.

Sic est hic, quia licet uouere signet facere votum, q̄a tamen ponitur hic uouere votum, solum ponitur uouere pro facere. s. cum votum uoveris. i. cum votum feceris. *Domino Deo tuo.* Quia nulli alteri Deo uouere licebat. nam uouere est actus latriæ, quæ nulli alio quàm Deo attribuenda est: ad deos autem extraneos nullam reuerentiam habere debebant Iudæi, sed eos totaliter detestari tanquam immunditiam, ut patet supra 7. cap. etiam votum nulli homini faciendum est. possumus enim hominibus promittere aliqua q̄ propter eos faciamus: uouere tamen eis non possumus, quia uouere est tribuere quandam reuerentiā, quæ soli Deo conuenit, scilicet promittere aliquid ali cui, quia Deus est, ad honorem eius: si ergo aliquis alicui homini aliquid uoueret, diceret illum hominē esse Deum, & propter eius diuinum honorem talia faceret. *Non tardabis reddere.* Tardare in reddendo quandam dicit negligentiam, quæ circa maximas res sicut circa Deum p̄ctm est: nam cum omni reuerentia circa talia est habendum & non negligenter, & sollicitos nos oportet esse in seruitio Dei nostri, ne aliquid desit: cum nos ex nobis multum deficientes su-

Vouere quid sit, & qn uotum soluendū.

mus, & hoc est quod maxime diligit Deus, ut patet Michee. cap. 6. cum dicitur, quid dignum offeram domino curuare genu Deo excelso, nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? nunquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus quarat a te: utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo: ista autem sollicitudo in cultu Dei nostri tanta debet esse, ut tremamus coram eo, ne quid desit cultui eius, & uos implere possimus: semper ergo coram eo timendum & tremendum est, sicut patet psal. 2. cum dicitur seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. quōd ergo aliquis in his quæ ad Deum sunt, negligenter se habeat, est non existimare Deum tantæ bonitatis, sicut est: quod magnum peccatum est, nam coram magis dominis in seruiendo diligentes sumus propter eorum reuerentiam: omnis autem tardans votum reddere cum possit, dominum negligit: quia aut putat illud votum nil fuisse, & Deum nō attendere ista, quod error magnus est tanquam ea quæ ad Deum loquimur ridicula sint, aut non reputat Deum tantæ dignitatis, reuerentiæ aut potestatis, ut propter eum in soluendo promissā festinare debeat, & hoc rursus detestabile est: est tamen differentia, quia aut in uouente est limitatum tempus solutionis, aut non. si autem sit limitatum tempus solutionis, oportet tunc solui promissum alioquin peccatum est, si sit in potestate nostra completio promissorum. nam etiam si alicui homini aliquid promittamus, siue iurando, siue non iurando, in quo nunquam est votum, & hoc sit limitatum tempus, scilicet soluere possumus, & nolimus peccatum est: quando magis in Deo ad quem specialissima reuerentia haberi debet? si autem non sit statutum tempus, licet in alijs hominibus promissā complere differamus peccatum non est, in Deo autem quem cum summa reuerentia colere nos oportet, graue delictum est. *Quia requirit Dominus Deus tuus.* Idest non putes, quōd Deus non curet de promissis nostris: nam licet bonorum nostrorum non egeat, ut patet psal. 15. si tamen aliquid uouemus, & non complemus, multum ad hoc respicit: non quidem quasi promissis nostris egens: sed quia si non reddimus, eum contemnimus, & sit nobis in peccatum. requirit ergo Deus ista, scilicet attendens utrum promissā soluerimus: vel non, & non reddentes punit. *Et si moratus fueris.* Mora sua cuiuslibet est nociua etiam secundum iura humana: ideo si aliquis recipiens aliquam rem commodatam restituat eam dño suo. s. cōmodatori sine ulla mora, dato q̄ res damnificetur fortuito casu, non tenetur cōmodatarius, scilicet qui rē commodatam recepit: si tamen fuit in mora reddendi, tenetur de casu fortuito propter moram: eodem modo in depositario: si depositarius, idest ille apud quem res custodienda deposita est, fuit in mora reddendi depositum, & eueniant aliqui casus fortuiti, tenetur de casibus fortuitis, ut patet extra de deposito. cap. bona fides. eodem modo apud Deum mora nobis nociua est, cum sumus in mora reddendi, id quod promissimus: sed aliquis constituitur in mora dupliciter, quia aut limitauit tempus solutionis voti, aut non: si autem taxauit tempus, lapsu termini constituitur in mora, & iam peccat: & Deus requirit ab eo: si autem non limitauit tempus ad soluendum, intelligitur quàm citius commode id soluere possit: cum ergo aliquis habens opportunitatem soluendi promissum Deo non soluit, constituitur

tuitur in mora: licet ista mora non sit interpretanda strictissime: strictius tamen constituitur aliquis in mora circa Deum quàm circa homines, cuius ratio est: quia maiorem reuerentiam obseruare tenetur ad Deum quàm ad homines, & magis laborare, ut compleamus promissā ad eum quàm ad ceteros. *Reputabitur tibi in peccatum.* Idest Deus iudicabit hoc tanquam peccatum puniens te pro ista mora, quæ est peccatum omissionis: sicut pro aliquo alio peccato commissionis.

Agentes aliquid ex voto quare magis merentur quàm sine voto.

Si nolueris polliceri. Est polliceri Deo actus latriæ cum in honorem eius aliquid agimus, promittentes nos tale, aut tale facturos. Est hic duplex bonum. Primum quia aliquid propter Deum facimus. Secundo quia totam nostram uoluntatem ei per votum subiicimus: nam qui libere agit Deo actum suum tribuit, sibi autem uoluntatem reseruat: qui autem uouet, & agit Deo actum suum & totam uoluntatem donat nihil sibi prorsus reseruans. Et ista est causa quare magis merentur illi qui agunt aliquid ex voto quàm si sine voto agant: quia magis meretur qui plura Deo tribuit: plus autē est totam uoluntatem subiicere, & omni tēpore quàm pauco tempore, vel nullo modo, sed actum solum dare, multum ergo merentur uouentes. Si tamen aliquis non uoueat, nō propter hoc male agit: qui tamen uouet & non complet, male agit cum destruit bonum, quod a principio egit.

Quod autem egressum est semel de labijs tuis obseruabis. Non oportet quod egrediatur de labijs: quia etiam si aliquis ore non protulerit, dum tamen corde delibauerit, obligatus est ad tenendum votum. nam sicut egressio de ore facit uerbum uocale, ita determinatio interior facit uerbum mentale.

Egressum est semel. Dicitur semel ad notandum quod non sit idem votum multoties: nam postquam aliquis semel mente aliquid determinauit, siue uerbo protulerit siue non, quia determinatum est, retractari non potest, ad hoc q̄ iterum fiat: ideo semel tantū idem votum fit, ita tamē quōd determinate fiat. s. cū plena deliberatione: nam si quis subito ex passione in uerba prorumpens aliquid uouisset, quia non potuit habere animum se obligandi, cum non habuerit uoluntatem ad aliquid: quia determinata non fuit.

Et facies sicut promissisti Domino Deo tuo. Nihil mutans de ipsa re promissā, aut de actu, & cōditionibus, atque qualitatibus rei, vel actus, cum quibus promissio facta est.

Et propria uoluntate. Quasi dicat non coactus: nam si quis cogeret quemquam ad uouendum inferens penas, aut penarum iustos metus, votum factum nullum est ex defectu consensus, cum consensus per uolentiam compleri nō possit, scilicet si metus vel coactio intercedit, ut patet extra de sponsalibus. cap. cum locum.

Et ore tuo locutus es. Hoc nō est de essentia uoti sed de solemnitate: nam Deus qui scrutatur intima cordium, ita uidet cum in secreto cordis nostri confestim, & totaliter deliberamus, atque uouemus aliquid agere, sicut si publice clamaremus: nihil enim minus corda ei quam uoces parent: nec corda minus quam uoces manifesta sunt: est tamē maior culpa cum uis uotum solenne infringit, quàm cum infringit non solenne: quia circumstantia notorietatis aggravat peccatum: uidetur namque Deus in facie cōtemni, cum votum factum ei coram omnibus infringitur: si autem votum secreta factum infringatur, eum occulte contemnimus: quod non ita damnable est.

Ingressus uineam proximi tui. Hic ponitur de grata

communicatione, ita quōd vnus non doleat, si alius modicum de bonis eius accipiat. *Ingressus uineam:* Idem est de segetibus: quia potest quilibet intrare & accipere spicas, & defricare, ut comedat, & patet quia discipuli Christi hoc fecerunt, ut patet Matth. 12. cap. scilicet uellebant spicas, & comedebant: & si dicas quōd hoc fecerunt cogente fame non nego: sed ecce sine coactione facere poterant. Et patet ex argumento pharisæorum qui solum arguerunt de violatione sabbati dicentes, ecce discipuli tui faciunt, quæ non licet facere sabbatis: si autem illicitum fuisset eas simpliciter accipere, pharisæi etiā de hoc arguissent: quia non constabat eis utrum ex necessitate ecessissent.

De gratā cōcacione: quo ad fructū ter-rg.

Comedes uuas. Dicit Rabbi Salomon quōd hoc intelligitur de eo qui intrat ad faciendum aliquid in uinea: non autem de eo qui solum uult comedere: quia hoc non licet. Sed non uidetur hoc, quia de laborantibus manifestum est: cum enim non debeat laudari os boui trituranti, ut patet infra 25. cap. & prima Cor. 9. cap. quanto magis homini laboranti? sed hic intelligitur de quocunque intrante in uineam: quia Deus in tēdebat inter eos amicabilem communicationem inducere, ut non tristaretur cum proximi sui aliq̄ bonum paruū de suis acciperent.

Foras autem ne efferas tæcum. Et ratio est, quia si aliquis solum comedat in uinea, non multum damnificat, quia paucis satiabitur: si autem efferre possit, multum destrueret.

Si intraueris segetem. Posuit regulam de uineis, posuit hic regulam de segetibus: quia eadem ratio est in utroque: nam sicut paucas uuas comedendo de uinea alicuius non damnificatur Dominus uinea, ita paucas spicas accipiendo, & terendo, vel confricādo. Et non solum in istis licebat sed etiam in cæteris arboribus modicum de fructibus accipiendo, ponitur tamen ista duo: quia ista communiora sunt ubique: etiam quia ista promptiora sunt ad ledendum quam arbores quæ sunt in hortis: nam arbores ut communiter in hortis sunt sub clausura: quæcunque autem sub clausura sunt, talia sunt a quibus multum obseruari oportet: quia solum frangere ostia, aut clausurā peccatum magnum est, & intrare non per locum debitum: sic enim dicit Christus Ioan. 10. cap. cum dicitur amen dico uobis qui non intrat per ostium in ouile, ille fur est & latro, uinea autem in cæteris nō sunt sub clausuris: ideo fas est cuiuslibet accedere ad uineā, uel segetem alterius, & accipere inde aliquid. Item quia ista de uuis & segetibus tolluntur a quolibet, quia modicum aut nihil damnificat propter maximam horum abundantiam: sed fructus hortorum non sunt ita abundantes sicut uua & segetes: ideo de his non explicuit tanquam non totaliter uellet q̄ in omnibus fructibus sic fieret: nam si de fructibus sint copiar abundantes ad modum frugum & uuarū, non laderetur magis dominus hortorum cum acciperetur de fructibus horum, quàm cum acciperetur de frugibus & uuis. Si autem aliqua uinea esset sub clausura sicut hortus, non esset licitum accipi de fructibus eius sicut nec de hortis cū clausura prohibeat.

Amici tui. Ponitur hic amicus pro quolibet pacifico, scilicet cui bene loquimur etiam si nihil in corde tenemus. Et isto modo omnes ciues ciuitatis alicuius sunt amici: quia debent omnes esse pacifici nihil inuicem repugnantes, & sic est q̄ amici sunt, dato q̄ non colloquantur, uel alia opera simul faciant: & nō accipitur amicus proprie: quia tunc non deberet poni de eis ista lex, cum inter amicos non oporteat esse legem: quia amor est sibi ipsi lex. ut ait Seneca tragedia prima quæ intulit Hercules furēs carmine 4. & Boe-

& Boetius de consola. lib. 3. metro ultimo, s. felix qui potuit. & hoc quia communia sunt quæ amicorum vt ait Arist. 8. Ethic. cum & ipsi amici duo vnum sint, vt patet per Arist. 9. Ethic. cum dicitur amicus est alter ipse: accipitur ergo amicus pro omni homine qui est de Iudaismo: sicut accipiebatur large istud nomen fratres pro omnibus qui sunt de genere Iacob: & tunc necessaria erat lex: quia non extendebatur charitas Iudæorum ad omnes, & verarent omnem ingredientem: ideo mandatum fuit quod neminem verarent. Franges spicas. Carpendo eas a calamis siue culmis suis: nam cū spica & culmus continua sint, & spica abscinditur a culmo, frangi dicuntur spicæ. Et manu conteres. Excutiendo grana vt ad comedendum apta sint. Falcem autem non mittes. Idest cum omnia ista feceris non poteris adhuc falcem mittere in segetem, cuius ratio est: quia frangendo spicas manu & conterendo, modicum grauatur Dominus: si autem segetes metantur, cōsumentur velociter.

C A P. XXIII.

Matth. 9. & 19. Mar. 10.

SI acceperit homo vxorem & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam feditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius: & dimittet eam de domo sua.

SI acceperit. Disto de legalitate circa quasdam personas non coniunctas. hic agitur de legalitate circa coniunctam, s. circa vxorem. Et tanguntur duo principaliter. Primum de legalitate ad vxorem. Secundo de legalitate ad alias quasdam res ibi. Si deprehensus. Et prima in tres partes. Primo de separatione viri ab vxore. Secundo de eorum cohabitatione ibi. Cum acceperit homo. Tertio de supellestilis ordinatione ibi. Non accipies. Si acceperit homo vxorem & habuerit eam: & non inuenerit gratiam in oculis eius. Idest qd vir eam odio habet. Propter aliquam feditatem.

Feditas quid vocetur in mulieribus, ob quam permittitur repudium. Quest. I.

FEDITAS attendi potest in corpore vt si sit in aliqua parte maculata, vel habeat aliquam grauem & continuam ægritudinem, quæ repugnat procreationi liberorum: vel aliqua feditas est in moribus, vel quia forte mores vxoris non cōueniunt moribus viri, ita qd in pace viuere nequeat: Aben Ezra voluit qd solum ex fornicatione præsumpta vir posset repellere vxorem: vt si forte vir præsumit qd vxor sua fornicata est, vel forte vidit, & testibus probare nō potest, repudiabit eam, & probat hoc ex dictione hebraica hic posita: quia eadem ponitur hic & Levi 18. cap. turpitudinē sororis matris &c. non reuelabis ibi accipitur pro coitu: ita vult quod accipitur pro coitu. scū viro extraneo. Sed arguetur contra eum, quia vir reperiens vxorem adulteratam poterat eam accusare ad mortem, vt patet supra 22. cap. Si autē præsumeret vel sciret sed probare non posset, habebat probationem legis certissimā. Laquas maledictas de quibus Nu. 5. cap. & sic tolleretur præsumptio.

Ideo dicendum qd non ex sola præsumptione for-

nicationis daretur libellus repudij: quia dato qd esset pro ista causa non tamen exprimebatur: ideo posset vir tacendo pro quocūque odio eam repellere. Item quia ex hac causa sola si fieret, quando alij viderent aliquam feminam repudiatam, sciret qd propter fornicationem veram vel præsumptam: quare nullus eam accipere vellet: sed multi eas recipiebant: ergo &c. Item totus populus sciebat, quod omnis fornicatio vera vel præsumpta tolli & certificari poterat per duo remedia supra posita, scilicet de accusatione, & de aquis maledictis: sed lex & omnes permittebat libellum repudij: ergo propter aliquas alias causas: ideo datur econtrario qd vel ex quacunque causa voluntaria fiebat repudium, vel non fiebat propter præsumptam fornicationem, pater consequentia: quia si fieret repudium propter fornicationem præsumptam, non poterat causa exprimi: quia si exprimeretur, & vir in probatione succuberet, puniretur: quia infamauit vxorem, vt separaretur a se: & compellerent eū redire ad eam, sicut de illo qui opposuit vxori qd nō inuenit eam virginem, vt patet supra 22. cap. secus est quando non agit contra vxorem ad separationem: sed vt tollatur præsumptio, & inquietudo animi sui: quia tunc permittit lex qd præsentetur sacerdoti, & fiat probatio de aquis amarissimis: si autē non exprimat causa, sed prætereat sub taciturnitate, poterit vir eam ex quacunque causa eam tacendo repudiare: quia non poterit sciri vtrum propter fornicationem vel aliās repudiat: aliqui Talmudistæ dicunt qd non poterat vxor repelli ex quacunque causa: quia aut illa causa vel feditas venit ante matrimonium, vel post, si ante matrimonium, aut erat occulta, aut apparens: si occulta potest eam repudiare: quia fuit fraus in contractu matrimonij, cum non potuerit patere vitium vxoris, quia ipsa callide abscondit: sicut qui vendunt iumenta morbosa suppressis vitijs eorum: si autem apparens erat, nō potest repudiare: sibi enim imputet, quia talis placuit: si post contractum matrimonium venit feditas, dicunt qd nunquā fiebat repudium nisi propter fornicationem: sed hæc omnia non consonant statui primo Iudæorum, qui nimis duri erant corde, & poterant incurrere in magna odia vxorū ex quibuscūque causis aduentibus post matrimonium, & etiam pro causis appatētibz ante matrimonium, vt si aliqua mulier esset diues siue pulchra, & haberet aliquam feditatem cognitam, vt quia mali aspectus, vel ægra: vel quia decora sed manifeste erat malorum morum, & concupiscentia pulchritudinis, vel cupiditas diuitiarum faceret non attendere, vel non curare alias feditates. deinde consummato matrimonio incurreret tantum odium inter eos, quod si non separarentur, vir occideret eam: ideo videtur quod licebat eā dimittere sicut de muliere quæ accepta fuit de alia gente propter corporis pulchritudinem, & post non placet in oculis viri, vt patet supra 21. cap. Item quia ista distinctio supra data & alia causæ assignatæ a Iudæis videntur esse causæ repudij de quadam æquitate & iure: Moyses autem non attendit æquitatem, sed duritiam cordis eorum, vt patet Matth. 19. cap. scilicet vt non occideret vxores, sed ista duritia cordis ad occidendum vxores potest in eis insurgere non solum ex causis assignatis, sed ex quacunque displicentia: ideo ex omni causa permittebatur: & hoc satis patet ex quæstione phariseorum ad Christum Matth. 19. cap. ipsi enim semper arguebant ex his quæ videbantur dura in lege, vt concluderent contra magnam misericordiam quam Christus prædicabat, & arguerunt vtrum ex quacunque causa liceret dimitti vxorem: & respondit Christus quod non. ipsi autem replicauerunt quare Moyses

ses permisit in lege. videtur ergo quod Moyses permiserat ex omni causa repudium.

Et si dicas quod replicatio ista nō refertur ad quæstionem factam, sed ad responsum datam a Christo qd nunquam licet nisi ex causa fornicationis: ita qd sit sensus quare Moyses permisit in lege, scilicet siue ex omni causa siue ex multis: cum tu dicas quod solum propter fornicationem?

Respondetur qd adhuc concessio hoc ad quod nemo nos cogit, stat ratio: quia si non fuisset ista intentio Moysi, vel si non obseruatum fuisset, tunc sic, ipsi nullam causam arguendi contra ipsum haberent. sed falsum est quia si respiciantur omnia argumenta eorum in toto processu Euangelij, reperientur fundata in lege, siue quantum ad intellectum, siue quantum ad apparentiam, vt eum insolubiliter concluderent: sed mentita est iniquitas sibi: cadebant enim in laqueum quem nexerant, vt eodem argumento caperentur quo capere intendebant.

Scribet libellum repudij. Licet abijcere vxorem non esset mandatum sed permiffum, tamen dare ei libellum quando repudiabatur, præceptum erat: quia hoc erat in fauorem vxoris, vt sciretur qd a viro dimissa esset, & posset alteri matrimonialiter copulari: & scribebatur in libello quod dimittebat eam vir promittens nunquam amplius cum ea matrimonialiter cōuenturum: ideo quod haberet licentiam contrahendi cum alio.

Magister in historia scholastica dicit, quod in libello ponebatur iuramentum de non cōueniendo cum ea matrimonialiter, & causa propter quam abijciebat eam: & legebatur coram sacerdotibus. sed forte nō multum apparet: quia mulier infamaretur sic maxime si fornicatio ibi exprimeretur, & nullus eam ducere vellet.

Item quia iste libellus dabatur in fauorem eius: quia dicitur, dabit libellum in manu eius & dimittet eam: sed si ibi contineretur causa repudij magis esset ad odium. Et dabit in manu eius. Scilicet qd scribet vir libellū repudij in quo testatur se dimittere eam abiciens eam, & promittens nunquam petere ab ea debitum sicut ante consueuerat, & quod non accusabit aliquem virum, qui eam acceperit in vxorem, vel ad eam carnaliter quomodocunque accesserit: conseruabat autem femina hunc libellum ad tutamen suū, scilicet vt si quispiam vellet eam accusare, qd coniungeretur alteri viro, & committeret in hoc adulteriū, ipsa monstraret libellum illum, in quo patebat eam absolutam a lege prioris viri, & in facultate sua esse cuiusque viro vellet coniungi.

Et dimittet eam de domo sua. Scilicet qd ipsa eat quocunque voluerit, & contrahat cum quocunque voluerit. Cumque egressa alterum virum duxerit. Forte iste qui repudiavit feminam aliquam, repudiavit eam ex aliqua causa leui, quæ cuique videretur irrationabilis: ideo quilibet alius vir non curans de illa leui causa acciperet eam in vxorem.

Et ille quoque oderit eam. In quo patet qd odium erat causa sufficiens repudiandi vnde quæque nasceretur, & patet Malach. 2. cap. vxorem adolescentiæ vestræ nolite despiciere: cum odio habueris eam dimitte. Ex odio ergo solo vxores repudiari permittit, quia semper consistit fundamentum huius legis, s. duricies cordis hebræorum: quia si vxorem ex osam haberent, siue hoc iuste siue iniuste fieret, eam laceraret nisi abijcere possent: salubre ergo erat illis, qd ex quocunque odio eas repudiare possent, etiam qd quidam dicebāt, scilicet, qd Deus hic solam fornicationem ponat pro causa hanc solam feditatē nominans, non conuenienter dicitur: nam in litera dicitur si acceperit homo vxorē,

& non habuerit gratiā in oculis eius propter aliquā feditatem: si aut per feditatē intendisset signare fornicationem veram, vel præsumptā, non dixisset propter aliquam feditatem sed propter feditatem, ita qd feditas illa determinata sit: sed dicitur propter aliquā feditatem. i. propter quamcunque. multa ergo feditatum genera consentit, in quibus mulier repudiari possit. feditas autem signat quamcunque indecentiā, sed magis indecentiam in corpore vt in dispositionē vultus, aut malum colorem, vel ægritudinem. signat etiam large morum inhonestatem, quæ causa conuenientissima erat ad repudiandam eam. Dedit ei libellum repudij. Nec ponitur numerus in maritis repudiandis: quia etiam si cum mille contraxerit, & totidem repudiēt eam adhuc poterit vltra contrahere, sed prior maritus recipere non poterit, quia contempserit eam: & vt non moueantur cito viri ad repudiandum vxores. Et dimiserit eam de domo sua. Idem ritus seruatur qd secundus vir repudiabat vxorem, sicut cū primus repudiabat eam, & sic de cæteris: dato ergo libello repudij in manu vxoris abijciebat eā vir a domo, & dabat ei omnia quæ sui iuris erant. s. bona dotalia, & partem bonorum de cōi acquisitionum: nam si femina peccasset, & ob hoc a viro repelleretur, vipo- te quia fornicata foret, perdebat dotem, s. iura humana quæ nunc sunt: & sic videtur qd forte tūc esset, si tamen femina ex aliqua feditate alia corporis, vel importunitate morum repelleretur, non perdebat dotem: filij autem si qui erant viri repudiantis, & mulieris repudiatæ alebantur apud patrē, siue apud matrem s. m. aetatem filiorum: nam si in parua aetate essent, ita vt indigerent solatio materno apud matrem alebantur: si autem essent maioris ætatis, ita qd apud patrem viuere possent, ab eo alebantur. sic. n. nunc mandant iura ecclesiastica, vt quando diuortium fit viri & vxoris, si puer sit in anno tertio vel infra annū tertium deberet apud matrem nutriri, si autem sit vltra annum tertium debet nutriri per patrem, vt patet extra de conuersione infidelium. c. ex literis, secus tñ est si fiat diuortium: quia isti erant infideles, & alter eorum conuertitur ad fidem Christianā dum tamen filius sit infra annos discretionis, & debeat regi mandato parentum, sequitur illum qui conuertitur ad fidem christianam in fauorem fidei, vt patet in eod. c. si autem esset filius in aetate adulta, in qua possit eligere quid vellet an fidem Christianam, vel Hebræorum perfidos ritus, facere poterat sicut vellet: quia inuitus trahendus ad fidem non erat dato qd nō esset emancipatus, & maneret sub patria potestate: quia patria potestas ad hoc non se extendit, maxime cum ecclesia nullum inuitum recipiat: quia Deo non placēt sacrificia inuoluntaria: cum tamen fiebat diuortium inter Hebræum & Hebræam, quia vterque manebat in eadem lege, tenebatur regula quæ tenebat cū sit diuortium inter duos Christianos.

Vel certe mortuus fuerit. Istud aduerbium certe nihil operatur hic ad significationem: ponitur autem ista distinctio hic. s. siue vir secundus mulierem repudiauerit, siue non repudians eā mortuus fuerit: quia in quocunque istorum duorum casuum tenet quod dicitur in textu. s. quod mulier ista non poterit redire ad priorem virum qui eam repudiavit, etiam si mulier venire vellet ad ipsum & vir petat eam.

Non poterit prior vir recipere eam in vxorem. Quod dicitur de istis duobus viris dicitur de omnibus alijs quotquot eam acceperint, nam sicut primus qui acceperit eam in vxorem, & postea repudiavit, non potest eam reaccipere in vxorem, si secundus vir repudiet eam, vel moriatur, ita si secundus vir repudiavit eam, & accepit eam tertius vir, & iste moriatur non poterit

Quid scribebant in libello.

Ritus repudiandi vxorem.

poterit ea acceperit primus, nec secundus, vel et si ter- tius, qui repudiavit eam: quia eadem ratio est de utro- que, & sic si mille viri acceperunt eandem uxorem, & omnes repudiant quomodo ultimus, qui habet eam repudiat eam, nullus priorum potest eam accipere, vel si iste ultimus moriatur, litera tamen solum po- suit de duobus: quia eadem ratio reperiebatur in multis alijs quotquot essent. Quia polluta est, & abomi- nabilis facta est coram Domino. Id est quia a priore viro coram Deo & toto populo abominata est, & polluta iudicata. Ne peccare facias terram tuam. Id est ut non incites ad peccandum viros terrae tuae: quia si vir prior reduceret eam ad se cum ante abominatus fuerit, pos- set eam ex magno odio faciliter occidere, in quo com- mitteretur magnum peccatum, & pollueretur terra sanguine innocente, quod valde displicet Deo, ut pa- ter Num. 35. & supra 19. cap.

An repudium uxoris fuerit de se licitum. Et nunquid dantes gentilibus vsuras, & repudiantes uxores peccabant. Et quare lex vetus non omnia mala prohibuit, lex autem noua sic. Quast. II.

DE repudio uxoris vtrū licitum esset aliqui dubitant. Et communiter dicitur quod repu- dium potest accipi dupliciter, aut proprie, aut large: dicitur large repudium diuor- tium viri & uxoris quantum ad thorum, vel cohabi- tationem ex fornicatione, ita quod neuter possit al- teri copulari, & hoc licitum est: quia Christus illud licite fieri dixit Matth. 19. cap. repudium proprie di- citur expulsio uxoris a thoro, cohabitatione, & vin- culo matrimonij: ita quod quilibet eorum possit al- teri matrimonialiter coniungi, & de hoc dubium est: & videtur quod licitum est: quia lex iusta omne ma- lum vetat: sed lex Moysi fuit iustissima, quia a Deo, & in se ordinatissima, ut patet supra 4. cap. ergo cum- sta mala vetat: sed repudium non vetat: ergo non est malum: maior patet extra de constitutionibus. c. nā & concupiscentiam, ubi dicitur quod lex omnia ma- la prohibet.

Item quia ita videtur esse contra bonum matrimo- nij pluralitas vxorū sicut dissolutio: sed licite habue- runt sancti patres multas uxores ante datam legem, ut Abraham & Iacob: & post datam legem, ut Da- uid: ergo etiam repudium licite fiebat. Item quia di- cit Chrysostomus sicut Apostoli permiserunt secun- das nuptias, ut patet prima ad Tim. 5. ita Moyses per- misit libellum repudij: sed secundae nuptiae licite fiunt, quia dicitur quod vidua si non vult continere nubat in Domino, id est in nomine Domini. ergo licite fit re- pudium. Respondetur quod repudiatio uxoris illi- cita est, ut patet Matth. 19. cap. quia ad duritiam cor- dis eorum permissa est, sicut vsura mala est, sed pro- pter magnam cupiditatem eorum, erga alienos per- mittitur: sed hoc etiam non erat bonum, quia ut pa- tet Psal. 13. ille cum Deo habitare dicitur qui pecu- niam suam non dedit ad vsuram, & glossa Hebraica ibi dicit: nec etiam gentili. Et si queras nunquid dantes gentilibus vsuras, & repudiantes uxores pec- cabant ista faciendo, quia de se mala erant.

Respondetur quod non peccabāt, quia lex eis per- mittebat, & si vtdendo legis permissione peccarent, lex permittens mala esset, cum poneret laqueū ope- rantibus: & nihil differret colere idola quod non est permissum, a repudiando uxorem quod est permis- sum: sed istud quod secundum se malum erat, Deo dispensante per communem legem efficie- batur: Deus enim qui novit corda hominum, & di- spositiones temporum, & populorum, quod malum

de se erat alicui populo bonum facit, sed nulli homi- num licet talem facere permissionem.

Et fm hoc rñdetur ad argumenta: ad primū rñderi potest quod maior non tenet vniuersaliter: quia lex humana iustissima non vetat omne malum, quia nō vetat meretrices: immo illa lex quae meretrices ve- tarat, iniustissima esset: quia ut ait Aug. tolle mere- trices, & cuncta libidinibus conturbabis. Et si arguas ex hoc contra legem Euangelicam quae meretrices derefatur quod iniusta sit. Respondetur quod le- ges humanae sunt quaedam regulae directivae ad pacē & bonum statum politiae: si autem in ciuitatibus meretrices non essent, sequerentur multa adulteria, incertitudo prolis, & concubitus masculorum: quae maxime repugnant politiae statui. lex autem euan- gelica non respicit principaliter utilitatem, vel bonū statum quantum ad honorem, & aliqua mundana in aliqua persona, sed respicit cuiuslibet personae bonū spirituale: & quia quodlibet malū est destructiuū bo- ni status alicuius personae, ideo oē malum prohibet. Item quia quilibet Legislator qui hō est, defectuosus est: nec potest dare aliquod adiutorium ad praer- uationem ab omni malo: Deus autem potest dare homini cuiuslibet quantum potest se disponenti gra- tiam ad bene agendum, & malo resistendum: ideo iuste potuit omne malum prohibere. Et haec est ra- tio potissima quare in lege veteri non fuerunt om- nia mala prohibita, quia nō erant in ea aliqua in qui- bus homo se exercitans gratiam reciperet, sicut sunt sacramenta in lege noua: nec tantum Deus visitabat corda hominum sicut nunc visitat, & adhuc nō suffi- ciebat hoc: sed addebantur multa pena, & maledi- ctiones transgressoribus, ut patet in his quatuor libris, benedictiones quoque terrenae ad obseruationem incitantes: sed adhuc ad custodiendum grauis erat, ut demonstrat Apostolus ad Rom. 6. & 7. & 8. cap. & patet Actuum 15. cap. hoc est iugum quod nos nec patres nostri ferre non potuimus. In lege autē Euan- gelica data fuit plenitudo gratiae: ut non solum ho- mines quae praecepta sunt agant, sed multa & mira- bilia supererogent. possit autem responderi ad mi- norem cōcessa maiore, scilicet quod lex vetus iustif- sima est, & omne malum prohibet. Et ad hoc notan- dum quod iustissimum dupliciter dicitur aut abso- lute aut in comparatione. illa lex absolute iustissima dicitur quae omne iustum simpliciter respicit, nō de- scendendo ad iustum vel ad bonum politiae alicuius specialiter: & ista est lex Euangelica, & sicut absolu- te omne iustum respicit, ita absolute omne malum prohibet. lex iustissima comparate dicitur, quae bo- num alicuius gentis specialiter respicit: & illa non oportet quod omne malum absolute respiciat, sed id quod est malum illi ciuitati: cum ergo isti ciuitati bonum sit, quod meretrices sint, ut adulteria non se- quantur: ideo eas nō prohibet: sic lex vetus fuit quae- dā directio specialis politiae Iudaicae sicut patet Exo. 19. cap. quia eos solos tunc in peculiarem populum accepit: ideo bonum illius gentis specialiter atten- debat, sed illi genti adhuc infirmā bonum erat repu- diare uxores, & vsuras alienis dare, ideo permissum est. Quod autem lex vetus nō esset lex data vniuer- saliter, sed lex data alicui politiae specialiter patet: quia si foret vniuersalis omnes homines obligaret, sed nō obligat omnes homines, ergo non erat vniuersalis: lex autem euangelica vniuersalis fuit: ideo omnes homines obligat: patet differentia inter istas duas le- ges: de lege Euangelica habetur Matth. 28. cap. ubi dixit Christus ite per vniuersum mundum, & prae- dicare Euangelium omni creaturae, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui autem non credi-

Lex noua quare po- tuit omne malū pro- hibere: lex vetus non.

Notandum de duplici iustifsi- mo.

derit, condemnabitur. Ecce ergo qualiter omnes obligat ad recipiendum eam sub pena mortis aeternae. de lege autem veteri non peregrinabantur inter eos, ut patet in toto processu veteris testamenti, & praeci- pue in his quinque libris in quibus ponitur leges per hunc modum: etiam quia id quod potissimum erat in ea, scilicet circūcisio solum fuit imposita Hebris, ut patet Gen. 17. cap. ergo nō pertinebat ad alias gen- tes. Item si ad alias gentes pertineret, fuisset eis de- nunciata, sed nulli genti denunciata fuit aut prae- dicata lex vetus nisi genti Iudaeorum, quae suscepit eam in monte Synai: & postea nullus de Iudaeis iuit ad praed- icandum inter gentes annuncians teneat eos ad ob- seruationem legis veteris: in lege autem Euangelica & contrario factum est: quia in principio eius misit Christus praedicare discipulos per totum mundum praedicare Euangelium omni creaturae, ut patet Mat- thaei 28. cap. ipsi autem iuxta mandatum Christi per totam terram iuerunt, & praedicauerūt, ut patet Mar- tylo ultimo cap. cum dicitur illi autem profecti praedica- uerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Nec valet si arguas quod aliquis propheta missus sit ad praedicandum gentibus, quia fuit missus Ionas propheta, ut praedicaret Nininitis, ut patet Ionae primo cap. & per totū librum: nam non fuit Ionas mis- sus ad Euangelizandum eis circūcisionem, vel ob- seruationem veteris testamenti, sed conuersionem de peccato: vel ut verius dicatur penā infligendā cum dixit, adhuc quadraginta dies & Ninite subuertetur: ipsi autem audita praedicatione eius conuersi peniten- tiam egerunt: nec tamen propter hoc conuersi sunt isti ad Iudaismum, aut obseruauerunt aliud quod pertineret ad vetus testamentum, sed solum fecerūt penitentiam de peccato suo: hoc autem non magis pertinebat ad statum veteris legis quam ad statum naturae: quia etiam homines sine lege data sciunt se peccare, & bene agere, & egebat admoitione ad cō- uersionem: in lege noua non fiebat, sic praedicatione, scilicet quod praedicarent Apostoli, ut gentes cōuer- terentur a peccatis suis solum, sed in primis euangeli- zabant eis Iesum, dicentes hunc esse verum Deum, in quo est tota salus, sine quo impossibile erat haberi bo- num: ad quod natura humana determinata est. non ergo erat lex vetus vniuersaliter data, sed erat lex spe- cialis data cuidam politiae specialiter, scilicet poli- tiae Iudaeorum: lex Euangelica erat vniuersali- ter data, quia ad omnes homines pertinebat, & cum quilibet lex intendat bonum, & conseruationem il- lius politiae ad quam data est, quia secundum hoc di- citur lex bona vel mala, & lex vetus erat data politiae Hebraeorum, solum intendebat bonum illius gentis: lex Euangelica erat data vniuersaliter: ideo inten- dere debebat bonum vniuersaliter, scilicet id quod erat secundum se bonum.

Sed tunc arguetur aliquis quod sicut lex vetus data Hebraeis intendebat bonum politiae Hebraeorum, & quia ipsi erant imperfecti, dabatur lex imperfecta: ergo lex Euangelica quae erat ad totum orbem, debe- bat intendere bonum omnium hominum: sed ma- ior imperfectio reperitur in toto orbe, quam reperi- retur in gente Hebraeorum: ergo plura mala deberet permittere lex Euangelica quam lex vetus.

Respondetur quod politiae particulatē ordinant subiectos, siue partes suas ad bonum quod in praesenti est: & quia bonū quod est in praesenti, scilicet pax, & bonus status politiae, non conseruaretur nisi per- mitteretur aliqua mala: ideo necessarium est per- mittere aliqua mala: si autem lex Euangelica, quae to- tum mundum dirigit, vel ad dirigendum totum mun-

Lex euan- gelica est vniuer- saliter data.

Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo quod siue lex Euangelica siue vetus dirigit in vitam aeternam, sed quia in veteri lege non erant sufficien- tia remedia ad eleuandum hominem in bonum iux- ta illud Apostol. ad Hebraeos 7. cap. neminem ad per- fectum deduxit lex: immo cum non essent aliqua per quae homines reciperent gratiam, sicut sunt in nouo testamento, & lex ipsa mala prohiberet, inci- tabantur homines magis ad peccandum existente le- ge quam non existente lege, sic dicit Apostolus ad Roma. 7. cap. nam & concupiscentiam nesciebā nisi lex diceret, & ibidem virtus peccati est lex, id est id in quo fundatur peccatum est lex, quia per prohibiti- onem illius incitatur homo magis ad peccandum nō existente gratia adiutrice: in lege Euangelica non erat sic, quia dabatur sufficiens gratia adiutrans per sacramenta, in quibus homo assuefactus multum vi- goratur ad resistendum legi peccati: ergo in illa lege in qua nullum subsidium erat, non debuerunt vitari omnia mala: quia non possent omnes homines hoc facere: in lege autem Euangelica quae plenitudinem gratiae habet, non debebant consentiri aliqua mala: quia erat gratia sufficiens ad resistendum omnibus his.

Vita aeterna est inis- optimus.

dum posita est, dirigeret respectu alicuius boni futuri, scilicet ad vitam aeternam: & quia vita aeterna est finis optimus per applicationem ad illum fontē to- tius bonitatis, & totaliter immaculatum: ita ergo ip- se qui nos ad hoc bonum perducit Deus, vult ut ratio ipsa expetit quod illud bonum nō nisi per vitam im- maculatam assequamur: est autem vita immacula- ta, cum nullum malum agimus quod nos macula- tos reddere possit: & quia omne vitium siue actus per se malus, est huiusmodi: ergo omne malum de- cuit in hac lege prohiberi. Sed adhuc dicitur pro- ista parte, quod dato quod lex euangelica vellet om- nes homines regulare respectu boni praesentis, non posset: quia vnitas legum datur vnitati politiae, vel principatus, sed totus mundus non facit vnā poli- tiam, vel vnū principatum: ergo non debet eis dari vnica lex secundum bonum praesens, respectu cuius sit vnica politia vel principatus: faciunt tamen omnes homines vnū principatum & politiam se- cundum quod subdantur capiti suo Christo tanquā membra, donec occurramus in virum perfectum: & quantum ad hoc conuenit eis vnica lex ordinans eos in principem illum.

Item quilibet vna politia ordinatur in vnū bo- num tanquam in finem secundum conformitatem statuum: ergo nec erit eis eadem lex quantum ad bonum praesens, bene tamen reperitur vnū bonum commune quantum ad futurum, scilicet vita aeterna: nam omnibus erit commune bonum viso Dei: ad directionem ergo respectu illius boni bene conue- niunt omnibus hominibus vna lex, & ista est lex Euan- gelica, quia ipsa datur omnibus hominibus, ut proba- tum est: & non datur eis ad directionem respectu boni praesentis, ut patuit: ergo datur ad vitam futurā.

Item hoc patet magis quia Matth. 28. cap. ubi man- dauit Christus praedicari istam legem, dixit qui credi- derit & baptizatus fuerit: saluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur: sed saluari & condemna- ri dicunt aliquid quod pertinet ad statum futurum post mortem: ergo lex euangelica, solum dirigit ad bonum futurum. Sed adhuc arguetur quod eodem mo- do debet esse de lege veteri: nam sicut lex Euan- gelica ordinat in vitam aeternam, ita lex vetus ordinat ad vitam aeternam dirigendo homines per actus bo- nos qualiter se habeant in Deum: ergo eodem mo- do non deberet consentire aliqua mala, sed consentire: ergo & lex Euangelica consentire debet.

Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno mo- do quod siue lex Euangelica siue vetus dirigit in vitam aeternam, sed quia in veteri lege non erant sufficien- tia remedia ad eleuandum hominem in bonum iux- ta illud Apostol. ad Hebraeos 7. cap. neminem ad per- fectum deduxit lex: immo cum non essent aliqua per quae homines reciperent gratiam, sicut sunt in nouo testamento, & lex ipsa mala prohiberet, inci- tabantur homines magis ad peccandum existente le- ge quam non existente lege, sic dicit Apostolus ad Roma. 7. cap. nam & concupiscentiam nesciebā nisi lex diceret, & ibidem virtus peccati est lex, id est id in quo fundatur peccatum est lex, quia per prohibiti- onem illius incitatur homo magis ad peccandum nō existente gratia adiutrice: in lege Euangelica non erat sic, quia dabatur sufficiens gratia adiutrans per sacramenta, in quibus homo assuefactus multum vi- goratur ad resistendum legi peccati: ergo in illa lege in qua nullum subsidium erat, non debuerunt vitari omnia mala: quia non possent omnes homines hoc facere: in lege autem Euangelica quae plenitudinem gratiae habet, non debebant consentiri aliqua mala: quia erat gratia sufficiens ad resistendum omnibus his.

Alio

Alio modo responderetur quod licet vtraque lex tã Evangelica quam vetus dirigant hominem in vitam æternam, diuersimode tamen, quia lex Evangelica dirigit oēs homines, vt iam doctos & affuetos: ideo nullum malum eis permittit: lex autem vetus dirigebat homines ad vitam æternam non tanquam doctos sed adhuc tanquam rudes & inexpertos: sed rudibus & inexpertis multa cōsentiuntur inconuenientia, donec affueti sunt ad rectitudinem: ergo lex vetus non debebat omnia mala vetare: nam licet lex vetus dirigeret hominem in vitam æternam per accidens, eo quod illi qui recte cōplebant legem erant in fide mediatoris, & in charitate, principaliter tamen lex vetus quantum erat ex operibus legis nihil aliud erat quàm quedam dispositio ad perfectiorem statum, scilicet vt homines affuerent in hac ad postea accipiendam legem nouam, quæ non dirigebat in aliquam alteram tanquam in statum perfectiorem: sed immediate in vitam æternam. debuerunt ergo in lege veteri quæ erat quedam regulatio incipientium, quedam mala permitti, vt sic homines affuerent ad bonum totaliter: difficile namque erat incipientibus esse bonos & totã bonitatem via perfecta & laboriosa ostendere: quia sic fugient bonum: cũ autem paulisper itur consentiendo quedam mala, vt deueniant ad id quod est simpliciter bonum: sequitur enim lex vetus in hoc conditionem omnium legum humanarum, quæ dantur aliquibus politijs particularibus, scilicet, quod non est aliqua lex illarum simpliciter bona: nam illa lex vocatur simpliciter bona, quæ non deuiat in aliquo ad id quod malum est simpliciter, sed quicquid in ea continetur, est simpliciter bonum. si autem inquiratur aliqua lex particularis, non inuenietur talis: nam inter omnes legislationes humanas quotquot ab origine omnium politiarum traditæ sunt, nulla reperietur quæ sit simpliciter bona: ita quod in nullo deuiat a bono simpliciter ad id quod est malum: nec debet aliquis Legislator ponere optimã legem simpliciter alicui politiæ particulari humanæ: nam lex tunc bona est cum conuenit eis quibus datur secundum finem, secundum quem datur: sed homines seculares non sunt perfecti: ergo non debet eis dari lex perfecta: & sicut ipsi non sunt simpliciter boni: ita non debet eis dari lex simpliciter bona: etiam quia finis ad quem dantur leges in ciuitatibus, est ad pacem politicam: sed ad istam pacem non conuenit quod ponatur lex simpliciter bona, quia illa impedit pacem politicam: ergo non debet dari lex simpliciter bona alicui politiæ, ita quod tota legislatio sit simpliciter bona: patet antecedens quia lex quæ esset simpliciter bona, omnia mala deuitaret, & sic fornicatio simpliciter tolleretur, & meretrices tollerentur: sed si meretrices tollerentur, sequeretur magna lis iuxta illud Augu. meretrices de ciuitate tolle, & cuncta libidinibus cõturbabis: ergo tales leges quæ essent simpliciter bonæ non essent bonæ alicui ciuitati: quoniam si aliqua ciuitas intenderet ponere legem optimam, cum optima sit illa quæ maxime vitia deuitat, & virtutes promouat: sequeretur quod deberet ponere legem motuachorum & fratrum, quia ista maxime ad virtutem incitat, & promouet, cum in ea quilibet obedientiam, continentiam, & paupertatem voueat: sed manifestum est quod magna stultitia esset, talem velle condere politiam, non ergo debet alicui politiæ humanæ lex simpliciter bona imponi: quia illa omnia mala euitaret, quod inconueniens est, vt probatum est: & secundum hoc intelligitur id quod habetur extra de constitutionibus in c. nam & concupiscentiam, cum dicitur quod ideo lex bona est, quod dum concupiscentiam

Lex simpliciter bona quæ sit.

prohibet, omnia mala prohibet, scilicet omnia mala quæ sunt mala illi politiæ in qua lex data est, nõ tamẽ omnia mala quæ sunt mala simpliciter: immo illa lex simpliciter cuiuslibet ciuitati mala esset, quæ omnia mala simpliciter prohiberet, lex autem vetus fuit huiusmodi: quia dabatur hominibus imperfectis: ergo non debuit omnia mala prohibere: & in hoc conueniebat populo Hebræorum, & si non consentiret in ea Legislator aliqua mala, non conueniret populo Iudæorum, qui erat non simpliciter bonus: & quia inter cetera inter quæ homines imperfecti & vulgares magis inordinati sunt, præcipua sunt ista duo, scilicet appetitus ueneris circa quem contingit fieri varia desideria, & abominations vxorũ: ideo permixtus fuit libellus repudij. Secundum est concupiscentia pecuniarum, & circa hoc sunt desideria inordinata lucrandi: ideo vsura quæ est lucrandi modus permixta est: circa alia autem non sunt ita fortes passionnes: ideo non fuerunt factæ permissiones in alijs rebus. Ad s̄m respondetur quod antecedens est falsum. q̄ equaliter est contra bonum matrimonij pluralitas vxorum, sicut dissolutio per repudiationem: quia repudium est contra substantiam matrimonij & cõtra finem: quia facit non esse matrimonium, & prolem non gigni: pluralitas vxorum solum est contra significationem, scilicet quia non significat vnã ecclesiã Christo vnitam: ideo repugnat hoc matrimonio quod fit in lege Evangelica: quia hic magnum sacramentum est, quod ad Christum & ad Ecclesiam refertur, vt patet ad Eph. 5. cap. Item quia pluralitas vxorum erat ad maius bonum. scilicet multiplicandum populum Dei tempore illo: ideo bonum erat: repudiatio vxoris est ad euitandum maius malum, scilicet vxoris occisionem: ergo nõ in iustificatur per hoc, & sic semper manet simpliciter malum, quamuis ex diuina permissione istis licitum erat. Et si arguas quod ita deberet esse nõc, quod plures vxores acciperent viri ad multiplicationem populi Dei. Respondetur quod aliquid in se vno tempore bonum est, quod alio tempore non est bonum nec licitum: sicut de virginitate quæ nunc valde meritoria est, sed in primis parteribus si eam habere voluissent peccatum magnum fuisset: quia Deus mandauerat crescere & multiplicari: sic tempore patriarcharum erat populus Dei paucus: ideo bonum erat non solum vnã vxorem accipere ad generandum, sed etiam plures, dum non excederetur: ita quod magis fieret ad carnis illecebras quàm ad generandi intentionem: sed nunc ita est multiplicatus populus Dei, quod sufficit vnã, & adhuc melius foret nullam habere, vt patet prima Cor. 7. cap. & patet quia nunc non dantur vxores in officium, scilicet ad generandum, sed in remedium, scilicet ad fornicationem vitandam, vt patet prædicto cap. bonum est mulierem nõ tangere, propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat. Ad tertium respondetur quod s̄m sicut in auctoritate Chryostomi nõ dicit omnimodam similitudinem, sed aliquãlem, quod sicut licite celebrantur nuptiæ secundæ in lege euangelica: etiam licite celebrantur repudiæ in lege Moysayca, sed non æqualiter licite: quia nuptiæ secundæ sunt de consilio: vel de permissione respectu maioris boni, repudiũ erat permixtum respectu maioris mali: & secundæ nuptiæ in se bonæ erant sine aliqua permissione, licet non essent ita bonæ sicut continentia vidualis vel virginitas: repudium autem in se malum erat: ideo si non fuisset permixtum, non licuisset illud agere. Cum accepit homo nuper vxorem. Hic ponitur secundum, s. de viri & vxoris cohabitatione. Quia Deus volebat quod in cohabitatione nõua conuincata firma-

De viri & vxoris cohabitatione.

retur

retur amor viri ad vxorem: nec videbatur rationabile quod noner coniuncti sic separarentur, & maius priuilegium datur hic quàm fuerat supra 20. cap. scilicet quod qui nondum acceperat vxorem sibi desponsatam, quod non exiret ad bellum: hic dicitur quod etiam postquam eã acceperit carnaliter cognoscendo per totum illum annum: alij autem tres qui ponuntur supra 20. cap. nõ gaudent ampliori priuilegio quàm ibi ponitur. Nec quidpiam necessitatis publica ei imponitur. Aliqui volunt quod intelligatur de pertinentibus ad bellum, vt portare vitualia ad bellatores, sed magis videtur quod referatur ad omnes labores vel solutiones publicas: & hoc sic seruãt Iudæi: quia si tributa soluturi sũnt, ipsi inter se disperiunt, vt nouiter ducentes vxores in hoc releuentur: vt solum illo anno infédar rebus suis: & ad minus oportet cõcludi ex textu quod non solum excusetur a rebus bellicis, sed etiam ab omnibus alijs laboribus, qui eum separant a cohabitatione quotidiana vxoris. Quia dicitur vacabit absque culpa domui suæ. Ita quod maneat in domo, & non solum hoc, sed etiam quod non soluat aliquid de tributis publicis: quia absque culpa, id est absque aliqua impositione grauãte debet vacare domui suæ, id est ad utilitatem domus suæ nihil curans de publicis: quia domui in datiuo acquisitiue ponitur: si autem poneretur in ablatiuo esset sensus, quod permitteretur stare in domo sua, ita quod non cogere-tur ire foras ad negotia publica, sed nõ excusaretur a tributis propter hoc. Non accipies. Hic ponitur tertium, s. de suppellectilis ordinatione: quia in vita œconomica necesse est habere suppellectilia quæ sunt instrumenta ad vitam humanam: ideo Philosophus 1. Polit. ponit tres partes essentielles œconomice cuiuslibet. Virum & mulierẽ, & bouem aratorem s̄m sententiam Hesiodi, & intelligit per bouẽ seruum & alia suppellectilia: & ideo ista non debebant in pignus accipi, ne destrueretur cõcicatio œconomica quæ in his sustentatur. Loco pignoris superiorem & inferiorem molam. Id est duas molas quæ terunt farra, quarum vnã est quæ mouet superior, alia est inferior quæ immobilis est. Et est sensus quod nulla istarum molarum in pignus accipiatur: quia vnã sine aliã nihil valet: vel non accipiat ambas: quia istæ dant cibum toti domui, & sunt valde necessaria: & etiam non debet prohiberi ne molant propter aliquod debitum: quia multum in hoc damificaretur dominus earum, & nihil sic solueret: forte enim magis perderet dominus tempore quo non molarẽt molæ quàm valebat debitum, & nihil releuaretur sic perdendo: ideo nulli licet talem facere pignoris detentionem: sed melius est quod permittantur molere: & ea quæ inde peruenerint accipiat creditor, donec vniuersum debitum sit persolutum, dum tamen interim necessaria domino ministrentur. Et per hoc prohibentur omnia pignora quorum vsus necessarius est vt vestimentum: ideo mãdatur infra quod pignus pauperis reddat ei qualibet nocte ante solis occasum, vt dormiat in eo: & sic habetur Exo. 22. cap. Quia animam suam apposuit tibi. Id est quia aĩa. i. vita habentis molas est in eis, cum ex eis habeat vnã viuat. Et si tu accipias eam anima illius, id est vita sua apponatur tibi, id est manet apud te, & hoc fieri non debet.

De suppellectilis ordinatione.

De legalitate ad quãdam alias res.

De punitione humana.

vel per confessionem suam vel per testes: quia aliàs nulla pena infligi poterat. Sollicitans fratrem suum. Id est fraudulenter ei loquens, vt ducat eum in locum vbi vendere possit. sollicitando eum vt veniat cum ipso ad terram hostilem: sicut aliqui Christiani falsi pueros decipiunt, & ducunt eos vt sarracenis vendant. Et vendito eo acceperit precium. Non infligebatur pena mortis pro sola sollicitatione: sed quod actualiter vendidisset, dabatur alia pena minor ad arbitriũ iudicis: sicut in furante ouem vel bouem si non comedisset, vel vendidisset, soluebat quinque boues vel quatuor oues: si autem nondum comederat, vel vendiderat, duplum dabat, vt patet Exo. 22. cap. quia si nondum vendidisset, nõ plene constabat vtrum ad vendendũ accepisset. Acceperit precium. Quod autem aliquis vendidisset aliũ sufficiebat ad punitionẽ capitalẽ, etiam non probato quod sollicitauerit, vel quod precium acceperit, sed ista ponuntur ad demonstrandum veram venditionem: quia aliquis maior viginti annis potest pati se venditari ad participandum precium, vt habetur Instituta de iure personarum. s. serui autem. Et licet aliqis vere vendiderit aliquid, & probetur, obijciat quod alius permisit se vendi ad participandum precium. Si autem probetur quod iste sollicitauit eum, & quod recepit precium venditionis, eliditur vtraque pars exceptionis. s. quod voluntarie venditus fuit, & affecutus fuit precium: & etiam s̄m legem Moysaycam quilibet se poterat vendere, vel permitti vendi ab alio, vt patet Exo. 21. & Leui. 25. c. Interficietur. In hoc furto imponitur maior pena quàm in alijs: quia in nullo aliorũ imponit pena mortis, sed solutio quintupli, vel quadrupli, siue dupli, vt patet Exo. 22. c. hic autẽ propter dignitatem hominis imponitur pena mortis. Auferes malum de medio tui. Id est malum culpe vt indirectio culpe ordinetur per regulationem iustitiæ. vel. Auferes malum. Scilicet malum damni: quia si relinquatur impunitus non formidabit postea cõmittare similia. Obserua diligenter. Hic ponitur secundum de pena diuina. Obserua plagam lepræ. Vt non incurras in eam.

De pena diuina.

Plaga lepra propter quid specialiter infligebatur a Deo. Quæst. III.

EX hoc notatur quod ista plaga a Deo specialiter infligebatur propter peccata: ideo cauendo a peccatis cauemus a lepra. Et patet etiã supra de Maria quæ a Deo percussa fuit lepra: & infligebatur principaliter ista plaga propter duo. Primo propter murmurationem de prælatiis & maioribus, vt patet de Maria quæ murmurauit de Moyse, vt patet Nu. 12. cap. & percussa fuit lepra. Secundo propter inobedientiam ad sacerdotes vel quoscunq; platos spirituales: & ita percussa fuit lepra rex Ozias: quia noluit consentire sacerdotum mandato ne thurificaret, sed vsurpauit officium sacerdotale offerendo incensum, vt habetur 4. Reg. 15. cap. & 2. Paralip. 26. cap. & hoc est quod subditur. Sed facies quæcunq; docuerint sacerdotes Leuitici generis: Quia si non feceris ea incurres morbum lepræ: littera Hebraica est breuior hic. s. Obserua in plaga lepræ, sed facies quæcunq; docuerint te. Id est obserua quod si incurreris plagam lepræ, vt facias secundum mandata sacerdotum: quia ipsi iudicabant aliquem leprosum vel non leprosum faciendõ diuersas cõmmonias: de quibus Leuit. 13. & 14. cap. sed magis concordat prima expositio secundũ vtranque literam, patet per exemplum quod inducit de Maria. Memento que fecerit Deus vester Maria. Scilicet quod percussit eam lepra, quia murmurauit cõtra Moysem, vt patet Nu. 12. c. In via cum egredimini de Aegypto.

Aegyptus. Scilicet vigesimo anno ab exitu de Aegyptu in mense tertio vel quarto illius anni, in mansione qua dicitur Aseroth, & mansit populus septem dies propter immunditiam Mariae donec mundaret, vt patet Num. 12. cap. istud exemplum non ageret ad propositum in secunda expositione: ideo tenenda est prima: nam in prima expositione dicitur quod cauere debet quilibet, ne incurrat maculam lepra: & ad hoc debet sacerdotibus obedire, quibus obediendo non fit lepra: & inducit exemplum de Maria qua ga non obediuit, sed murmurauit de Moyse, vt patet supra 12. cap. Nu. fuit percussa plaga lepra: aduertentes autem ad ipsam punitionem obediemus diligenter non murmurantes de prelati nostris: tamen secundum secundam expositionem non conuenit iste sensus, quia dicitur in secunda expositione quod caueamus quod in plaga lepra, id est quado aliquis nostrum habuerit plagam lepra obseruamus ea qua madauerint sacerdotibus leuitici generis: & quantum ad hoc non conuenit exemplum de Maria: quia Maria non obseruauit specialius mandata data sacerdotibus qualiter se haberet in inspiciendo lepram, vtrum esset lepra alia non: & ad hoc nihil agebat exemplum de Maria quod debuisset conuenire aliquo modo in isto casu, s. vt ipsa obseruasset specialiter: & propter hoc necesse est ad primam expositionem referri in qua innuitur de Maria: quia Maria non obseruauit specialius mandata data, sacerdotibus qualiter se haberet in inspiciendo lepram vtrum esset lepra alia non: & ad hoc nihil agebat exemplum de Maria, quod debuisset conuenire aliquo modo in isto casu, s. vt ipsa obseruasset specialiter: & propter hoc necesse est ad primam expositionem referri in qua innuitur de Maria, quod lepra fuerit ei data in plagam, quia non fuit obediens mandatis superiorum: aut quia murmurauit de eis: ex quo nos moniti multum debemus talem plagam lepra cauere: & hoc ponitur hic specialiter: quia plaga lepra faciebat quandam maiorem irregularitatem, quam aliqua alia immunditia: quia quaedam immunditia erant quae yebant hominem ab accessu ad loca sacra, sicut si quis tetigisset domum in qua erat aliquis mortuus, vel aliquid quod staret in domo mortui, vt patet Num. 19. cap. & sic de similibus: si quis tamen tetigisset eum qui sic immundus erat, non contaminabatur, vel res quae ad eum accedebat, non erat cotaminata, & iste erat minimus gradus contaminationis legalis: alia autem similes ponuntur Leui. 11. & 15. secundum genus immunditiae erat, quando aliquis non solum erat immundus, sed etiam quicunque eum tangeret, erat immundus: & non solum homo tangens illum, sed etiam res inanimata: vt patet de muliere qua patitur menstruum tempore determinato a natura. s. in quolibet mense: quia ista non solum erat immunda in se sed etiam tangentes eam immundi erant, & arcebantur ab ingressu sanctuarij, vt patet Leui. 15. cap. & durabat immunditia in eo qui tangebatur eam, vique ad vesperam, & lectus in quo sedebat, & quicquid ipsa tangeret immundum erat: & si aliquis vir aut femina tangeret lectum eius, immundus erat per totam illam diem, & lauabit vestimenta sua, & omnia vasa quae tangeret immunda erant: si vero aliquis vir coiret cum ea, erat immundus septem diebus: eodem modo quasi de muliere qua patitur fluxum sanguinis non in tempore menstruali: quia eadem fient in ea, vt habetur Deut. Leuit. 15. c. in isto secundo gradu contaminationis, licet ista contaminarent tactu suo alias res, tamen non excluderentur a castris: alij erant contaminati qui non solum erant in se contaminati, & tactu suo alios inficiebant, sed etiam excluderentur a castris, vt viri fluen-

tes femine: quia patetiores sunt, & abominabiliores, & insanabiliores: ideo mandabat Deus specialiter ab ista immunditia esse cauedu: etiam quia ista pro peccatis magis quam alia imprimitur. *Cum repetes*. Hic ponitur s. m. de proximorum pietate & continet duo. Primum de redditione pignorum. Secundo de solutione mercedum ibi. *Non negabis mercedem. Cum repetes a proximo tuo*. Intellegitur quasi debitor soluere non potest, & creditor vadit ad domum eius accepturus pignora. *Non ingredieris domum vt pignus auferas*. Quia iniuria fieri vt cum aliquis domum alterius inuito eo ingreditur: vel quia si tu intrares ad accipiendum pignus, acciperes quod velles de melioribus quae videres: sed Deus vult quod pauper det, quod voluerit: vel quia si intrares domum eius posses videre aliqua, de quibus ipse verecundaretur. *Sed stabis foris*. Ad accipiendum quicquid dederit. *Non pernoctabit apud te pignus*. Quia in illo dormit pauper: intellegitur de pignoribus quae ad lectum pertinent, quae necessaria sunt per noctem, & vocantur largo modo vestimenta: proprie vestimenta sunt quibus per diem contenti ambulamus: & potest etiam accipi pro vestimento quo vrimur in die: quia pauperes pauca lecti habentes stramenta, vestibus quae per diem induunt, noctibus contenti sunt: & eodem modo si sit pignus cuius usus sit necessarius per diem & non per noctem pernoctabit apud creditorem, sed in die reddetur pauperi debitoris: & sic quotidie reddendo commoueret creditor debitorem, vt laboraret ad solutionem: & verecundia ductus citius persolueret. *Vt habeas iustitiam coram Deo tuo*. Id est vt Deus tuus reputet tibi hoc ad iustitiam.

Iustitia quid in proposito. Et quod sit duplex iustitia: & quas partes singulae habeant. Quaest. 1111.

ET vocat hic iustitiam qua legalis est & est ois virtus: & vocatur maxima virtus lucens quasi lucifer & hesperus, vt patet 5. Ethico. Iste modus loquendi de iustitia est frequentatus in scripturis. s. vt quilibet bene operans vocetur iustus cum dicitur: iustus vt palma florebit in domo Domini: & alibi iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & sic de ceteris: non potest autem hic accipi pro iustitia particulari: quia non solum sunt isti boni secundum iustitiam distributiuam & commutatiuam, sed etiam secundum alias virtutes, & fortitudinem, & temperantiam, & ceteras. Diuiditur autem ista iustitia in duas. s. in particularem, & legalem: iustitia particularis est quaedam virtus specialis directiuam secundum quam homo bene se habet ad alterum in his quae pertinent ad communicationem vitae, vt circa honores, circa pecunias, circa damna, & lucra: per istam iustitiam cuiusque damus quod suum est, siue honorem, siue reuerentiam, siue pecunias, vel quodcunque aliud: & de hac iustitia loquitur Apostolus ad Ro. 13. cap. dicens reddite ergo omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui honorem honorem: nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis: hac autem iustitia particularis bipertitur in commutatiuam, & distributiuam. Distributiuam est in qua de bonis alicuius communitatis, vel vniuersitatis, collegij, aut societatis aequaliter praemia & poena aliquibus distribuuntur consideratis meritis causarum, vel dignitatibus personarum. Commutatiua est secundum quod aliqui duo inter se recte commutant in quocunque genere contractus siue commutationis occulti, siue manifesti, voluntarij, siue violenti: de voluntarijs apparentibus vt in emptione, & venditione, mutatione, & fideiussione, vti, & depositione, & condictione:

De proximo pietate in redditione pignorum, & solutione mercedum:

tionem occultis ut in mechia, ueneficio, seductione serui reductione dolosa, occisione, paragogia, falso testimonio, in manifestis vt violētis, ut in uerberatione, & uinculatione, morte, atque rapina, oratione, accusatione, iuratione, qualiter aut distributiuam iustitiam in 4. minimis. i. i. 4. terminis sit, & quae attendat ibi aequalitas s. m. geometricam proportionem, & qualiter commutatiua teneatur medietas arithmetica, & qualiter in vtraque attendatur medium rei & non rationis, prolixioris inquisitionis est, nec multum tangit, ideo omitto, distinguitur autem ista iustitia particularis, siue commutatiua siue distributiuam a qualibet alia uirtute particulari, quia quilibet aliarum est circa aliquam passionem, & principaliter est ad bonum habentis scilicet qualiter bene se habeat intra se contra insultos deordinatos passionum. iustitia autem particularis principaliter est in regulatione actionum, quae sunt ad alterum: ideo iustitia uocatur bonum alterius, & non habentis, ut patet princ. 5. eth. Arist. Iustitia legalis multipliciter dicitur. Vno modo iustitia legalis pro qualibet uirtute specialis prout praeter finem suum particularem habet quaedam aliam finem communem, quem intendit lex, & quia lex praecipit omnem actum uirtutis vt est ad bonum commune, ideo omnes uirtutes simul sumptae faciunt vnam iustitiam legalem, sicut plures habitus particulares in speculatiuis per aggregationem faciunt vnum habitum, quae est una scientia corporalis, & secundum istum modum potest uocari temperantia legalis, & mansuetudo legalis, in quantum qualibet earum potest ordinari in altiore finem scilicet in bonum commune. Sed ista positio non multum conuenit intentioni philosophi nec veritati, quod probatur quia obiectum determinatum facit habitum esse determinatum, cum habitus recipiat speciem ab obiecto. iustitia legalis habet obiectum distinctum ab obiectis aliarum moralium uirtutum, quia intendit bonum communitatis, alij autem habitus intendunt quoddam bonum particulare, ergo erit distinctus habitus ab alijs. Et si ista deas, quod non oportet poni iustitiam legalem habitum distinctum ab alijs uirtutibus, quod omnes uirtutes habeant sua obiecta particularia, deinde ordinentur in bonum commune, nec erit aliquis habitus, qui specialiter sit circa bonum commune. Sed hoc non ualet, quia nulla uirtus habet duo obiecta, sicut nulla res habet duas essentias duarum specierum, nisi forte illa obiecta habeat subordinata. s. quod vnum sit prius, & ad aliud secundario, & ad vnum sit per se a quo recipiat esse, & ad aliud sit per accidens tunc ergo quae uirtutes sint primo ad obiectum, quod est bonum commune, vel ad bonum particulare, si autem dicas quod primo sunt ad obiectum commune, hoc falsum est, quia ab illo reciperet speciem, & cum illud sit unum, & simplex, ergo uirtutes omnes erunt simpliciter vna uirtus, & vna species, quod est falsum & absurdum. Si autem primo sint ad obiectum, & bonum per se, recipient speciem ab illo, & per accidens erunt ad bonum commune, hoc autem inconueniens est, quia cum bonum commune melius & diuinius sit bono particulari ut ait Arist. 1. eth. oportebat per se, & magis illud intendere, quam bonum particulare, sed istae uirtutes non possunt ad id ad bonum commune, & dirigat actus habituum particularium ad commune bonum. Item quia cum isti habitus sint de se ad bonum particulare, non possunt esse ad bonum commune nisi ab aliquo dirigantur superiori, quod per se sit in bonum commune: oportebit ergo dari iustitiam legalem, quae per se & totaliter sit in bonum commune, & deinde ceteras uirtutes ordinet in bonum commune. Item quia dicimus, quod iustitia legalis est uirtus propria principis, sed non est dicendum quod omnis uirtus sit uirtus propria principis: ergo iustitia legalis, non est omnes uirtutes simul sumptae, & patet quia proprium distinguitur contra commune, si ergo datur aliqua uirtus propria principi, ergo oportet dari aliquam communi, sed si omnes uirtutes simul essent iustitia legalis, omnes uirtutes essent uirtus propria principis, & nulla esset communis quae repugnat ex natura rei. Item idem non distinguitur contra seipsum, sed iustitia legalis distinguitur contra iustitiam particularem, ergo iustitia legalis non erit omnes uirtutes simul sumptae, aut patet per Arist. 5. eth. Alio modo accipitur iustitia legalis pro omni uirtute, ita quod quilibet uirtus uocetur iustitia, & habens quamlibet uocetur iustus s. m. quod omnes conueniant cum definitione iustitiae. nam iustitia est constans & perpetua uoluntas reddens unicuique, quod suum est, vt patet in iustitia de iustitia & iure in principio siue, quod iustitia est habitus inclinatus ad reddendum unicuique, quod suum est. In eo autem quod aliquis bene se habet reddendo quod suum est, dicitur iustus, vt si aliquis bene se habet ad Deum reddendo aliquid quod debet Deo, & bene se habet ad omnem hominem reddendo id quod debet unicuique, ut patet in 8. & 9. eth. & bene se habet ad seipsum reddendo sibi id ad quod sibi ipsi tenetur, ergo in ois bene se habet iustitia, & non sunt plures ad quos nos bene habemus: ergo ad omnes ad quos bene habemus est iustitia, sed uirtutes sunt ad hoc quod ille qui eas habet bene se habeat: ergo omnes uirtutes quantum ad hoc sunt iustitia quaedam. nam latra secundum quam Deum colimus est iustitia, quia ei cultum debemus, & in quantum ei reddimus iuste agere dicimus, pietas est s. m. quam praes honoramus est quaedam iustitia, s. m. quod tenemur parentes honorare tanquam Deos, ut patet in 9. eth. per Arist. temperantia est quaedam iustitia s. m. quod non fornicamur cum uxore alterius, quod est facere illi ad quod tenemur illi, & mansuetudo est quaedam iustitia s. m. quod per eam compescimus iracundiam, & non percutimus, vel conuiciamur alicui ad quod ei tenemur. Et fortitudo est quaedam iustitia, in quantum per fortitudinem non desermus acie pugnantium, & non fugimus, nec dimittimus arma ad quod obligamur conuati. Eodem modo facilliter de ois alijs uirtutibus moralibus, patet applicatio, & differunt isto modo uirtutes, quia in quantum per temperantiam habet se aliquis ad certum obiectum. s. ad delectationes, & tristitias, ad quas non se habet per liberalitatem, distinguitur temperantia ad singulis, & in quantum quilibet istarum est per quod aliquis se habeat bene ad aliquem uocatur iustitia, & iste modus accipiendi iustitiam frequentissimus est in sacra scriptura, vt patet ad hebre. 11. c. s. iustus ex fide uiuit. i. fidelis: nam si accipitur iustus specialiter pro eo qui habet iustitiam particularem, non est verum quod iustus uiuat ex fide, sed magis ex actu iustitiae in commutando vel distribuendo, cum quilibet habitus conferatur per suum actum, sic etiam dicitur ad Ro. 10. c. corde creditur ad iustitiam, id est quod aliquis sit fidelis, & bonus acceptus Deo, oportet vt credat corde, & per illam solam credulitate est bonus, sic est Ge. 15. c. s. credidit Deo Abrahā, & reputatus est ei ad iustitiam. quia istud credere quod Abrahā hūit ad Deū, fuit actus fidei & non poterat ei imputari istud credere nisi ad fidem, dicitur tamen quod reputatum est ei ad iustitiam. s. ad iustitiam legalem, quia licet esset actus fidei istud credere, quia tamen tenebatur Deo credere propter eius reuerentiam, sicut aliquis solueret alteri decem quae accepit mutuata, cum reddidit, egit ad quod tenebatur, ideo Deus reputauit ei ad iustitiam tanquam si aliquid alterum Deo debuit perfoluisset, sic etiam accipitur hic cum dicitur. *Et habebis iustitiam coram domino Deo tuo*. Id est Deus reputabit te iuste egisse reddendo ei uestimentum quo indigebat, nam licet istud reddere sit actus misericordiae, quia tamen

pria principis, sed non est dicendum quod omnis uirtus sit uirtus propria principis: ergo iustitia legalis, non est omnes uirtutes simul sumptae, & patet quia proprium distinguitur contra commune, si ergo datur aliqua uirtus propria principi, ergo oportet dari aliquam communi, sed si omnes uirtutes simul essent iustitia legalis, omnes uirtutes essent uirtus propria principis, & nulla esset communis quae repugnat ex natura rei. Item idem non distinguitur contra seipsum, sed iustitia legalis distinguitur contra iustitiam particularem, ergo iustitia legalis non erit omnes uirtutes simul sumptae, aut patet per Arist. 5. eth. Alio modo accipitur iustitia legalis pro omni uirtute, ita quod quilibet uirtus uocetur iustitia, & habens quamlibet uocetur iustus s. m. quod omnes conueniant cum definitione iustitiae. nam iustitia est constans & perpetua uoluntas reddens unicuique, quod suum est, vt patet in iustitia de iustitia & iure in principio siue, quod iustitia est habitus inclinatus ad reddendum unicuique, quod suum est. In eo autem quod aliquis bene se habet reddendo quod suum est, dicitur iustus, vt si aliquis bene se habet ad Deum reddendo aliquid quod debet Deo, & bene se habet ad omnem hominem reddendo id quod debet unicuique, ut patet in 8. & 9. eth. & bene se habet ad seipsum reddendo sibi id ad quod sibi ipsi tenetur, ergo in ois bene se habet iustitia, & non sunt plures ad quos nos bene habemus: ergo ad omnes ad quos bene habemus est iustitia, sed uirtutes sunt ad hoc quod ille qui eas habet bene se habeat: ergo omnes uirtutes quantum ad hoc sunt iustitia quaedam. nam latra secundum quam Deum colimus est iustitia, quia ei cultum debemus, & in quantum ei reddimus iuste agere dicimus, pietas est s. m. quam praes honoramus est quaedam iustitia, s. m. quod tenemur parentes honorare tanquam Deos, ut patet in 9. eth. per Arist. temperantia est quaedam iustitia s. m. quod non fornicamur cum uxore alterius, quod est facere illi ad quod tenemur illi, & mansuetudo est quaedam iustitia s. m. quod per eam compescimus iracundiam, & non percutimus, vel conuiciamur alicui ad quod ei tenemur. Et fortitudo est quaedam iustitia, in quantum per fortitudinem non desermus acie pugnantium, & non fugimus, nec dimittimus arma ad quod obligamur conuati. Eodem modo facilliter de ois alijs uirtutibus moralibus, patet applicatio, & differunt isto modo uirtutes, quia in quantum per temperantiam habet se aliquis ad certum obiectum. s. ad delectationes, & tristitias, ad quas non se habet per liberalitatem, distinguitur temperantia ad singulis, & in quantum quilibet istarum est per quod aliquis se habeat bene ad aliquem uocatur iustitia, & iste modus accipiendi iustitiam frequentissimus est in sacra scriptura, vt patet ad hebre. 11. c. s. iustus ex fide uiuit. i. fidelis: nam si accipitur iustus specialiter pro eo qui habet iustitiam particularem, non est verum quod iustus uiuat ex fide, sed magis ex actu iustitiae in commutando vel distribuendo, cum quilibet habitus conferatur per suum actum, sic etiam dicitur ad Ro. 10. c. corde creditur ad iustitiam, id est quod aliquis sit fidelis, & bonus acceptus Deo, oportet vt credat corde, & per illam solam credulitate est bonus, sic est Ge. 15. c. s. credidit Deo Abrahā, & reputatus est ei ad iustitiam. quia istud credere quod Abrahā hūit ad Deū, fuit actus fidei & non poterat ei imputari istud credere nisi ad fidem, dicitur tamen quod reputatum est ei ad iustitiam. s. ad iustitiam legalem, quia licet esset actus fidei istud credere, quia tamen tenebatur Deo credere propter eius reuerentiam, sicut aliquis solueret alteri decem quae accepit mutuata, cum reddidit, egit ad quod tenebatur, ideo Deus reputauit ei ad iustitiam tanquam si aliquid alterum Deo debuit perfoluisset, sic etiam accipitur hic cum dicitur. *Et habebis iustitiam coram domino Deo tuo*. Id est Deus reputabit te iuste egisse reddendo ei uestimentum quo indigebat, nam licet istud reddere sit actus misericordiae, quia tamen

Iustitia quid sit.

Latra quid sit.

Uirtutes quomodo differant.

hoc exhibere pauperibus, & totaliter egentibus debemus, dicitur iustum agere talia facientes. iste modus accipiendi iustitiam est convenientissimus sacre scripture, quia plerumque auctoritates in ea reperiuntur de iustitia, quae ad hunc sensum necessario reducendae sunt, non tamen convenit modo loquendi Arist. quia secundum Arist. ponitur iustitia legalis ut unus habitus, hic autem sunt multi habitus quot sunt particulares virtutes, pro hac parte faciunt omnia argumenta, quae posita sunt in superiori modo loquendi de iustitia, & hoc non ad probandum quod sacra scriptura non sic accipiat, sed ad probandum quod non sic accipit Arist. Nec est inconveniens modum loquendi sacre scripturae discrepare hic ab Arist. quia in plerisque sacra scriptura propria significata dictionum non observat. Arist. autem observat: & sic scriptura ponit iustitiam pro quolibet de multis habitibus Arist. autem accipit pro uno habitu. Alio modo volunt quodammodo iustitia legalis, sit obedientia totius legis, quia lex omnia bona iubet, & omnia mala vetat, ut patet per Arist. 5. Eth. cum dicitur, praecipit autem lex omnem actum virtutum, praecipit. n. opera fortis facere, ut non derelinquere aciem, nec fugere, nec abiciere arma, & quae temperati ut puta non machari, nec conuitari, & quae mansueti, ut puta non percutere, nec contendere, similiter autem & secundum alias virtutes & malitias has quidem iubens, has autem prohibens. cum ergo homo agit aliquod bonum, quod mandat lex, quia illud mandat lex, vocatur iustus legaliter, & hoc modo actus omnium virtutum possunt accidere in iustitia legali: si n. aliquis non fornicetur, quia turpe est, solum ille est temperatus, si autem non fornicetur, quia lex prohibet, vocatur iustus legaliter. & hoc tenet aliquo modo Franciscus de Mayronis super tertium sententiarum.

Sed non proprie dicitur quod iustitia legalis sit obedientia: primo quia iustitia legalis est amplior, & nobilior quam obedientia. Amplior quidem quia obedientia solum extenditur quantum ad ea quae in lege scripta sunt, vel a rectore politici imperantur, iustitia autem legalis comprehendit omnem actum humanum, nullus est enim actus de quo est data lex, siue non sit data, quem ad bonum commune ordinare non possumus.

Item quia iustitia legalis nobilior est quam obedientia: quia perfectior & altior ratio est diligere quam obedire, sed iustus legalis facit omnia ad bonum communis, non quia lex mandat illa, sed quia talia fieri utile communitati & bonum est: ergo excellentior est.

Item si iustitia legalis esset obedientia, non esset finis legalis iustitiae bonum commune, sed obedire legi & licet obediendo legi faceret ad bonum commune, tamen intentio facientis esset per se obedire legi, per accidens autem procurare bonum commune, licet lex omnia ad bonum commune ordinet, sed contrarium vult Ari. in 5. Eth. scilicet quod sicut iustitia particularis est per se ad bonum commune.

Item quia iustitia legalis dicitur preciosissima virtutum & fulgens inter alias, sicut lucifer & hesperus inter stellas, ut patet in principio, 5. Eth. Et hoc quia est de maximo bono, cum aliae virtutes intendat quoddam bonum particulare, sed intendere bonum commune est maius bonum quam obedire legi: ergo iustitia legalis est de communi bono: & non de obedientia; antecedens patet quia lex posita est propter commune bonum cum sit quaedam mensura, vel regula directiva actuum humanorum in bonum commune, ut est de se notum, & patet saepe in 5. ethi. nisi sit apostediasmenos, i. lex posita sine ratione, quae proprie non vocatur lex, finis autem semper perfectior est his quae sunt ad finem ut patet 1. eth. in principio. Item patet hoc clarissime quia iustitia legalis est propria virtus principis, cum ipse sit

Iustitia legalis est amplior & nobilior obedientia.

Finis perfectior est his quae sunt ad finem.

persona publica. Et sicut alii se habent ad bona particularia tanquam ad bona propria & adequata, ita princeps se debet habere ad bonum commune tanquam ad quoddam bonum proprium & adequatum, sed princeps nullam obedientiam habet, quia legibus subiectus non est, ergo iustitia legalis non est obedientia. Accedendo autem in radice ad positionem Arist. dicendum est quod iustitia legalis est quaedam virtus, quae in essentia sua una est & particularis, sicut quilibet alius habitus, sed dicitur virtus generalis, quia eius actus est ordinare actus omnium virtutum in bonum commune: quolibet. n. virtus habet propriam materiam, & proprium bonum quod est finis, finis autem temperati est ut aliquis intra seipsum bene dispositus sit ad delectationes, & tristitias, finis fortitudinis est ut bene se habeat homo ad timores & audacias, & sic de qualibet alia virtute. finis autem iustitiae particularis est bonum particulare alterius, quia omnis iustitia bonum est alterius quam habentis: finis enim iustitiae particularis commutativae est bonum eius cum quo commutatur. finis distributivae iustitiae est bonum eorum quibus. aliquis distribuitur. finis autem, vel bonum legalis iustitiae est bonum commune totius politici: ideo ordinat omnes virtutes ad bonum commune: nec habet aliquod bonum speciale, vel materiam specialem, sicut ceterae virtutes: qui enim recte commutabat per iustitiam particularem, intendebat bonum illius, cum quo commutabat prout est quidam homo singularis. Iustitia legalis facit ut iste commutet cum illo homine singulari recte: non ut est quidam homo singularis, sed ut est quaedam pars communitatis politicae, ideo primo intendit bonum commune, quam bonum particulare, & ob hoc bene facit isti, quia bonum istius redundat in bonum commune, ut pars illius est. Iustitia autem secundum se dicitur quandam equalitatem ut patet quinto ethico. equalitas autem non est ad se, sed ad alterum, ideo omnis iustitia ad alterum est, sed alterum accipitur dupliciter.

Vno modo alterum id est aliud singulariter consideratum, & sic iustitia particularis est ad alterum cum quo commutamus, vel cui aliquid distribuimus.

Alio modo dicitur ad alterum id est ad communitatem, & sic quolibet pars communitatis cum bene se habet ad communitatem, dicitur bene se habere ad alterum, & hoc modo iustitia legalis dicitur ad alterum, quia per eam quilibet de communitate ordinat omnes operationes suas ad bonum communis, & cum omnes homines quibus communicamus aliquo modo partes communitatis sint, & bonum commune resultet ex bonis privatorum coniunctis, quando cum aliquo iuste communicamus, ideo iuste communicare debemus, ut bonum illius pars boni communis est: hoc modo ordinamus actum iustitiae particularis in bonum commune per iustitiam legalem. Actus autem aliarum virtutum de se non sunt ad alterum, sed ad quoddam bonum particulare nostrum, ut intra nos bene dispositi simus, sed quia nos ipsi partes sumus communitatis, tunc actus istarum virtutum ad bonum commune ordinabimus, si ideo fortes esse volumus, quia per hoc rem publicam defendimus, vel si temperati ut per hoc non noceamus aliis cum inebriati fuerimus quae sunt partes politicae, vel ne per incontinentiam alicuius vxorē de adulterio sollicitemur, quod ad iniuriam alicuius de civitate reducat: & sic de qualibet alia virtute: & sicut se habet ista virtus inter morales ordinando alias ad bonum commune quod est excellentius bonis particularibus, ad quae ordinantur aliae virtutes de se, & ideo laudabilior est, & melior aliis in quantum bonum commune melius est & divinius bono particulari, ut ait Ari. 1. eth. in principio, ita charitas se habet inter virtutes theologicas quod ordinat actus omnium virtutum theologiarum siue moralium ad Deum,

Quid iustitia legalis iuxta Arist. opinionem.

Charitas ordinat actus spei quod est de Deo ut de obiecto.

De solutione mercedum.

Tria peccata ad Deum clamant.

ad Deum, qui est obiectum & bonum summum, & tamen excedit proportionaliter ista charitas legalem iustitiam quantum Deus excedit bonum commune civitatum sicut excedebat iustitia legalis iustitiam particularem, sicut bonum commune bonum privatum. charitas. n. cum ex natura sua habeat Deum pro obiecto, & sine, quia per eam diligimus Deum pro se, ordinat omnes alias virtutes in Deum ut in finem. aliae. n. virtutes theologicae licet Deum pro obiecto habeant, non tamen habent eum necessario pro fine: ideo charitas ordinat actum spei quae est de Deo ut de obiecto, in Deum tanquam in finem, & sic de actu fidei. virtutes autem morales non habent Deum necessario pro obiecto, nec pro fine, sed obiecta sunt quaedam actiones vel passionis. fines autem sunt quaedam bona particularia in habentibus illas: sed per charitatem ordinantur in Deum. sicut simas temperati pro Deum, fortes, & iusti, & sic de ceteris, est autem ista iustitia legalis secundum essentiam quidam habitus particularis sed quantum ad virtutem vel potentiam suam est generalis, quia actus aliarum virtutum in bonum commune ordinat, ista autem est propria virtus principis, & in eo respicit bonum commune tanquam obiectum proprium: ita. n. bonum commune est obiectum proprium principis, sicut bona particularia sunt bona propria subditis, vocatur autem ista virtus iustitia legalis, quia per eam concordamus legi ordinati omnia in bonum commune: lex. n. omnia bona opera praecipit. nam praecipit opera fortis facere, puta non derelinquere aciem, nec fugere, nec abiciere arma, & quae temperati ut puta non machari, nec conuitari, & quae mansueti ut puta non percutere, nec contendere, similiter autem & secundum alias virtutes, & malitias, haec quidem iubens, haec autem prohibens, ut ait Arist. 5. Eth. licet enim istae virtutes in isto textu Arist. notatae habeant alios actus, qui sunt ad bonum habentis: tamen lex mandat opera earum quae sunt ad bonum commune, & particularum politicae principaliter: sic nos per iustitiam legalem omnia bona facimus, ut tendant in bonum commune: de iustitia legali magnus sermo haberi debet, sed haec aequaliter eius nobis naturam inquirere debet, in sinuabunt. sicut modo ad ceteras virtutes se habeat.

Non negabis mercedem. Hic ponitur secundum de solutione mercedum: negare mercedem quocumque fiat malum est, quia contra iustitiam distributivam est: sed peius est negare mercedem indigentis, quia proprie indigentes vocantur, qui nihil aliud habent unde vivant. Indigentis vel pauperis. Quia licet pauperes aliquid habeant, tamen illud paucum est, ideo mercede sua indigent. Fratris tui. Id est iudaei secundum carnem, & advenae. i. conuersi de gentilitate ad ritum iudaicum, & idem esset dicendum de gentili qui faceret eis aliqua opera, ut patet de Ieruis Hiram regis Tyriorum, qui gentiles erant, & scindentes cedros & abietes pro templo Salomonis magnas mercedes reportabant, ut habetur 3. Reg. 5. c. sed quia rara communicatio erat hebraeis cum gentilibus, non ponit de mercede gentilium. Qui tecum moratur & intra portas tuas est. Loquitur ad totum populum, quia isti peregrini habitabant cum populo intra portas suas. i. in civitatibus eius. Sed eadem die reddes. Quia communiter isti mercenarii non habent aliud unde vivant, nisi mercedem quotidianam. Et ex eo sustentat animam suam. i. vitam suam, ideo qui tollit mercedem tollit vitam, ut habetur Eccl. 3. 4. panis elurientum vita eorum est, qui defraudat illum vitae sanguinis est. Ne clamet contra te ad dominum. Tria peccata clamant ad Deum. Confusio sanguinis innocentis, ut patet Ge. 4. c. sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Secundum est vitium Sodomiticum Gen. 18. c. descendam & videbo virum clamorem quod venit ad me, opere compleverint. Tertium est defraudatio mercedis laborantis, ut habetur Ia. 5. c. ecce Alph. Toft. super Deuter.

merces operariorum vestrorum, qui messuerunt terras vestras, quae fraudata est a vobis, clamat ad me, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiit. Et re putetur tibi in peccatum. Sicut nullo modo dare mercedem operario ad magnum peccatum reputatur, ita differre solutionem, quia in utroque laborans damnificatur. Non occidatur pater. Hic ponitur tertium principale. scilicet de iudeorum aequalitate, & tangit duo. Primo de contentiosis iudiciis. Secundo de quibusdam operibus piis ibi. Non aufres. Non occidatur pater.

De iudeorum aequalitate.

An possint occidi filii pro patribus vel econverso, & an ita, quod alterutri testimonium perhibeant, ex quo debeant ad mortem alterutri condemnari. Et quod mors tripliciter dicitur. Quaes. V.

Secundum litteram caldaicam est sensus quod non occidatur pater pro filiis. i. filiis phibetibus. testimonium non ipsos, vel econtrario. i. quod non cogantur patres testificari in causa criminaliter inter filios, pro qua probata mori deberent, quia non naturalem pietatem est quod patres cogantur aliquid dicere pro quo filii occidantur, & econtrario. Item quia daretur maxima occasio periurii naturali affectione ad veritatis subversionem inclinante. Vel potest intelligi de morte secundum carnem, ita quod pro his quae fecit pater non occidantur filii & econtrario. Et si arguitur quod aliqui Deus occidit patres pro filiis, vel potius filios pro patribus, quia visitat peccata patrum usque in tertiam & quartam generationem, ut habet Exo. 34. & 5. c. Rursum quod ista lex imponit iudicibus, ita, quod ipsi nunquam mandent occidi patres pro filiis vel econtrario: Deus autem legem sibi non imponit, ideo occidet qualiter voluerit. Pro quo sciendum quod mors triplex est. scilicet corporalis, spiritualis, & aeterna: iudices. n. non possunt occidere morte spirituali. i. morte culpe, vel morte aeterna. i. gehennae. scilicet faciendo aliquem carere gratia, vel eum tradendo in gehennam, siue hoc iuste velent siue iniuste, & utraque mors istarum est mortis aia de qua Matt. 10. c. nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem occidere non possunt. Tertia mors quae est corporalis dari potest a iudicibus, & ideo circa istam regulam eos haec lex ne patres pro filiis occidant, quia homines solum iudicant quae extra sunt ut habet 1. Re. 16. c. 10. qui culpabilis invenitur mori debet: nullus autem alius quantumcumque, et amore, societate, consanguinitate, vel affinitate coniunctus pro eo mori debet iudicio humano, Deus autem quamlibet mortem istarum irrogare potest. Sed mortem aeternam id est gehennam nunquam irrogat uni pro peccatis alterius: sed quicumque eam incurrit, propriis demeritis eam incurrit, & de hoc congrue intelligi potest illud Ezech. 18. capitu. anima quae peccaverit ipsa morietur. sic est etiam de morte spirituali quae est perditio gratiae, vel non appositio, siue induratio. mortem spirituales quae perditio gratiae est, solum peccator causat Deo nihil agente, quia cum gratia non cogat, nec necessitet liberum arbitrium, quilibet potest gratiam, acceptam perdere contra eam per passionem agendo & hoc solum est deficere, in quo Deus non habet aliquam causalitatem. vocatur etiam mors spiritualis non appositio gratiae, sicut vita spiritualis appositio gratiae, & hanc mortem & vitam solum Deus operatur, cum ad eum solum pertineat gratiam apponere vel non apponere, & tunc proprie spiritualiter Deus occidit, quando in maxima necessitate gratiam non apponit ut in fine vitae. & ista mors nulli imputatur propter peccata parentum nunquam. n. legitur nec est possibile manere Dei iustissima ordinatione, quod ex eo quod per malus fuit, quod Deus non apponat gratiam filiis, quia cum mors spiritualis sit immediata dispositio ad mortem gehennae, si mors spiritualis propter patres infligeretur filiis etiam mors aeterna,

Deus proprie spiritualiter occidit.

eterna, quia ista sunt necessaria connexionem, sed nisi
 q̄ mors eterna infligit vni pp alterum ergo &c. Infligi
 tur aut ista mors spiritalis ex magnis demeritis propriis,
 quia sicut aliqui pp p̄tā meremur temporales punitio
 nes, & pp maiora p̄tā maiores t̄pales punitiones, int̄m
 poterunt crescere peccata, uel totiens iterata erunt, q̄
 nulla temporalis pena s̄m diuinum iudicium eis con
 digna est, iō punitio fit in non apponēdo gratiam t̄p
 mortis, quae est maxima penarum necessario inducens
 penam aeternam: sed beate aīa quas Deus ex mēra gra
 tia ante secula elegit, licet septies in die cadere permit
 tantur, & quantum de se est cadere p̄nt in omne malū
 sed praeseruantur a Deo ne in talia cadant, per que me
 reantur eis gratiam non apponi. De morte autem cor
 porali d̄r q̄ aliqui Deus occidit aliquem pp p̄tā sua,
 aliqui aut pro peccatis parentum. Et nō est aliq̄d incō
 ueniēs, quia quilibet quantūcūq; in suis debitor mor
 tis est Deo pp p̄tā originale, quod obligat ad mortē
 aeternam, nisi per sp̄m sanctum in baptismo, vel alias
 deleat, & obligat ad mortem t̄palem necessario, ut ait
 Apostolus ad hebr. 9. c. statutum est hoīb. semel mor
 ri, iō licet aliquis sit qui nullum peccatum fecerit, t̄m
 occidetur Deus per legem suam inducens necessi
 tatem moriendi, q̄ ergo mirum si peccantibus paren
 tib. Deus immediate filios mori faciat, quos alio t̄pē et
 non peccantib. parentib. esset morte puniurus, maxi
 me quia tunc non multum proficit filiis, quia si boni
 sunt ad beatitudinis augmentum valet. Et siue boni si
 ue mali sint, ad detestationem criminis, & correptionē
 proficit aliorum. Item quia Deus alia occultissima co
 gnoscit, pp que tunc mori illos bonum est, iō in simi
 lib. mirabilib. quae nobis dura vident, regula Boetii in
 4. de cōso. profa 3. tenēda est. sicut cām tantē dispōnis,
 ignores, q̄ t̄n a bono rectore cuncta facta sunt, recte
 facta esse non dubites. hoīb. aut iudicib. nunq̄ talia fa
 cere licet, quia nullus eis ad mortem obnoxius est, &
 quia cordium secreta rimari non valent, iō sp̄ errant,
 Deus autem istas mortes patrum pro filiis uel magis
 eōrio. s̄ filiorum pro patrib. saepe exercuit, vel per crea
 turas irrationabiles sicut per aquas diluuii, armabit. n.
 creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cū il
 lo orbis terrarum contra insensatos. ut patet Sapient. 5.
 c. Sed in illis aquis multi paruuli perierunt, qui non d̄i
 actualiter peccauerant committendo uel omittendo,
 sed solis parentum iniquitatibus mortui sunt: aliquan
 do moriuntur isti paruuli pro peccatis patrum occidē
 tibus eos angelis malis, sicut in morte primogenitorū
 totius Aegypti, inter quos multi paruuli adhuc rōnis
 vsu carentes mortui sunt, ut patet p̄sal. 77. misit in eos
 iram indignationis suae immissiones per angelos ma
 los. Aliqui per angelos bonos sicut in destructione So
 domorum multi paruuli nondum peccātes ab illis sā
 ctis angelis, qui uenerunt ad Abraham & Loth, mor
 tui sunt ut patet Gen. 18. & 19. c. aliqui moriebant pro
 p̄tō patrum filii per homines ministros Dei ad hoc ex
 ercendum, ut paruuli in terra Chanaan qui nondum
 peccauerant, occisi sunt per iudeos ut patet Num. 33.
 & 37. c. sic etiam pueri Madianitarum, ut patet Num.
 31. c. & pueri in regno regis Arad ut patet Num. 21. c.

Nonnulli
 r̄ opinio
 de occisio
 ne filiorū
 pro patrib.
 peccatis.

Aliqui tamen dicunt aliquando licere quod homi
 nes occidant filios pro patrum peccatis, & distinguūt
 de morte, quia aut consideratur ut est pena, aut ut est
 quadam medela, mors enim ut poena mala est tam in
 se quam in causa, in se quia est priuatio maximū boni,
 ideo ualde mala est, quia esse maximum bonum est.
 Item quantum ad causam, quia mors infligitur pro
 peccato, & ideo sicut peccatum patris non transit
 ad filium, nec secundum actum, maculam, uel reatum,
 ita nec mors filio infligi debet. Si autem consideretur
 mors ut quadam medicina infligi potest pro peccato

patris filio, medicinae enim licet amarae sint, tamē quia
 curatiue sunt accipiuntur, & amaritudo quae ibi sumit̄
 per accidens sumitur, ut inducatur delectatio, quae per
 se intenditur, sic mors inflicta filio pro patre medicina
 quaedam est, ideo licet aliqua tristitia ibi sit, tamen ma
 ius est bonum quod inducitur per eā. Et uocatur ista mors
 medicina respectu duorum. s̄ respectu eius qui morit̄
 & respectu totius ciuitatis, pp seipsum quidem quia ille
 qui moritur, si patiet̄ toleret, q̄ in eo actus iustitiae ex
 xerceatur, cum nihil horum mereatur, ualde meretur
 ad uitam aeternam, sed ista medicina est per aīa, quia
 non occideret aliquis homo alium ut trāfirer ad ma
 iorem gradum uitae aeternae. Est autem ista medicina p
 se ad salutē ciuitatis, ut membra alia ciuitatis sanent̄:
 est. n. ciuitas quoddam corpus per aggregationem cō
 pactum ex plurib. ciuib. positis sub eisdem legib. Et si
 cut in corpore humano permittimus vnum membrū
 scindi ne cetera corrumpantur, uel ut melioren̄: ita ī
 corpore politico vnum membrum scindi permittet p
 mortem, ut alia emendentur, & sicut aliqua bona hō
 perdi permitteret, ut alia bona uel possessiones suae me
 liores & securiores sint, ita in ciuitate cōgregata ex plu
 ribus domibus una perdi permittetur, ut cetera saluē
 sint, nec respicietur utilitas illius domus uel dñi sui, sed
 utilitas publica, & ideo licet in morte vnius hominis
 pena & grauatio magna sit ipsi, sed in respectu tāti bo
 ni q̄ consequitur ciuitas, non est malum, ut. l. ad dete
 stationem criminis magni pater noxius, & filii innocē
 tes moriantur, ut ceteri tanta seueritate perterriti a fili
 bus arceantur. Et quia in ista morte sunt duo. s̄ pena &
 medela. Pena quae pp culpam debetur. refertur ad pa
 trem, ut non solum puniatur pater in se, sed et in filiis,
 quos tenere diligit, ideo cōter solū patiuntur illi, quos
 pater patientes videre potest. scilicet vique ad tertiam
 & quartam generationem, alii autem non. Medicina
 autem uel bonum quod inde sequitur, ad morientem
 & ad totam ciuitatem refertur, in quantum iste moriē
 do maiorem gradum glorie acquirit, & tota ciuitas in
 tanta seueritate corrigitur. Et secundum istum mo
 dum exponitur tex. Non interficiuntur patres. Id est non
 occidentur filii pro patribus, uel econtrario in quantum
 intelligeretur quod filii obligarentur ex peccato patrū
 sed in quantum mors eorum est curatiua morbi ciui
 tatis.

An liceat
 occidere
 nocentem
 ut euitetur
 magnum
 damnum
 aut destrui
 tio ciui
 tatis.

Sed ista expositio opinionis multum extorta est, q̄
 ex quacunque harum causarum aliquis occidatur siue
 propter penam patris siue medelam ciuitatis, semper
 iniuria isti fit, cum hoc non mereatur.
 Item quia iste qui sic occiditur propter ambas cau
 sas supradictas simul occiditur, ideo non potest expo
 nere textum negatiue in aliqua illarum, quia mandat
 non occidi, illae autem ambae simul sunt causae ad occi
 dendum.
 Item quia occidere Innocentem contra ius natura
 le est scilicet contra praeccepta decalogi, ergo propter
 nullum bonum inde sequens fieri posset.
 Et si arguas, q̄ Deus hoc agit puniens peccata pa
 trum in filios usque in tertiam, & quartam generatio
 nem.
 Respondetur q̄ aliud est de Deo, quia quilibet quā
 tumcunque sit innocens est debitor mortis Deo pro
 pter peccatum originale, quia ut habetur Exod. 34. ca.
 nullus apud te per se innocens est. i. nullus est qui non
 sit obligatus tibi. sic quod licet filius non sit obligatus
 Deo ad mortem propter peccatum patris, est tamen
 obligatus ad mortem ex alia causa uel peccato, ideo li
 cite secundum ordinariam potestatem eum occidit
 quomodocunque uult. Non est sic de iudice, qui est
 persona, & minister reipublice puniens offensas fa
 ctas rei publicae. Cum ergo filius mali patris non
 occiderit

Arguit q̄
 index licet
 te filios p
 patrib. oc
 cidat.

offenderit rem publicā in aliquo, non est ei obligatus
 ad mortem, nec licite eum iudex occidit. Sed potest
 argui q̄ iudex licite occidat filios pro patrib. q̄ peccā
 te Achor filii, & vxor, & vniuersa quae ad eum pertine
 bant, combusta sunt, ut habetur Iosue. 7. sed non habe
 tur alicubi expresse q̄ mandato Dei hoc egerint, ergo
 videtur q̄ iudex ex officio suo occidit filios innocen
 tes pro peccato parentum.
 Item quia omnes tribus pugnaverunt contra tribū
 Beniamin, & deleuerunt vniuersa in ore gladii siue
 viros, uel vxores, siue paruulos qui nihil peccauerant,
 & tamē nō reperitur q̄ fuisset de mandato Dei de quo
 Iud. 20. c.
 Item omnes tribus fecerūt pugnam q̄ Iabes galaad
 & occiderūt viros, mulieres, & paruulos exceptis puel
 lis virginibus: sed hic nihil peccauerant paruuli, & nō
 legitur Deus tale mandasse, tamē haec oīa in sacra scri
 ptura approbata fuerunt. Item quia in legib. humanis
 mandatur filii cum patrib. occidi in certis criminib.
 pro peccato patrū ut in crimine laesae maiestatis q̄ pria
 cipem, ergo aliquando iuste mors infligitur filiis inno
 centibus pro patribus nocentibus. Sed ad ista facilliter re
 spōdetur sic ad primum, q̄ licet Iosue non legatur ex
 pressum mandatum habuisse ad occidendum Achor
 cum tota domo sua, t̄n verisimile est, q̄ Deus ei man
 dauerit, quia Deus ei frequēter loquebatur, ideo verisi
 mile est q̄ tātam seueritatem non exercuisset nisi a do
 mino audiuisset mandatum. Item quia Deus dixit, q̄
 nō stare posset Israel q̄ hostes suos, donec deleret, qui
 fecerat, sed cōbusta tota familia & substātia Achor &
 ipso lapidato auersus est furor Dei ab Israel, & destru
 xerunt hostes iubente Deo, ergo v̄r q̄ Deus illud mā
 dasset, alias non fuisset ita placatus, de quo Ios. 7. & 8. c.
 Item quia Deus mandauit deleri illū qui peccauerat:
 sed non d̄r deleri aliquis, q̄ manēt filii eius uel aliqua
 pertinentia ad eum, ut patet Eccl. 30. c. mortuus est p̄
 eius, & quasi non est mortuus, reliquit. n. filiū similem
 sibi. Sic et ad finē de occisione paruulorum Beniamin,
 quia licet non ponat̄ per uerba ita expressa, t̄n aliquali
 ter infer̄t ex uerbis tex. quia cum consulissent oēs tri
 bus vtrum pugnarent vltra q̄ Beniamin, Deus respōdit
 cras tradam eos in manus tuas, ista responsio est intel
 ligenda s̄m consuetudinem belli, bellatores. n. capien
 tes hostes oīa vastant, sic v̄r q̄ permisit eis Deus, quia
 promissit se traditurum simpliciter Beniamin ī manus
 istorum.
 Idem videtur dicendum de habitatorib. Iabes gala
 ad q̄ eos mandato Dei occiderint, licet non sit scriptū
 quia multa facta fuerunt quae scripta non sunt.
 Ad quartum de eo q̄ dicitur de legib. humanis nō
 ualere consequentia, quia multa principes statuunt, quae
 simpliciter iniusta sunt, quia uoluntas principis quae p
 lege accipitur ut patet instituta de iure naturali & ciui
 li. s̄ principum quoq; placita, ualde variabilis est, quia
 uoluntas humana est ualde malus canon, ut patet 3. Po
 lit. maxime quia secundum leges humanas error prin
 cipis facit ius.
 Item quia multa mala in legib. humanis permittun
 tur, quae secundum diuinam legem ualde puniuntur, &
 vt meretrices, & concubitus inter personas solutas.
 Et ideo si occidere patres pro filiis secundum leges hu
 manas licet, tamen secundum diuinam legem nun
 quam licet, sed ista fiunt propter miseriam conditionē
 status humani, quia aliter conseruari non potest nisi
 ista fiant, & sic ponit August. de ciuitat. Dei lib. 19. de
 multis poenis, & malis quae fiunt in politica humana ad
 conseruandum statum politicum, ut torquere innocē
 tes propter alicuius criminis praesumptionem, ut ali
 quando contingat, q̄ aliquis duos timens cruciatus
 mala, quae nō egit, se egisse fateatur, ut leui mortis cō
 Alph. Tost. super Deuter.

pendio diurnos cruciatus effugiat, & plurima alia
 ponit ibi, de quibus humana miseria plangenda est.
 An domini locorum permittentes fieri in ciuitatibus suis ea quae
 contra legem Dei sunt, & aliquo modo factis conuen
 tes peccent mortaliter.
 Quas. v. l.
 Si tamen queras nunquid iudices vel domini
 locorum permittentes in legibus ea quae con
 tra legem Dei sunt peccent mortaliter, vel si
 illa non puniant.
 Aliquis forte dicit q̄ cum domini & rectores ciui
 tatum debeant intendere bonum politicarum suarum,
 & hoc a Deo sit eis mandatum, q̄ si aliqua lex sit vtilis
 politicae etiam si sit contra legem Dei euangelicam, q̄
 seruare eam debet, sed hoc falsum est, quia leges hu
 manae sunt variabiles, & lex diuina inuariabilis, ideo p
 eam dirigi debent.
 Sed ad hoc dantur aliquae regulae, prima q̄ pro nulla
 utilitate temporali quantacunque adueniat politicae to
 ti, siue personis singularibus, vniquam debet statui ali
 qua lex iniqua, quae ciuitatis conditionem faciat melio
 rem, uel ab aliis statuta seruari non debet, ideo lex uel
 consuetudo secundum quam permittitur, q̄ arca cō
 munitatis accommodet sub vltimis iniqua est, & pec
 cant qui talem statuunt, uel obseruant, sed magis, qui
 statuunt, sicut magis peccat haeresarcha, quam ille, q̄
 haeresim conditam ab alio sequitur, & patet ista regula
 quia si pro utilitate communitatis liceret quacunque
 contra Dei legem agere, liceret etiam per latrocinia,
 & iniustabilla spoliando extraneos communitatem
 ditare.
 Secunda regula q̄ lex illa quae permittit aliquid cō
 tra legem euangelicam, q̄ si non permitteretur, reddi
 daret in destructionem politicae, & maiora mala, nō est
 iniqua, nec principes obseruantes, uel non punientes
 non peccant, ut leges quae permittunt uel non prohibent
 meretrices, & auitas istarum legum habetur per
 conformitatem ad legem diuinam. Et non oportet, q̄
 ista conformitas semper sit in eo quod lex mādat, sed
 in eo quod per illud mandatum inducere intendit, lex
 enim quae fornicationem simplicem non prohibet, li
 cet in eo, quod mandat, repugnet legi diuinā, tamen ī
 tendit per hoc abstrahere homines a peccando, cum
 cognoscat certissime q̄ si meretrices tollantur, tota ci
 uitas libidinis conturbabitur, & infinita adulteria,
 continua bella inter uirum, & vxorem, iniustus zelus,
 & retractio a contrahendo propter timorem incertae
 prolis. Postis ergo meretricibus magis Deo seruius
 quam semotis, stante miseria communi conditionis
 humanae, ideo si aliqua lex ueteret omnes meretrices
 a loco, iniqua esset, quia maioris mali fomenta pre
 beret.
 Et si dicas debuit ergo lex diuina meretrices cōsen
 tire, ut maiora mala vitarentur.
 Respondetur, quod lex Dei, q̄ imaculata, & sancta
 est nullum malum debet consentire, sed bene placet
 ei quod lex humana consentiat, & sic est rectissimus
 ordo, quia si lex diuina fornicationem simplicem per
 misisset, omnes in illam effenarentur in tantum, q̄
 conditio humana bestialior redderetur, & debilior per
 frequentes coitus, sed nunc lege diuina prohibente,
 qui spiritum Dei in se habent propter Deum fugiunt
 eam, aliqui autem timore gehennae, alii autem, qui
 a forti passione vincunt uidentes omne genus concu
 bitus praeter simplicē a legib. esse prohibitum, hanc tā
 quam securiorem amplectuntur. Non peruerbes iudiciū
 aduene. Specialiter monet seruandam auitatem in
 iudiciis aduenarum id est eorum, qui conuersi sunt
 R 3 de

Seruanda
 est equitas
 in iudiciis
 aduenarū.

de gentilitate, quia non habebant aliquos adiutores, & iudices, frequenter tales in iudicio deprimebant: sic de causa pupilli qui patrem non habet defensorē, & de vidua q̄ virum non habet: ideo culpatur iudices, qui cās viduarum, & pupillorum nō suscipiebāt, vt patet E. ca. i. ca. tñ non rantum pauperi vel viduē seu pupillo miserēdum est, vt pp eos q̄ aduersarios iniusta feratur iustia, vt patet Exo. 23. c. pauperis non misereberis i iudicio. *Nec auferes pignoris loco vestimentum vidua.* Hoc est speciale in viduis, quia supradictum fuerat, q̄ si acciperetur pro pignore vestimentum, q̄ redderet ante occasum solis. hic autē mandat nullo mō assumi vestimentum viduē pro pignore. rō diuersitatis quia hic d̄ de vestimento, quo vidua de die tegit, iō nō est sibi auferendum, nec ēt per noctē, quia in eo dormit pp pauertatem vt patet Exo. 22. c. *Memento q̄ seruiaris.* i. si forte graue tibi v̄ illud mandatum, memento q̄ ego mādō illud qui eduxi te de Aegypto, iō pro tanto beneficio accepto scies ēt esse satis obligatum ad obediendū, vel aliter. *Memento q̄ seruiaris.* i. memento quantas miserias passus fueris in seruitute Aegypti, & q̄ ibi desiderabas q̄ aliquis miseretur tui. sic tu miseraris viduē, sed prima magis conuenit sequenti littera. *Ideo praecepto tibi vt facias hanc rem.* s. quia de Aegypto te duxi. *Cum messueris.* Hic ordinatur homo ad pietatem in largiendo pauperib. Et de his dictum fuit Leui. 19. c. q̄ non erat ager tondendus vsq̄, ad solum, nec spicē remanentes colligendae erant. & ista erant quasi media inter cōsilia, & mandata. Item de quantitate relictorum. s. vuarum vel segetum, siue oliuarum, sola consuetudo regenda erat, si n. aliquis obliuisceret multos manipulos vel magnos, non prohibet per hanc legem reuerti pro illis, sed quando sunt aliqua pauca. *Sed aduenam, pupilli, & viduam patris auferre.* s. qñ agebatur de elemosynis fiebat mentio de leuita qui nunq̄ relinquendus erat, vt patet s. 12. & 14. c. hic autē nō fit mentio de eo, & est ratio, quia in aliis locis dicebatur de mutatione leuitarum tpe sacrificiorum in Hierusalem, ad quem locū ascendebant leuitae tpe solennitatum trium, & de decima quae seruabatur in tertio anno pro pauperib. & leuitis, & poterat leuita illo tempore venire de vrbib. suis ad recipiēdum eam, sed hic d̄ de collectione diuturna messium, vuarum, & olearū, quae durabant magno tempore anni. leuitae autē non poterant congrue morari tanto tpe extra vrbes suas pro parua vtilitate,

C A P. XXV.

Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iustum esse perspexerint, illi iustitiae palmam dabunt, quem impium, condemnabunt impietatis,

Si fuerit. Supra dictum fuit de directione rationalis circa varias communicationes, hic agitur de directione eiusdem circa penarum distributiones.

Et tanguntur duo.
Primum de penis ciuium.
Secundo de penis hostium ibi. *Memento, quia fecit tibi.*
Prima in duas. Primo punit iniustitiam factam.
Secundo ponit de non faciendo regulam ibi.
Non habebis in sacculo. Iterum in prima de pena viduarum.
Secundo de penis mulierum ibi. *Si habuerint inter se*

Furgium. Iterum primo agit de causa litigii, Secundo de causa matrimonii ibi. *Quando habitauerim. Si fuerit causa.*
An de causis ciuilibus hic agatur, vel criminalibus. Et quae sit causa maxima criminalis de qua hic agitur.
Quaest. I.

Hic agitur de causis ciuilibus quae in ciuitatibus propter varias cōiunctiones ciuium fiunt, ex quibus exoriri solent contentiones, quia hoīes vt cōiter habent desideria inordinata, & magis uolūt aliena rapere q̄ de suis dare: ad sedēdas has contentiones quotidianas ponuntur iudices, q̄ definiant, ne per ista pax ciuitatis destruat. *Si fuerit cā inter aliquos.* Licet littera ista de qua hic in principio agitur, intelligatur de causa ciuili: istud tamen, c. de vtroque iudicio agit tam de iudicio cāe criminalis, quam ciuili, & non pōt tota littera intelligi de cā ciuili, nec tota de cā criminali, patet quia si dicitur, q̄ intelligat tota de cā ciuili, obstat q̄. d̄ q̄ uerberabitur reus, in cā tñ ciuili ciuilitate intentata nunquam aliquis uerberatur, nec etiam pōt intelligi totaliter ista littera de cā criminali pure criminali, siue criminaliter intentata, q̄ littera facit d̄iam hic de genere cārum implicite cū dicit. *Quem iustum esse perspexerint, illi iustitiae palmam dabunt quem impium condemnabunt impietatis.* Sin autem eum qui peccauerit uiderunt dignum plagis &c. in quo manifeste innuitur q̄ in prima cā cōdemnabatur aliquis impietatis suae, & non erat dignus plagis, ergo prima nō erat criminalis, & dabatur hic regula generalis quantū ad oēs cās ciuiles, non tñ erat regula generalis quantū ad oēs cās criminales, & de causis ciuilib. patet quia cū alicuius d̄tēssa cā reperiebatur iustam fouere litem, dabatur ei victoria, ei autē qui succubisset imponebatur pena & non taxat. in quo innuit q̄ deberet fieri i qua libet cā ciuili sicut in ea iustum uideretur, siue ex lege, siue ex consuetudine, leges autem de cās ciuilib. aliq̄ posite sunt Exo. 21. & 22. c. & aliqua ponunt in libro Numerorum, & cum tales reperient per illas iudicandum est, si autem non reperiebant leges super hoc sequebantur consuetudines suas & statuta principum terre. de cās autem criminalib. non dāt hic regula generalis, q̄ maxima cā criminalis de qua hic agit est i qua aliquis posset flagellari sustinens vsq̄, quadragenas percussuras, & hoc erat in leuib. criminib. cū qs nō merebatur mortem, & tñ nō poterat soluēdo pecuniam rōnabiliter absolui, quia tunc infligebant istae percussiones in aliis autē maiorib. criminib. quae morte plectenda erant data erat regula supra in multis locis diuisim de multis, ideo non fuit hic data.

Distinctio de punitione criminum qualiter puniri debent singula de lege diuina. Et primum idolatria qualiter puniri deberet. Quaest. II.

CONSIDERANDVM est autem pro hoc q̄ si aliquis faciebat aliquid pp q̄ merebatur mori, aut illud erat idolatria q̄ erat maximū pccōrū, aut erat aliqd̄ alterum. si autem esset idolatria dicendum, q̄ istud peccatum primo quo post datam legem commissum fuit ferro iudicante punitum est nam Moyses acceptis secum leuitis introeuntibus eis a porta castrorum usque ad portam uiginti tria millia hominum ab eis percussa ceciderunt, ut patet Exod. 32. capitulo. lex tamen uindicandi istud crimen postea non sic data fuit, nam ille qui committebat istud crimen, aut erat persona priuata, aut erat aliqua cōmunitas uel plures de cōmunitate, si erat vnus, tunc aut sollicitauerat alterum, ut irent ad colendum Deos alienos, & tūc lapidandus erat quicumq̄; ille esset, ut p̄ s. 13. c. aut actuafr aliqd̄ coluerat Deos alienos, & tunc etiam

De sabbato violato.

De peccato offensio nis proximi.

De punitione peccatorū carnis quorū eunque.

etiam debebat lapidari ut patet supra capitulo. 17. si autē colens idola esset cōmunitas scilicet quod aliquis totus locus in terra Israel coleret idola, uel plures, & principales colerent: si hoc notum esset, & alii non corrigerent, uel saltem non notificarent exponentes toti Israeli, omnes incidebant in capitalem sententiam scilicet, quod tota ciuitas destrueretur, ita quod ipsi viri, & iumenta omnia perirent gladio, atq; quicquid uiuēs esset. deinde muri & domus prosternerent, atq; oīa comburent, vt esset tumulus eternus. de hoc. s. 13. c. Si autē erat aliqd̄ pccōrū q̄ non pertineret ad Dei cultū perse, sed pertineret quomocūq; saltem indirecte ad Dei cultum affirmando aliqd̄ de ipso vel negando, q̄ ad haesim pertinet, sed q̄ esset ad quandam reuerentiam Dei, vt pote q̄ erat in vacatione quadam facta pp Deum, & ista erat in sabbati obseruatione, & tunc si aliquis delinqueret in hoc mori debebat ut patet Exo. 31. c. genus autē mortis erat q̄ lapidaret, vt patet Nu. 15. c. de quodam hoīe qui in sabbato inuentus fuit colligere ligna, alia sunt peccata q̄ erant solū p̄ Deū, ut nō circūcidit in tpe debito, ut patet Gen. 17. c. & in hoc non erat iniuria alicui alteri homini, si tñ aliquis peccaret mori debebat, cum d̄ peribit aīa illa de populo suo, vt h̄ in eo. c. sed in hoc vtrum iudex pro tali omissione infligeret penam mortis, uel Deus suo iudicio occulto, ibidem dictum fuit: eodem mō cum aliquis conficeret thimiama, vt delectaret odore illius, uel si conficeret vnguentum, ut illo perungeret carnem suam, p̄dicebat ei Deus q̄ periret de populo suo, ut patet Exo. 31. c. eodem mō cum aliquis offerre uellet, aut offerret aliquod genus sacrificii extra atrium tabernaculi: nam tunc p̄dicebat ei, q̄ periret de populo suo ut patet Leui. 17. c. Si autem aliquis peccaret in aliquibus reb. quae erant contra proximum, aut ille proximus erat aliquis superior, vt patet, & mater, aut non si erat maior sic est pater & mater, & cum aliquis peccaret in hos, vtpote maledicendo eis, morte moriebatur ut patet Exo. 21. c. s. qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. loquor autem hic de offensa quae fit patri, aut matri, ut pertinet ad mandatum de honorando patētes, quia sunt quaedam aliq̄ offensa, quae fiunt parentibus, & pertinent ad alia praecpta: reducitur autem, & ad hoc praecptum obedientiae debita maioribus, qui tanquam patres reputantur. s. principes, & iudices, qui autem istis non obeirent morerentur, ut patet supra 17. capitulo. s. qui non obedierit mandato sacerdotis, & decreto iudicis morte moriatur.

Si autem aliquis peccaret in vitio carnis, aut erat cōmunitio solutorum uoluntaria, & tunc nulla pena erat, si erat inuoluntaria, vir q̄ inuitā acciperet virginem, & coiret cum ea, dabat patri puellae. 50. siclos, & accipiebat eam i vxorem, & non poterat eam relinquere aut repudiare vllō tempore vite suae ut patet supra 22. cap. si autem illa esset non soluta, sed aliquo uinculo alicui homini esset vnita, quaerendum est an istud uinculum esset uinculum consanguinitatis, quod haberent inter se uir & femina coeuntes, aut erat uinculum matrimoniale, uel obligationis ad matrimonium.

De primo modo si quis cognosceret matrem suam aut filiam, aut forem, auiam, aut auunculam, materteram, & sic de ceteris consanguineis uel affinis, q̄ pro coitu inter istos infligebatur pena mortis, ut patet Leui. 18. & 20. ca. & non solum si esset inter eos opus hoc nepharium perpetratum, sed etiā aliquid minus, quod pertineat ad praesidium huius actus, de quo magis declaratum fuit Leui. 20. c. Si autem inter feminā, quae sic cognoscitur sit ad alterum matrimoniale uinculum, aut aliquid loco talis uinculi, distinguendum, q̄ aut erant contra sponsalia de presenti inter aliquam Alph. Toft. super Deuter.

feminam, & virum, & tunc si femina cognosceret ab alio viro in ciuitate uel loco existens vterque mori debebat, vir quia corrumpit, & puella quia non clamauit, aut fuit extra locum in agro cognita puella, & tunc p̄sumit ius eam clamasse, & non fuisse exauditam, & tunc solus vir occiditur, de his patet sup. 22. cap. Aut erat magis ligata quā p̄ sponsalia de presenti, utpote quia erat viro matrimonialiter tradita, & ab eo carnaliter cognita, quia tunc si aliquis eam cognosceret, moriebatur ambo, distinguendo tamen sicut i prioribus distinguebatur, & ista mors quae erat sic peccantibus, erat q̄ lapidari deberent, ut patet Leui. 20. & s. 22. cap. & non solum erat hoc quando puella post desponsationem uel traditionem in matrimonium cognoscebatur altero uiro coeunte cum ea, sed etiam q̄ si fuisset cognita antequam desponsata, & tamen desponsari se consentiret, non exprimens, quod uirgo non esset. Nam tunc acculare poterat uir puellam cum ad eam primo accederet, quod eam non reperisset uirginem, ut patet supra 22. cap. aut non erat puella habēs uinculum matrimoniale per aliqua uerba contractum, nec finito matrimonio, aut non finito, sed erat obligata, ut traderetur in sponsam alicui viro, & tunc si ab altero cognosceretur, moriebatur vir cognoscerens & puella sic cognita. sicut si moreret aliquis uir non habens liberos de vxore sua, & maneret aliquis frater eius nondum vxoratus, accipere debebat vxorem fratris sui nondum ab alio acceptam. Et si antequam frater mortui diceret illi mulieri, q̄ nolebat eam in vxorem, ipsa cognoscebatur ab altero, ut patet in isto c. & Ruth. 4. c. mori debebat tanquā si maritata aut desponsata foret, ut patet de Thamar q̄ iō ludas iudicauit ad mortem, quia filio suo Sela in vxorem tradenda erat, cum ueniret Sela ad etatem adultam, etiam si tunc non esset ei aut desponsata, aut maritata, sed antequam ei traderetur reperta est concepta, de quibus Gen. 38. c. de fornicatione autem, quae erat inter pure solutos, dictum fuerat, q̄ non imponebatur pena mortis pro illa, fallit tamen in uno casu. s. quando filia sacerdotis magni quae nondum erat maritata aut desponsata, fornicabatur in domo patris, q̄ tunc ipsa comburebatur, ut patet, Leui. 21. c. corruptor autē eius uel coiens cum illa, licet non exprimat ibi, q̄ mori deberet, satis tñ rationale est q̄ mors aliqua ei inferretur, ut lapidatio uel suspensio. iste suprapositus coitus fm naturam factus. Alius autem est q̄ naturam. Et iste est duplex aut masculorum cum masculis, q̄ fetidissimum est, & uocatur sodomiticus, & in isto taliter operans lapidari debebat, ut patet s. Leui. 20. & 18. c. Aliud uitium est q̄ fit cum brutis, ut q̄ uiri coeāt cū brutis, uel feminae cū brutis, & tūc oportet dari crudelem mortem scilicet q̄ lapidetur, ut patet Leui. 20. Alia autem erant uitia carnis, ut mollities quae fit i solo agente, qua propriissime quispiam in corpus suum peccat: & aliud genus cum quis cum foemina coiens semē effundit in terram, quodlibet autem horum grauissimum est, & morte dignum atrocissima, sed quia haec ita secretissima sunt, quod nix unquam testes habere possint, immo nunquam testes habeant, non fuit posita aliqua lex super hoc, quia ualde esset superuacuum ius ponere, ubi nunquam pōt haberi probatio iuris fm q̄ fiat executio, Deus tñ ista sibi tanquam graua, & q̄ hoīb. incognita erant, puniēda seruauit, ut patet de Her & Onam duobus fratribus filiis Iudae atque successiue maritis Thamar, qui semen fundebant in terram, ideo Deus morte atrocissima occidit eos, ut patet Gen. 38. cap. Est etiam & alius casus ad huiusmodi pertinens uitium, ut cum quis semen in aliquo uase effunderet, & offerret idolo Moloch, ut Deum illū immunditiae sibi per huiusmodi obsecrationis ex-

De punitione vitiorū carnis contra naturam.

rema placaret ad habendum quicquam in amore ve...

De pena obsequium auguria.

De pena imolantiu filios daemones.

De pena diuersorum occidendi.

De pena filia patricidis.

Alii autem duo casus sunt qui aliquo modo ad hoc...

Cum quis etiam peccabat in occidendo pena mortis...

Si autem fiat mors in personis specialissima reuerentia...

se occidit, si autem aliquis non occidat per se, sed det...

De poena latronu de qua meli infra.

De punitione testiu false testificantium.

infigendum pro depositione, idem infligebat testi...

Similem eum qui peccauit. Hic agitur de ca criminali...

Vbi sunt variaz poenar peccatoru.

peccatum, quam alię gentes: ideo leges iuste illud du...

De pena latronum.

Videtur qd Pilatus iudicasset la...

Flagellatio seruus pena est.

De iustitia penes bruta animalia.

quia erat iudex positus a Romanis. Si autem aliquid im...

Ne fado laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus...

Non ligabis os bouis triturantis. Hic ponitur pars incidentalis...

scilicet qd ille qui laborat debet de labore manducare...

Deus resti omniu gubernatio nem vult.

De causa matrimonij.

An frater maior tenebatur accipere uxorem minoris, vel econtra. Quest. III.

Hoc intelligitur semper de filiis maiorib, vt si primogenitus...

Respondetur qd posset dici, qd non, quia ista suscitatio...

non tenebat hoc facere. Absque liberis mortuus fuerit. Quia si primogenitus mortuus est, & reliquit semen non tenetur frater sequens suscitare semen eius, quia iam est successor patris in familia sua. tamen si frater primogenitus mortuus reliquit filios, & mortui sunt frater sequens tenetur accipere uxorem eius si nondum alius accepit eam, quia idem est secundum iura, & scripturas sacras filios habuisse, & mortuos fuisse, & nunquam filios habuisse: vt Salomon vocauit se vni-genitum apud matrem suam, vt patet Prouer. 4. tamē alium fratrem habuit quem genuit Dauid de Bersabee, vt patet 2. Reg. 11. sed ille cito mortuus est, vt hī 2. Reg. 12. c. & de his extra de verb. sig. in c. nā & ego. Dī autem, q̄ si frater maior fuerit mortuus absq; liberis, q̄ tenetur frater minor illius suscitare semen eius: hoc ergo faciendum est quodcumque sine liberis moriatur.

Mori sine liberis est multipliciter dictum. Quæstio. IIII.

MORI autem sine liberis est multipliciter. Primo quando vir moritur, & nunquam genuit filios, quia tunc moritur sine liberis. non habens liberos, nec aliquando habēs. & tunc oportet, quod frater minor illo assumat uxorem defuncti.

Secundo dicitur aliquis mori sine liberis si genuit liberos, & postea mortui sunt ante mortē patris, quia tunc pater moritur sine liberis. i. moritur, & nō habet liberos cum moritur. Et tunc idem dicendū est, quia ad suscitandum semē, eodem modo necessarium est tunc accipi illam uxorem viri mortui, sicut cum vir mortuus fuit, & nunquam habuerat liberos: aliās manebat primogenitus sine femine. i. sine liberis.

Tertio modo dicitur, quod aliquis moritur sine liberis, quando filios genuit, & mortuus fuit pater filijs superstantibus: tamen antequam venirent filij ad etatem adultam mortui sunt, ita quod nō manet aliquis de femine illius mortui: tunc si antequam frater viri assumat uxorem moriantur isti pupilli filij fratris sui, tenetur accipere in uxorem eam, quę per mortē fratris sui relicta fuerat: patet quia aliter non satisficit intentioni legis, quę vult semen viri mortui suscitari cum equaliter sic maneat sine posteritate, sicut si sine liberis mortuus fuisset, & nullus semen eius suscitaret. In hoc casu tamen post mortem viri non tenetur expectare frater eius minor, qui nondum accepit uxorem, vt videat si superuiuent pupilli, vsque ad etatem nubilem: nec tenetur mater illorum paruulorum, quę vidua relicta est, expectare vsque ad illud tempus non assumpto alio viro tempore intermedio, sed immediate, vt mortuus fuit vir relicto filijs pupillis, frater eius minor qui ante uxorem non habebat, non tenebatur expectare vltius saltem per vnam diem: & si vxor viri defuncti peteret eum in virum, & nollet eam accipere, non incurret in poenam, quę ponitur infra. l. q̄ vocaretur domus discalearum in Israel: vxor autem viri mortui completo tempore luctus, l. constituto a lege humana, vel secundum consuetudinem, in quo deat manere iugens pro viro suo: si filij pupilli adhuc superuiuerent poterat accipere quemcumque virum vellet, etiam non consentiente fratre viri mortui: nec ob hoc poterat eam ad mortem accusare, tanq̄ adulteratam, sicut in alijs casibus superioribus, in quibus debebat eam in uxorem accipere frater viri mortui. Si tamen eueniat, q̄ mortuus sit vir habens liberos, & illi superuiuant vsquequo accipiant uxores, & omnes illi moriantur antequam prolem genuerint, manet ille vir prior sine femine, quia tantum est non habuisse

ficut habuisse, & ante procreationem mortuos fuisse: tunc autem si isto tempore adhuc vxor viri defuncti maneat nō assumpto altero viro, & frater viri mortui, ita q̄ mulier licet alteri, quam fratri viri sui mortui nubat, non incidit poenam adulterę, & frater mortui licet petente vxore illa non accipiat eam in uxorem non incurrit poenam quę infra continetur. ratio huius est, quia in isto casu nō dicitur proprie mortuus vir sine femine: cum filij sui ad etatem etatem accesserint, vt vacarent generationi uxores habentes: nam cū filij accipiunt uxores ad alteram generationem pertinent, & tunc ipsis sic morientibus dicuntur ipsi sine femine mori, & non pater eorum: ideo magis tunc oportet semen istorum suscitari, quam semē patris eorum. l. q̄ si aliquis vir sic moreretur, & relinqueret filios quorum primogenitus accepta uxore mortuus est, frater huius primogeniti manens laboraret ad suscitandum semen fratris, & sic non dicebatur tūc suscitari semen patris eorum: si tamen aliquis moreretur relicto filijs paruulis, & postea eisdem antequam uxores acciperent mortuis: si frater viri mortui acciperet uxorem eius, non dicebatur suscitare semen pupillorum mortuorum, sed semen patris eorum: ergo in hoc casu cum pupilli uxores acceperunt ad etatē nubilem accedentes, & sine femine mortui sunt, nō obligantur vxor mortui, & frater minor eiusdem suscitare semen viri mortui, cum iam magis semen pupillorum mortuorum suscitandum erat. ista suscitatio feminis erat specialius in Israel, quam in alijs gentibus ad seruandas lineas primogenitorum impermixtas: vt sic omni tempore manerent tribus, & familię impermixte, quod non contingeret si non suscitaretur semen primogenitorum per quos lineę decurrebant.

Si autem dicas, q̄ idem est, si fieret hoc in minoribus, vel medietaneis.

Respondetur q̄ verum est, q̄ quicumque sit in quo seruetur ista suscitatio feminis, siue primogenitus, siue quicumque alius, tenebitur impermixtio linearum familiarum, & tribuum, sed rationabilis fuit, q̄ minores suscitarent semen maiorum, quam maiores semen minorum.

Item nomen paternum debebat seruari in illo in quo seruabatur domus paterna. possessio, sed in filio primogenito seruabatur possessio paterna, quia dupliciter suscipiebat primogenitus, quam quilibet alius, vt colligitur Gen. 48. & 49. cap. ergo in primogenito fieri debebat ista suscitatio feminis.

Item ille suscitare dēt semen alterius, qui viuit post mortem eius, sed magis accidit, q̄ fratres iuniores viuunt mortuis maioribus, quam e contrario: ergo conuenientius erat, q̄ fratres minores suscitarent semen primogenitorum.

Sed forte dices, q̄ ad conseruandam distinctionem tribuum, & nomen paternum, non magis referebat, quod frater minor suscitaret semen fratris maioris mortui, quam quod in femine suo conseruaretur nomen patris sui.

Respondetur, q̄ ad conseruandam distinctionē familiarum, & tribuum semper erat facienda feminis suscitatio in primogenito, quia alias dato, q̄ conseruaretur nomen capitis tribus, aut familię, tamen conseruaretur in alia linea, & sic misceretur lineę, & nulla maneret cognita, sed de vna transiret in alteram, & sicut illa linea primogenitorū deperiret, nisi frater minor suscitaret semen fratris sui, ita si frater mediocris moreretur, qui continuaret in se semen patris sui, & nomen, & alius minor non suscitaret semen eius: nā esset transitus de ista linea ad alteram, & sic non maneret aliqua certitudo: sicut nunc nō manet in lineis plebeiorym, in quibus non sit possessio certā seruariō

Quod cōueniens fuit suscitare semē primogenitorum.

paratio in primogenitis, & feminis suscitatio: oportet ergo ad conseruationem generis sine permixtione linearum, vt fiat alligatio ad certam lineam, siue sit linea primogenitorum, siue mediocrum, vel qualiumcumq; dumtū illa linea conseruetur sine permutacione, & fiat in ea suscitatio feminis. Quod aut sit radicale fundamentum, quare possessiones sortium erāt distinctę in lege veteri, & qualiter fieret suscitatio feminis in primogenitis, & quid ista proficiant ad nouum testamentum Nu. 27. c. dictum fuit.

Quid si primogenitus reliquit filiam non filium, nunquid alij fratres uxorem defuncti accipere deberent. Quæstio. V.

QUID si primogenitus mortuus est, & reliquit filiam, & non filium, nunquid alij fratres uxorem defuncti accipere deberent.

R̄s̄ q̄ possit dici, q̄ non, quia licet filię non faceret lineā patrum continuari, q̄ transibant ad tribū de qua viri accipiebant: tñ poterant accipere viros ex quibus susciperent filios, q̄ noīarentur noīe auorum, & illi reciperent possessionē, & continuaret lineam familię auorum, vt patet de filiabus Salphaad Nu. 27. c. Sed licet hoc aliquantulum videatur tñ nō multum stat, quia si viros ex alia tribu acciperent, semper transiret hēditas ad aliam tribū, in qua non pprie continuaret familia descendens a capite alterius tribus: iō filij Manasse petierunt, q̄ filię Salphaad, q̄ hēbant sortem patris, non nubent viris aliarum tribuum ne pderent ipsi aliquod de sorte Manasse, & accresceret alteri tribui. & sic mādauit Deus fieri: vt patet Nu. 36. c.

Dec. resp.

Ideo dicendū, q̄ si moriatur frater primogenitus sine filijs masculis, hī ac si non genuisset: ideo dēt frater se quens accipere eius uxorem, vt suscitet semen. & patet quia dī in textu, q̄ post vocabitur primogenitus istius noīe defuncti ad p̄inuandam familiā, sed nō p̄t intelligi hoc de feminis, q̄ nunq̄ noīantur noīe patris, vel auorū: si tñ defuncto primogenito filiā manserit, & non sit aliquis frater potens suscitare semen, illa accipiet hēditatē patris, vt patet Nu. 27. c. Vxor defuncti non nubet alteri. In hoc liberior erat masculus, q̄ femina, quia in optione masculi erat recipere vxorē fratris defuncti, vel subire penā, q̄ ponitur in textu, sed femina tenebatur nubere illi, nec poterat aliquo excusari volente fratre defuncti. rō quia si vir inuitus vxorē reciperet semper eā odio hēret, vel eā occideret, & eēt maius damū, & vī forte, q̄ talē vxorem non pmitteretur repudiare, donec ex ea saltē vnū filium suscipisset, q̄ vocaret noīe fratris mortui, alias frustra esset, q̄ eā acciperet ad suscitandū semē fratris sui, tñ erat ei obligata ex lege: iō tanq̄ p̄ verba de p̄senti desponsata, vel vxor facta puniebat: vt patet Gen. 38. cap. de Thamar, q̄ expectabat Selā filium Iudę paruulū defunctis fratribus suis, & non relinquentibus semen, & q̄ ante q̄ ei tradere, inuēta est p̄cepisse, mandabat eā Iudas, tanq̄ adulterā cōburi, donec inuentū est, q̄ de ipso cōceperit: sic ēt dixit Noemi nubibus suis defunctis viris, q̄ non poterant expectare ex ipsa alios viros: ideo q̄ nubere cui uellent, vt hī Ruth. 1. c. q. d. si possent expectare non deberent alijs nubere, vt ibidem. Et suscitabit semen fratris sui. Suscitare semen fratris est ex vxore, q̄ frater moriens reliquit filios gignere, qui noīentur noīe fratris mortui, & sint de familia illius, & non dī iste suscitare semen sibi, quia filij sui nō nominantur noīe suo, & ita hī iste ac si non gigneret filios: nec pōt iste familiā distinctā facere: q̄ successio sua transit in familiā fratris defuncti: ideo excusauit se consanguineus Booz accipere Ruth Moabitidē dicens. Nec, n. postulatē familię meę delere deo,

idest nollē eam delere, quod facerē si suscitaret semen defuncti, vt hī Ruth. 4. c. & iste accipiens uxorem fratris accipiebat oīa, q̄ ad eum pertinuerant duplici iure. si iure propinquitatis, quia frater erat, & quia semē eius suscitaturus erat, cui oīa ista debebantur, quę erāt patris sui, quia tanquam filius eius in sua familia gradum faciebat. & si forte aliquis de fratribus maiorib⁹ nollet suscitare nomen defuncti, licet ad eum hēreditas deuoluebatur, & renunciabat alter iuri suo, vt patet de consanguineo Booz ad quem magis pertinebant bona filiorum Noemi defunctorum: qui tamen nolens ducere uxorem Ruth cessit iuri propinquitatis, & translatum fuit ad Booz, vt patet Ruth. 4. c.

An suscitatio feminis pertineret ad consanguineos seruat a semper maioris atinentia. Et si primo plures fratres moriantur, & postea vltimus accipiat uxorem illorum, cuius ex illis nomen suscitare dicatur. Quæstio. VI.

SCIENTIUM tamen, q̄ ista lex dabatur in fratribus, q̄ suscitarent semen fratrum suorū maiorum defunctorum, sed non solum poterant hoc fratres, sed etiam alij cognati, quia tamen fratres erant propinquiores inuicem, quā alij cognati, quando frater vnus volebat semen alterius fratris suscitare, non poterat aliquis de alijs cognatis accipere uxorem defuncti ad suscitandum semen ex ea: si tamen fratres nolent, aut nō essent alij cognati, vt patris, vel consanguinei in secūdo gradu, qui patruales vocantur siue consobrini, aut in alijs gradibus atinentie in quibus matrimonium concessum erat in lege, poterant suscitare semen: ita q̄ non essent primogeniti, qui ex hoc perderent successiōnem in sua linea posteritatis, & in istis seruabatur ordo propinquitatis. l. q̄ qui magis propinquus erat, poterat accipere vxorē defuncti: illo autem cedente iuri suo alius qui nō erat ita propinquus, accipiebat eam si uellet. Non tamē cogebantur isti subire poenam, quam subibat frater nolens suscitare semen fratris propinqui sui. q̄ aut alij cognati prater fratres possent suscitare semen cognati, & peruenirent ad eos omnia iura, quę erant eius q̄ mortuus fuerat, patet Ruth. c. 4. de Booz qui suscitauit semen vnus de filijs Noemi, cuius vxor manserat scilicet Ruth, vt patet Ruth. 4. ca. & omnia quę erant pertinentia ad virum Ruth, & fratrem eius mortuū, atque patrem eorum, accepit, vt patet ibidē. Et si forte dicas, quod iste Booz erat filius Elimelech, & frater Maalon, & Chelion, & vnus horum vxor erat Ruth. ideo q̄ per hanc legem suscitabatur semen. Respondetur, q̄ nō potest dici, q̄ esset Booz frater viri Ruth. Primo, quia Elimelech erat pater viri Ruth, vt habet Ruth. 1. c. l. Booz non erat filius Elimelech, sed cognatus eius vocat, vt patet Ruth. 2. c. ergo non erat Booz frater illius viri cuius semen suscitabat. nam cognati vocantur proprie illi, qui habent atinentiam trālinersalem, ascendentes autem, & descendentes inter se proprie non vocantur cognati. Secūdo, quia si Booz esset frater mariti Ruth esset filius Noemi, vel Elimelech mariti sui, & tūc cum Noemi mitteret Ruth ad messes Booz, non mitteret eam tanq̄ ad alienum, sed tanq̄ ad messes filij sui, sed mittebat eam tanq̄ ad alienum, & ita moliebatur consilia in eum ad faciendum caute, q̄ esset Ruth vxor eius, sicut si nullo mō pertineret ad cognationem eius, vt patet Ruth. 2. & 3. cap. Item tertio, quia cū Ruth locuta fuit ad Booz dicēs, q̄ extenderet super eam pallium suum, l. q̄ acciperet eam in uxorem, dixit Booz, q̄ alius erat propinquior manto

marito Ruth, qui mortuus fuerat, ut patet Ruth. 3. c. tunc dato, quod alius qui vocabatur propinquior, quam Booz esset frater mariti Ruth iam mortui, sequeret quod Booz non esset frater mariti prioris Ruth, quia tunc necessarium esset, ut ipse Booz & alius, quem vocabat propinquior se fratres essent. Sed non potest stare, quia tunc non esset vnus propinquior alio, cum duo fratres sint in eodem gradu propinquitatis respectu cuiuslibet. si autem alius quem dicebat Booz esse propinquior quod se, non esset frater mariti Ruth mortui, sequeretur a fortiori, quod Booz non erat frater mariti prioris Ruth, cum minus attineret ad eum quam alius vir. Quarto, quia Booz vocauit Elimelech fratrem suum, ut patet Ruth. 4. c. cum dicit partem agri Elimelech fratris nisi vendit Noemi, sed si esset Booz frater mariti prioris Ruth esset filius Elimelech cum Maalon, & Chelion, quorum vnus erat maritus Ruth: & tunc non vocaret se fratrem Elimelech, sed filium: scriptura tamen vocat eum fratrem. Quinto, quia Ruth. 4. c. in fine, & Mat. 1. c. cum describitur genealogia Booz dicitur quod Naafon genuit Salmon: Salmon genuit Booz. si tamen esset Booz frater mariti prioris Noemi non esset filius Salmon, sed filius Elimelech: cum Elimelech esset pater Maalon, & Chelion, quorum vnus erat maritus Ruth, ut patet Ruth. 1. c. multa alia sunt ibi ex quibus hoc manifestatur. Cum autem cognati qui non erant fratres, suscitabant semen alicuius cognati sui, omnia que pertinebant ad istam legem suscitationis seminis in fratribus, seruabantur in eis: excepto quod non obligabant ad penam hic positam si non suscitarent semen, quia gratis agebant: ideo non debebat damnum reportare, quia benefacere non coguntur. *Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit.* Quia per primogenitos posteritatis familiaris tenebatur. Sed queritur si frater primogenito mortuo sine semine accipiat secundus frater uxorem eius, deinde tertius, quartus, & quintus, & omnes sine semine moriantur: deinde accipiat ea sextus frater, & procreet inde filios, cuius nomine vocabuntur filij geniti? vel nomine maioris fratris primo mortui? de secundo, tertio, & quarto non est dubium, quod non nominabuntur filij geniti nomine illorum, quia sextus nulli eorum immediate successit, nec propter eos ista seminis procreatio facta fuit, sed de primo & ultimo dubium est, de primo quidem, quia tota fratrum susceptio in vxore propter eum facta est, de ultimo. si de quinto dubium est, quia ei successit sextus qui prolem habuit. Sed respondetur, quod isti filij nominabuntur nomine primi fratris mortui, quia omnes isti propter illum acceperunt uxorem eius. Item quia per primogenitos tenebatur ordo posteritatis in familijs. *Ut non deleatur nomen eius de Israel.* i. ut non interrumpatur, & deficiat familiaris successio, & speciale erat hic, quia si ille primogenitus superuixisset, & prole genuisset, non oportebat quod primogenitus eius vocaretur nomine eius, aliam daremus, quod tota vna linea familiaris vnus haberet idem nomen: maxime quia contrarium patet in tota sacra scriptura, quia patres raro vocabant primogenitos suos nomine suo, sed nunc mortuo fratre primogenito nominabatur filius fratris suscitantis semine nomine mortui, ut qui non erat filius iure, esset saltim nomine, & hereditatis successione. *Si autem noluerit accipere uxorem fratris sui.* scilicet quia requisitus fuit, quod ea acciperet, & noluit. *Qua ei lege debetur.* i. per istam legem quam Deus hic statuit de suscitatione seminis fratris defuncti. *Perget mulier ad portam ciuitatis.* Quia ibi iudices manebant causas audientes. *Et interpellabit maiores natu.* i. proponet causam suam coram senioribus qui dicuntur maiores natu. i. natuitate, vel tempore. *Tollet calciamentum de pede eius.* In signum vituperij, quia non vult suscitare semen fratris sui, aliquando vir disca-

bat seipsum, ut si duo propinqui essent, ad quos pertineret accipere hereditatem, & uxorem mortui: si ille ad quem pertinebat primo successio, nolebat accipere hereditatem defuncti, & uxorem, & cedebat alteri, discalear calceum suum, & dabat proximo suo in signum firme concessionis, ut patet Ruth 4. c. *Spuet in faciem eius.* i. in vultu suo, quia magni dedecus est hoc Ra. Salo. dicit, quod spuebat in faciem eius, i. coram eo in terra quasi detestans eum. Et iste sensus esset conueniens, si ly faciem poneretur in ablatiuo, sed quia ponitur in accusatiuo necesse est esse terminum ad quem sputa terminabantur: sed de hoc non plene patet differentia in litera hebraica cum casus non habeat, sed quaedam prepositiones, que videtur determinare ad plenam habitudinem casualem, sed non potest tanta fieri distinctio, quod dubium totaliter tollatur, quia aliquae prepositiones habitudinales diuersimode significant, sicut in quibus signat aliquando, in quo, aliquando in quem, sic est alia apud Hebreos eandem vim habens, scilicet be, vel ba, vel bi. A ben Ezra dicit, quod mulier spuebat in calciamento, & hoc est propter diuersitatem relatiui, quia ly eius videtur posse referri, vel ad calciamentum, vel ad hominem, sed litera nostra rationabilior est, quia hoc fiebat ad magnum dedecus, sed valde maius erat spueri in faciem respuentis uxorem. Item, quia dicitur in faciem eius, calciamentum autem non dicitur habere faciem, nec ante, nec retro. *Sic fiet homini, qui non edificat domum fratris sui.* Fiebat enim tantum dedecus, ut non recusarent accipere uxores fratrum defunctorum, quia multi refugiebant suscitare nomen fratris, & perdere suum, ut patet Ruth 4. de consanguineo Booz, & Gen. 38. ca. vbi Onan filius Ioseph Thamar uxorem fratris sui mortui, & quia sciebat non nasci sibi filios, sed fratri, semen fundebat in terram. *Et vocabitur nomen eius in Israel domus discaleari.* Istud erat magnus dedecus, quia priora vituperia transeunt, sed hoc manet in tota eius posteritate, & ideo hoc maxime nolebat, quia homines rationabiles magis volunt librorum successione carere, quam eos infames gignere. *Si autem noluerit accipere uxorem fratris sui.* scilicet forte mortuo fratre suo sine semine si acciperet iste aliquam uxorem antequam ab vxore mortui super hoc requireretur, non incidere in poenam, quae infra ponitur.

Cause quare viri retrahuntur ab accipiendo uxores fratrum suorum defunctorum. Et quare melius est contrahere cum virgine, quam cum vidua. Quest. VII.

CAUSA autem recusandi tales uxores multe erant. Prima, & potissima, quia debebat gignere fratri suo, & non sibi, ut patet infra. Secunda erat, quia multi viri, & ut in plurimum recusant accipere uxores, quae ab alijs cognatae sunt. Tum, quia quilibet mulierem a virginitate habere vult, tum quia melius vir moribus suis coaptat eam foeminam, quam nullius alterius viri matrimonio coaptata est, quam eam, quam alterius moribus assuescenda erat, quia difficile talia auferuntur. Tum, quia quoniam mulier nouit alium virum non est integra dilectio ad eum, quae nunc habet, maxime si alius vir bonus vir, & consentaneus moribus vxoris, iste autem quem postea habet non est ita consentaneus. Ex quo sequitur, ut interdum foemina viro suo in memoriam ducat virum quem prius habuit, & sic fit, ut foemina integro animo virum quem habet, non diligat, nec vir foeminam, & haec sunt causa quotidianarum querelarum, ut sapissime experitur. *Qua ei lege debetur.* Satis distinguit hic litera de foemina viri mortui, & de fratre viri mortui, quia foemina debetur viro, & tamen vir non debetur ei, ideo si foemina illa, siue requisita a fratre viri mortui,

ut fit

ut sit vxor sua, siue non requisita antequam ipse aliam acceperit uxorem per quam videatur reculare ea, acceperit alioquin virum, vel qualitercunque alicui carnaliter commixta fuerit, rea est adulterij, quia tenebat illi alligata, tanquam si esset sponsa eius, aut tradita ei in matrimonium, ut patet Gen. 38. c. de Thamar nuru Iude: vir autem siue requisitus sit, siue non requisitus a femina, & non acceperit eam, sed aliam, non fornicatur, nec peccat, ut secundum Deum debeat puniri, ut fornicator, sed tanquam fractor legis de suscitando semine fratris sui: est tamen defraus, quia si mulier eum requisierit, antequam assumat aliquam uxorem, & non accipiat eam, tenet reus pena legis huius quam infra ponitur. si autem non mouerit eum, non est reus aliqua pena. De autem deberi mulier viri mortui fratri eius per legem, super ista legem de suscitando semen: & non refert se ista lex ad aliam priorem per quam esset obligatus frater mortui viri obseruare hoc nisi hoc statutum foret, sed refert se ista lex ad casus particulares determinandos, qui euenirent post conditionem legis huius. scilicet quod quoniam acciderit aliquis casus post determinationem legis huius, ut moriatur vnus frater primogenitus, & maneat sine semine, vxor eius esset debita fratri suo per istam legem. *Perget mulier ad portam ciuitatis.* Quoniam frater mortui nolebat in pace vxorem fratris sui mortui, non obseruabat aliquid de ista solemnitate, sed recipiebat in vxorem sicut recipiunt alij mulieres: & cuncta que ad frater suum pertinebant ad eum peruenient, & hoc duplici lege, primo lege cognationis, quia ex quo iste vir mortuus non reliquerat filios, nullus ei propinquior erat quam frater, secundo perueniebant ad eum omnia, quae fuerant fratris sui lege de suscitando semine, quia qui accipit vxorem viri mortui, ideo eam accipit, ut suscitet ex ea semen viri mortui, & vocet primogenitum nomine viri mortui, sicut igitur si ille mortuus reliquisset semen, omnia bona sua perueniebant ad filium suum lege naturalis successionis, quia filij debent hereditate parentis, & non parentibus filij, ut patet 2. Cor. 8. c. si tamen iste qui frater erat nolebat accipere vxorem fratris, & alius qui non erat frater assumebat eam, cedebat ei cuncta, quae pertinebant ad virum mortuum, & hoc quia lex de suscitando semen erat potior, quam lex de successione cognatorum, & hoc quia ille qui suscitare volebat semen, erat tanquam filius viri mortui, cum daret operam, ut gigneret filium nomine viri mortui, quod ei ascribendum esset, & sicut ille si natus esset cuncta susciperet, ita ille qui loco eius se gerebat, cuncta recipere debebat: patet hoc in Booz accipiente Ruth in vxorem: nam alius erat propinquior viro mortuo quam Booz, quia tamen ille noluit accipere Ruth in vxorem, cuncta cessarunt in ius, & hereditatem Booz, ut patet Ruth. 4. c. cum dicitur, dixit ergo propinquo Booz tolle calciamentum, quod statim soluit de pede, ad ille maioribus natu, & vnuerso populo: testes vos inquit estis, quod possederim omnia que fuerunt Elimelech, & Chelion atque Maalon tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorem Maalon in coniugium sumpserim, ut suscitarem nomen defuncti in hereditate sua: cum autem non accipiebat pacifice vir mulierem fratris sui requirentem eum ne ea accipiat in vxorem, ipsa pergebat ad portas vrbis ad iudices huiusmodi negotij propositura. Vnde intelligendum est, quod mulier teneretur requirere fratrem viri mortui post mortem viri sui, ut eam acciperet vxorem: nam si non compelleretur hoc requirere, fieret fraudes isti legi, quia ut communiter viri fratres mortuorum, non desiderabant accipere uxores relictas a fratribus suis ex causis supra assignatis: si ergo foemina non compelleretur requirere eos, & ipse interdum nolent eos in viros, sed quoslibet alios, qui non accederent ad eas hac lege de suscitando semen, & sic fieret fraus legi,

quia rarissime poneretur in executione. *Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui.* Ex hoc sequitur, quod mulier requirebat fratrem viri sui mortui, ut eam acciperet in vxorem, alioquin non posset ipsa scire virum vellet eam accipere aut non. *Suscitare semen fratris sui.* id est, gignere filios pro fratre suo. *In Israel.* i. ut filij alij qui gignantur qui maneat in populo Israel continuantes lineam patris sui, & denominantes eam. *Nec me in coniugium sumere.* Idem erat istud, scilicet nolle eam habere in vxorem, & nolle suscitare semen fratris sui. nam si illam non acciperet in vxorem, non poterat suscitare semen fratris sui, dato enim, quod aliam quamcunque vxorem acciperet, & diceret se velle suscitare semen fratris sui, ex illa non poterat, quia illa non fuerat vxor fratris sui, ex qua semen suscitari debebat, quia in ea semen mortuum fuerat: in ea autem in qua semen viri mortui nunquam fuit, non dicitur suscitari, sed non conuertuntur ista. Accipere vxorem fratris in vxorem, & suscitare semen fratris, quia accipere vxorem fratris est vnuerfalius, quam suscitare semen fratris, nullus namque potest suscitare semen fratris, quoniam accipiat vxorem fratris mortui: potest tamen aliquis accipere vxorem fratris non suscitando semen fratris. scilicet quoniam acciperet eam non per legem de suscitando semen pro fratre suo, sed ut gignat pro se sicut ex alia vxore gigneret si eam pro se acciperet.

An frater defuncti teneretur suscitare semen ex omnibus vxoribus defuncti. Et quare iudices virum interrogabant utrum accipere vellet vxorem fratris. Questio. VII.

SED circa hoc queritur si aliquis habeat plures uxores, sicut in veteri lege permillum fuerat, & gignat ex vna filios, ex alijs autem non: nunquid debet frater suscitare semen fratris ex alijs vxoribus. Respondetur, quod non, quia ista lex solum mandat suscitari semen fratris, & non suscitari semen vxoris fratris. hoc autem est cum vnus frater qui est maior, moritur absque liberis: si autem habeat liberos non debet habere vxorem eius lege successionis ad suscitandum semen, sed cum vir ex vxore vna filios genuit dato, quod ex alijs non genuit, non dicitur mori absque liberis: ergo non debebat tunc aliquis suscitare semen fratris sui. Sed adhuc queritur aliud, scilicet si aliquis vir habuit multas uxores iuxta casum prius positum, & ex nulla illarum filios genuit, vel genuit, & mortui sunt, ita quod dicatur mori sine semine: de qua vxore illarum debet suscitare semen frater manens, Respondetur, quod aut ille vxores erant aequae principales, aut non: si non erant aequae principales debebat suscitare semen de vxore magis principali, quia illa proprius dicebat vxor viri mortui, & aliae habent. nisi alique vxores, ut magis principales, & minus principales, quoniam alique sunt ancillae, & alie sunt defraus, vel saltem libere, ut pote Abraham habuit vxorem Sarram, quam libera erat, & Agar quae erat ancilla Sarre, & tradita fuit in vxorem Abraham, ut patet Gen. 16. c. si ergo mortuus fuisset Abraham, & aliquis cognatus suus vellet suscitare semen eius, non debebat accipere Agar in vxorem, sed Sarram, quam erat principalis vxor. sic esset dicendum si Iacob qui habuit 4. vxores duas liberas, scilicet Rachelem, & Liam, & duas ancillas suas, scilicet Balaa, & Zelphaa, ut patet Gene. 29. & 30. c. mortuus fuisset sine liberis, qui vellet de cognatis eius semen illius suscitare, accipere debebat Rachelem, vel Liam, & non ancillas, quoniam non erant principales uxores: idem est si vna de vxoribus sit ancilla, & alia libera: licet illa quam ancilla est non sit ancilla alterius quam libera est: sicut cum aliquis in bello accipiebat in numero captiuarum aliquam, quae in omnibus ei placebat: debebat eam

eam habere in vxorem fm formam traditam. s. 21. c. vel si eam alias emisset in ancillam, & postea accepisset in vxore: ista aut distinctio rota locū hēt qñ frater viri mortui nō vult accipere in vxores oēs quas habuerat frater suus: nā si hēre voluerit oēs, erunt oēs suæ vxores, & q̄cunq; alterū acciperet in virū, vel alteri quouis mō commisceret, erat rea adulterij, donec frater viri mortui repudiaret eā. Si aut oēs vxores essent eę principales, vt pote, q̄a oēs erant libera; est distinguendum, vt s. ga aut volebat hēre oēs eas in vxores, & tūc habebat, & oēs ipse obligabant accipere eę in virum: si aut nolēbat accipere oēs, vñ q̄ esset relinquendū in electione viri viuētis, quā potius vellet assumere i vxorem. vñ qñ aliquis vir moreretur sine femine habens multas vxores, quarum aliqua; essent minus principales, q̄ alię, vt pote, quia quædam ancilla; & q̄dam libera; & esset aliquis viri mortui frater, & suscitare posset semen viri mortui, oēs istæ vxores requirere debebant ipsum virū, vt eas acciperet in vxores: & si an istā requisitionem aliqua de eis siue ancilla, siue libera aliquid alium acciperet in virum, vel alias commisceret ei carnaliter, adulterij rea erat, quia oēs erant obligatæ illi viro, donec eas vel aliquas earum accipere recusat: si aut vellet ipse accipere oēs, acciperet quotquot vellet, scilicet accipiendo oēs liberas, & vñ a de seruis, vel accipiendo omnes liberas relictas oibus ancillis: ita tñ qñ nō posset relinquere liberam aliquam, vt acciperet ancillas oēs, vel aliquam de ancillis: deinde si forte oēs ancillas abijceret, esset in electione eius, q̄ vellet de liberis, vel si vellet oēs illas: postq̄ vero iste vir determinasset sibi aliq̄, aut aliquas de istis relictis ceteris, poterant relicte accipere alios viros, quos vellent. *Statimq; accessit eum facient.* i. citari, vel vocari ad hoc, q̄ respondeat vt unū facere velit, q̄ petitur vel non, vel vt ostendat aliquam legitimā causam, quare hoc non faciat. *Et interrogabunt.* Licet mulier viri mortui conquesta fuerit, quia iste eam in vxore habere nō vult, tñ interrogatur iterum vtrum eam velit in vxorem, & hoc pp̄ duo. Primum est, quia verbis mulieris conquerentis nō creditur, sicut nec alicui actori q̄ res, aut accusatori q̄ accusatum non creditur, nisi aliter veritas aliquāter constaret. constare autē in hac parte nullo modo melius potest, q̄ per confessionem viri, eam dependeat hoc ex voluntate sua: ideo petitur ab eo vtrum velit. Secunda causa est, quia dato, q̄ constet eum recusasse accipere illam vxorem fratris sui mortui extra iudicium, tñ requiritur in iudicio, vtrum eam recipere velit, vt magis verecundet corā oibus, & inducatur ad accipiendum eam. Tertia causa est, quia si non accipiat eam, debet ei dari p̄na. sed p̄na nunq̄ debet dari, nisi ei cuius delictum aliquāter constat: ergo oportet, vt prius constet eum nolle recipere illam in vxorem quasi detur ei aliqua p̄na, sed hoc constat per confessionem istius viri: ergo debet interrogari. *Si responderit nolo eam in vxore accipere.* Erat tenor legis de suscitatione legitimi seminis pro fratre suo, ideo dabatur ei p̄na, q̄ sequitur. *Accedet mulier ad eum.* Mulier infigebat istam p̄nam, quia q̄ eam peccabat iste vir nolens suscitare semen ex ea viro mortuo fratre suo. *Coram senioribus.* i. coram iudicibus qui vocantur hic seniores, & supra vocabantur maiores natu, quod idem est, & hoc est, vt corā eis infligeret p̄na, vt magis verecundaretur vir recusans accipere vxorem, & non recusaret eam. *Tollit calciamentum de pede eius.* Hoc fiebat ad magnum vituperium, quia illi cui tollebatur calciamentum signabatur priuatus oī bono: et vsq; ad calciamenta, q̄ dñr minima, vt patet ex modo loquendi Abrahę Gen. 14. cum dixit ad regem Sodomorum viuit dñs, quia non accipiam de his q̄ ad te pertinent a filo subregiminis vsq; ad corrigiam caligę. i. calcia-

Tollere calciamentum de pede fiebat ad magnum vituperium.

menti, vt magis apparet in littera hebraica, & fiebat hoc et vt maneret opprobrium sempiternum illi, & filijs suis, quia vocaretur domus sua in Israel domus discalciati. *Spuet que in faciem illius.* i. in vultum suum. i. mittendo spua ad vultum eius, quæ est maxima confusio, & verecundia, q̄ tota hominis pulchritudo, & dignitas, quæ in facie lucet, quia imago Dei est, detur petur spūis. aliqui autem aliter hoc declarauerunt, vt diximus supra.

Quare Ruth non expuit in faciem cognati Booz. Questio. I. X.

SE d quæres quare qñ Booz & alius cognatus suus disceptabant, quis acciperet Ruth Moabitidē in vxorem, & alius qui p̄pinq̄ior erat noluit eam in vxorem accipere, & tulit Booz de pede eius calciamentum, non spuit in faciem eius: debuit feret. n. spūere in faciem eius fm legem hic datam, quia non accepit vxorem illam Ruth Moabitidē ad suscitandum semen cognati sui mortui. i. Maalon, vt patet Ruth. 4. c. Respondetur, q̄ ista lex, quæ talem p̄nam infligebat, solum erat data inter fratres, qñ vnus frater volebat suscitare semen fratris sui, vt patet ex verbis legis huius in principio. Booz autem & alius cognatus eius non erant cognati Maalon, ita q̄ essent fratres eius, sed erant cognati in alio gradu remotiori: ideo in nullo illorum poterat obseruari ista lex quantum ad inflictionem p̄næ, siue Booz eam recusaret, siue alius. De Booz, q̄ non esset frater Maalon, & fili; Elimelech, siue Noemi supra declaratum fuit: de alio cognato qui renunciat iure propinq̄uitatis, et satis patet: Elimelech, & Noemi duos filios solum habere narratur, vt patet Ruth. 1. ca. ergo non erat ille filius Elimelech, & Noemi, & patet diuersitas in hac lege, & in illo factō Booz, & alterius cognati sui. Primo, quia qñ frater viri mortui recusabat accipere vxorē relictam, ipsa discalciata virum tollens de pede eius calciamentum: in illo factō non soluit Ruth calciamentum illius viri recusantis eam, sed ipsemet soluit illud, & dedit Booz, vt patet Ruth. 4. c. Secundo erat diuersitas, quia mulier spuebat hic in faciem viri recusantis eam: hic aut in nullius faciem spūitur, quia nec Booz spuit in faciem cognati sui, nec ipsa Ruth. Tercio erat diuersitas, quia hic tollebatur calciamentum ad notandum infamiam, vt ille vir, cui tolleretur calceus, & totum genus suum maneret infamati, cum dñr in littera, & vocabitur nomen illius domus discalciati in Israel: in factō autem Booz, & alterius cognati sui soluebatur calciamentum ad faciendum alteri firmam confessionem rerum pertinentium ad ius suum: sic dñr Ruth. cap. 4. hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinq̄uos: q̄ si qñ alter alteri suo iuri ce debat, vt esset firma confessio, soluebat homo calciamentum suum, & dabat p̄ximo suo, hoc erat testimonij confessionis in Israel: patet ergo q̄ nō debuit Ruth vxor Maalon defuncti dissoluere calciamentum de pede illius cognati Booz, & viri sui mortui, nec spūere in faciem eius. *Sic fiet homo qui non edificat domum fratris sui.* i. sic meretur pati, & deludi homo, qui non suscitatur domum fratri suo: dñr domus non quidē fabricatura parietum, sed familia, & genus deriuatum: edificat ergo aliquis fratri suo domum, qñ non reliquit frater p̄geniem aliquam, & alius gignit p̄ illo, ut maneat ei successio, sic patet Gen. 16. c. vbi littera dicit ingredi ad eam si forte saltem suscipiam filios ex ea. Ista hebraica dicit si forte edificabo ex ea. *Et vocabitur domus illius.* Hic ponit adhuc maior infamia. i. q̄ domus istius viri qui recusaret suscitare semen fratris sui, esset semp infamata, ita q̄ filij sui vocarentur semper filij hominis discal-

De poena mulierum iurgantiū.

discalciati, & tota illa progenies vocaretur progenies discalciatorum in tribubus Israel. *Si habuerint.* Hic agitur de poena mulierum. *Si habuerint inter se iurgium.* Dñr hic iurgium large quolibet cōtentio siue sit in verbis, siue in factis, & magis adhuc accipitur pro ea, q̄ est in factis, quod hic patet: licet posset adhuc dici, q̄ accipiatur iurgium pro cōtentione, q̄ est in verbis, & post a verbis veniunt ad realem pugnam. Primum notat cum dñr: si habuerint inter se iurgium. i. cōtentionem in verbis. Secundum notatur cum dñr, & rixari coeperit, quia ex ipis verbis rixa generatur, ita vt se mutuo percutiant: iurgium tñ proprie accipiendo est contentio verbalis, q̄ aliqui habent coram iudice cū iure disceptant: vnde dñr iurgium, quasi iuris garrum. i. iure garrare, siue iure disceptare, vt patet extra de verborū significationibus, in cap. forus. *Inter se iurgium viri duo.* Secus est si vna mulier cōtra aliquem virum haberet contentionem realem, quia tunc dato, q̄ apprehenderet mulier virum per verendam non incurreret in p̄nā huius legis. Et ratio est, quia ista prohibitio est pp̄ magnum dolorem, quem sustinet vir quando apprehenditur per virilia, ita q̄ nihil facere potest vltra, & posset interim alius vir faciliter eum occidere: si tamen ipsa mulier habeat contentionem cum viro, seruabit se ab ea vir quantum poterit, ne eum sic apprehendat, & non poterit apprehendere, quod non est quando vnus vir contendit cum alio, quia tunc non potest cauere a muliere, quæ eum per virilia apprehendere vult. Etiam quia quando mulier contendit contra virum est principaliter hostis eius: ideo quodcumque malum faciat ei facit quasi hostis: & lex ita imputabit ei quasi hosti. Cum autem vnus vir contendit cū alio, vnus est principaliter hostis alterius, & non femina: ideo si femina apprehendat, debet ei dari maior p̄na, quā si ipsa principaliter contendens teneat per virilia. nā primo modo dum ipsa femina tenet virum per virilia, alius vir poterit occidere hunc virum, qui tenetur: si autem ipsa femina principaliter contendat, & teneat, dū tenet non potest alia mala operari, aut saltem non poterit, ita ac si vir contra virum pugnaret, & femina teneret per virilia. Idem dicendum est si duo viri contendant, & vnus teneat alterum per virilia, non tenetur poena istius legis, quia cum aliqui duo sunt hostes, intendit sibi pessimum facere eorum quæ poterit: quomodocumque ergo se habeat vnus hostis ad alterum, solum debet puniri, tanquam hostiliter agens, & non aliqua p̄na speciali: etiam quia cum vnus accipit alterum per virilia, non potest facere alia mala, sicut si femina apprehenderet, & vir percuteret, quia tunc posset alterū leuiter occidere, vel quia vnus vir ab alio viro hostiliter agente potest se custodire, quod nō potest fieri ad feminam, si vir pugnet in virum, & femina veniens apprehendat virilia. *Et vnus contra alterum rixari coeperit.* Rixa est contentio realis cum vnus alterum percutit, aut vt percutit punit, & ista rixa venit, quia primo iurgari sunt contendendo in verbis, licet in hoc nō multum differt, quia siue inceperunt in verbis contendere, & postea venerint ad facta, siue in pugna reali inceperunt, quocumque modo femina virū per virilia apprehenderit est ista p̄na. *Volensq; vxor alterius.* Vxor vnus eorum dicitur hic de vxore, quia vxores sunt, q̄ magis ad hoc mouerunt, quam aliquę aliæ personę vt viros suos eruant: si tamen aliqua alia persona agat, eandem p̄nam incurrit, vt si mater alicuius viri videt eum pugnantem cum altero viro abiens apprehendat alterum per virilia. nam eodem modo manus ei amputabitur, vel si filia videns patrem similiter virum cū quo pater contendit, per virilia tenuerit, quia in omnibus his sequitur idem inconueniens. Idem dicendum est si duo viri pugnant, & aliquis volens adiuua-

Rixa quid sit.

Are alterum eorum, apprehenderit alium per virilia. nā tunc abscindetur manus eius, quia eadē inconuenientia sequuntur, quæ in femina apprehendente per virilia, quia dum ille vir apprehendit alium per virilia, ille cum quo pugnat, irruet in eum, & occidet, magis tamen hoc pertinet ad feminas, quam ad viros, cū ista sit quædam impotentia, qui modus pugandi est conueniens feminis, quæ sunt deficientes viribus. *Erue uirum suum de manu fortioris.* q. d. ista confueuerunt facere femine cum vident maritos suos succumbētes, ne alij occidant eos, apprehendunt alios per virilia, vt sic faciant eos cessare a pugna, & non noceant viris suis, quia tamen etiam si hac bona intentione fiat, poterat sequi magnum scandalum. i. q̄ vir qui eruitur de manu alterius, poterit insurgere in eum qui tenetur per virilia, & occidet eum: ideo licet vero insurgat, & occidat, tamē quia mulier talia ausa est, ex quo poterat mori, infligitur ei ista p̄na. i. q̄ abscinderetur manus. si autem ponatur alius casus. i. q̄ vir & vxor simul insurgant in alium virum, & mulier teneat eum per virilia, & vir occidat, tenebitur vterq; mortis reus, quia non facit mulier secundum dispositionem huius legis. i. q̄ eruat virum suum de manu fortioris, proprie autem mulier virum dicitur de manu fortioris eruere, cum duo viri pugnant, & vnus eorum præualeat contra eum faciens eum succumbere, tunc videtur q̄ sit fortior altero, & hoc casu si mulier eum qui succubuit liberat, dicitur eruere virum suum de manu fortioris: maior ergo poena infligitur, cum ambo insurgūt simul in alterum virum (quia non est ad eruendum) quam femina agit ad eruendum virum suum. erat autem ista p̄na mortis, cum ex tali apprehensione fecuta fuerit mors. *Miserit manum suam.* i. ad tenendum verenda siue sit mulier, siue vir, vt sic faciat immobilem eum cuius verenda tenet. *Et apprehenderit verenda.* Vt dolore testicularū non moueatur, & cesset a pugna. *Abscindemanum illius.*

Quid se mulierem de manu fortioris virū erueret.

An femina tenens virum per virilia ex alia causa quam ad eruendum virum suum punietur hac p̄na. Questio. X.

NICOLAUS dicit, q̄ si alio modo, vel causa apprehendat alterum virum per virilia, q̄ a fortiori punietur ista p̄na. Sed non multum videtur, q̄ ista p̄na infligitur propter timorem magni periculi: si enim mulier per virilia teneat fortiter, tam intensus est dolor viriliū (quia sunt maxime sensitua) q̄ vir ille etiam si videat super se gladium venientem moueri nō poterit, & sic leuiter occideret eum alius vir, & propter hoc maxime talis apprehensio interdicitur. Si autem ex alia causa apprehendat, non sequitur tantum periculum: ideo nec tāta p̄na infligi debet. Et si arguas, q̄ ista lex est contra ius naturale. i. q̄ vir & vxor qui sunt vna caro, non se defendunt ad inuicem, sed in textu dicitur, q̄ mulier non apprehendit aliquid per virilia intendens defendere virum suum. Respondetur, quod permittit lex, quod mulier defendat virum suum taliter, quod ab alio non occidat, sed non taliter vt alium occidat. tenere autem per virilia est aliquem immobilem facere, ita quod aduersarius leuiter eum occidere possit, quod si hostis ante hostem ligatus poneretur, poterit autem mulier defendere virum aliter percutiendo, vel impellendo. *Non flecteris super ea vlla misericordia.* Hebręi dicunt, quod nō abscinderetur manus, sed dabatur pretium pro manu, sed non videtur verum, quia tunc aliqua misericordia esset, scilicet pecuniarum p̄nā pro corporali infligere, quod negat text.

Non

De commutata iustitia.

Non habebis in saculo diversa pondera. Exclufa iniustitia hic statuitur iniustitia. & agit de iustitia commutata, quæ est in contractibus. Lemendo, & vendendo, & quæ in hoc debet seruari æqualitas arithmetica, id est quantitatis: debent præcipue homines regulari circa medium æquans quantitates commutabiles, & illud est mensura, vel pondus: ideo prohibet fraudem fieri in istis quia istis in se habebis impossibile est emptionem, vel venditionem iustam fieri. *Diversa pondera. I. vnum ad vendendum, & aliud ad emendum. Pondera habebis iustum. I. æquale alijs ponderibus. Et verum. I. publicum. n. vel approbatum, vt non sit occasio mali gerendi. Et modius æqualis. Modius. n. omnem mensuram continentem in liquida, vel arida signat hic: licet specialiter signat quandam paruam mensuram Iudaicam, quæ non est vice sima pars modij nri. patet quia Ruth. 3. c. dicit quod ipsa tulit super se sex modios ordei de areis ad ciuitatem. Abominatur eum qui facit hoc. Quia ista peccata sunt multum damnosa, quia Deum valde offendunt, & proximum nimis lædunt, quia ad multos talis commutatio est. Et aduersatur omnem iniustitiam. I. valde repugnat talia agentibus, quia defraudant pauperum substantias, & totum cõicant, & extraneis damnosum sunt. Memento quid fecerit. Hic agitur de penis extraneorum. I. Amalechitarum. Quid fecerit tibi Amalech. I. incepit primo pugnare contra Israel quam alie gentes, & eis dedit incitamentum pugnandi. I. Iudæos: ideo dicitur Num. 24. principium gentium Amalech. I. primus inter omnes gentes qui pugnauerunt contra Israel: de quo Exo. 17. c. Memento quæ fecerit tibi Amalech. Deus facit hic memores Iudæos de malis, quæ eis intulit, vt deleant eum de terra, & licet multæ gentes contra Israel fuerint, vt patet de Chanaan rege Arad, vt hinc Num. 21. & in c. 23. de nulla tamen dicitur, quod accederetur ad puniendum eam delendo totaliter: licet de quibusdam ponantur quedam poenæ, vt de Aegyptijs, & Idumæis: qui non poterant intrare in ecclesiam dñi. vsque in tertiam generationem, vt patet. s. 23. c. & de Moabitibus, & Ammonitis: qui non poterant intrare in eam, in eodem c. meruit tamen iste populus specialiter hoc fieri contra eum, quia ipse fuit qui primus hebræos inuasit, & cogeris spiritum inuadendi tribuit, & vnde etiam taliter se habuit, vt signatur in littera. Quid fecerit tibi Amalech. I. quomodo pugnauerit contra te specialiter, quæ alie gentes: nam non ita cito fuerunt concitati Madianite contra Israelitas transeuntes, erat tamen Madianite circa transitum Israelitarum: quod patet, quia Israelitas transfugerunt apud montem Synai cum in eo fuerit data lex, vt patet Exo. 20. & s. 4. & 5. c. est autem iste mons circa terram Madian, quod patet, quia Moyses custodiens oues Iero sacerdoti sui pascebat eas in monte Synai, vt patet Exod. 3. c. Chanaanai est qui habitabat in Arad, erant ita propinqui loco per quem transfugerunt Israelite, sicut Amalechite, vt patet Num. 14. c. cum dicitur nolite ascendere: non est enim dominus vobiscum ne cadatis coram inimicis vestris: Amalechites & Chanaanæi ante vos sunt, quorum gladio cornuetis: & postea sequitur descendit Amalechites & Chanaanæus, qui habitabat in monte percussit eos: erant etiam propinqui Philistin, & Idumæi, & alij qui conturbati sunt ad introitum hebræorum in desertum, vt patet Exo. 15. c. cum dicitur ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistin. tunc conturbati sunt principes Edom, & robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan: nullus tamen de istis populis bellum vllum contra Israelitas gessit, antequam gererent Amalechite. nam si obijciatur, quod Chanaanæus rex Arad cum Amalechitis simul bellum inierunt contra Israelitas. & eos fugauerunt occidendo, vsque Horma: vt patet Num. 14. c. Nec si obijciatur id quod Chanaanæus rex Arad per se egit cum inijs pugnam cum*

De poenis Amalechitarum.

Israel, & victor existens accepit prædã de eis, vt patet Num. 21. c. Responderetur quod Amalech primo, quod omnes gentes bellum egit cum Israel. sic dicitur Num. 24. c. principium gentium Amalech cuius extrema perditur. I. prima gens, quæ pugnauit contra Israelitas fuit Amalech. alie autem gentes postea pugnauerunt. cum autem dicitur quod Amalechite & Chanaanai, simul pugnauerunt contra Israelitas persequentes eos vsque Horma: dicitur dum est, quod Amalechite bis pugnauerunt contra Israelitas in deserto. primo antequam accederent ad montem Synai, & in hac pugna fuit dux Iosue, & vicit Israel Amalechitas precibus Moysi, vt patet Exo. 17. c. secundum bellum fuit post recessum de monte Synai, quæ quedam pars populi sine Moysse, & arca domini ascendit in montes, & irruit in eos Amalechites. & in hoc bello non fuit dux Iosue, nec iuit illuc, de hoc Num. 14. c. ista duo bella fuerunt facta in diuersis temporibus, quia primum fuit in anno primo exitus de Aegypto mense secundo, quod patet, quia mense tertio anni primi die prima mensis venerunt Israelite in montem Synai, vt patet Exo. 19. c. de accessu Israelitarum ad montem Synai agitur Exo. 19. c. secundum bellum Amalechitarum cum Israelitis fuit anno 2. exitus de Aegypto postquam intrauerunt in desertum Pharam circa Cadesbarne, quod patet, quia vult cum venerunt exploratores qui missi fuerant ad explorandum terram Chanaan, & murmurare fecerunt Israelitas, & pernituit eos, quod exissent de Aegypto, & dixerunt cõstituumus super nos ducem, & reuertamur in Aegyptum: deinde Deus iratus protulit iram, quod in deserto morerentur omnes, & iacerent cadauera eorum: ipsi autem commoti ad hoc dixerunt se paratos ascendere in terram Chanaan, & Moysse prohibente ascendere inceperunt, & descendens Amalechites de montibus irruit in eos, atque occidit multos. de his patet Num. 13. & 14. cap. Sunt ergo ista duo bella distincta: primum bellum gesserunt Amalechite: soli contra Israelitas in primo anno mense secundo, & quantum ad hoc vocantur Amalechite principium gentium. I. pugnantium contra Israel. Bellum secundum fuit post hoc plusquam per vnum annum, quia fuit ad minus in mense 4. aut quinto anni secundi, vt patet ex processu libri Numerorum, & in hoc Amalechite & Chanaanai descendentes de montibus pugnauerunt contra Israel. Ad aliud quod dicitur Chanaanæus rex Arad pugnauit, & accepit prædã de Israel, vt patet Num. 21. dicitur est, quod fuit multo tempore post bellum quod fecerunt Amalechite cum Israelitis, & hæc fere annis 40. nam istud bellum fuit factum post mortem Aaron, vt patet ex processu libri Numerorum: nam Num. 20. c. in fine fit mentio de morte Aaron, & Num. 21. c. in principio agitur de bello Chanaanai regis Arad contra Israel, sed Aaron fuit mortuus anno 40. exitus de Aegypto mense quinto die 1. mensis, vt patet Num. 33. c. ergo bellum Chanaanai regis Arad fuit in anno 40. exitus de Aegypto. idem ordo ponendi mortem Aaron, & bellum Chanaanai regis Arad tenetur Num. 33. cap. vbi ponitur catalogus mansionum: manet ergo Amalechitas fuisse primos de gentibus qui contra Israelitas arma mouerunt. *In via.* Dicit Moyses istam pugnam Amalechitarum fuisse factam in via, quando veniebant Israelite ad terram Chanaan: & sic verum est, quia quacunque eam pugnatum accipiatur fuit facta in via: nam prima fuit facta in anno primo mense secundo exitus de Aegypto in tertio, vel quarto, aut quinto mense intra desertum Pharam circa Cadesbarne. Sed videtur ista dicere Moyses quasi non staret in via, alias non diceret memento quid fecerit tibi Amalech in via. Dicendum quod Moyses loquitur ista, quasi iam starent extra viam in termino: quia licet non intrasset terram Chanaan ultra Iordanem,

Bella ab Amalechitis contra Israelitas gesta.

Quis fuit secundum bellum Amalechitarum.

Iordanem, erant tamen iam partim in terra possessionis sue, quia stabant in terra quam obtinuerunt de manu duorum regum Amorrhæorum in qua moratura erat pars Israelitarum, tribus duæ, & dimidia, vt patet Num. 32. ca. & supra 4. cap. etiam quia erant coniuncti alteri parti terræ Chanaan, quæ erat ultra Iordanem, quia iste locus vbi Moyses ista dicebat, erat vltima mansio, quæ erat in planioribus locis terræ Moab super Iordanem, vt patet Numeri 33. cap. & erant in valle contra Phantum Phegor, vt patet supra 3. cap. cum ergo nulla alia mansio esset itineris sui, poterant iam loqui quasi existentes extra viam, & sic loquebatur Moyses. *Quando egrediebaris de Aegypto.*

De quo bello hoc intelligitur, an de primo, vel de secundo, quando Amalechite pugnauerunt contra Israelitas.

Quest. XI.

Cum probatum sit, quod Amalechite bis pugnauerunt contra Israelitas, queritur hoc quod hic dicitur, de qua vice earum intelligatur, an forte intelligatur de vtraque. Dicendum est, quod intelligatur de prima vice: non enim potest intelligi de secunda, quia dicitur in littera. memento quid fecerit tibi Amalech, quando egrediebaris ex Aegypto, sed magis dicebatur egredi de Aegypto, quando prima vice contra eum Amalechites pugnauit, quam cum pugnauit in secunda vice: ergo intelligitur de prima vice, patet hoc nam cum prima vice pugnauit Amalech contra Israelitas, dicebatur esse in exitu de Aegypto, tam ratione temporis quam ratione distantie: situs locorum: in secunda vice vero neutrum horum existeret, patet de ratione temporis, quia quando primo pugnauit Amalech contra Israel erat secundus mensis anni primi exitus de Aegypto, & sic ab exitu de Aegypto vsque ad ipsum tempus pugne non transierat vnus mensis, & dimidius, patet, quia a tpe quo exiit Israel de Aegypto vsque ad diem, quo venit in montem Synai transiit mensis, & dimidius: sed antequam accederet Israel ad montem Synai fuit bellum Amalechitarum, & Israelitarum: ergo ante mensum, & dimidium ab exitu de Aegypto fuit factum bellum primum cum Amalechitis: consequentia est vera, antequam accederet Israel in prima parte, quia Israel venit in montem Synai prima die mensis tertij, anni primi exitus de Aegypto, vt patet Exo. 19. c. manebant ergo duo menses integri a principio anni illius vsque ad diem quo accessit Israel in montem Synai: ab hoc tempore oportet subtrahi 15. dies, mensis primi, quia 15. die, mensis primi exierunt Israelite de Aegypto, vt patet Exod. 12. c. cum dicitur, quod exierunt die 5. mensis, & in eod. c. dicitur mensis iste principium vobis mensurum erit primus in mensibus anni, subtrahitis autem istis 15. diebus a duobus mensibus manebit vnus mensis, & dimidius, quod erit tempus, quod transiit inter exitum de Aegypto, & diem, quo peruenerunt in montem Synai: alia pars antecedentis patet, quod antequam peruenirent Israelite in montem Synai fuit bellum primum Amalechitarum. nam bellum primum Amalechitarum cum Israel fuit factum in mansione quæ vocatur Raphidin, & ista est ante montem Synai, vt patet ex processu Exod. nam de Raphidin hinc Exo. 17. c. de monte Synai hinc Exo. 19. ca. ergo prius venerunt in Raphidin, nec valet si dicas, quod est anticipatio: nam Num. 33. c. vbi est catalogus mansionum, & ponuntur omnes eo ordine quo fuerunt in eis filij Israel, & ibidem ponitur mansio in Raphidin ante montem Synai, manet ergo quod primum bellum Amalechitarum cum Israel fuit antequam fluxisset mensis, & dimidius ab exitu de Aegypto. Secundum autem bellum Amalechitarum cum Israel fuit post exitum de Aegypto plusquam 15.

Alph. Test. super Deuter.

vel 16. mensibus: ergo bellum primum poterat dici in exitu de Aegypto ratione tpe: & non secundum: patet antecedens, quod 16. mensibus ad minus post exitum de Aegypto fuerit secundum bellum Amalechitarum cum Israelitarum gentibus, nam anno secundo ab exitu de Aegypto mense secundo, die 20. mensis fecerunt recesserunt castra filiorum Israel de monte Synai, vt patet Num. 10. c. erat ergo iste mensis 14. ab exitu de Aegypto, cum transisset vnus annus, & duo menses fere: deinde venerunt in sepulchris concupiscentie ambulato itinere dierum triduum, & ibi populus Israelitarum desiderauit, & petiuit carnes, & Deus dedit ei carnes mense vno, vt patet Num. 11. c. cum dicitur sanctificamini cras, & comedetis carnes: ego enim audiui vos dicere quis dabit nobis carnes, bene nobis erat in Aegypto, vt det vobis dominus escas carniuum, & comedatis non die vno, vel duobus, aut quinque, vel 10: nec 20. quidem, sed vsque ad mensum dierum donec ueratur in nauisem, & sequitur ibidem immediate, quomodo Deus dederit carnes: addendo ergo istum mensum ad menses quatuordecim, quos supra habebamus, erit quindecim menses ab exitu de Aegypto: vsque quo Israel venit in sepulchra concupiscentie: recedens Israel de sepulchris concupiscentie venit in Aferoth, vt patet Num. 11. cap. vbi percussa est Maria lepra, & manserunt castra diebus septem quousque Maria curata est, vt patet Num. 12. cap. addendo ergo istos dies ad superiores cum diebus quibus ambulabant de mansionibus vsque ad mansionem erunt quindecim menses, & decem dies, vel amplius: deinde venerunt castra Israel in desertum Pharan, & ambulauerunt per aliquot mansiones, & miserunt exploratores duodecim, vt explorarent terram Chanaan, & morati sunt quadraginta diebus a die quo exierunt ad explorandum vsque ad diem, quo venerunt, vt patet Num. 13. & 14. c. qui si addantur mensibus quindecim superioribus, & diebus decem erunt decem sex menses ab exitu de Aegypto, & dies viginti, præter dies quibus morati sunt in veniendo de Aferoth vsque ad mansionem de qua miserunt exploratores. In eadem autem die qua venerunt exploratores, muturauit populus, & sequenti die data sententia a Deo, quod morerentur in solitudine omnes viri bellatores a viginti annis supra populus ascendere uoluit ad terram promissam, & descendit Amalechites, & Chanaanæus qui habitabant in montibus persequentes sunt Israelitas cedendo eos, vsque in Horma, vt patet Num. 14. cap. & istud fuit secundum bellum Amalechitarum cum Israelitis: conclusum est ergo, quod bellum primum Amalechitarum, & Israelitarum fuit ante mensum, & dimidium post exitum de Aegypto, bellum secundum fuit post 16. menses, & amplius, quæ viginti dies etiam si subtrahatur ab istis primis medijs mensibus anni primi qui fluxit antequam exiret Israel de Aegypto: primum bellum Amalechitarum contra Israelitas fuit, quando egrediebatur de Aegypto, & secundum non potest dici, quod egrediebatur de Aegypto. Item patet hoc ratione locorum mansionum, quia bellum primum factum fuit in Raphidin, vt patet Exodi 17. c. bellum secundum factum in Cadesbarne, sicut in Cades deserti Syn, & patet quia in eodem loco in quo exploratores venientes de explorando terram Chanaan repererunt castra, factum fuit bellum secundum cum Amalechitis, sed exploratores inuenerunt castra Israel in Cadesbarne, sicut in Cades deserti Syn: ergo in eo loco fuit factum secundum bellum Amalechitarum, patet maior, quia in ea die qua venerunt de explorando terram Chanaan dixerunt terribilia de gentibus terræ illius quam explorauerant, vt patet Numeri 13. cap. & in ipsa sequenti nocte, & die sequenti factum est murmur, & plangit in castris Israel, & dixerunt

S consti-

constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum, & dominus eadem die protulit sententiam contra ipsos, ut morerentur, & iacerent cadauera eorum in solitudine, & filij eorum non intrarent in terram promissam usque ad annos quadraginta completos, & in eadem die surrexerunt, atque ascendentes in montem expugnati sunt ab Amalechitis, ut patet Numeri decimoquarto ca. erat ergo eadem mansio, quia cum de illa recedere pararent, irruerunt super eos Amalechitas, & Chananaei: minor patet, scilicet, quod exploratores venientes de explorando terram Chanaan inueniunt castra in Cadesbarne, siue in Cades deserti Syn, ut patet Numeri 13. cum dicitur, reuertis que exploratores post quadraginta dies omni regione circuita venerunt ad Moysen, & Aaron, & omnem cerum filiorum Israel in desertum Pharam, quod est in Cades, sed Raphidin est mansio decima in computatione mansionum, Cadesbarne, siue Cades deserti Syn est mansio 32. ut patet in computatione mansionum, de utroque autem habetur Numeri 33. capi. ergo primum bellum Amalechitarum, cum Israelitis potest dici factum in exitu de Aegypto, quia in decima mansione, & non secundum, quia factum fuit in 32.

Dicit autem aliquis, quod licet non intelligatur ista litera de secunda pugna Amalechitarum cum Israelitis: solum tamen intelligitur de vtraque, tam de prima quam de secunda: & videtur esse ratio, quia Deus mandat recordari Israelitem eorum quae fecit ei Amalech, quia illa mala fuerunt, sed etiam fuerunt mala illa quae intulit Amalech Israel in secunda vice, sicut in prima: ergo intelligitur etiam de secunda, sicut de prima, scilicet de vtraque simul: consequentia patet, & maior, quia si illa quae fecit Amalech Israel non fuissent mala, non mandaret Deus Israel, quod reminisceretur eorum ad inferendum malum: minor patet, scilicet, quod illa quae Amalechitas intulerunt in secunda vice Israelitis fuerunt mala, sicut ea quae in prima; immo adhuc & peiora, quia in prima vice, licet incepit pugna Amalech contra Israel, tamen postea constitutus fuit Iosue inducere contra Amalechitas, & occidit magnam partem eorum, ceterosque in fugam vertit, ut patet Exo. ca. 17. in secundo bello e contrario factum est, quia cum Israelites ascenderent in montem, irruerunt super eos Chananaei, & Amalechites, ac periecuti sunt eos occidentes de illis usque Horma, ut patet Num. 14. c. magis ergo intelligi deberet adhuc de ista secunda vice quam de prima. Dicendum, quod solum intelligitur litera ista de prima pugna Amalechitarum cum Israelitis: nam si non potest intelligi de secunda pugna, nec poterit intelligi de vtraque: quod non possit intelligi de secunda patuit supra, & magis declaratur infra, cum dicitur, & extremos agminis tui qui lassii residebant cecidit: nam hoc nullo modo potest intelligi de secundo bello Amalechitarum contra Israelitas, ut infra declarabitur: ergo non potest intelligi litera haec, nisi de primo bello. Ad rationem in oppositum respondetur cum dicitur, quod Deus mandabat meminisse de his quae fecerat Amalech, quia mala erant, sed ea quae in secundo bello illata fuerunt, erant peiora: ergo magis intelligebatur de illis. minor conceditur, quod peiora fuerunt illata in secundo bello quam in primo: ad maiorem respondetur, quod licet mandauerit Deus reminisci de his quae fecerat Amalech, quia mala erant, magis tamen mandauit de his quae fecit in primo bello quam in secundo: cuius causa est triplex. Prima, quia Amalechitas in primo bello aggressi sunt Israelitas proditorie, quod patet uenerunt per partem posteriorem sicut hic declaratur, & extremos agminis tui qui lassii residebant cecidit, vel ut dicitur in Hebreo decaudauit in te, i. percussit caudam

tuam, scilicet eos qui erant in cauda, talis autem inuasio, propterea est magna pena, quod et patet in singulari pugna, quia si vnus alium per insidias occidit, occiditur, & non gaudet aliqua immunitate locorum sacrorum, ut patet Exo. 21. c. cum dicitur, si quis per insidias, aut per inuidiam occiderit proximum suum, ab altari modo euellas est ut moriatur, ut patet hoc per iura humana canonica extra, de immunitate Ecclesiarum. c. inter alia: in alio genere mortis gaudet occidens immunitate sacrorum locorum. Secundum bellum Amalechitarum contra Israelitas fuit sine insidijs, quia non insidiati sunt Amalechitas, sed obuiam exierunt Israelitis euntibus ad loca eorum, ut patet Num. 14. c. Secunda causa, & potissima erat, quia primum bellum Amalechitarum contra Israelitas fuit initium omnium bellorum contra eos, quia nulla gens pugnauerat cum eis, quando primo pugnauerunt Amalechitas, cum autem secunda vice pugnauerunt ipsi contra Israelitas, pugnauit etiam Chananaeus populus qui habitabat in Arad: pessimi ergo fuit bellum istud Amalechitarum primum contra Israelitas, quia ceteris gentibus fuit exemplum pugnandi contra Israelitas: quod autem propter istam causam aggravetur nimis istud bellum, patet quia cum Deus per Balaam prophetam praediceret destructionem Amalechitarum dixit Num. 24. ca. principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur, id est, quia Amalech fuit principium gentium contra Israel pugnantium, perdetur extrema eius, i. deficiet gladio cadens. Tertia causa est, quia cum primo pugnauerunt Amalechitas contra Israelitas, non habebant aliquam causam pugnandi, cum nullo modo nocerent eis Israelites, sed in secundo bello habuerunt causam pugnandi, ergo non tantum peccauerunt: patet hoc, quia cum primo pugnauerunt contra Israelitas Amalechitas non transibant Israelites per terram Amalechitarum, nec aliquid damni eis inferebant, sed recto cursu transibant: in secundo autem bello habuerunt Amalechitas rationem pugnandi contra Israelitas, quia transire volebant per terram Amalechitarum, ut patet Num. 14. c. nam ipsi ascendebant ad montem ad transeundum per illum, & in illo monte morabantur Amalechitas, & Chananaei, nolite ascendere: non est enim dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris: Amalechites enim, & Chananaei ante vos sunt, quorum gladio corruetis. Et sequitur postea descendit Amalechites, & Chananaei qui habitabant in montibus, & percussit eos, atque concidens persecutus est usque in Horma: recte ergo pro prima inuasionem Amalechitas mala multa merebantur, & non tot pro secunda, licet in secunda magis nocuerint Iudaeis. Extremos agminis tui qui lassii residebant cecidit. Id est eos qui erant in posteriori parte castrorum, vel aliqui qui fatigati non poterant sequi ordinem processus tribus, & familiae suae, & dicunt Iudaei, quod isti erant viri peccatores, & infideles Deo, ideo nubes excludebat eos a sua protectione, quare inualuerunt hostes contra eos. In Hebreo habetur. Decaudauit in te eos qui lassii residebant.

An dictum turpe Rab. Salo. sit verum, de inuasionem Amalechitarum in posteriorem partem agminis Israelitarum. Qd. XII.

Dicit Rab. Sal. quod Amalechitas inuadentes eos qui non poterant sequi castrorum progressum, oppresserunt illos vitio sodomitico, id est dicitur eos decaudasse. Sed hoc vile est dicere, nec verisimile est considerata qualitate eorum quod sequi non poterant castra, quia aliqui miserissimi, & turpissimi essent, quod non congruit intentioni agentium taliter. Sed dicitur decaudasse, id est de cauda percussisse, quia extremos exercitus percusserunt scilicet pro parte nostra innuit. Quando tu eras fame, & labore confectus. Erant enim tunc in Raphidin, ut patet Exodi 17. ca. & lassii erant labore itineris,

itineris, & forte fame, quia licet iam manna haberent, ut patet Exodi 16. ca. tamen multi non libenter de eo comedebant, quia nolabant prouocari ad nauseam. Et non timuerit dominum. Quasi debuisset timere me, quibus te dirigebam in columna nubis & ignis, & quia afflictus eras. Delebis nomen eius de sub caelo. Sic dicitur Exo. 17. cap. erit bellum Dei contra Amalech a generatione in generationem, & Numeri 24. cap. dicitur, quod extrema Amalech perdetur, & factum fuit hoc regnante Saule, ut patet 1. Reg. 15. cap. quia tunc omne viuis tam in hominibus quam in brutis gladio periit, & quae de pinguioribus referuntur Saul offendit ualde Deum. Et extremos agminis tui. Quia quando procedebant castra, aliqui non poterant sequi motum castrorum, & manebant retro, hos insurgentes ex insidijs Amalechitas occiderunt: ex quo patet, quod non potest intelligi de secunda inuasionem, aut pugnam Amalechitarum contra Iudaeos, nam in secunda non oppresserunt Amalechitas extremos agminis, sed primos: nam ista litera signat, quod castra Israel simul procedebant, & aliqui manserunt retro, qui non potuerunt cum alijs procedere, & hos occiderunt Amalechitas: in secundo non fuit sic: sed dixerunt Israelites, quod parati erant ascendere in terram Chanaan. Moyses autem prohibebat eis, quia non erat dominus cum eis, & tunc manentibus castris fixis, & arca Domini in castris, multi de Israelitis, scilicet viri bellatores ascenderunt in montem, ubi habitabant Amalechitas, & Chananaei, & incurrentes isti super Israelitas persecuti sunt eos usque in Horma: non ergo extremos agminis occiderunt, sed primos, etiam quia dicitur.

Extremos agminis tui. Id est castrorum tuorum, sed hic non erant castra in processu, sed manebant castra, & arca Domini, & Moyses viri autem bellatores solum processerunt contra Amalechitas, & Chananaeos. Itaque quia dicitur. Qui lassii residebant. Id est qui ibant cum alijs omnibus pergentibus in ordine castrorum, sed non potuerunt continuare laborem, & manserunt extra castra paululum refocillantes, & tunc superueniunt Amalechitas irruentes in eos atque occidentes, sed in secundo bello non fuit sic, quia non manserunt aliqui non potentes sequi castra; immo omnes viri bellatores perrexerunt contra Amalechitas ad faciendum iter per terram eorum, & Chananaeorum, & in eos facta fuit plaga: castra autem manserunt in Cades deserti Syn, & arca Domini, & Moyses cum Leuitis, & omnes de populo, tam mulieres quam viri inepti ad bellum: & in hos qui residebant plaga nulla facta est.

Quando eras fame, & labore confectus. Id est afflictus fame & labore, fames & labor erant in Iudaeis, ideo peccatum Amalechitarum magis grauabatur, quia miseris afflictionem ingerebant: erat autem fames Hebraeorum, quia licet haberent manna de caelo datum, tamen alios cibos desiderabant, & in comedendo laborabant, quia anima eorum arida erat comedendo manna. sic dicitur Numeri 11. cap. quis dabit nobis ad vescendum carnes? in mentem nobis ueniunt cucumeres, & pepones, porri, & allia, & cepe: anima nostra arida est, nihilque respiciunt oculi nostri, nisi manducatur afflicti labore, scilicet labore itineris, quia forte tunc procedentes de deserto Syn magno impetu uolebant iuxta uelocitatem nubis motae, & dirigentis, quoque peruenirent in Raphidin: ideo quidam non potentes tolerare tantum laborem in uelocitate motus manebant confecti labore, & hos Amalechitas superuenientes ex insidijs occiderunt.

Cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi requiem. Antequam Iudaei intrarent in terram Chanaan, & pacifice possiderent eam, non debebant mouere bellum contra Amalechitas: ideo licet in itinere mouerint bellum Alph. Toft. super Deuter.

contra Chananaeos habitantes in Arad uolentes ciuitates illas in Anathemate, si Deus traderet eas in manus eorum, ut patet Numeri 21. cap. & postea deleuerint eas, ut patet eodem cap. & licet pugnauerint contra Madianitas, ut patet Numeri 31. ca. & contra duos Amorrhoeorum reges Seon & Og, ut patet Numeri 21. & supra secundo, & tertio capitulo, & deinde contra alias gentes Chananaeorum trans Iordanem: tamen nunquam pugnauerunt contra Amalechitas donec fuerunt in pace, & non immediate, ut fuerunt in pace, sed usque exactos iudices, & incepta tempora regum.

Et subuerit tibi cunctas per circuitum nationes. Deus uidetur subuertere, quia licet isti pugnaerent, & occiderent illas gentes: tamen Deus dabat eis vigorem animi ad aggrediendum, & robur corporis ad exequendum, ut patet supra 8. capitulo. cum dicitur, ne dices in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meae mihi haec omnia praestiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi praebuerit, ut impleat pactum suum, quod iurauit patribus tuis. Cunctas per circuitum nationes. Non uniuersaliter intelligendo, quia non subiectae fuerunt unquam omnes nationes Iudaeis, nec promissae sunt eis omnes nationes, licet quidam imperiti Iudaei existimant omnem terram possidendam esse promissam Iudaeis: & quod adhuc in futuro possi debitur, quod inducunt ex illa litera quae habetur Genes. 49. cum dicitur, donec ueniat desiderium collium aeternorum, & in Hebreo dicitur, usque ad terminos seculi, de quo late diximus Genes. 49. capitulo. sed vocatur cunctae per circuitum nationes, id est omnes nationes quae Iudaeis promissae erant, scilicet, septem populi Chananaeorum: ex quo videtur, quod licet Iudaei habitarent in pace in terra Chanaan, tamen non cogebantur, adhuc bellum facere contra Amalechitas, quia non subiectae erant cunctae ciuitates in circuitu, hoc autem fuit toto tempore Iosue, quia ipse non subiecit totam terram, nec Deus permisit, ut totam subieceret propter peccata Hebraeorum, ut patet Iudicum 2. cap. etiam toto tempore iudicum Israel, quia licet multi iudices fuerint, & diuersa praeglia fecerint, tamen non potuerunt subicere totam terram, quia nec dominus hoc uolebat, ut patet Exodi 23. cap. scilicet, septem atque per partes, ne forte redigatur terra in solitudinem, & crescant contra te bestiae, non obligantur ergo tempore iudicum Israelites pugnare contra Amalechitas, & quia ista tota terra, nunquam fuit subiecta Iudaeis usque ad tempus Salomonis, qui omnes reliquos de gentibus illis fecit tributarios, ut patet 2. Paralipomenon, 8. ca. non obligabantur pugnare contra Amalech, nisi Deus mandauisset, ideo nunquam pugnauerunt contra eos, usquequo Deus mandauit Sauli primo regi Israelitarum per Samuelem Prophetam, ut patet 1. Regum 15. capitulo. & tunc fuerunt obligati ire propter obedientiam debitam Deo, & iuerunt atque deleuerunt Amalechitas in ore gladii.

In terra quam tibi dominus pollicitus est. Hic declarat id quod supra positum fuit, scilicet, & subiecerit tibi cunctas per circuitum nationes, quia iste nationes non intelligebantur respectu omnium terrarum, sed solum in terra quae possidenda promissa fuit Israelitis, & ista est terra Chanaan.

Delebis nomen eius de sub caelo. Id est facies diligenter, ut nemo de Amalechitis maneat siue vir, siue foemina, siue magnus, siue paruus in quo possit manere nomen Amalechitarum, & sic est factum, quia etiam pecora omnia, & iumenta in ore gladii perierunt, & hoc est delere nomen eius de sub caelo, id est facere, quod non maneat sub caelo, sed sub terra per tumulationem.

Caue ne obliuiscaris. Hic hortatur diligenter hoc debe...

C A P. XXVI.

VMQVE intraueris terram quam dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam...

VMQVE. Supra a 12. capi. vsque nunc posuit legislator...

An teneantur dare decimas, & primitias ante introitum terrae promissae.

QUIA non tenebantur ad reddendum decimas, vel primitias ante introitum terrae...

Et obtinueris eam atque habitaueris in illa. Etiam non obligabantur ad dandas decimas...

erat terra Chanaan, & tñ nondū seruauerāt, nec quid metereent habebant...

Carrallū quid sit.

De locis in quibus arca, & Sanctuarium steterunt a suo principio vsque ad consummationem...

EVIT aut istud primum Sanctuarium in Sylo positū intravit in terrā Chanaan...

metabatur in medio castrorum cum Sanctuario, deinde ambulauit per omnes castrametationes...

& omnia haec aboluta sunt. Deus ergo multoties accipiebat diuersa loca ad honorem suum...

Promissio multiplicationis atque possessionis, & iuramenti confirmatorij differunt, quae a Deo facta fuerunt Hebraeis.

EST tamen differentia inter promissionem multiplicationis, atque possessionis terrae...

falsum expresserit, eandem periurij labē incurrit, quā incurreret si super eadem re de veritate dicenda iurasset, quia interrogatio, & responsio ista ad præcedentē iurationem exten duntur: ita cum Deus diceret Isaac, ego promitto dare tibi terram hanc, sicut iuravi patri, vel sub iuramento, quod iuravi patri tuo, si forte frangens promissionem factam Abraham esset pro illa periurus, ita si preuaricaretur factam Isaac, & sic de cæteris quibus sub eodem vinculo iuramenti promissit, licet specialiter non iuraverit, & sic intelligendum est, quod iuraverit Deus patribus istorum Israelitarū dare terram Chanaan, licet vni soli expresse iuraverit.

Vt daret eam nobis. Id est non iuravit patribus nostris, vt daret eam eis, sed iuravit eis, vt daret illam nobis: illis autem promissio facta est, & in nos venit promissionis adimpletio. nam illi nunquam eam tenuerunt, sed omnes peregrinati sunt in ea, & sic in processu Genes. cum agitur de Abraham, Isaac, & Jacob, raro dicitur, quod habitauerint in aliquo loco, sed quod peregrinati fuerint, sic declarat Apostolus ad Hebræ. 11. capitu. & beatus Stephanus Actu. 7. & ob hoc valde laudantur isti, quia non viderunt aliquam impletionem, tamen in fide illius ambulabant.

Suscipiens sacerdos cartallum de manu eius. Quia licet populares offerrent ista domino, tamen non poterant ipsi super altare offerre, quia hoc ad sacerdotes attinebat, immo nec Leuitæ hoc poterant, & si quis hoc facere attentaret moreretur, sic dicitur Numeri 1. cap. si quis extraneus accesserit occidetur, & Numeri 18. quod patet in rege Ozia qui quia obtulit thus coram domino, percussus fuit lepra in fronte, & mansit in ea vsque ad mortem suam, & regio catuit honore, quia immediate filius eius Ioathan successit ei, vt patet 4. Regum, capit. 15.

Ponet ante altare. Scilicet eleuando, & deprimendo sursum, & deorsum, & sinistrorsum: ad signandum, quod Deus cui illa offeruntur, omnium quæ sunt ad quacunque differentias positionis dominus est: & iste primitiæ non cremabantur in altare, sed deuoluabantur ad vltus sacerdotum, vt patet Numeri 18. & supra 12. capit. nec ex hoc minus sanctificatæ erant res illæ quæ offerbantur, aut ille qui offerbat erat minoris meriti, quam si res ab eo oblata in altari adolerentur, quia quicquid offerbatur, solo Dei intuitu, & mandato offerbatur, & meritum offerentis erat in hoc, quia Deo mandanti aliquid dari parebat, aut ex deuotione aliquid Deo dare volebat. si autem hoc postea cõbureretur in altari, vel cederet sacerdotibus, nihil ad offerentem, quia ista pretiosa sunt ad meritum: ideo nihil augent, aut minuunt de ratione meriti, & quantitate, sicut si aliquis domino temporali offerret aliquid comestibile, in offerendo ei obligabat eum sibi, quia erat beneficium. si autem postea ille dominus cibum illum comederet, aut famulis suis erogaret, nihil attineret ad meritum tribuentis: æqualiter enim vtrouique esset obligatus ille qui beneficium receperat: sic enim est in Deo, quia Deus habebat famulos, scilicet Leuitas omnes, siue sacerdotes essent, siue non, qui continue ministrabant ei, aut omnes simul, aut aliquota pars eorum, & his ipse Deus dare debebat necessaria ad vitā, quia ipsi non poterant acquirere occupati ministerijs Sanctuarij, etiam quia inter cæteros Israelitas sortem non recipiebant, vt patet Numeri 3. & 18. & 34. dabat ergo Deus istis ea quæ ei dabatur a populo, sicut Domini habentes famulos eos de redditibus suis sustentant. Deus autem aliquid comedere dicebatur, aut posse assumere, quia ea quæ offerbantur in sacrificio, erant odor suauissimus Dei, vt patet Exodi 29. & Leuiti. 1. capit. & Deus mensam habere dicebatur, tanquam si comederet non quidem mensam propositionis, quia

panes ibi positi a sacerdotibus comedi debebant, & non cremabantur, de quo Leuit. 22. & 2. Regum 21. & Matth. 12. cap. sed erat alia mensa quæ proprie vocabatur mensa Dei, & ea quæ super ponebantur, non comedebantur ab aliquo homine, sed vorabantur ab igne, tanquam Deus illa acciperet: de hoc Malach. 1. cap. dicitur vos polluitis nomen domini in eo, quod dicitis mensa domini contaminata est; & quod super ponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat: non ergo magis Deo placebat quæ in altari cremabantur, quam quæ in sacerdotum iura cedebant, cum ab eo iura hæc forent constituta, & omnia ei offerbantur.

Et loqueris in conspectu domini Dei tui. Illa quæ coram altari holocaustorum fiebant, aut dicebantur, dicebantur fieri coram Deo, quia licet vbique Deus sit, tamen eum magis esse denominat scriptura, vbi magis magnitudinis aut bonitatis eius monstrantur insignia, & sic dicebatur esse in cælo empyreo, quia ibi ipsum præbet ad visionem beatificam: dicebatur etiam esse in sancto sanctorum, quia ibi loquebatur de medio Cherubin super propitiatorium, & peccata remittere dicebatur, aut vbi ei aliquis specialis cultus impenditur, & sic erat super altare holocaustorum, quia in loco illo solo ei offerbantur sacrificia, cum ergo hæc quæ subijciuntur diei deberent coram altari holocaustorum super quod hæc munera offerbantur, dicebatur quod coram domino dicerentur, & ista verba non debent dicere sacerdotes qui offerbat super altare, sed Israelita qui duceret ista ad offerendum, vt patet ex continuatione literæ, quia de sacerdotibus fit hic mentio in tertia persona, de Israelitis autem offerentibus in secunda, quia ad eos dirigitur sermo, vt patet ex principio cap. ergo istud verbum loqueris, quod in secunda persona est, ad Israelitam laicum offerentem refertur: etiam quia ista quæ dicuntur sunt quædam causæ quare ista munera quæ offeruntur, Deo debita essent, ergo solum pertinebat expromere tales causas ad eum qui munera offerbat, & non ad sacerdotem qui solum erat minister: dicebat autem iste laicus Israelita hæc in conspectu Dei, quia intrabat in Sanctuarium, scilicet in atrium, & profitebatur hæc coram altari holocaustorum, nam licet intra tabernaculum nullus præter sacerdotes intrare posset, tamen in atrium omnes tam Leuitæ, quam non Leuitæ poterant ad offerendum intrare: alias autem non intrabant populares in atrium, sed in circuitu atrij stantes per reticulatas cortinas prospiciebant sacrificia cum fierent. *Syrus persequatur patrem meum.* Hic narrantur labores continui, & liberatio ab eis, & ad vltimum multiplicatio eorū, & introductio in terrā promissam. *Syrus persequatur.* Hoc est principium laborū, quia Iacob fuit caput immediatum omnium Israelitarum qui in se, & filijs suis multos labores sustinuit, & primus labor postquam habuit filios, fuit persecutio Laban, qui vocatur Syrus: quia habitabat in Mesopotamia Syria, vt patet Gene. 27. cap. fugiente enim Iacob cum vxoribus, & filijs, & tota substantia sua, persecutus fuit eum Laban vsque in montem Galaad occidere volens, nisi Deus vertisset, vt patet Gen. 31. cap.

Qui descendit in Aegyptum. Post persecutionē Laban mansit in terra Chanaan peregrinando aliquanto tempore: deinde urgente fame descendit in Aegyptum, vt patet Gene. 46. capitu. *Peregrinatus est in paucissimo numero.* Scilicet cum septuaginta animabus quæ egressæ fuerant de femore eius. *Creuitque in gentem magnam in Aegypto.* Quia licet multum affligerentur laboribus duris, & occisione paruulorum, tñ creuerunt, ita quod in exitu de Aegypto erant sexcenta millia peditum absq; mulieribus, & paruis, quinon attigerant 20. annos, vt

vt patet Exo. 12. ca. & licet ibi ponantur solum ferme sexcenta millia peditum, tamen valde plures erant, quia etiam dempta tota tribu Leuitarum erant pedes Israelitarum in exitu de Aegypto plures quam sexcenta millia, vt patet Numer. 1. capit. vbi computantur per omnes tribus omnes viri potentes procedere ad bellum ab anno. 20. vsque ad 60. & reperit sunt sexcenti mille quingenti quinquaginta, & tamen Leuitæ non sunt computati cum eis, vt subditur immediate ibidem, scilicet Leuitæ autem in tribu familiarum suarū non sunt numerati cum eis: nec valet si dicas, quod quando exierunt de Aegypto omnes Israelitæ, tam Leuitæ quam non Leuitæ, simul sumpti non accedebant ad sexcenta millia, sed postea creuerunt in deserto, ita quod in numeratione de qua habetur Num. 1. ca. essent de solis Israelitis popularibus absq; Leuitarum tribu sexcenta millia quingenta, & quinquaginta: falsum est enim, quia inter tempus quo de Aegypto exierunt, & dicebantur esse ferme sexcenta millia peditum, & numerationem de qua habetur Num. 1. c. non fuit tantum tempus in quo tantum potuissent crescere Israelitæ, nam non fuit annus & dimidius, sed solum vnus annus, & mensis dimidius, quod si patet, quia Israelitæ egressi sunt de Aegypto die 15. mensis prim. vt patet Exodi 12. & Numeri 33. cap. deinde in anno secundo, mense secundo, anni die prima fuit incepta computatio de qua habetur Num. 1. c. vt ibidem habetur: ergo solum fuit intermedius vnus annus, & dimidius mensis. in tam paruo tempore non poterant tantum augeri, vt tota tribus Leuitica excederet super numerum, quæ ante faciebat totus Israel, & adhuc reliquus Israel sine Leuitis excedebat ad numerum, quem antea omnes simul faciebant, quia ante dicebantur esse sexcenta millia peditum ferme, vt patet Exo. 12. nunc autem solæ alie tribus sine Leuitis faciebant sexcenta millia, & quingenta, & quinquaginta. *Affixerunt nos Aegypti.* Cogendo facere lateres, & nõ dando paleas; deinde flagellis nos cedendo, vt patet Exodi primo, & 5. cap. *Qui respexit nostram humilitatem.* Id est humiliationem, quia humiliauerant nos Aegyptij, id est despectibiles fecerant cogendo ad opera vilia, sed expurgationem stercoreis de locis platearum. *Et laborem.* In cõficiendis lateribus, & stipulis congregandis, vt patet Exodi 5. ca. *Atque angustias.* Quia angustiabatur valde cor nostrum, cum videremus paruulos nostros occidi. *In manu forti, & brachio extenso.* Id est in fortitudine sua faciendo signa terribilia in Aegypto, & mari rubro. *Et ingenti pauore.* Quia Aegyptij percutebantur pauore magno, dum tenerent captiuum Israel videtes horrenda omnia, & terribiles visiones, vt habetur supra 4. c. & Sapientie 12. ca. vel quia ad exitum filiorum Israel per mare rubrum omnes in circuitu gentes exauerunt audientes talia mirabilia fieri, de quo cantauit Moyses Exodi 15. cap. de hoc etiam Iosue 2. capit. vbi loquitur Raab ad exploratores. *In signis.* Scilicet, quæ faciebant Aaron, & Moyses ad indicandum se fuisse a Deo missos, vel ad demonstrandum veritatem eorū quæ dicebant, vt mutatio virgæ in colubrum, vt patet Exodi 7. cap. *Et portentis.* Scilicet trans suam magnitudinē, quæ Deus faciebat demonstrans suam magnitudinē, & puniens Aegyptios, vel liberans Israel. *Et idcirco nunc offero.* Scilicet pro omnibus istis beneficijs demonstrans gratitudinem. *Et dimittes eas in conspectu domini Dei tui.* Scilicet ante altare, quia nihil de eis comedebat offerens, sed integraliter cedebant in vltus omnium sacerdotum.

Et epulaberis in omnibus bonis. Deus volebat incitare gentem istam ad bonum, & quia adhuc carnalis erat, volebat quod in oblationibus, & sacrificijs comederet splendide, & letarentur, vt ex delectatione illa incitarentur ad bonum, & quia adhuc carnalis erat, volebat quod in oblationibus, & sacrificijs comederet splendide, & letarentur, vt ex delectatione illa incitarentur ad bonum.

Alph. Tost. super Deuter.

rentur ad frequentandum illos actus, & tunc epulabantur de sacrificijs pacificis, quæ offerbantur, de quibus maior pars carniū veniebat offerentibus, vt colligitur Leuitici 7. cap. vel etiam si non offerrent, ferebat secum abundantem pecuniam ad cibos de decimis secundis, & ad hoc inuitabantur adueng, & Leuitæ.

Et epulaberis. Dicit hic, quod quilibet de populo qui istas primitias offerebat, introibat coram domino, scilicet coram altari holocaustorum, & facta ista professione secundum quam confitebatur se teneri ad dandum illa Deo pro receptis beneficijs, adorabat dominum, scilicet humiliando se coram altari, & faciendo orationem, vt Deus eum dirigeret in bono, quæ omnia in honorem diuini cedebant, & tunc epulabatur cum tota domo sua intra atrium Sanctuarij si aliquid obtulisset de victimis pacificis: alioquin comedebat de his quæ apportauerat, & erant non consecrata Deo.

Et epulaberis. Id est comedes splendide, quia epulæ sunt solennes cibi. *In omnibus bonis quæ dominus Deus tuus dedit tibi.* Id est ibi comedes de omnibus bonis quæ Deus dedit tibi, siue de ouibus, siue de bobus, vel capris, ficera, aut vino, & sic de omnibus alijs bonis comestibilibus, quæ generarentur in terra promissionis, quia volebat Deus illos perfecte letari, vt iterum desiderarent ad similia festinare.

Quæ dominus Deus tuus dedit tibi. Quia ista quæ sunt in fructibus terræ, licet per culturam, & laborem acquirantur, tamen Deus est qui illa dat, quia vt ait Apostolus qui rigat, aut qui plantat nihil est, sed Deus qui incrementum dat, & ista dabat dominus Deus tuus, quasi dicat, non dabat aliquis alius Deus, sicut putauerunt gentiles, qui cuilibet rei Deum vnum assignabant, & alicui dabant quandoque multos, vt iugis Deum iugarium, valloniam autem vallibus præfecerunt; ruribus autem id est agris deam Rusinam, segetibus autem Segetiam deam, & Laturnum atque Nodorum pro diuersis temporibus assignauerunt, de quibus & plurimis alijs qui trecentorum numerum excedunt secundum Marcum Varronem, August. de ciui. Dei, lib. 6. hoc autem quantum ad rustica numina est, sunt autē, & præter hos selecti dii id est scortum electi qui præcipui sunt, & cælestes inter quos Ceres dea est quæ omnibus segetibus prælecta est, de qua Oui. Meta. lib. 5. in fine. hos autem Deos, s. Rusinam Segetiam, Laturnū, Nodorum, & Cererem fatua gentilitas pro frugibus exorabat, cumque fames aliqua accidisset offensus Deos istos induxisse extimabant, vnde eos sacrificijs, & ludis suauis demonum placandos ducebant, sic in grecia in qualibet estate ludi solennes in ciuitate Eleusi celebrabantur, quia eam placatam fruges multas effundere autumabant, de quo Seneca in tragedia decima, quæ dicitur Hercules Etheus. Deus ergo volebat, quod isti Iudæi intelligerent, quod non dabat eis fruges aut bona terræ aliquis alius Deus, sed ipse. *Et domui tuæ.* Ea quæ Deus dat alicui dat domui suæ, vocatur hic domus familia domestica, & non habitaculum, & quando alicui viro patri familias Deus bona elargitur sibi, & domui suæ, id est toti familie tribuit, in his ergo bonis quæ sibi, & domui suæ tributa sunt, debet gaudere cum sacrificia fiebant, licet non sit virus aliqua splendide comedere, aut delectari in his bonis corporeis, sed erant data ad lenimentum imperfectorum, vt per hæc aliantur ad bonum. Si tamen aliquis vir bonus, & non curans delectationem quæ in his est tempore illo, cum sacrificaret, aut offerret primitias, lataretur atque epularetur splendide coram Domino Deo suo solum, quia Deus dicebat esse letandam, & epulandum, merebatur, tanquam si ageret aliquē actum durū, qui pertineret ad fortitudinē

S 4 aut

aut temperantiam, quia solum desiderium obediendi Deo inducebat ad hoc. Et Leuitis. Erant Leuitę pauperes, quia interdu non sufficiebant redditus isti ad sustentandum eos, qui multi erant, & redditus non magni, & nullam terram ipsi ad ferendum aut plantandum habebant, sed sola suburbia ad alēdos greges de quo Numeri 35. cap. Et aduena qui tecum est. Dicitur aduena ille qui de gentilitate ad iudaismum conuersus est, isti autem vt in plurimum pauperes erant, quia venientes ad iudaismum deterebant cognationem suā, & terram natiuitatis suę, & ea quę possidebant, ideo hos misericorditer foueri oportebat, vt alij ad conuertendum se ad iudaismum incitarentur. etiam dicebatur hoc, quia Iudei erant valde crudi non habentes vlcera pietatis maxime ad extraneos, si ergo non iuberetur eis, & frequentibus monitionibus ducerentur, vt conuerfos diligenter, eos exofos haberent, atque nimium eis molesti essent, quod valde vitandum erat. Quando compleueris decimam. Hic ponitur secundum de decimarum solutione, hic loquitur rex. de decimateria quę fiebat tertio anno.

De decimarum solutione.

Quot decime fiebant apud Iudeos. Et quomodo distribuabantur. Quest. IIII.

FIEBANT enim tres decimę, scilicet vna quę totaliter dabatur Leuitis. Alia quę sumebat in cibos euntium, & redeuntium de Ierusalē, & quando ibi starent, vt inuitarent ad epulas Leuitas, aduenas, & pauperes. Tertia decima dabatur pauperibus, Peregrinis, & Leuitis. Et duę primę dabantur in quolibet anno. tertia autem fiebat de triennio in triennio, & non deducebatur in locum Sanctuarij, sed dimittebatur in singulis ciuitatibus, vt veniret pro ea pauperes, viduę, aduene, pupilli, & Leuitę. Nicolaus dicit, quod secunda istarum confecta est, sed supra 14. cap. demonstrauimus eam ex textu esse necessariam. De veritate autem harum decimarum, & quomodo se habeant latius diximus 12. & 14. cap. vide ibi plene. Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum. Scilicet decimam primam quę erat pro Leuitis, & erat maior, quia fiebat de aceruis nō decimatis, & decimam secundam ad cibos offerentium, & conuiuia pauperum, & Leuitarū in loco Sancto, quia istę primo sumebantur. vltimo sumebat decima pro pauperibus, & ista erat minor, quia fiebat de rebus bis decimatis. Anno tertio decimarum. Idest in anno tertio in quo soluebatur omnes decimę, quia in quolibet aliorum annorum solum duę decimę soluebatur, in hoc autem tres, ideo iste annus per excellentiam vocabatur annus decimarum. Et dabis Leuitę. Secundum Nicolaum intelligit hoc de prima decima quę dabatur in solidum Leuitis. Et aduena, & pupillo. Scilicet aliam decimam, sed ista expositio non multum consonat literę. Primo quia dicitur supra. Quando compleueris decimam. Ergo ista quę sequuntur debent fieri completa decima, & sic etiam secundum suam opinionem debet esse iā data decima prima quę est Leuitarum, id ergo, quod post decimatur pertinet ad secundam, vel tertiam decimam. Item quia dicitur infra. Vt comedant intra portas tuas. Hoc autem de tertia decima intelligitur, vt patet supra 14. cap. quia ista reseruabatur in vrbi bus, & sic ipse vult, sed hoc comedere refertur simul ad Leuitam, pupillum, aduenam, & viduam, qui tertiam decimam comedebant, vt patet supra 14. cap. & si dicas, quod vult. Leuita. Non coniungitur cum ly. Pupillo, aduena, & vidua. Tunc dabis, quod Leuita non comedebat de tertia decima cuius oppositum patet supra 14. cap. Dicendum ergo, quod solum intelligit litera ista de decima tertia, & est sensus. Dabis Leuitę

Opin. Nicolai.

Doctores expositio.

aduenę, & pupillo. Idest, quod cōpletis alijs duabus decimis dabis tertiam decimam in vrbi bus tuis pro Leuitis, pauperibus, & aduenis, & viduis simul. Vt comedant intra portas tuas. Idest intra portas ciuitatum tuarum, quia hic loquitur ad totum Israel, & non dabatur ista in conuiujs, sed distribuabatur personis supradictis, & sic melius, & diuturnius eis vtentur: si enim ista in conuiujs factis simul expenderentur, facilliter finirentur, magis autem proficiebat personis singulis distributa. Loqueris in conspectu domini Dei tui. Postquam colligebantur melleis in anno tertio, separabantur istę tres decimę secundum ordinem ante enarratum, & deinde veniebat Leuitę pro sua decima prima. Secunda decima asūmebatur in tribus temporibus anni ad eundem in Ierusalem, & comedendum ibi. tertia decima distribuabatur successiue in tribus annis pauperibus, & Leuitis, & quando ascendebat in Ierusalem ille qui decimabat, loquebatur coram domino ista, quę sequuntur excusans se, quod non pręterierit mandatum domini de separandis decimis. In conspectu domini Dei tui. Idest coram sacerdotibus in atrio tabernaculi. Attuli, quod sanctificatum est de domo mea. Idest adduxi ad te ea quę sanctificari mandabas. in Hebręo habetur. Separavi de domo mea. Et ista est melior litera, & significat, quod omnia quę mandauit Deus sanctificari, id est applicari ad cultum suū, ego separavi de domo mea, id est a rebus meis quib⁹ vtor, s. tres decimas, & primitias. & credo, qd litera nostra corrupta sit vitio scriptorum a principio qui posuerunt. Attuli. Pro. Abstuli. Quę facilliter fieri possent propter similitudinem literarum, & si dicamus abstuli signat, idem quod litera Hebraica. Sed nec in hoc multum curandum est, quia ad eundem sensum pertinēt abstuli, & attuli: nam licet ista duo verba secundū scip sa signent opposita, tamen tota cōplexio redit ad eundem sensum, quia id quod signat istud verbum abstuli per modum termini a quo, signat istud verbum attuli per modum termini ad quem. erat autem sensus huius literę, quod iste dicebat se consecrasse domino omnia quę mādabat sanctificari sibi, hęc autem quę sanctificabantur, habebant hęc duo. Primo, quod applicabantur ad cultum Dei. Secundum quod separabantur a rebus eius qui sanctificabat eas Deo. primum enim inducit iste terminus sanctificare, id est applicare ad cultum diuinum. Secundum est, quod postquam aliquis res suas domino tradebat non habebat vltius potestatem super illas, tanquam si nunquam fuissent suę, quia res sacra ad prophanos vsus conuerti non debent: pro primo facit istud verbū attuli, id est ego attuli ad te Deus meus de domo mea omnia quę mandasti adduci, & cōsecrati tibi applicando ad res tuas. pro secundo facit verbum abstuli, aut separavi, s. quod res quas mandasti tibi dari non tenni cum rebus meis, sed eas abstuli, siue separavi a domo mea, id est a rebus meis, vt pro te solo essent. nihil igitur magis vnum quā reliquum differt, & qd expedit concordare dicta dictis, emendare autem, aut aliquid damnare cauendum est, nisi cum necessitas id exposcat. hic autem, ita conuenienter ponitur attuli sicut abstuli, vt patet ex dictis: ergo nō est dicendum, quod errauerint scriptores, aut quod nūc in litera nostra aliqua corruptio sit, sicut quidam ad pauca attendentes vbi non possunt literam intelligere cōfingunt eam, aut a priore translatores, aut a posterioribus scriptoribus fuisse corruptam. hic autem necessitas nulla est dicendi eam fuisse corruptam, aut a Hierony. qđ absit, aut cuiuslibet alterius imperitia scriptoris. Et si obijcias, quod deuiat litera nostra ab Hebraica si dicit attuli. Respondetur, quod non tātum litera nostra attendit

Literę expositio propria, i qua D. Hieronym. laudatur.

dit literam Hebraicam quantum sensum eius, quia litera Hebraica in pleriq; rusticano more impolita est, & intricata. litera autem Hieronymi est, licet interdum mirabiliter exponit, vt quamplurimi Hebręorū Bibliam nostram, quasi expositionem literę suę asserant, cum tamen in verbis a litera sua non super abundet, in qua magna beati Hieronymi solertia, & ingenij acumen attendenda sunt.

Et dedi illud aduenę, pupillo, & Leuitę. Intelligitur de tertia decima quę dabatur istis personis, & in hac facilliter errari poterat ex eo, quod tenebatur in domo per tres annos, vt successiue distribuaretur supradictis, id poterat interdum aliquid de illa sumere in vsus suos, & sic peccare.

Non pręteriu mandata tua. Licet hoc posset intelligi de omnibus quę Deus mandauit: tamen melius intelligitur de separatione decimarum, scilicet, quod separati alias duas decimas, sicut mandasti mihi, & patet, quia pręcedens litera loquitur de his, & sequens etiā. Non sum oblitus imperij tui. Quia hoc valde commendauit, vt nunquam obliuisceremur mandatorum eius: sed ambulantes, quiescentes, dormientes, & surgentes meditaremur illa, vt esēt iugiter ante oculos nostros, vt patet supra 6. cap. & 11.

Non comedi ex eis in lectu meo. Idest in necessitate mea secundum quod vult litera Hebraica, & est sensus ego tenebam in domo mea istam decimam separatā, sed etiam si aliquando essem in necessitate, non comedi ex ea, si tamē fuisset magna necessitas licitum erat comedere ex ea: sicut Dauid, & famuli sui comederunt de panibus propositionis, vt patet 1. Regū 21. capit. & Matth. 12. sed solum sacerdotibus licebat comedere de his panibus, ergo a fortiori in decima quę nō erat tantum domino applicata, sed de nullo existente in ciuitate aliqua tanta necessitas presumi potest.

Collige tē grade peccati sic expedere decimas, & bona ecclesię cum meretricibus &c. Nec separavi eam in qualibet immunditia. Licet peccatū esset absolute comedere de decimis separatis, magis tamen erat applicare ad aliquem vsum immundum, s. dando fornicatoribus, vel meretricibus, quando aliquis colligebat fruges, aut alios fructus, de quibus dabantur decimę ex illis fructibus, & erant obligatę omnes partes illorum fructuū ad decimas, & primitias: non quidem, vt specialiter obligata esset aliqua pars fructuum ad istam solutionem, quia tunc debitor nūquam liberaretur, nisi dādo illam partem, sed falsum est, quia dando aliquam earum quamcunque, dum tamen esset decima pars liberabatur, & non solum dando aliquam de istis, sed etiam dando aliquam de quibuscunque partibus, aut fructibus, & sic antequam se parata esset decima, poterat ille qui erat dominus vti illis fructibus ad quemcunque vsum vellet, postquam tamen specialiter separabat aliquas partes Deo p decimis, aut primitijs, erant illę partes specialiter Deo consecratę & debite, & si forte acciperet de illis ad aliquem vsum, contrāctabat rem alienam, maxime quę sacra erat, ideo peccabat, nec satisfaciebat, dato quod tantundem tribueret, quia adhuc peccatum manebat scilicet applicasse rem sacram ad prophanos vsus, nā sicut si quispiam voueret ouem, aut bouem, vel capram, si esset tale animal, quod immolari deceret, nec quicquam impediret ex cōditione indiuidui, aut speciei, non poterat mutari, etiam si daretur pro eo aliud valde melius, vt patet Leui. vltimo cap. quia illud specialiter Deo obligatum erat per votum, quia erat consecratum, ita hic, quia decimę postquam erant separatę erant obligatę specialiter Deo, & consecratę, cum voluntas dantis determinauerit se ad istos fructus dādos in decimis, & dederit eos, atque dando a se abdicauerit, & Deus illas immediate acceptauerit: quomodocunque postea acceperit de illis applicando ad vsus

suos peccat, quia cōuertit rem sacram ad prophanos vsus. Ideo dās istam decimam excusat se de omnibus istis, quod non commiserit aliquid eorum, & generale est, quod accipere de istis decimis separatis malum erat, sed secundum ea ad quę accipiebatur, erat peius, aut minus malum, & prius excusat se, quod non acceperit de illis in lectu suo, quia ea quę dantur Deo pertinent ad letitiam, & ipsi offerentes, quando offerebant, debebant epulari, & letari coram domino Deo suo, vt patet supra 12. & 14. & 16. & in multis locis: cōuertere ergo hac ad tempora plangendi, erat totaliter oppositum, ideo magis peccatum quā si conuertisset ad tempora gaudiorum, sicut ad nuptias, & conuiuia, aliaque gaudia: excusat se etiam de immunditia, vt si fieret de illis fructibus aliquid turpe, vt pote si de eis darentur cibi canibus, & iumentis: nam licet peccatū esset, quod homines comederent de illis, maius tamē erat, quando conuertebantur in turpitudinem, sicut hic, quia vilipendebatur eorum sanctitas: nam si forte eueniret aliqua necessitas in qua de illis oporteret assumi ad cibum, debebant cum magna reuerentia assumi faciendo differentiam de illis cibis ad alios cibos, tanquam si assumerētur cibi sancti, sicut cum Dauid, & sui pueri deberēt comedere de panibus propositionum, quos solis sacerdotibus edere licebat, etiam in tempore necessitatis, quā fuit ab eis vtrum mundi essent a mulieribus maxime, & a quibusdam alijs turpitudinibus, vt sic comederent, nec eis quicquam dare voluit, donec Dauid dixit se, & pueros a mulieribus mundos esse, quasi dicat, si forte confessi fuissent se cū mulieribus paulo ante fuisse maculatos, etiam si necessitas quādam esset, non daret eis quippiam. ita erat hic, quia licet ista decimę non essent, ita specialiter se parata, tamen erant aliquo modo separatę ad cultum Dei: non ergo sine magna munditia, & reuerentia in necessitatis tempore sumi debebant. Non licebat autem dare de his gentilibus ad comedendum, quia & hoc adhuc maius peccatum erat, nam sicut de agno Paschali, quia erat ritus iudaicus, & sacrificium Domini, vt patet Numeri 9. cap. non poterant comedere aliqui gentiles, donec circumciderentur, vt patet Exodi 12. cap. ita videtur esse de his quę domino consecrata erant, quod non liceret comedere, nisi Iudeis cum adhuc omnibus Iudeis hoc non liceret. non licebat etiam vendere istos fructus dominis qui pertinebant, & separati erant ad decimam, quod si venderent, peccatum magnum erat propter duo.

Primo, quia vendebat rem alienam, vendere autem rem alienam, vel quomodocunque contrāctare animo lucrandi, furtum, & illicitum est.

Secundo, quia hic vendebatur res sacra, res autem sacre extimationem non recipiunt, vnde si aliquis vellet emere carnes alicui⁹ arietis immolati, aut alterius animalis in holocaustum, vt ipse comederet, vel ad alios vsus: non poterat vendi etiam si daret pro eis omnia quę possideret, aut mille arietes, vel talia quęcumque animalia, quia illud, quod domino immolatum erat, iam erat consecratum ei: etiam excusat se, quod non expenderit aliquid istorum in re funebri, id est in officio funeris, vocatur funus exequiarum officium, & in hoc nihil expendi debebat de re sacra, ne cetera commacularentur ex huiusmodi applicatione, etiam quia ista quę Deo dabantur, pertinebant ad exaltationem offerentium, & laudem Dei in iubilo, si quis autem ista ad res planctus applicaret, scilicet fructus qui pro decimis dandi erant, applicabat rem sanctam ad contaminationem potius, quā si ad aliquid gaudij applicaret. Nec expendi ex eis quicquam in re funebri. Idest in planctu mortuorum, in quo fiunt aliqua conuiuia, & ibi nihil dari debebat de re sacra, quia omnia accidentia

dentia ad funus polluebantur, & ipsi plangētes, & omnia que stabant in domo in qua aliquis moriebatur, vt patet Nume. 19. cap. ideo sacerdotes, & omnes res sacre a funere segregabantur, vt habetur Leui. 21. cap. vel quia non placuit Deo sacrificia cum tristitia, & ita dixit Aaron excusans se quare non comedit sacrificium pro peccato dicens, quō potui placere domino mente lugubri? vt patet Leui. 10. c. *Obediui voci.* Replicatio eiusdem sententię est. *Respice de Sanctuario tuo.* Post obedientiam mandatorum ponitur imprecatio bonorum a Deo pro obedientia. *Respice de Sanctuario tuo.* Quicunque respiciendo dicitur respicere de loco in quo est. Deus autem vbique præsens est cum omnia impleat, sed specialiter in aliquibus locis est quantum ad aliquos effectus, cū esse suū eodem modo vbique sit, & ponuntur hic duo loca in quibus Deus specialiter erat. Primo in Sanctuario, quia gloria domini erat super arcam inter Cherubim, & in columna super tabernaculum, de qua frequenter loquebatur Deus Moyse, vt patet Nume. 12. cap. & 16. & Exodi 29. ideo de loco illo respicere dicebatur, & contra locum illū respiciebant omnes orantes in Israel de quo 3. Reg. 8. cap. ideo, & Daniel stans in Babyone apertis fenestris domus orabat contra Ierusalem, vt patet Dani. 6. cap. Secundus locus in quo Deus specialiter est, coelum empyreum est in quo se beatis animabus ostendens eas beatas efficit, ideo etiam de hoc loco Deus respicere dicitur. *De excelso celorum habitaculo.* Vocatur excelsum habitaculum propter duo, vel quia illud celū empyreum super omnes celos est, vel ad differentiā habitaculi terreni, scilicet tabernaculi in quo habitare dicitur. *Et benedicte populo tuo Israel.* Multiplicando est in omnibus bonis, siue terrenis, siue spiritualibus: benedictio enim vbique ponitur multiplicationem importat. *Et terra quam dediisti.* Concedendo in terrę ascendibus vbertatem. *Hodie dominus.* Hic ponitur secundum, scilicet mandatorum obedientia, & obseruatio. *Hodie dominus Deus tuus praecepit tibi.* Quia licet ista praecepta alias dicta fuissent, sed nunquam, ita plane, & cōiūctim, sicut die, qua Moyse ista locutus est dicta fuerunt, ideo quasi tunc nouiter Deus ista mandare videbatur. *Vt praecepit hodie.* Id est quotidie, sicut dicitur Psalm. 2. ego hodie genui te, id est semper genui, & gigno, sic quotidie nobis Deus ista mandat, quia quotidie nos instigat ad hac faciendum, sed prima expositio est magis literalis. *Vt facias mandata haec.* Scilicet moralia, scilicet praecepta decalogi, & praecepta caeremonialia, *Iudicia.* Id est praecepta iudicialia. *Vt custodias.* Scilicet in mente tua ea voluendo assidue, vt patet supra 6. ca. *Et implas.* Actualiter operando. *Ex toto corde tuo.* Id est affectuose, quia maledictus qui facit opus Dei negligenter: debent enim mandata Dei cum magno amore obseruari, quia licet custodiēdo mandata sine charitate, excusetur aliquis a peccato, quod icurreret si ea non custodiret, tamen nihil magis meretur quā si non ageret, quia radix merēdi Charitas est, & Deus magis respicit mentem quā opus. *Et ex tota anima tua.* Ista magis exposita fuerunt supra 5. cap. *Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus.* Id est vt habeas eū in Deum cum mente, & opere colendo, & mandatis eius obediendo, & dicuntur elegisse hodie, quia sicut in monte Synai populus recipiens praecepta Dei elegit eum in Deum primo, ita nunc recitata tota lege de nouo, & multis superadditis populus consensit obedire ei, & colere eum.

Quomodo Israel in Deum elegit Dominum Deum suum.
Quaest. V.

CONSIDERANDVM circa hoc quomodo Israel elegerit dominum Deum in Deum suum, quia

Duobus locis De specialiter erat.

Mandatorum obedientia, & obseruatio.

videtur, quod non elegerit: nam eligere libertatem dicit, vbi autem non est libertas, sed est homo obligatus specialiter ad aliquid, non dicitur proprie eligere, in his autem quae possumus facere, vel non facere, eligere dicimus, sic est de voto, quia votum est promissio facta de his quae bona sunt, ad quae astricti non tenemur. vnde non est verum, quod aliquis voueret se non fornicaturum, aut non occisurum quempiam iniuste, quia ad hoc tenetur, sed ad colendum Deum verum qui erat Deus Hebraeorum, omnes tenentur, vt declarat Apostolus ad Ro. 1. cap. dicens inexcusabiles illos qui praetextu alicuius ignorantiae Deum verum non coluerunt ad idola declinantes, cum possent Deū naturaliter cognoscere, & isto modo dicuntur obligati ad praecepta decalogi, quia sunt praecepta iuris naturalis etiam si non dentur nobis, si tunc non fuerunt data gentilibus, sed innata sunt eis, quia vt ait Apostolus ad Ro. 2. c. gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae sunt legis faciunt dictante eis conscientia. erant ergo omnes homines naturaliter obligati ad colendum Deum verum, quem colunt Hebraei, quia ipse Deus verus erat, alioquin aliae gentes non peccarent non colendo Deum, vel colendo idola. Sed de hoc arguuntur omnes gentes tanquam peccatae: ergo obligate erant ad colendum Deum etiam nulla lege imposta. Quomodo igitur poterant Hebraei eligere accipere Deum in Deum, & dominum, cum non esset eis liberum, sed necessarium, alioquin peccarent? Responderet, quod Iudei, & omnes gentes tenentur impedere Deo vero cultum patriae qui consistit in actu interiori, scilicet in spe, fide, & charitate. sic ait Aug. fide, & spe, & charitate colitur Deus, in Enchiridio, & Io. 4. cap. spiritus est Deus, & eos qui eum colunt, oportet in spiritu ambulare, praeter istum cultum interiore non obligantur ad alium cultum exteriorum determinate, quia natura non determinat aliquid vterius nec laudes nec sacrificia, nec adorationes caput inclinando, aut genua flectendo, & sic de ceteris, quantum ergo ad ista de quibus non est specialis determinatio ratione, nec obligatio, potest aliquis se voluntarie obligare, aut vouere, aut sine voto recipere, & isto modo est lex a Deo data, quia continentur in ea quaedam caeremoniae speciales non determinatae a ratione, sicut sunt in sacrificijs, & omnibus alijs ritibus specialibus, & legibus iudicantibus de quibus nulli obligati eramus, nisi nos ipsi nos obligemus, & quantum ad hoc est in potestate nostra eligere Deum, & sic dicitur hic de Israel. *Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus.* Id est tu elegisti hodie colere dominum Deum tuum specialibus praeceptis obediendo, & caeremonias obseruando, sed non elegisti hodie Deum dominum quasi antea non esses obligatus seruire Deo, & nunc voluntarie fuisses obligatus ad tenendum eum, vt Deum, & colendum eum, & sic votum potest de accipiendo Deum verum pro Deo fieri: nam licet omnes teneamur hunc verum Deum pro Deo tenere, tamen Iacob vouit habere Deum verum in Deum si daret ei necessaria. Et sic fuit votum conditionale, vt patet Gene. 28. cap. cum dicitur vouit etiam votum dicens, si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum. ecce quod vouit accipere Deum verum in Deum. Respondetur, quod non vouit accipere Deum verum in Deum, quia ad hoc obligatus erat, sed hunc Deum verum non erat obligatus colere quibusdam specialibus caeremonijs, & ad has se astrinxit Iacob, vt ex litera patet in eodem loco cum dicitur, erit mihi dominus in Deum, & lapis iste quem erexi titulum vocabitur domus, id est ego fabricabo hic domum ad hono-

Votum quod sit.

Quae sit plenissima cognitio rei.

honorem Dei, haec autem edificatio specialis caeremonia erat, ad quam astringebantur soli qui vouissent, et go Iacob tunc cum vouit erat liber, postea autem per votum se astrinxit. etiam secundo Iacob vouit aliquid speciale quantum ad oblationes cum dicitur, eunctorumque quae dederis mihi decimas, reddam tibi, id est faciam tibi cultum istum specialem qui est dare decimas ad quas non tenebar. Queritur etiam quomodo dicatur hic Israel, elegisti dominum Deum tuum hodie, quia videtur, quod ante hoc elegerant: nam cum legem susceperunt in monte Oreb, obligauerunt se obedire mandatis eius, & Deus accepit eum in populum peculiarem, vt patet Exodi 19. ca. quaecunque ergo leges darentur, postea erat firme ex prioris consensu, quia ipsi tunc dixerunt cum loqueretur eis Deus i voce tubae, & terribili clangore, quod loqueretur eis Moyse, & non Deus, ne forte morentur, & quod obedirent omnibus mandatis Dei, cum dicitur tu autem magis accede, & audi, quaecunque loquatur dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos, & nos audientes ea faciemus: ergo ad omnia erant obligati quaecunque erant postea mandanda, cum Deus praeciperet. Et si forte dicas, quod illa obligatio non tenuit, quia Deus non accepit illam, & ad hoc, quod valida sit, requiritur, quod non solum voluerit se aliquis obligare alteri, sed etiam ea quae dixerit obligans rata habeat, & acceptet ille, cuius fauore sit obligatio. Respondeatur, quod Deus acceptauit obligationem illam, cum dixit supra 5. cap. post verba ipsorum Israelitarum audiui vocem verborum populi huius, quae locuti sunt, bene omnia sunt locuti, in quo consentiebat dictis eorum approbando ea. Ad hoc dupliciter responderi potest vno modo, quod licet ex vi verborum suorum obligati essent Israelitae ad obseruandas leges quascunque Deus daret, forte tamen quando eas daret, viderentur eis graues, & cum tedio eas acciperent, volebat ergo Deus, vt esset plenissimus consensus in quamlibet legem, vt non haberet aliquam occasionem saltem apparentem ad infringendum eam, & quia non potest aliquis consentire nisi in ea quae cognoscit, & quanto magis cognoscit, plenius consentit, vel dissentit, requirebatur plenissima cognitio. Est autem plenissima cognitio, quando quaelibet res in seipsa cognoscitur, ista autem cognitio est cognoscere quamlibet rem particulariter, cum autem res in vniuersali cognoscuntur, id est, quod cognoscatur vniuersale aliquid in quo multa contineantur singularia, non est plena cognitio, quia non est cognitio cuiuslibet rei in se, & interdum concedit aliquis vniuersale aliquid, cuius particularia si explicarentur multa eorum non concederet, & ob hoc venit regula iuris in sexto, quod in generali concessio ne non veniunt ea quae non esset aliquis verisimiliter in specie concessurus. licet ergo aliquis ad vniuersale sit voluntarius, quando explicantur particularia eius, ad aliqua eorum non est singulariter voluntarius, quia ante cum permitterentur, non credebatur permittens talia se permittere. & ob hoc licet in die qua receperunt Iudaei legem in monte Synai, dixerint, quod omnia quae mandaret dominus facerent, vt patet supra 5. cap. & ante hoc etiam promiserant, vt patet Exo. 19. cap. tamen in eadem die Deus dans leges Moyse in monte quae continentur Exo. 20. cap. in fine, & 21. & 22. atque 23. c. cum Moyse descendisset ad populum, vt recitaret eas, mandauit vt peteret ab eis consensum, scilicet vtrum vellent accipere illas, & antequam ipsi consentirent Moyse non scripsit eas, habito autem consensu eorum scripsit, & confirmauit sequenti die in sanguine, vt patet Exodi 24. cap. sic ergo licet ad leges istas quas nunc dabat Moyse, essent obligati ex verbis suis quae dixerat in monte Oreb, tamen quia Deus

volebat maiorem eorum libertatem in recipiendo legem mandabat, vt quando proferretur lex, quaeretur consensus eorum, & tunc recepta illa lege diceretur elegisse dominum non quidem, quod elegerint eum simpliciter ad colendum, quia obligabantur ad cultum eius naturaliter, vt supra dictum est, sed quod accipiebant eum ad colendum isto modo, scilicet per hanc legem specialem per quam ante non coluerant, & sic recepta qualibet lege data a Deo in qua peteretur consensus eorum, dicebantur tunc eligere Deum, quia eum eligebant colere illo modo. Alio modo responderi potest, quod licet Iudei permisisset se recepturos quaecunque mandaret Deus, tamen extendebatur hoc quantum ad illud fedus, quod inierat cum eis in monte Oreb, & non ad aliquod alterum, nunc autem fiebat aliud fedus, ideo oportebat nouum consensum accedere eorum, qui obligari debebant: nam Deus in primo anno quo Israelitae exierunt de Aegypto dedit eis leges in Oreb, quando steterunt ibi, & non solum dedit ibi decem praecepta quae continebantur in tabulis, & primo in voce tubae expropta sunt, de quibus Exo. 20. & supra 5. cap. sed etiam praecepta caeremonialia, & iudicialia quae habentur Exodi. 21. & 22. & 23. ca. quia in sequenti die post legis dationem in voce tubae ista populo denunciata, & confirmata sunt, ea etiam quae habentur a 25. cap. Exodi vsque ad finem de fabricatione sanctuarij in monte Synai recepta sunt, vt patet Exodi 24. vbi dicitur, quod Moyse ascendit ad audiendum ista, & postea 23. cap. eiusdem libri dicitur quomodo descenderit Moyse de monte postquam audiuit ista, ea autem quae in toto Leuitico dicuntur in monte Synai data sunt, vt patet Leuit. ultimo capit. in fine cum dicitur haec sunt praecepta quae mandauit dominus Moyse ad filios Israel in monte Synai. de his autem quae habentur in libro Numerorum eodem modo dicendum est, quod ea quae habentur a principio libri Numerorum vsque ad cap. 10. fuerint facta in monte Synai, quia in monte Synai, vt in eodem cap. 10. declaratur ab eodem loco vsque ad 20. capit. rara mandata ponuntur, sed maior pars est historia, ea autem quae ponuntur praeceptiue, vt in cap. 15. & 17. & 18. atque 19. dicuntur accidisse in monte Synai, vt declaratum est in eisdem locis, ea autem quae habentur a 20. cap. Numeri vsque ad finem eiusdem libri acciderunt in anno 40. exitus de Aegypto, vt patet in eodem cap. 10. capit. ex quo inferitur, quod cum ab illo loco totus liber Numerorum pertineat ad annum 40. & totus iste Deuteronomius ad finem anni 40. scilicet ad mensem vndecimum eiusdem, vt patet supra 1. cap. in principio, quod in anno solo primo, & 40. data fuerint praecepta Israelitis, medium autem tempus sine praeceptis fuit, & ista est sententia Rab. Abraham Aben Ezra supra 1. cap. licet nihil de hoc ipse probet. erit ergo sic, quod illa quae in primo anno mandata fuerunt, pertineat ad vnum fedus, deinde interpositis annis 39. ea quae in anno 40. praecepta sunt ad aliud fedus, & sic requiretur nouus consensus ad haec. erat ergo in voluntate sua consentire an non, & si consentirent eligere dicebantur Deum, ergo illa die eligebant qua ei se nouiter seruituros, & specialiter offerebant accipientes leges tales, ad quas antea obligati non erant, quod autem istud, quod in hoc libro mandatum est sit aliud fedus ab eo, quod in monte Synai datum est patet infra 29. cap. cum dicitur haec sunt verba foderis, quod praecipit dominus Moyse, vt seriret cum filiis Israel, praeter illud fedus, quod cum eis pepigit in Oreb. *Vt ambuletis in viis eius.* Id est sequendo eum quocumque ire mandauerit, & declaratur quae sunt istae vig, scilicet. *Vt custodias caeremonias eius.* Quae consistunt in modo speciali colendi Deum, scilicet sacrificijs, oblationibus, & purificationibus, & festorum

Rab. Abraham Aben Ezra opin.

festorum obseruationibus, de quibus per totum Leuiticum, & partim in alijs libris. *Et mandata eius.* Scilicet precepta decalogi. *En dominus elegit te hodie.* Quia sicut populus eligebat Deum ad eum colendum, ita Deus eligebat populum ad eum exaltandum, & protegendum, & sicut populus in monte Synai Deum elegit, & hic ita Deus in monte Synai, & hic populum sibi fecit peculiarem. de prima electione patet Exodi 19. cap. *Ut sis ei populus peculiaris.* Id est populus thesauri, sicut in Hebræo habetur. quia sicut thesaurum multum custodimus, ita Deus quasi cum magna solitudine populum custodiebat, quia qui vos tangit me tangit, & hæc quando populus Deo subditus erat, si autem ad idolatriam diuerteret, vel Dei mandata non custodiret, veniebat super eum omnia mala abundantius, quam super gentes alias de quibus Leuiti. 26. & infra 28. & 29. ca. *Et faciat te excelsores cunctis gentibus.* Apud Deum, quia aliæ gentes a Deo reprobate erant, populus autem Iudaicus electus, & valde acceptabilis, fecit excelsores in fama, quia aliæ gentes videntes ritus Iudaicorum, & leges dicebant, ista est gens sapiens, & populus intelligens, nec est alia natio tam grandis, ut patet supra 4. cap. fecit eos in potentia excelsores, quia in tempore Salomonis omnes reges vicini dabant ei tributum, ut habetur 3. Regum 4. c. & continuata fuisse ista potestas in regibus, si semper Deo seruiuisent: fuit tamen completa ad literam in Christo qui fuit gloria Israel, ut habetur Luc. 2. cap. cuius regnum fuit lapis cadens de monte sine manibus, & comminuit rotam statuum precedentium regnorum, & factum est regnum eius regnum ecclesie, quod non auferetur: de quo Dan. 2. cap. *Quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam.* Deus enim omnia quæ creauit propter se creauit: non quia eis indigeret, sed quia summe bonus est, & bonum sui ipsius communicatum est, & diffusum. & sic cuncta causata sunt, ut bonitatem suam Deus eis communicaret, & ideo tot species, & rerum diuersitates se gradualiter excedentes fecit, ut in finita sapientia in ordinando, & immensa potentia in creando, & amor sine invidia in bonitatem suam tot rerum gradibus communicando monstraretur, & hæc est gloria Dei, in communicando diuersimode bonitatem suam. & hæc est prima ex qua surgit laus, quia intellectualis substantia rerum ordinem, & bonitatem consideras, vsque in magnam creatorem deuenit eum cognoscendo a magnitudine rerum creaturarum, ut patet Sap. 13. cap. quod cognitio assurgit in laudem, quod est secundum. Ex hoc autem nomen venit, quia sapientes cognoscentes magnalia Dei laudant factorem istorum coram populis, ex quo populares magnitudinem Dei pro capacitate intellectus concipiunt, & crescit fama Dei in omnes, & hæc vocatur nomen, quia fama nihil aliud est quam laudabilis nominis diuulgatio, vel celebratio. *Ut sit populus sanctus.* Id est applicitus Deo specialiter quam aliæ gentes, per veram fidem, & rectas leges. *Sicut locutus est.* Quia ipse promissit te accipere in populum peculiarem, ut patet Exodi 19. & frequenter.

C A P. XXVII.

RAECEPIT autem Moyses, & Seniores populo Israel, dicentes. Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis hodie. Cumque transferis Iordanem in terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos. &c.

PRECEPIT. Hic ponit legislator tertiam partem principalem, scilicet inductio ad obseruationem legis per imprecationem benedictionum, in qua primo ponit maledictiones. Secundo benedictiones, scilicet in cap. sequenti. prima in duas, quia primo ponit modum, & ordinem maledicendi, & benedicendi. Secundo ponit ipsas maledictiones ibi. *Et pronuntiabunt Leuiti. Præcipit Moyses, & seniores.* In precedenti cap. Moyses compleuerat recitationem totius legis, deinde conuocatis specialiter senioribus populū dixit eis, quod Deus volebat, ut cum transiret Iordanem, darent benedictionem obseruantibus legem, & maledictionem non obseruantibus, deinde ipse cum senioribus dixerunt reliquo populo, quod ista facturi essent. *Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis hodie.* Potest referri ad præcedentia, & est sensus, quod ex quo Moyses erat dicturus quedam alia, quæ non erant mandata legis, finitis mandatis legis voluit cōtinuare memorie in vniuersali ea quæ dixerat, scilicet. *Custodite mandata que præcipio hodie.* Id est in memoriam, quod custodiatis omnia mandata quæ supra dicta sunt, vel potest referri ad inferiora, quia dicturus erat de ceremonijs benedicendi, & maledicendi, prius commēdauit in vniuersali, quod ista custodiretur scilicet. *Custodite omne mandatum.* Scilicet de modo benedicendi, & maledicendi, quod ego mando tibi hodie. *Cum transferis Iordanem.* Quia benedictiones, & maledictiones non debebant dari extra terram promissionis ad signandum, quod in terra illa ventura essent benedictiones si obseruarent legem, vel maledictiones si non obseruarent. *Eriges ingentes lapides.* Erant lapides isti magni, quia multa sculptura fieri debebat, scilicet totum Deuteronomium, & non erant isti lapides de quibus fiebat altare, sed erant isti magni lapides sculpti, & prope eos altare ad sacrificandum. *Et calce leuigabis eos.* Id est complanabis, quia isti lapides sumebantur informes, quales exibant de lapidicina, ideo non poterat in eis quicquam sculpi nisi ipsi polirentur reducendo ad aliquam figuram planam, vel liniendo eos calce equare. tur partes eminentes, & deprellere, & sic plani fierent, non erat autem licitum polire eos, ut patet Exodi 20. cap. ideo oportebat calce leuigare. *Ut possis in eis scribere omnia verba legis huius.*

An in istis lapidibus fuerint scripta decem precepta solum, vel omnia que in istis quinque libris Moysi sunt.
Quest. 1.

ALII volunt, quod solum decem precepta ibi scripta fuerunt, quæ vocantur lex, & sic dicimus esse duas tabulas legis, & tamen illæ non continebant, nisi decem precepta, ut patet supra 10. cap. & ratio horum, quia in lapidibus non poterat scribi tanta scriptura. Alij volunt, quod in lapidibus illis solum scriptæ fuerunt benedictiones, & maledictiones quæ infra ponuntur.

Alij volunt, ut multi Iudæi communiter, quod scripta fuerunt ibi omnia precepta quæ sunt in tota lege affirmatiua, & negatiua, quæ sunt in vniuerso sexcenta, & tredecim, & ratio horum est sicut priorum, quia in libro isto multa scriptura continetur, illa autem precepta sic, ut nunc ipsi habent, non tenent tantum quantum quinta pars huius libri.

Sed istæ positiones non multum valent, prima quia licet decem precepta sint lex, non tamen sunt omnia verba legis, sed hic mandat scribi omnia verba legis decalogi, adhuc non valet, quia hic dicitur. *Omnia verba legis huius.* Ista autem lex distinguitur contra primam legem, quæ data fuit in monte Synai, ut patet infra

Connectio capi.

Diuisio eiusdem.

Quis est sensus huius literæ, iuxta præcedentia.

Aliorū sententia op.

Iudeorum tertia op.

Improbatio primæ opinionis. Quod omnia precepta continentur in 7. libris Moysi si sunt 613. infra

infra 29. capit. vbi dicitur hæc sunt verba foederis quæ præcepit dominus Moysi, ut feriret cum filijs Israel in terra Moab, præter illud foedus, quod cum eis pepigit in Oreb, sed decem precepta pertinent ad legem quæ data fuit in monte Oreb, ut habetur Exo. 20. ergo oportebat hic alia verba poni. Nec valet secunda positio, quia maledictiones, & benedictiones non sunt verba legis, quia lex aut mandat, aut prohibet, illæ autem sunt quedam imprecationes boni, & mali. Nec valet tertia positio quam tenet Aben Ezra: quia non sunt in tabulis, quas ipsi ponunt de preceptis omnibus affirmatiuis, & negatiuis, omnes exhortationes, vel beneficiarum narrationes, vel penarum inflictiones, vel malorum, & bonorum imprecationes, immo nihil de his ponitur ibi, quæ ponuntur in hoc libro, ergo non ponuntur ibi omnia verba legis huius, quæ Moyses mandauit scribi. Item quia nihil magis scriptum fuit in lapidibus illis quam id, quod mandauit Moyses, scilicet verba legis huius, ut patet Iosue. 8. c. vbi ista facta sunt, scilicet in tabulis illis multa scripta sunt, quæ non ponuntur in isto Deuteronomio, quia multa precepta de fabricatione tabernaculi, & de alijs ceremonijs scripta sunt in Exodo, quæ non sunt in hoc libro, & multa de sacrificijs in Leuitico quæ non sunt hic, & sic de libro Numerorum, sed omnia tam affirmatiua quam negatiua precepta sunt breuiter scripta in illis tabulis, ergo non fuerunt illa in lapidibus scripta. Item dato, quod soli continentur illæ tabulæ precepta istius libri, tamen nondum bene diceretur, quod ista fuerunt scripta in lapidibus, quia quando aliquis extrahit flores alicuius libri, vel facit tabulationem, siue Repertoriū, non vocatur ista opera eodem nomine quo principalis liber, nec sunt idem, ut decretum, & repertoriū decreti, vel abbreuiatio decreti, sed illa precepta quæ sunt in suis tabulis fuerunt extracta, & abbreuiata de 4. libris legis, ergo non vocantur nomine alicuius istorum librorum, sed in lapidibus illis fuit descriptus Deuteronomius Moysi, ut patet Iosue. 8. ca. ergo non erat illa precepta quæ isti fabulantur. Dicendū ergo, quod super illos lapides fuit scriptus totus Deuteronomius, sicut Moyses illum recitauit, ut dicitur Iosue. 8. capit. vbi dicitur, & scriptis super lapides Deuteronomium legis Moysi, quem admodum ille digessit coram filijs Israel, id est sicut Moyses totum Deuteronomium declarauit distincte, & per partes, quod est digerere, ista scripta sunt super lapides. Et non obstat ratio illorum, scilicet, quod tanta scriptura in lapidibus sculpi non posset, quia ad hoc iuuant duo.

Doct. opi.

Primum, quod illi lapides erant ingentes, sicut dicit textus, id est valde magni, ut in eis multa scriptura caperetur.

Secundum, quia illi lapides leuigabantur calce bene temperata, ita quod sculptura non fiebat in media re in lapide, sed in calce, in qua tenerius scriptura imprimeretur, & fierent literæ parue, ideo non esset magna difficultas: non erant tamen literæ, ita parue, quod plane, & distincte legi non possent, ut patet infra. *Tordane transiit.* Id est pertransiit, & non intelligas, quod immediate transiit Iordanem ista fecerint, quia prius destruxerunt urbem Hierico, deinde urbem Haim, post venerunt ad montem Hebal, & Garizin vbi ista facta sunt, hoc patet ex processu libri Iosue vsque ad finem octauo cap.

Sicut iurauit patribus tuis. Scilicet Abraham, ut patet Gene. 13. & 15. cap. de Isaac habetur Gene. 26. cap. de Iacob patet Gene. 35. cap. *In monte Hebal.* Mons Hebal, & garizin sunt duo parua cacumina montium sibi vicina, & sunt ultra Iordanem in campestribus contra Sichem, & circa vicem Mambre apud quam habitauit Abraham, de quo magis diximus supra 11. capit.

A circa finem. *Et edificabis ibi altare domino Deo tuo.* Ad offerendum holocausta, & hostias pacificas in solennitate illa, quando imprecabantur maledictiones, & benedictiones. Et ex hoc patet, quod illi lapides in quibus scribebatur Deuteronomium, non erant de altari, quia primo dicit de illis lapidibus magnis, & leuigatione cum calce, deinde de lapidibus altaris. si autem idem fuisset non fieret replicatio, sed diceretur, quod super illos ingentes lapides calce leuigatos poneretur holocausta.

De lapidibus quos ferrum non tetigit. Scilicet dolando eos ad leuigandum quadrando, vel rotundando, siue aliam figuram inducendo, sed bene permittebantur, quod tangeret eos ferrum in extrahendo eos de lapidicina, & præcidingo eos a magna mole lapideæ, quia in hoc adhuc manebant lapides informes, nec reducebantur ad aliquam distinctam figuram.

Sed de saxis informibus, & impolitis. Dicuntur saxa informia quæ non sunt reducta per sculpturam, & dolationem ad certam figuram communiter notam opere artificum. Dicuntur impolita, id est non complanata, & ratio huius est, quia dicitur Exodi 20. cap. altare de terra facietis mihi, quod si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus, quia Deus multum intendebat eos remouere ab idolatria, quæ stabat principaliter in adoratione statuarum formatarum de lapide, vel ligno, siue metallo opere artificum, maxime autem de lapidibus: ideo non vult, quod lapides poliant quadrando, vel rotundando, ne ex hoc inducantur ad poliendum lapides ad faciendas statuas, & ne ipsi offerentes ante altare videntes lapides formatos ad aliquam figuram cognitam, adorarent eos, si cut adorarent statuas hominis, vel canis, & pecorum, & asinum, & magis prohibebatur poliri lapides altaris, quam domorum, murorum, vel templi, quia etiã templum Salomonis de sectis lapidibus fabricatum est, & ratio est, quia in altare, ante quod veniebant ad adorandum (quia putabant omnes res ibi existentes sanctas esse) si aliqua figura lapidis politi ibi esset, adorarent eum populares. lapides autem murorum, & domorum, erant aliquid prophanum, ideo non erat in eis periculum idolatriæ: lapides autem templi dolati erant cooperiti lignis cedrinis, ut patet 3. Reg. 6. cap. sed ab aliqua parte exterius videbatur, ut patet Marci. 13. ca. vbi dixerunt discipuli Christo, magister aspice quales lapides, & quales structure templi, sed etiam in hoc nullum periculum erat, quia illi lapides coniuncti domus formam faciebant, nec gerebant aliam distinctam figuram.

Et offeres super eo holocausta. Ad solennitatem publicationis maledictionum, & benedictionum, & licet tunc super altare illud holocausta oblata fuerint, nunquam tamen post licuit offerri, quia mandatum fuerat Leuitici 17. & supra 12. capitu. quod nullus extra atrium tabernaculi offerret sub pena mortis. Sed in isto casu Deus dispensauit expresse, nec hoc repugnat legibus supra ab eo datis, quia ille ad quem pertinet legem condere, pertinet eam interpretari, & dispensare cum lex illa dependeat ex voluntate condentis eam. mansit ergo illud altare in futuras generationes ad memoriam rei geste, & non ad vsus sacrificiorum. Sic enim alia altaria ad signandum aliquid facta sunt, & non ad aliquem vsus sacrificiorum, sicut patet de altari quod construxerunt duæ tribus, & dimidia, scilicet Ruben, & Gad, & dimidia pars Manasse, quia cum recessissent ab alijs nouem tribubus, & dimidia, quæ manebant ultra Iordanem in terram Chanaan, quia in illa tabernaculum domini erat, scilicet in Sylo, & ibi maior pars gentis Israelitice, putauerunt, quod cum diuiderentur ille duæ terre Iordane interfluente,

Deus quo oia creata pp se creauit.

Fama qd sit.

Iosue 4.

fluente, quod post aliquot generationes pertransitas esset obliuio in posteris, quod iste tribus duc, & dimidia pertinerent ad Israelitas, & filij eorum, scilicet nouem tribuum, & dimidia quae habitabant ultra Iordanem, existimarent tanquam alienos filios duarum tribuum, & dimidie, & quod non pertinerent ad Deum Israel. ne ergo haec ambiguitas suboriri posset pertransito Iordane diuidente vtramque terram, ex parte sua circa tumulos Iordanis construxerunt altare nimiae magnitudinis, vt patet Iosue. 22. ca. & cum aliae tribus nouem, & dimidia vellent contra eos pugnare tanquam idolatras recedentes a lege, responderunt se non fecisse hoc altare ad sacrificandum, sed ad istud signandum, quod dictum est in futuris generationes. Mansit igitur altare illud, quod construxit Moyses ad istam solennitatem celebrandam in memoriam posterorum, sed si quis postea sacrificasset in illo, reus mortis esset, nec esset aliquis vir sanctus qui moueretur a Deo ad sacrificandum ibi, de quo non esset dubium, quod moueretur eum Deus, sicut de Helia qui sacrificauit in monte Carmeli, vt redargueret Prophetas Baal: nam hoc valde cedebat in laudem Dei; de quo 3. Regum 18. capitu.

Et immolabis hostias pacificas. Quia non solum holocausta ad solam laudem Dei facta sunt, sed etiam pacifice hostias, vt comederet de eis populus, & letaretur, cum maior pars de sacrificio pacifico pertineat ad offerentes.

Epularis coram Domino Deo tuo. Idest coram altari, vbi ista sacrificia fiebant in quo dicebatur esse Deus, quia in illo specialiter colebatur, vel quia ibi miraculose ignem detinebat, ita quod non extingueretur aqua, nec vento. *Et scribes super lapides.* Replicat hic quae ante dixerat. *Super lapides.* Non sunt isti lapides altaris, quia si poneretur ignis super lapides calce litos dissolueretur litura calcis, & scriptura obliteraretur, vel obscuraretur agente igne, ideo dicitur, quod alij lapides erant, vt supra diximus. *Plane ac lucide.* Vt omnes volentes legere possint, quia hoc manebat ad memoriam futurorum.

Dixeruntque Moyses, & sacerdotes. Supra in positione huius mandati loquebatur Moyses, & seniores populi ad totam multitudinem, nunc Moyses, & sacerdotes replicant prouocando populum, vt attendat mandata Dei, conuenienter autem sacerdotes cum Moyses ad populum locuti sunt, vt custodirent mandata Dei, quia exhortatio est actus praedicandi, praedicatio autem non pertinet ad laicos, sed magis ad sacerdotes legis, quia sacerdotes tenentur esse sapientes in lege, alij autem non vacant studio legis, sed operibus suis, & habent sacerdotes, vt doctores, & directores, vt patet Mala. 2. cap. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est, ex hoc etiam sacerdotes quasi sacra docentes aut dicentes appellati sunt.

Leuitici generis. Hoc videtur positum quasi ex superabundanti, quia in nulla alia tribu fuit vnquam sacerdos, nisi in tribu Leuitica, quia orantes alie fuerunt propter peccatum idolatriae in adoratione vituli abominabiles factae, & reprobarae, & tribus Leui pro primogenitis omnium altarium tribuum fuit electa, vt patet Numeri 3. capitu. scriptura tamen aliquando ponit aliquid ex superabundanti, quae licet sit determinatio tamen non est necessaria, sic dicitur supra 17. cap. bis ad sacerdotes Leuitici generis, possit tamen dici, quod accipiunt sacerdotes Leuitici generis ad differentiam aliorum sacerdotum, quia erant alij sacerdotes in alijs qui non sacrificabant, sed vocabantur sacerdotes, idest domini, vel viri potentes: nam istud nomen sacerdos equiuocum est ad sacerdotem in altari ministrantem, &

ad virum potentem, de isto secundo significato habetur exemplum 2. Reg. 8. capitu. scilicet filij autem Dauid erant sacerdotes, idest principes, constat enim, quod non poterant esse sacerdotes ministrantes in altari, quia morerentur, aut percuterentur a Deo, sicut rex Ozias de quo quarto Regum 15. quod fuit percussus lepra in fronte, & mansit tota vita sua leprosus, quia usurpauit sibi ministerium sacerdotale thurificando, de hoc etiam Apostolus ad Hebraeos. septimo capitu. quod de tribu Iuda nullus vnquam sacerdos fuit. *Attende.* Corde praecipiendo.

Et audi. Auribus auscultando. *Hodie factus es populus domini Dei tui.* Quia hodie nouiter te accepit in populum peculiarem, quia pepigisti eum eo hoc secundus legis, sicut in monte Synai primo te elegerat, quia accepisti aliam legem, scilicet decem preceptorum.

Audies vocem eius. Mente audiendo. *Et facies mandata atque iustitias.* Hoc refertur ad ea quae in toto hoc libro dicta sunt, & non solum ad ista praeccepta de benedicendo, & maledicendo, quia istud praecceptum ceremoniale fuit, ibi autem dicitur de mandatis generaliter, scilicet de moralibus, & ceremonialibus, & de iustitijs, idest praecceptis iudicialibus.

Hi stabunt ad benedicendum Deum. Tanguntur hic personae benedicentes, & ponuntur ad benedicendum tribus natae de dominabus, scilicet de Lia, & Rachel, & ad maledicendum tribus natae de ancillis, scilicet de Zelpha, & Bala, sed quia filij dominarij sunt octo, scilicet duo filij Rachel, & sex filij Lya, & filij ancillarum sunt quatuor, ponuntur quae tribus de filijs Lya ad maledicendum, scilicet Ruben, & Zabulon, de his patet Gene. 29. & 30. capitu. *Ioseph, & Benjamin.* Hic diuidit benedicentes, & maledicentes, & ponuntur 12. tribus, sex ad maledicendum, & sex ad benedicendum.

Quare ista enumeratio tribuum variat ab alijs.

Quaest. II.

Sed in enumeratione ista tribuum variat ab alijs locis, nam Leui non solet computari, vt tribus, quia tribus diuidantur per diuersas sortes, idest partes hereditatis, sed Leuita non accepit partem inter fratres suos de alijs tribubus, vt patet Numeri 18. & 34. & supra 18. ideo non computabantur tanquam tribus vna Israel.

Item in alijs locis solet computari vna tribus Ephraim, & alia tribus Manasse, qui ambo erant filij Ioseph, & istum modum diuidendi tenet tota scriptura, de hoc patet exemplum Numeri primo capitu. vbi computantur viri bellatores omnium tribuum, & Numeri secundo, vbi ponitur modus, & ordo castrametationis, & Numeri septimo vbi ponuntur principes duodecim tribuum ad offerendum in die dedicationis tabernaculi, & ratio huius computationis est, quia Ephraim & Manasse filij Ioseph duas tribus faciunt, & duas sortes receperunt, sicut omnes alij filij Iacob, vt patet Gene. 48. capitu. cum dicitur Ephraim, & Manasse duo filij tui, quos genuisti ante quam venire ad te, mei erunt, & sicut Symeon, & Leui reputabuntur mihi, hic autem computatur pater eorum Ioseph pro vna tribu, ita quod illae duae tribus in vnam conueniant, causa huius mutationis videtur esse, quia sine numeretur Leui inter tribus, siue non numeretur, nunquam debent esse ultra duodecim, sed si Leui computaretur, vt vna tribus, & computarentur isti duo filij Ioseph, vt duae tribus, essent tredecim tribus, ideo quando computatur Leui necesse est, vt Ioseph pro vna tribu computetur, & non exprimatut aliquis de filijs suis tanquam tribus, sed quod computetur Leui, vt vna tribus, vel non dependet

pendet ex hoc, quia vt computantur filij Iacob quantum ad aliquid, quod sit temporale, & terrenum, & tunc non ponitur Leui, vt tribus, quia erat separatus in cultum Dei, & abstrahatur ab omnibus secularibus negocijs, sed ponuntur Manasse, & Benjamin, & diuiditur tunc Ioseph in duas tribus, sic ponitur Numeri primo capitu. quia ibi computantur viri bellatores. bellare autem erat actio terrena, quae ad Leuitas non pertinebat, & in designatione castrametationum non computatur Leui, vt tribus, quia in circuitu tabernaculi manebat, aliae autem erant castrametantes in ordine suo, & ideo Manasse, & Ephraim computantur ibi, vt duae tribus, vt patet Numeri 2. capitu. & in diuisione sortium, quia erat aliquid seculare non computatur Leui, vt tribus, sed Ephraim, & Manasse, vt patet Numeri 34. capitu. quando autem aliquid erat spirituale pertinens ad Israelitas non solum pertinebat ad populares, sed etiam ad Leuitas, ideo computabatur Leui, vt vna de tribubus 12. & Ioseph erat alia tribus, hic autem sic erat, quia maledicere non obseruantes, & benedicere obseruantes erat approbare legem, approbatio autem aliquid spirituale est, ideo Leuita, vt tribus vna computandi erant. simile habetur Apoc. septimo capitu. vbi enumerat Apostolus Ioannes conuertendos de omnibus tribubus Israel, & quia ista conuersio erat aliquid spirituale computatur Leui, vt tribus, & Ioseph, vt alia tribus.

Sed tunc dubitatur cum non sit aliqua vna tribus quae nominetur tribus Ioseph, sed duae tribus, scilicet Ephraim, & Manasse quomodo accipiatur vna tribus Ioseph ad ponendum cum alijs: nam si ponerentur tribus Ephraim, & Manasse essent septem tribus ex parte illa, vbi ponerentur istae.

Diceret autem aliquis, quod vt solum essent ex qualibet parte sex tribus tam in benedicentibus quam in maledicentibus, quod deberet vna de his duabus tribus accipi loco tribus Ioseph. Et si quaeratur quae illarum duarum esset.

Responderetur, quod tribus Ephraim, quia ista dignior erat, sicut praenunciauerat Iacob auus eorum, vt habetur Gene. 48. cap. cum dicitur, & hic quidem in populis multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius crescit in gentes: nam postea venerunt reges de tribu Ephraim etiam, quia in castrametatione Ephraim maior erat, cum Manasse castrametaretur sub vexillo Ephraim, vt patet Numeri 2. cap. conuenienter, ergo videretur dicendum, quod tribus Ephraim acciperetur pro Ioseph. responderetur dicendum esse, quod vtraque tribus Manasse, & Ephraim acciperetur pro vna tribu Ioseph: nam si forte mandaretur, quod de tribu Ioseph acciperetur solum ad faciendum aliquid, quia ille non poterat esse de vtraque tribu debebat accipi de tribu Ephraim tanquam de principali, cum tamen mandatur accipi tribus Ioseph debet accipi vtraque tribus, scilicet Ephraim, & Manasse: nam licet inter se essent duae tribus distinctae, sicut Symeon, & Ruben, vt patet Gene. 48. propter possessiones quae recipiebantur ab eis tanquam a duabus tribubus tamen respectu ipsius Ioseph patris sui non erant duae tribus, sed vna, sicut enim omnes filij Iudae faciebant vnam tribuum licet constituerent diuersas familias sub eadem tribu, ita Ephraim, & Manasse respectu Ioseph faciunt vnam tribuum, ideo appellatione tribus Ioseph continentur ambae tribus simul.

Et ad argumentum in contrarium, quando dicitur, quod acciperetur vna tribus loco Ioseph dicendum, quod non sufficit, quia vna earum non dicitur tribus Ioseph, sed familia Ioseph: ambae autem simul faciunt vnam tribuum Ioseph, ideo cum mandatur accipi tribus Ioseph oportet vtramque simul accipi. *Et e regione,*

A idest e contrario: sunt duae partes e regione. e, est propositio, & signat ex, regio signat aliquam partem positionis, vnde dicitur e regione, idest ex opposita parte, vel a fronte. & sunt Hebal, & Garizim duo monticuli prominentes inter quos est parua vallis in qua stabant 12. tribus ad respondendum benedictionibus, & maledictionibus. *Et pronuntiabunt Leuitae.* Hic ponitur secundum scilicet maledictionum promulgatio.

An totus populus ascenderet ad benedicendum super montem Garizim, & rursus ascendebant ad maledicendum super montem Hebal. Quaest. III.

De ordinatione, & modo maledicendi, dicunt aliqui, quod Leuita, & totus populus ascenderant in montem Garizim ad benedicendum, deinde perfecta benedictione ascenderant simul super montem Hebal, & ibi maledicebant. Sed hoc non stat, quia sex tribus esse debebant in Hebal, & sex in Garizim. Item quia tunc omnes tribus simul benedicerent, & maledicerent, sed in textu mandatur, quod sex tribus benedicant, & sex maledicant. Et respondent isti, quod tribus Leui ascendeat super vnam que montem ad benedicendum, & maledicendum, sed solum computatur inter benedicentes, quia Leuitae erant rectores in spiritualibus, ad rectores autem benedicere proprie pertinet, maledicere autem per accidens, sed hoc nihil valet: quia non respondent de alijs quinque tribubus quae solum ponuntur ad benedicendum, & non ad maledicendum, nec erant rectores: et rectores aliquando maledicunt, vt cum excommunicant subditos rebelles, anathematizantes eos. Alij dicunt, quod sex tribus ascendeant super montem Hebal, & sex super montem Garizim, & sacerdotes stabant in valle inter duos montes, & conuertebant faciem suam ad montem Garizim, & benedicebant, & deinde conuertebant faciem ad montem Hebal, & maledicebant, respondentibus Amen ad quamlibet benedictionem tribubus existentibus in Garizim, & respondentibus Amen ad maledictiones tribubus stantibus in Hebal. Posset etiam dici, & vere, vt supra diximus, quod aliqui Leuitae ascendeant summitatem montis Garizim, & benedicebant respondentibus Amen sex tribubus stantibus in ascensu montis Garizim; deinde Leuitae ascendeant cacumen montis Hebal pronunciantes maledictiones, respondentibus Amen sex tribubus stantibus in ascensu montis Hebal. Et si obijciatur, quia dicitur in litera, quod sex tribus stabunt super montem Garizim, & sex super montem Hebal. Respondetur, quod non oportebat, quod starent in summitatibus montium, sed satis erat, quod starent in ascensu, & dicuntur stare super montem, idest in monte, & ratio quia trecenta millia hominum pugnatorum, qui erant in sex tribubus praeter paruulos, & vxores, & vulgus promiscuum infinitae multitudinis, vt patet Exodi 12. c. non possent capi in summitate alicuius montis, maxime quia illi montes erant parui: & dato quod possent capi, tamen non congrue posset tota multitudo ascendere super montium vertices, & patet hoc manifeste Iosue 8. c. vbi dicit, quod media pars Israel stabat iuxta montem Garizim, & pars media iuxta montem Hebal cum aduenis suis, ideo opinio illa secunda, quae est Rab. Sal. quam videtur tenere Nicolaus non stat in veritate, licet potest sustineri si respiciatur litera Iosue 8. ca. Et si arguas, quod non benedicebant Leuitae, quia sex tribus stabant ad benedicendum, & sex ad maledicendum. Respondetur, quod non benedicebant populares, sed Leuitae, dicuntur tamen stare ad benedicendum, idest ad respondendum benedictionibus, & sic de maledicentibus dicitur. Et si arguas, quod Leuitae per se non benedicebant, & maledicebant, quia tribus

bus Leui computatur vna de stantibus in monte Garizim ad benedicendum solummodo. Responder Rab. Sal. q. Leuita vtrunque faciebant, & tamen tribus Ioseph erat diuisa in duas, sicut in Pharaon, & Manasse, & sic erunt sex tribus benedicentes preter Leui. sed hoc inconueniens est, quia cum Leui computetur inter benedicentes, si Ioseph diuidatur in duas tribus, erunt septem tribus bened. centes, nisi forte dicat, q. etiam Leuita ponebantur cu maledicentibus, licet non fiat hic mentio de maledictione eorum. Sed melius videtur dicendum, q. tribus Leui erat vna de benedicentibus, & tribus Ioseph computatur pro vna, licet essent due, quia lege hoc reperitur in veteri, & nouo testamento patet Gen. 49. quia postquam Iacob Gen. 28. dederat duas partes duobus filiis Ioseph, & computauit eos in duas tribus in Gen. 49. rursus computauit Leui in vnam tribum, & Ioseph in vnam, & si dicatur quomodo ergo Leuita proferebat maledictiones, & benedictiones? responderetur q. tribus Leui tota ponebatur cum alijs quinque tribubus ad benedicendum, sed aliqui de sacerdotibus, vel de ipsi Leuitis ascendebat super montes ad benedicendum, & maledicendum, nec tota tribus ascendere debebat, quia si multi homines simul clamarent, cum sint voces dissonae, quedam graues, quedam acutae, & quedam multum sonantes, quedam paucum, non sonaret vox distincta, sed murmur confusum. Dominus autem mandauerat, quod totus Israel audiret, & intelligeret, ergo non clamat tota tribus: *Maledictus homo qui facit sculpitile.* Id est aliqua statuam occultam, id est canariam, vel dolatam, & polita ad adorandum, quia idolatria maximum peccatorum est de se, cum magis repugnet Deo intelligendo, sicut declarauimus supra 5. c. deo prima maledictio ponitur de ea, vt maxime caueatur. Et dicit Rab. Sal. q. sacerdotes, vel Leuita stantes inter duos montes conuerrebant vultum suum ad Garizim, & benedicere dicentes, benedictus qui non facit sculpitile: deinde conuerrebant vultum ad Hebal, & dicebant maledictus homo qui facit sculpitile, & sic omnibus alijs, primo ponentes benedictionem, deinde maledictionem, & non exprimuntur, quia vna intelligitur cum solum diceret benedictio a maledictione per solam negationem. Ita positio quantum ad hoc, q. est Leuitas stetit ad benedicendum inter montem Hebal, & Garizim satis vt, vt supra diximus, sed quantum ad hoc, q. est stetit sex tribus super vnum montem, & sex super alium falsa est: quantum ad hoc, q. est sacerdotes primo benedicere verbiis Garizim, deinde maledicere tertio non est Hebal, non potest stare in positione tertiam qua, sed adhuc concessa positione Rab. Sal. non vt hoc verisimile, quia si sic factum fuisset, non oportebat ponere benedictiones per se, & maledictiones per se in scriptis, sed scribendo maledictiones intelligerentur benedictiones, in textum ponunt maledictiones, & deinde benedictiones. Item quia et si scriberentur benedictiones non deberet scribi illa qua sunt tria istis maledictionibus, sed alia disparata, sed seq. ca. positus benedictionibus adiungunt tria maledictiones. Dicitur ergo q. Leuita, sine steterint super montium cacumina, siue inter montes ad benedicendum, & maledicendum, tamen prius dixerunt benedictiones, deinde omnes maledictiones, vt patet Iosue 8. c. Et iste modus conuenientior est ad intelligendum, q. alius in quo miscetur maledictiones benedictionibus, quia cum benedictiones moueant ad letitiam, & maledictiones ad tristitiam, si simul mixtae proponantur, nunquam magna immutatio fiet ad vnam passionem, quantum enim mouemur ex benedictione ad vnam partem, tantum subit abstrahimur per maledictionem ad aliam partem, & sic neutri manemus, si autem omnes benedictiones simul

Doctores responso vera.

Doctores opinio.

ad magnam letitiam subleuant, & desiderium implendi mandata, cum autem omnes maledictiones simul proponuntur, ad magnam terrorem concitant, & fugam peccati. Et si dicas, q. et cum deducti fuerimus ad magnam letitiam per benedictiones, si proponantur post maledictiones, cessabit illa letitia, vel timor non infliget per maledictiones. R. dicit, q. q. facta est fortis impressio passionalis, & deinde fiat alia fortis, si non sunt totaliter tria vtraque manebit, si autem sint totaliter tria neutra manebit, vel saltem modicum de maiori: benedictiones autem, & maledictiones hic dicitur licet in verbis tria sint, non sunt tamen totaliter tria, quia benedictiones dirigunt ad obseruatores legis, maledictiones vero ad transgressores, qui autem paruę impressione sunt, siue sint totaliter tria, siue non, nunquam manebit alia, quia requiritur totalis attentio ad quilibet: id est cum ad vnam totaliter attendat, alia quae parua erat deleatur, patet de illo qui addidit duas scias disparatas simul, quia cum magna difficultate, vel raro hęc aliquid earum, nisi sit magna subiecti capacitas, si autem vna prius imprimatur fortiter, alia adueniente est si ad eam totaliter attendatur, non cessabit prima: *Et conflatile.* id est idolum metallinum, quod non per sculpturam, sed conflationem ignis, & opere solutio fit. *Abominatio nem domini.* Quia Deus ista valde abominatur. *Opus manuum arisicum.* id est qui non sunt veri dii, sed aliquid factum opere humano. *Tonerq. illud in abscondito.* Ista maledictiones sunt quaedam conuersiones de malo infligendo a Deo solum, & sunt ad peccata occulta, quia de peccatis publicis iudices solum legem iudicant, & punire possunt: occulta autem solum diuino iudicio reseruantur, si aliquis publice veller colere idola, si esset vnus, vel pauci, ponitur pena eorum supra 17. c. lapidatio, si autem esset vna ciuitas, ponitur pena eius supra 13. cap. scilicet totalis desectio. cum autem aliquis in occulto idola coleret, solus Deus vindicabat, & sic est de omnibus maledictionibus positus in hoc cap. quia omnia occulte fieri possunt: *Et dicit amen.* Aduerbiu conuersionis est apud Hebraeos, & nos in eodem sensu accipimus. *Maledictus qui non honorat patrem.* In Hebraeo habetur. *Maledictus qui vilipendit.* Et hoc dicitur peccatum est, quia non honorare est temporibus requisitis honorem, vel subsidium non prestare, & hoc fit per solam subtractionem boni requisiti, vilipensio autem est alicuius iniuria illatio, vel despectio, siue diffamatio vel bonorum possessorem ablatio. *Maledictus qui transfert terminos proximi sui.* Et dicit omnis populus Amen. Ita quod defraudet eum accipiendo aliquid de possessione eius, si tamen aliquis mutaret terminos, vt daret proximo suo de terra non sua, non erat maledictus, sed tantissime sic: *Maledictus qui facit errare caecum in via.* Quia poterit precipitari de aliquo loco, & morietur, qui autem videt, non potest, ita periclitari, ideo dicitur Leui. 19. cap. non in maledicas surdo, nec ponas offendiculum coram caeco. Potest etiam intelligi de his qui rudes in fide errare faciunt, quia damnabilior est error in via mortum, quam in via pedum. Et credo, quod inter peccata maximum est voluntarie aliquem infidelem facere: est enim de peccatis in Spiritum sanctum, scilicet inuidentia boni fratris, ideo credo, quod maxime damnati sunt qui plures in fide errare fecerunt, inter quos Mahometum, & Antichristum maxime damnatos credo, deinde Arium, & Sabellium, & consequenter alios hereticos, magis enim istos in inferno cruciari crede rem, quam Iudam Christi venditorem, quia iste ex quadam auaritia impetuositate egit, quia fur erat, & oculos habebat, cessante tamen illa passione doluit de malo licet infructuose. *Maledictus qui peruertit iudicium adueniens, & pupilli.* Peruerrere iudicium in quacunque persona vitium est, sed magis in causa istorum, quia sunt miserabiles per-

Oculato lum diuino iudicio releuant

Inter oes mancipatos pgnis inferni ma hometus & Arius, & ceteri heretici duriora tor lerant tormenta.

sonę, nec habent adiutorem. *Maledictus qui dormit cum vxore patris sui.* Id est cum nouerca, & non vocatur vxor patris mater: quia non voluit ponere Deus talem legem: quia erat infamare genus humanum, quod aliquis coiret cum matre sua: licet Semiramis regina Babylonis accepit filium suum in virum, vt esset regina: nam si filius aliam accepisset vxorem, mater non esset regina. de hoc Paulus Orosius primo libro de Ormesta mundi. Etiam maledictus est qui dormit cum vxore fratris sui Iudaei, id est proximi sui: sed non ponitur hic, quia solum hic innuntur ea, quae occulte fiunt, & de quibus suspitio non potest haberi facilliter, sicut non potest haberi suspitio de coitu prauiigni cum nouerca: quia in domo conuertuntur: & de fratre & sorore, & de genero, & de conuerso: est enim familiaritas magna inter tales personas: nec aliquis iudicare poterit inter eos: si tamen aliquis multum suspitio esset de illicito concubitu: ideo ibi homines per legem veritatem scire possunt. *Et reuelat operimentum lectuli eius.* Id est discooperit lectum patris ad coeundum cum nouerca: quia in hoc magna facit patri iniuriam, vt Ruben qui dormiuit cum Bala nouerca sua: & maledictus fuit a patre suo, vt patet Gen. 49. cap. *Maledictus qui dormit cum omni iumento.* Id est cum aliquo de iumentis: quod cumque enim sit iumentum, mortem meretur qui coit cum illo: & mulier si succubuit alicui bruto, vt patet Leui. 20. cap. nemo enim potest cum omni iumento coire. *Maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui, vel matris sua.* Id est siue sint fratres solum ex parte matris, vel solum ex parte patris: quia forte aliquis putaret, quod coire cum sorore ex matre & parte peccatum est: si autem sit ex parte solum, vel matre solum, quod non esset peccatum. *Maledictus qui clam.* Id est occulte percussit proximum suum: si enim in manifesto percuteret iudices eum punirent, vt patet Num. 35. & supra 19. cap. qui autem in occulto percutiebat, solum Deum vitorem habebat: tamen quando mortuus aliquis inueniretur, iudices faciebant inquisitionem cum quibusdam ceremonijs, de quibus supra 21. cap. *Maledictus qui recipit munera vt percuciat animam innocentis.* Id est vt deleat vitam innocentis, si quis malitiose innocenter ad mortem accuset, & det iudici pecunias, vt proferat sententiam mortis contra innocentem: quod enim iudex munera recipiat malum est, quia in lege prohibitum est, vt patet Exo. 23. & supra 16. cap. non recipias munera quae exerceant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. habet etiam speciem mali siue petere siue recipere, vt habetur extra de vita & ho. clerico. cap. cum ab omni licet iura permittant esculentum & poculentum, quod paucis diebus consumi possit: in hoc tamen multa fraudes committuntur. peius tamen est quod iudex recipiat munera in causa ciuili, vel pecuniaria a parte quam scit iniquam fouere litem, vt pro ea sententiat: pessimum tamen est in causa criminali capitali accipere munera a parte aliqua, vt alia iniuste condemnatur ad mortem. *Maledictus qui non permanet in sermionibus legis huius.* Scilicet perseverando in fide recta vnus veri Dei non declinando ad idolatriam. *Nec perfaciat eos opera, & dicit populus amen.* Scilicet actualiter faciendo ea quae mandantur in preceptis affirmatiuis, & recedendo ab eis quae prohibentur in negatiuis.

Alph. Tost. super Deuter.



I autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, quae ego praecipio tibi hodie: faciet te Dominus Deus tuus excelsores cunctis gentibus, quae versantur in terra. &c.

Supra posuit Legislator quaedam maledictiones, hic agit de benedictionibus. Et ranguntur duo, scilicet primum benedictionum imprecatio super custodientes legem. Secundo maledictionum promulgatio super legem transgredientes ibi. *Quod si audire volueris.* Prima rursus diuiditur in quatuor partes. Primo de temporalium prosperatione. Secundo de hostium depreffione ibi. *Dabit Dominus inimicos tuos qui.* Tertio de fame celebratione ibi. *Suscipiat te Dominus.* Quarto de honoris sublimatione ibi. *Constituet te. Si audieris vocem Dei tui.*

De temporalium prosperatione, qua quadrifariam diuidi possunt, Hebraeis obseruantibus mandata Dei, promissa. Q. 1.

IN audiendo solum non meremur, quia audire passio est partis audituę: & naturaliter fit, sed in quantum isti actus reducuntur ad regulationem recte rationis, & bonam electionem voluntatis, meritorij sunt, ideo subditur. *Ut scias atque custodias omnia mandata eius.* Id est si tu volueris audire vocem Dei, vt scias quid mandat tibi, & illud opere conpleas.

Faciet te Dominus excelsores cunctis gentibus. Hic ponuntur omnes benedictiones in vniuersa: quia ista celsitudo non solum dicit honorem quę est vna de benedictionibus, sed dicit quaedam excessum vel statum altum humane conditionis, qui consistit in aggregatione omnium bonorum temporalium, quae possumus colligere in quatuor partitiones, scilicet in rerum temporalium abundantiam, & prosperationem: hostium fugam, & subiectionem: fama concelebrationem: honoris sublimationem. *Cunctis gentibus.* Quia nulla gens erat in tota terra quae istas benedictiones haberet sicut Iudaei, quando Dei praecipia obseruabant: ideo vocabatur populus beatus, vt habetur Psal. 147. *Beatum dixerunt populum, cui haec sunt: & benedictus Dominus Deus eius. omnes benedictiones istae quae sequuntur infra.*

Si tamen praecpta eius audieris. Id est non intelligas absolute quod ista benedictiones aduenient tibi, nisi custodieris mandata non venient, immo oppositis maledictionibus repleberis. *Benedictus tu in ciuitate.* Primo ponuntur bona temporalia in abundantia, scilicet bona vrbana vt domus, & supellectilia, pecunia: & talia. *Benedictus in ciuitate.* Id est bona tua erunt multiplicata in ciuitate. *Benedictus in agro.* Id est multiplicaberis in bonis rusticis, quae sunt in agro: scilicet, quia possidebis agros multos: vel quia fructus agrorum tuorum multiplicabuntur. *Benedictus fructus ventris tui.* Id est multiplicaberis in posteris: quia multos filios gignes. *Et fructus terre tuae.* Id est fructus de arboribus. *Fructus iumentorum tuorum.* Quia multiplicaberis in equis, & asinis, & camelis quae vocantur iumenta: quia iuuant necessitates humanas in ferendo pondera, & multi etiam: sed apud Iudaeos rari erant: quia generant equiuoce, & tales generationes uenerat Deo fieri in terra promissionis, vt patet Leui. 19. c.

T Et gre.

Et greges armentorum tuorum. Idest congregationes armentorum: distinguuntur greges, & armeta: quia greges sunt congregationes minorum pecorum, scilicet ouium, caprarum: armenta dicuntur congregationes magnorum pecorum, ut boues sunt, & bubali: porci autem gregem faciunt, ut patet Marci 5. cap. aliquando grex accipitur generaliter pro omni congregatione pecorum quorumcumque, & ista differentia multum obseruatur in Leuitico.

Et caula ouium tuarum. Quia replebuntur caulae sunt caulae loca in quibus oues cogregantur, propter medium locorum. *Benedicta horrea tua.* Quia replebunt frumento, & non putrefieret, nec deterioraretur, & comedes vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis, ut patet L. cui. 26. cap. *Benedicta reliquia tua.* Idest ea quae superabundabunt tibi multiplicabuntur, ut sufficiant pauperibus, & benedicat tibi anima tua: & quia ista bona vitia nihil profunt nisi ad vitam, & distributionem hominis: ideo oportet esse ad horam completionem corporis incolumitatem, ut ista sepe sumantur, & sepe distribuuntur: ideo subditur. *Benedictus tu ingrediens & egrediens.* Idest Dominus benedicet tibi dando corporis sanitatem, & custodiendo a cunctis noxiis, siue cum intraueris domum: siue cum exieris, scilicet omni tempore.

Dabit Dominus inimicos. Hic ponitur secundum de hostium depreffione. bona enim temporalia, siue possessiones, siue salus corporis, possunt tolli per hostes: ideo desiderat homines eorum subiectionem: inter maxima bona computabatur hostium subiectio, & haec propter duo, scilicet propter utilitatem, & propter honorem: utilitas autem maxima est, quia si aliquis hostes habet, quos subicere non potest aut resistere ei, destruent eum, & bona eius diripient, nec erit ei vlla pax aut quies: honor enim magnus est in vincendo: & videt aliquo modo pertinere ad actus fortitudinis, scilicet ad inuadendum confidenter & resistendum viriliter. antiqui igitur inter maxima bona hostium victoriam putauerunt: quia propter hoc extendebatur nomen, & corroborabatur persona, & diuitiae ampliabantur: videtur autem multa alia bona de his, quae homines carnales desiderant cum victoria pronouire: quae describit sub pulchra metaphora Gualterus Alexandreidis lib. 4. vbi aptissime collocat victoriam: desiderabant ergo valde antiqui victoriam hostium: & quando alicui bona imprecabantur, hoc ponebatur tanquam potissimum, ut patet Gen. 24. cap. cum tota cognatio Rebecca benediceret ei recedenti in terram Chanaan, dicebant, soror nostra es crescas in millia: & possideat seminum portas inimicorum suorum: & non solum homines inter se ista imprecabantur, sed etiam Deus consentiens humanae locutioni, cum benedicat aliquem, ponebat super eum hanc benedictionem, ut patet Gen. 22. cap. quando Deus benedixit Abraham: quia fuit paratus ad mandatum eius obedire, & immolare filium suum cum dicitur, per memetipsum iurauit dicit Dominus: quia fecisti rem hanc & non peperisti filio tuo ymgenito, multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam quae est in litore maris, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.

Corruentes in conspectu tuo. Quia quando Iudaei Domini praeccepta seruabant hostes insurgentes sine magno labore eorum consumebantur, ut patet in bello contra Madianitas: vbi occiderunt quinque reges, & vastauerunt totam terram: & nec vnus ex eis mortuus est, ut patet Nu. 31. cap. & quando Iosue pugnat contra multos reges, & Deus misit lapides grandinis magnos & durissimos, & mortui sunt plurimi,

ut patet Iosue 10. cap. sic pugnante Gedeone contra Madianitas ipsi se suis gladijs trucidarunt nihil agent te Gedeone, ut patet Iud. 7. cap.

Per vniam viam venient contra te. Scilicet congregati ut te delectant. *Et per septem fugient a facie tua.* Idest per multas: quia numerus septenarius vniuersitatem notat: quia omnia voluntur in septem. *A facie tua.* Idest timentes faciem tuam: tantus enim erat timor quod non se expectabant fugientes: sed quilibet per quem locum poterat, fugiebat abscondens se in scissuris petrarum, & in cauernis terrae, ut patet de quinque regibus contra quos pugnauit Iosue, qui latuerunt in vna spelunca: & eos inde extractos suspendit Iosue in patibulis, ut patet Iosue 5. cap. destructis hostibus cum res in pace agantur, solet magna abundantia in rebus esse: ideo subditur.

Emitte Deus benedictionem super cellaria tua. Idest prosperaberis in cunctis quae inceperis: tempore enim belli solet ciborum contingere inopia ex duabus causis Prima quia in bello multi hostes deuastant: vel ipsi bellatores de terra illa multa comedunt, & consumunt magis quam alii facerent. Secunda causa quia homines dediti bello cessant ab agricultura: cum autem pax redeat ablatis istis duabus occasionibus, fertilitas redit, & sic dicuntur benedicti, idest multiplicari homines in fructibus terrae post bellum.

Suscipiat te Dominus. Hic ponitur tertia, scilicet de fame celebratione. generosus est enim animus hominis & cupidus laudis, ideo desiderat nomen suum dilatari: ponitur ergo aliqua quae faciunt ad famae diuulgationem.

Suscipiat te Dominus sibi in populum sanctum sicut iurauit tibi. Idest faciet te Deus sibi populum esse sanctificatum, idest sibi applicatum tanquam populum peculiarem: de quo magna sollicitudinem habeat tanquam de filijs suis. Et hoc iurauit patribus eorum, scilicet quod acciperet eos in populum & hereditatem, vel aliter.

Suscipiat te in populum sanctum. Idest faciet te sibi applicatum per gratiam si custodieris eius mandata, ita quod custodia mandatorum promereatur maiorem gratiam nobis apponi. & sic erimus sanctificati, idest valde applicati Deo: & sic dicit Augustinus quod charitas appositae per operationem meretur augeri, & deinde aucta meretur perfici, & Ioan. primo cap. de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, idest pro gratia quae est principium bonae operationis meremur gratiam augmentationis, & confirmationis in bono, omnia tamen gratuite veniunt, quia fundamentum primum bene agendi pure gratuitum est, ut patet ad Rom. 1. cap. & ista sanctitas quomodocumque assumatur erat causa magne laudis Iudaeis: quia aliae gentes videntes eorum ritus & leges laudabant eos, ut patet supra 4. cap. vel videntes quomodo Deus Iudaeorum applicabat eos sibi defendendo ab aduersarijs, laudabant Deum, & gentem, quae talem Deum habebat. *Si obseruaueritis mandata eius.* Non transgrediendo ea. *Et ambulaueritis in vijs eius.* Exercendo vos multum in mandatis.

Videbuntque omnes terrarum populi. Deus faciebat tanta pro Iudaeis, quod omnes aliae gentes hoc videntes dubitare non poterant, quin hoc esset a Deo specialiter: quando enim homo iuuatur a Deo si iuuamen illud non sit excessiuum, putant homines esse per industriam eius, qui operatur: cum tamen tanta per hominem fiunt ad quanta non sufficit humana prouidentia, aut potentia, dicant homines esse facti a Deo: & sic dicitur Gen. 39. cap. de Ioseph quod Dominus eius Patiphar bene nouerat Deum esse cum eo, & oia quae agebat dirigebant in manu eius, ita etiam de istis Iudaeis

De fame celebrata.

Quo possunt cognoscere homines manifeste quod aliquis homo iuuatur a Deo.

Iudaeis cum viderent tanta pro eis fieri, iudicabant manifeste Deum operari pro eis: sic patet Exo. 14. c. vbi cum Aegyptij viderent commoueri rotas currum suorum in profundo Rubri maris, & quod percutebantur per columnam ignis, & nubis, dixerunt fugiamus Israel: quia Deus pugnat pro eis contra nos: sic etiam cum Chananei habitantes ultra Iordanem, vidissent ea quae fecerat Deus pro eis ad introitum maris Rubri, & in toto deserto, & in duobus regibus Amorrhoeorum Og & Seon quos occideret, conterriti sunt, & non mansit in eis spiritus, ut patet Iosue 2. cap. & sic de omnibus alijs mirabilibus quae facta erant, ut nullo modo occultari possent, quin haec Deus ageret: ut de casu murorum Hierico. Iosue 7. cap. & de statu solis per magnam spacium quousque Israel vindicaret se de hostibus suis: & quod pluerit lapides magnos grandinis super totum exercitum hostilem, ita ut plures ibi quam in bello mortui fuerint, ut patet Iosue 10. cap.

Omnes terrarum populi. Hyperbole est: quia licet in vna terra fiant mirabilia, non sciuntur in omnibus alijs terris: quia quaedam gentes sunt ad quas itineris difficultas admittit accessum: aliae quae ita moribus aut lingua diuersae sunt, ut nullum inter eas commercium siue communicatio sit, ut fama rerum gestarum alibi in eas per vagari possit: ut ait Boetius de consol. li. 2. prosa 7.

Miraculum de statione solis non poterat esse notum in tota terra directe sed in solo hemisphero in quo sol stabat. Et de Eclipsi visa in passione Domini nostri. Et de retrogradatione solis tempore Ezechielis. Quae. II.

QVAE DAM tamen erant miracula, quae licet non esset cognitum propter quam rem fierent, tamen erant nota omnibus gentibus esse, & miracula esse: ut statio solis tempore Iosue: necesse enim erat in omni horizonte vbiunque homines essent, videri diuersitatem in die illa, & omnibus alijs. nam cum illud fiebat querebatur de quolibet horizonte, an sol esset super horizontem illum cum fiebat status solis miraculosus, si stabat super horizontem necessarium erat, ut videretur, quomodo sol erat immotus super horizontem quod ab aeterno nunquam fuerat: & sic mirarentur. Si autem dicitur quod esset sol tunc in horizonte, ita quod esset nox, sicut directe sentiebat miraculum in terra super cuius horizontem tunc erat sol, ita indirecte videretur miraculum in terra sub cuius horizonte sol erat, quia esset nox dupla ad noctes alias precedentes & subsequentes: vel magis quam dupla: ideo necessario experirentur miraculum. Alia autem miracula erant, quae non videbantur, nec audiebantur in omni terra, sicut erant bella quae faciebant Israelitae contra gentes Chananeorum: de quibus in lib. Iosue in quibus adiuebantur a Deo: ut fuit quod Deus plueret super hostes lapides grandinis, & occiderit multos ex illis plures quam fuerant mortui per manum Israelitarum, ut patet Iosue cap. 10. haec autem non publicarentur in omni terra ex causis supra assignatis. Miraculum autem illud de quo dicebamus, scilicet statio solis super Gabon quod fuit commune toti mundo: quia omnes gentes expertae sunt mutationem cursus naturae: licet patuerit esse miraculum, tamen nesciebatur propter quid esset, scilicet an Deus egisset illud pro Hebraeis vel alijs gentibus: vel quomodo aliter accidisset: sed quilibet gens vbi erat admirabatur quid illud erat: quia nunquam tale quid fenserat, ex qua tamen causa oriretur nesciebatur: sicut accidit simplicibus in consideratione rerum naturalium quae

Alph. Tost. super Deuter.

rum causas ignorant, quae eis interdum admirabiles videntur, ut patet de eclipsis lunariibus, & solaribus: & de immutabilitate aeterni existentis circa polum, scilicet quare videatur immutabilis ex tarditate sua. de his Boetius de consol. lib. 4. in metro 5. scilicet

*Siquis aeterni sidera nescit
Propinqua summo cardine labi.
Cur legat tardus plaustra Bootes,
Mergat seras equore flammis:
Cur nimis eciens explicet ortus.
Legem stupebit aetheris alii.
Pallent plena cornua luna
Infecta metis noctis opaca,
Quoque fulgenti texerat ore
Confusa phoebe detegat astra.
Commouet gentes publicus error.
Laxantque crebris pulsibus aera.*

Et sicut mirantur simplices de istis quae sunt naturalia, ita mirantur sapientes qui aliquando vident mirabilia, quorum causa sunt supra naturam, & ipsi scire non possunt: sicut cum facta fuit eclipsis per tres horas, ab hora 6. usque ad nonam, ut patet Matt. 27. c. & fuit hoc contra naturam: quia quando fuit mortuus Christus erat pascha Iudaorum, & erat dies quindecima mensis, cum praecederet die ad vespeream quae erat dies quartadecima mensis primi, fecerunt immolationem paschalis agni: sicut mandatur Exodi 12. c. eclipsis tamen solis quae tunc facta est, non potest fieri nisi in conjunctione solis & lunae, cum veniant ad caput vel caudam draconis: ideo Astrologi magni videntes hoc admirati sunt, sicut fuit in diebus illis peritissimus vir Dionysius Ariopagita quodam Atheniensium philosophorum decessit: postea vero clementia Dei Pauli discipulus, & nouissime Parisien. episcopus, atque vltimate martyrio laureatus, qui dixissetur conspecta tali innaturali eclipsis: aut Deus naturae patitur, aut tora rerum machina dissoluitur, nesciunt tamen certe ex quo ista eclipsis accidisset an ex morte alicuius viri, vel errore naturae: & ipsi met. Iudaei quoque gentes qui crucifixo Domino affabant, causam huius ignorauerunt: sed quidam topis astrologiae ignari eam naturaliter accidisse putauerunt: alij autem videntes Christum virum sanctum iniuste passum, & tunc actualiter patientem arbitrari sunt eum huius eclipsis causam fuisse. Sed hoc non erat scire, quin potius quoddam leuè opinari. Sic enim quondam cum Atreus rex Mycenarum in Graecia filios Thiestis fratris sui dolose vlciscendi incestus causa occidisset, astartasque carnes eorum parti vorandas tradidisset, eorumque cinerem rubeo vino mixtum epotandum tradidisset: atque infelix ille Thiestes viscera sua auide atque epulentissime tantae fraudis calamitatisque infens deuorasset, solarem eclipsis tunc fieri naturaliter contigit, quam vulgares huius rei ignari, magnique facinoris Atrei regis consilij putauerunt, ad totius mundi euerfionem in huius sceleris vltionem a dijs tradita fuisse, se miserimos in quos fines seculorum deuenissent acclamantes, ut ait Seneca in tragedia secunda, quae dicitur Thiestes carmine 5. quod incipit Quo terrarum super viaque patrens. in quo metro postquam chorus conqueritur de peruerfione omnium signorum zodiaci atque astrorum constellationumque caeli, vltimo concludit, quod mundus vult perire propter hoc facinus Vos è tanto vili populo digni premeret, quos euerfo cardine mundus in nos etas vltima venit: o nos dura forte creatos: seu perdidimus solem miser: siue expulsi, abeant questus discede timor: vitæ est auibus quisquis non vult, mundo secum per-eunte moti.

T 2

Sapientes

Hostium subiectio est propter duo maxima bona.

Sapientes etiam aliquando talia videntes valde commouentur, nesciunt tamen unde talia sint. Unde licet in tempore hoc totus mundus conspexisset hoc insigne miraculum, tamen non attribuebatur hoc Deo Hebræorum, nec sciebatur a gentibus propter Iudæos factum nisi forte ab illis Iudæis, qui hoc audierant à Iosue petente. Accidit autem simile iterum in Iudæis cum infirmaretur rex Ezechias, & Esaias propheta mandato Dei dixerit ei, dispone domui tue, quia morieris & non viues: qui conuersus ad parietem stetit amare: dimisitque ei Deus peccatum: atque quinquaginta annos addidit, quod ei Esaias a Deo admonitus renunciauit, antequam de atrio eius exiret: & ad signum huius promissionis petiuit Ezechias a Deo miraculum, vt sol retrocederet in horologio per lineas siue gradus decem, vt patet 4. Reg. 20. cap. & Esai. 38. cumque hoc etiam comperit foret in omni terra, sciebatur quod miraculum erat: sed causa ignorabatur. Unde Caldæi qui in astronomia maxime temporibus illis vigebant, de hoc valde admirati miserunt Hierosolymam hoc inquiri, si sciretur quid causæ in hoc fuisset: sciebant ergo oēs populi mirabilia hæc: sed non oēs sciebant facta esse à Deo Hebræorum, vel pp Hebræos. *Quod nomen Domini inuocatum sit super te.* Id est q tu vocaris specialiter populus Dei, & non alia gens, sicut serui alicuius Dñi habent nomen illius Domini inuocatum super se. q vocantur ab illo Domino a quo non vocantur alij homines: sic erat de Hebræis: quia ipsi denominabantur cultores Dei celi: & nullā gens vocabatur hoc modo, & non erat hoc aliquid magnum, s. q denominarentur Iudæi ab illo Deo celi: sed q ad eorum petitionem ipse faceret mirabilia pro eis, de quibus gentes stupebant videntes q nulla gens erat, que tales deos haberet: & hoc etiam signat ista littera. s. q inuocatum sit nomen Domini super te. ita præsto habes Deum ad omnia que vis, quasi sibi soli cōueniat denominatio ista ab illo Deo: & alia gētes extraneæ sint ab eo. *Quod nomen Dei tui inuocatum sit super te.* Id est q tu voceris populus Dei & sis, quod cognoscet alię gentes videntes beneficia singularia, quæ Deus pro vobis agit in pugnando, & dando vbertatem, & corporum sanitatem. *Et timebunt te.* Non audebunt pugnare contra te putantes q Deus deleat eos. *Abundare te faciet Deus.* Replicatio est superioris ad magis mouendum, sicut faciunt prædicatores, vel cōcionatores, qui ea que vident auditores mouere, læpius replicant. *Aperiet Deus thesaurum suum.* Hic ponit principium instrumentale omnium istorum bonorum vestrorum. s. cælum. *Aperiet Dominus thesaurum.* Id est cælum: tunc enim cælum aperiri dicitur, cum pluuia emittit: tunc claudi dicitur cum non emittit. Et accipitur hic cælum pro celo aereo, de quo sunt pluuie & alia impressiones methæoro. vel p corporibus cælestibus, per quorum motus & figurationes disponitur aer, & alia inferiora corpora ad omnia que sunt: Et vocat cælum thesaurū, quia omnia naturalia que in nostrum vltim non veniunt, vocantur thesauri: quia sicut thesaurus reconditus est, & non venit in quotidianas expensas: sic ista a Deo disposita fuerunt, vt nos immediate eis vti non possimus, licet aliquo modo inde vtilitas nobis veniat: ideo abyssus aquarum, qui nobis inscrutabilis est, vocatur thesaurus Dei, vt habetur Psal. 34. congregans sicut in vtre aquas maris: & ponens in thesauris abyssos: sic etiam regiones separatæ ad extremitates mundi versus sphaera angustias, de quibus venti gignuntur, dicuntur thesauri Dei, vt patet Psal. 134. qui producit ventos de thesauris suis: sic vocatur cælum thesaurus: quia ad illum hominibus accessus non est, & vocat thesaurum opti-

Quare cælum vocatur thesaurus Dei.

mum: quia inter omnia corpora natura que Deus egit inanimata, nullum in substantia & figura ita perfectum & decorum est, nec in operatione ita vtile: quia secundum philosophum primo de generatione & corruptione propter accessum & recessum solis in circulo obliquo sunt omnes generationes & corruptiones in terra. Aliter vocatur cælum thesaurus, quia thesaurus dicitur repositorium auri, & thesaurus quod est positio & aurum: vbi ergo ponitur magna diuitia pecuniarum vel massarum preciosarum in metallis vt in auro & argento, thesaurus nuncupatur: & de illo thesauro educuntur omnes opes diuitiarum: sic conueniēter inter res naturales ea res, que in se magnitudinem virtutis ad efficiendum gignendum que continet, vocatur thesaurus si omnia alia recipiant ab illa. sic est sic influit cælum super ea. Terra enim nihil gignit nisi eam cælum fecundet: & aer totus desiccatur atque pestifer redditur, nisi coeli humiditate temperetur: flumina etiam deficient nisi cælum pluuias dederit: totum ergo principium boni naturalis est in celo: & sic vocatur conuenienter thesaurus, unde extrahantur omnia bona que in tota natura sunt, si enim omnes fructus nati quolibet anno, & omnes alię res que sunt animate, vel non animate educerentur de vno loco sic in actu facta & consistētia, vocaretur locus ille thesaurus nature, ita cum omnia ista sint in virtute coeli: quia per actionem eius omnia producantur, vocabitur cælum thesaurus optimus: & quia non est cælum thesaurus, id est locus repositorius continens in actu diuitias nature, sed in virtute influxiva, ponit que sunt ista, per que cælum continet, & sic causa omnium naturalium cum dicit. *Vt tribuat pluuiam terra tua.* Ista est metaphora quia secundum veritatem cælum non diuiditur, cum corpora supra cælestia non patiantur peregrinas impressiones: qualis est in diuidendo aliquid, quia corrumpitur: sed sicut si in aliquo vase contineretur aqua, & non possit fluere, nunquam fluere donec aperiat, ita cum in virtute celi continetur pluuia emittēda, cum illam emittit aperiri dicitur, quasi de intra substantiam suam illud faciat: & ponitur hoc quia cælum ponitur principium influens in omnia naturalia entia per motum suum, & astrorum figurationes, id est aspectus varios: & quia non potest immediate per se influere, dantur duo instrumenta huius actionis, scilicet calor & humiditas: nam ex harmonia horum omnia naturalia producantur sicut ait Ouidius in primo Metamorph. calor autem est per motum solis, humiditas reperitur in aqua siue pluuia cadente de celo: quoniam vero ista duo contemperate a celo sunt, aperiri dicitur thesaurus Dei: & vtriusque est eque necessarium: quia nec calor sine humore, nec humor sine calore quicquam agere potest: non ponit tamen de calore, quia calor causatur per motum solis: iste autem motus est inuariabilis: ideo calor influxus a sole est quasi inuariabilis: quia necesse est quolibet anno equales ardores vigere, cum sol equaliter quolibet anno ascendat super quemlibet locum versus perpendicularē, aut descendat, nisi obstat aliqua turbatio temporis causata per influentiam septentrionalem, scilicet pluuiarum inundatio, aut gelu, caliginē, & nebule, atque immania frigora. nullus ergo vnquam calorem a Deo petit, licet ita necessarius sit vt aquea humiditas. Secūdu erat necessarium humiditas, qualis reperit in aqua. ista autem licet non sit magis necessaria q calor, tñ magis cō-

Principii totius boni naturalis est in celo.

Ex caloris & humiditatis harmonia oia producantur.

petimus quam calorem: quia calor est inuariabiliter veniens quasi humiditas autem aquea valde mutatur, ita quod aliquando transeant multa tempora, in quibus non pluant tam naturaliter quam ex punitione Dei: ideo tota celi benedictio videtur consistere in effusione pluuiarum: & sic in scriptura quandoque fit mētio de bono quod a celo habemus, subditur de pluujs venientibus: sic patet supra 11. cap. & Osee 2. cap. dicitur exaudiam cælos, & illi exaudiet terram, & terra exaudiet vinum, & triticum, & oleū: & Esai. c. 55. dicitur de vtilitate celi quātum ad aquā, & quomodo descendit imber, & nix de celo: & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram, & infundit, & germinare eam facit: & dat semen ferenti, & panem comedēti: sic erit verbum meum &c. recte ergo aqua sola ponitur hic tanquā id quod de thesauro celi a nobis petitur. *Tribuet pluuiam terra tua.* Quia p hoc terra tua replebitur omnibus bonis in terra nascentibus: & dicit specialiter terra tua, quasi dicat terra tua his indiget, & per hæc abundabit: quia terra illa non est sicut Aegyptus in qua iacto semine in horrorum morem aque ductur irrigua: sed cam pestris & montuosa expectans de celo pluuias, vt patet supra 11. cap. quasi dicat si non daret pluuias Aegyptus Deus, non multum Aegyptijs dolendum esset: quia omnia necessaria sine aquis in Aegypto haberi possunt. dico aut de aquis pluuialibus que non sunt in Aegypto: nec necessaria sunt: secus autē de aquis simpliciter ductis. nam sine aquis impossibile erat aliquid gigni: sed quia in Aegypto aqua fluuiialis Nilia, & aliorum fluminum non inundatium ducitur artificiose ad rigandum, dicitur non indigere Aegyptus aquis. Similibus: si tamen Deus non daret imbres terre Chanaan illa periret: quia erat montuosa & campestris de celo expectans pluuias, vt patet supra 11. cap. *In tempore suo.* Scilicet temporaneam & ferotinam. Primo ad terræ fecundationem. Secundo ad granorum & fructuum ingrossationem. *Et benedict cunctis operibus tuis.* Id est prosperaberis in cunctis operibus siue in agro siue in ciuitate. *Et generaberis gentibus multis.* Id est habebis pecunias multas & cibos ad mutandum multis gentibus, ita eris diues quod non solum sufficies tibi, sed etiam alijs. *Et a nullo sensu recipies.* Id est non indigebis quod aliquę gentes tibi mutuēt: hoc fuit magis expositum supra 15. cap. *Constituet te Dominus.* Hic ponit quartum. s. de honoris sublimatione: quia hunc maxime desiderat hoies terreni, & multi de his qui virtuosus sunt, vt patet primo Ethi. & solus honor politicum bonum vocatur, quasi maximum inter bona, & hoc bonum ponit vltimate quasi omnium bonorum completium & decoratum. *In caput & non in caudam.* Id est vt domineris alijs gentibus & nemo dominetur tibi, vt habetur supra 15. cap. ut inter alias partes obtinet principatum tam situ quā dignitate: situ quia super omnes est: dignitate, quia ab eo ceteris partibus corporis deriuatur sensus, & motus: quæ omnia valde conueniunt rectoribus. cauda in omnibus animalibus vltima pars est: quia in ea terminatur extremitas spine & spondilium, quæ a capite vsque ad caudam mutis connexionibus deriuantur. *Et eris semper supra & non subter.* Expositio prioris est. *Si tamen audieris mandata Domini Dei tui.* Hæc benedictiones non absolute, sed conditionaliter venturæ erant: & si aliquādo istas benedictiones vel aliquas istarum populus haberet, si ad idola declinarent, vel alia mandata transgredirentur, perdebant eas. *Si tamen audieris.* Id est mente conceperis ad obediendū & operandum. *Non declinabis ad dextram nec ad sinistram.* Id est custodiendo ea aliter q ego vobis mando. *Vel non declinabis ad dextram.* Id est Alph. T. off. super Deuter.

De honoris sublimatione.

nunq declines ab istis mandatis vt eas in dexterā partē que est prosperitas tpalitat. *Nec in sinistram.* Id est etiam non declinabis pp aduersitates mundanas que sunt sinistra. *Nec secutus fueris deos alienos.* Querendo ab eis responsa per res necromanticas. *Et colueris eos.* Faciendo eis sacrificia vel thurificando. *Quod si audire nolueris.* Hic ponitur secūdu principale. s. de impositione maledictionum vel promulgatione contra legem transgredientes, & sicut supra cū benedicerentur posita fuerunt oēs partitiones bonorum tpalium: ita hic ponuntur omnia mala cummulata, que hoies in vita abhorrere solēt, & magis se explicat Legislator in maledictionibus q in bñdictionibus: licet Deus in bona operatione remuneret vltra merita, & in malis actibus puniat citra demerita, tñ mala magis explicantur: quia lex vetus erat lex timoris: maledictio autem ad timorem pertinet: benedictio vero ad amorē: magis ergo maledictionibus quā benedictionibus debuit admonere. Item quia ipsi audientes erant adhuc rudes, & citius mouebantur ad maledictiones auditas q ad benedictiones: debebat ergo lex conformari dispositioni audientium, vt bona esset, sicut regula latomorum in lesbia conformatur lapidi, quia lapis regulæ non valet bene conformari, vt patet 5. Ethi. in c. de Episcepa. Et tangunt hic quin que secundum quinque partitiones eorum quæ homines abominantur & fugiunt: primum est domus & rerum domesticarum indispositio. Secundum est inimicis suis subiugatio ibi. *Tradat te Dominus.* Tertium est proprie psonæ infamatio ibi. *Et eris perditus.* Quartum est ab inferioribus sibi facta humiliatio ibi. *Ad uena qui tecum.* Quintum est hostilis oblectio ibi. *Ad ducet super te.* *Quod si audire nolueris vocē Dei vt custodias.* *Quare multi carnales retrahunt se ab audientia predicationum & communicatione sanctorum virorum. Quasi. III.* **A**LIQVI enim in delectationibus mundanis & desiderijs suis viuentes, & scientes illud esse contra legem Dei, & timent q si audiat legem Dei, q abducatur ab illis delectationibus: ideo audire nolunt predicatorum, nec legere libros deuotos, timentes q compuncti delectabile perdant: sed volunt audire fabulas, & aliqua amatoria, & delectabilia, vt patet 2. ad Timo. 4. cap. erit autem tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditu auertent, & ad fabulas conuertentur: & istud horribile peccatum est, scilicet repugnare gratiæ spiritus sancti, & laborare ne in nos veniat, iuxta illud qui dixerunt Deo, recede a nobis, sciētiam viarum tuarum nolimus Iob 21. cap. & multi tales erant tempore Esaiæ, qui dixerunt ei, quod nō diceret eis, quæ Deus mandabat: sed predicaret quæ eis placebant, vt patet Esaiæ... c. *Vt custodias & facias mandata eius.* Iest propter hoc non vis audire, vt non facias mandata eius: quia nec vis scire nec facere: omnes maledictiones istæ quæ sequuntur & plures que non sunt hic scriptæ. *Et apprehendet te.* Id est tenebunt te diuturne. *Maledictus eris in ciuitate.* Id est bona tua quæ habes in ciuitate perdentur vel valde minuentur. *Maledictus in agro.* Id est fructus agrorum tuorum erugine, vento, locusta consumentur, & bruceo: vel terre sterilitas intra viscera sua claudet. *Maledictum horreum tuum.* Quia etiam si illud impleueris cito euacuabitur: vel intra se computrescet, vt nulli proficiat. *Maledicta reliquia tua.* diminuent reliq tuę: quia nō erunt

De impositione maledictionum contra legē transgredientes.

erunt sicut ante esse confueverant, quoniam tibi non sufficies: & sicut benedictio rerum importat multiplicationem, ita maledictio diminutionem.

Maledictus fructus ventris tui. Idest diminuetur quia non multiplicaberis in filiis, vt fueras ante multiplicatus: vel maledicentur filij tui, quia infirmi & deformes nascentur: vel fortes eorum peste cōsumentur. Et fructus terra tue. Quia paucus erit & sanitatis corruptius propter intemperiem.

Armenta bouum tuarum, & greges ouium. Peste simul peribunt, vel paulatim deficient fame, & siccitate cōsumpta: & hic ponitur proprie armentum & grex.

Maledictus eris ingrediens & egrediens. Idest ad ingressum & egressum domus tuæ maledicentis: quia ibi irruet tibi timor, & tremor: & omnia mala tibi obuiabunt. Mittere Dominus super te famem. Idest non solum erit ista maledictio in terræ nascentibus aliquis defectus paruus, sed totalis indigentia, & non venient ista pure naturaliter, sed Deus illam mittere, & sicut bona quæ Deus specialiter nobis immittit maiora sunt, quàm bona pure naturalia: ita mala quæ Deus per se infligit duriora sunt quàm mala a natura contingentia, vt patet in plagis Aegyptiorum: quia nunquam grando ita magna visã fuit in Aegypto: & sic de tenebris, & morte primogenitorum, & omnibus alijs vt patet Exo. 8. & 9. & 10. cap. Famem. Idest defectum victualium. Et esuriam. Idest magnum desiderium comedendi. Et istud desiderium non erit naturale: sed a Deo infligunt in penam, vt durius crucientur: quia famem sine esurie vel econtrario non tantum cruciant: potest tamen in tēpore famis maior comedendi inesse naturaliter appetitus sola opinione hoc faciente: quia dum homo res deficere videt, tunc magis eas desiderat: cum autem copia adest sola copia releuat appetitum.

Et increpationem in omnia opera tua. Idest detestationem vel abominationem, vt cum aliquid iam feceris, illud abomineris increpando illud, idest iudicando esse malum cū quadam magna furia, vt illud delectas, & sic nihil in operibus tuis proficies.

Donec conuertat te. Idest destruat omnia bona tua per famem in qua omnia cōsumi & deficere solent, & per increpationē: ita quod tu destruas opera tua. Et perdat velociter. Quia tanta mala homines diuturne ferre non possunt: oportet enim eos vel releuari, vel cito succumbere.

Propter adiuuentiones tuas. Idest propter peccata tua: potest signare adiuuētio omnia peccata generaliter: quia peccare est quadam adiuuētio, idest quidam modus viuendi inuentus ab homine, quem Deus nō statuit, sic dicitur Osā. 13. c. perditio tua ex te Israel, idest peccata tua propter quæ perdi mereris ex te solum hant. potest etiam assumi specialiter adiuuētio pro quibusdam specialibus iniquitatibus, quæ communitur non sunt: sed malitia hominum eas excoGITANDO inuenit: & ista sunt grauiora peccata: ideo valde puniuntur. In quibus reliquisti Deum. Per quodlibet peccatum Deus deseritur: cui nūquam sine bonis operibus placere valeamus. Adiuuētiā tibi pestilentiam. Idest aeris corruptionem per quem subito moriaris tu, & omnia quæ ad te pertinent. Ut consumat te de terra. Alia mala diutius cruciant: pestilentia autem subito eradicat, donec redigat terram in solitudinem. Egredere. Idest magna paupertate: ita quod nihil ad cibum, vel ad alias necessitates possideas. Febre. Cuius multæ sunt species. Frigore & ardore. Idest febre quæ est mixta cum frigore & ardore propter frigidum circumstantis calidum & comprimens, & per antiparitas in fortificans. Aestu. Idest excessiuo calore non in tempore sed in corpore, & est iste

calor intensior q̄ cōs febres. ideo cito hominem deficiat consumendo naturalē humiditatem, in qua fundatur membrorum harmonia, & vita animalis. Et aere corrupto. Idest pestilentia quæ superueniat omnibus istis malis ad facilius consumendum. in Hebræo hē. Et ense. Sed rō est uocationis in termino ad ensem & aerem corruptū: est mutatio punitorum. Atque rubigine. Rubigo dī quæ dā deprauatio segetū ad malū colorem & putredinem, q̄ generatur in eis ante granorū fecundationē per corruptionem aeris circumstantis, & marcescūt segetes, vel putrefactis radicibus caditāsi tpa messis. Sit celum quod supra te est aereum. Idest celum aereum, de quo pluuie deorsum mittuntur, ita sit siccū & durū sicut as. i. calibis, de quo nulla humiditas elici pōt: vel accipiatur pro celo ethereo quod sit durū quasi as, ita q̄ non disponat aerē nec inferiora ad pluuariū effusionē. Et terra quam calcas ferrea. In duobus consistit rerum comestibilium fertilitas, in superiore aeris dispositione, & in terre congrua susceptione: cū aut aliquid horum deficit, sterilitas contingit. ideo ponitur hic durities in celo emittente, & in terra suscipiente, vt in vtroq; indispotio assignetur. Dominus det imbrem terra tua puluerem. Idest loco imbrū fecundantium, & humectantium terrā, veniat puluis deficcans & cōsumens: puluis enim valde deficcantiæ naturæ est: quia puluis est partes minutissimæ terræ quæ discontinuant pp humiditatis defectū: iō puluis valde deficcatur. De celo descendat super te cinis. Est enim cinis in ultimo gradu deficcantiæ ex magna siccitate: quia cū sit vltima resolutio corporis cōbusti per actionē perfectā ignis, totalis humiditas inde educitur sola siccitate manente, & signum est: quia cinis oīum rerum minutissimus est: fit. a. continuatio pp humidum tenax, cū aut illud fuerit totaliter exhaustum discōtinuat res vsq; ad minimas partes nature, ita q̄ licet ex continuitate vltra diuisibile esset, tamē nullum agēs est quod vltra diuidere valeat: patet etiā quia si in vase pleno aqua cinis mittatur, totā aquam cito cōsumet: est etiā natura valde calidē: quia manet ibi virtus ignis resoluētis illā vsq; ad vltimam resolutionem actualem. Descendat de celo super te cinis. Non pōt talis meteorologica impressio naturaliter causari: quia scdm q̄ patet in libris meteororū sepe oīs impressio fit ex vapore & exhalatione: nulla autē exhalatio vel vapor tam siccus esse potest aut tam solidus: quia si id qd̄ eleuatur a terra calidū & siccū est per cōpressionem frigidū circumstantis inflāmabitur, vt patet in impressionibus ignitis: si aut humidū est a frigido circumstante condensabitur vsq; ad aliquem gradū: nulla tñ est materia ita sicca & calida meteorologica quia materia impressiōnū gracilis est, & bñ passibilis: materia autē ex qua cinis fieri deberet multū solida & cōpactissima esset. si ergo aliqñ cinis de celo veniat non naturaliter est, sed a Deo mittitur sicut diximus de māna: & tunc iste cinis ex excedenti caliditate cōsumptius est nimis, & vlcerū causatiu⁹ patet Exo. 8. cap. quia qñ misit Moyses cinerē de camino factæ sunt vesicæ turgentes & vlcera mittente Deo cinerē de celo in omni terra Aegypti: quia cinis quem Moyses misit non attingebat totā terrā Aegypti, etiam dato q̄ attingisset non erat tantæ caliditatis quod vesicæ gigneret. Donec conuertaris. Quia talis cinis de celo veniens totam terram deficcaret: & fructus agrorum tolleretur. Tradat te Dominus. Hic ponitur secundum, scilicet inimicis suis subiugatio. Corruentem ante hostes tuos. Idest quod tu iudicio cadas & ipsi nihil agentibus vincaris: & sic quando Iudæi legem Dei præuaricabantur aliæ gentes etiam si parue potestatis essent, subigebant eos seruituti, & diripiebant bona eorum.

Rubigo quid sit in segetibus.

In duobus comestibilium rerum fertilitas consistit.

Cinis est rerum omnium minutissimus.

Quare maxima maledictionum sit ab hostibus vinci. Quæst. I I I I.

PONIT Deus in hoc magnam maledictionem: quia sicut victoria de hostibus erat de maximis bonis quæ olim homines appetebant, vt patet Gen. 24. cum dicunt cognati Rebecca imprecantes ei prospera, soror nostra es crescas in millia: & possideat semē tuum portas inimicorum suorum: & Deus hunc modum secutus in maxima benedictione, quam dedit Abraham cum voluit immolare filium suum dixit ei tanquam pro magna benedictione: & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: sicut ergo bonū valde magnū erit vincere hostes, ita erit extremum malū ab hostibus vinci. Primo quia inter bona ciuilia maximum existimatur esse honor, vnde viri actiui & valde virtuosī ciuilitē hunc vite actiue politicę finem putant, vt ait Arist. primo Ethic. sed vincere est honor, vinci vero econtrario magnum dedecus. ergo valde magnum malum est vinci, vel corruere ante hostes. Item sicut libertas est de maximis bonis extra quam de bonis ciuilibus nullum manere videtur: sed per hoc quod est vinci ab hostibus incurrunt homines seruitutem: ergo vinci est de maximis malis. Item nullum maius malum est morte, cum ipsa sit vltimum terribilium, vt ait Arist. in 3. Ethic. sed per vinci ab hostibus incurrunt homines mortem naturalem, quæ est separatio animæ a corpore, & ciuilem quæ est per seruitutem. ergo malum valde est vinci ab hostibus. Item omnia mala quæ homines incurrunt per alias incurrunt per istam solam plagam: sed omnes aliæ simul sumptæ sunt pessimæ: & quælibet per se est mala: ergo vinci ab hostibus est malum: quia in hoc quod est vinci ab hostibus incurrit homo pestem: quia percussionebus hostilibus citius cadunt homines quàm peste: & sicut famem esurietq; est vna de istis plagis, ita hostilis inuasio causat continuam famem opprimendo totam terram in quam insurgunt, & vastādo fructus tam existentes in agris quàm redactos in grano, aut fractos. Inuasio etiam hostilis inducit omnia mala, quæ inducunt plagæ superius posita, sed differt: quia illas ponuntur explicitē, scilicet, quod malum quodlibet explicitum est in eis: mala tamen quæ sequuntur ad istam plagam non sunt ita explicita: est etiam malum in hoc: quia cum aliquis vincitur aut moritur in bello, dat de se gaudium inimicis, quod cuiuslibet homini valde dolorosum est: sed vna maxima calamitate quæ est, cum aliquis corruit coram hostibus suis aut victus est, gaudent hostes sui: ergo est valde sibi tristabile corruere coram hostibus: ex quo sequitur interdum quod præeligeret aliquis mori & pati durissima non videntibus & scientibus hostibus, quàm videntibus eis pati minora cruciamina, ne consolentur super eum hostes sui: sic patet de rege Saule qui cum iuisset in bellum contra Philistin, & esset percussus, videns totum pondus belli ingrauari super eum, timens ne venientes Philistin illuderent ei: mandauit cuidam de Hebræis sibi assistenti, vt irrueret in eum atque occideret, & sic factum est: quia iuuenis ille filius viri Amalechitarum irruit super Saul, & occidit eū, vt patet 2. Reg. primo cap.

Item cum David eradiret ad plāctum filios Israel super mortem Saulis & Ionathæ, mandauit caute fieri plāctum, ne forte audiretur a gentilibus, & ipsi lætarentur. 2. Reg. primo cap. cum dicitur nolite annunciare in Gerth, nec annuncietis in compitis filiæ Acaalonis, ne forte lætentur filiæ Philistin, & exultent filie incircumcisorum: ex hoc etiam sequitur, quod si in Alph. Ios. super Deuter.

terdum contingat aliquem virum valde animosum contritari magis cur patitur coram hostibus quod coram illis patitur quàm simpliciter cum patitur: dicēdo quod ibi sumitur proprie vindicta de ipso, & non in pena cum infligitur, aut homo incidit in eam absentibus hostibus.

Per vnam viam. Exponatur sicut supra, & sic factum est quando rex Israel & Iuda, scilicet Achab & Iosaphat pugnaverunt contra regem Syriæ pro Ramoth Galaad: dixit Micheas propheta, vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues sine pastore, patet 3. Reg. 22. cap.

Et dispergaris per omnia regna terre. Quia quando dū est in Babylonem forte aliqui eorū deducti sunt in multas alias terras: quia multi de eis transierunt in Aegyptum tunc, & ibi postea habitauerunt: nec vquam redacti fuerunt in Iudæam: quia etiam post ir tempore Machabæorum quod fuit quasi per ducentos annos post, morabantur in Aegypto: vnde Iudas Machabæus & alij Iudæi miserunt eis literas de obseruatione duorum festorum, vt patet 2. Macha. primo cap. tēpore autem Romane captiuitatis dispersi sunt per vniuersum mundum: & sic manebunt vsque in seculum.

Sit cadaver tuum. Postquā mortuus fueris ab hostibus. In escam cunētis volatilibus. Idest maneat insepultus.

Et non sit qui abigat. Idest qui remoueat eas inde dūctus naturali pietate illa cōminatur, quæ homines vt pēnalia iudicant.

Secundum veritatem corpus hominis post mortem non sentit infortunia nec eufortunia: nec iam corpus humanum est: quia anima per quam corpus fit in aliqua specie non est in eo: sed solum secundum humanam opinionem qui viuentes de corpore suo cogitant post mortem aliter quàm sit: ideo curant dum viuunt de sepultura post mortem, & si illa careant infortunatos se esse putant: sicut ponit Seneca in libro de remedijs fortuitorum, & etiam secundum consuetudinem ecclesie corpora sepeliri debent: & opus pietatis est in sepeliendis illis: quia fuerunt corpora proximorum nostrorum. Et quia resurrectura sunt, & quia carnis nostræ imaginem gerūt: ideo ea despiciere non debemus. recte quidem dicitur ista fuisse corpora proximorum & iam non esse: quia corpora humana non sunt: vnde inter cetera opera pietatis nullum est opus quod minus dicatur opus pietatis, vel magis indirecte quàm hoc. nam omnia opera charitatis sunt ad proximum: sed istud non fit ad proximum: quia qui mortuus est non est proximus: nam homo solus est nobis proximus, sed qui mortuus est, nō est homo: immo si homo esset mortuus, non esset: alia autem sunt hominibus viuētib⁹ vt corporalia vt cibare, potare, colligere, redimere, visitare, tegere. & si sint spiritualia vt consolare, remittere, castigare, solari, sufferre, & orare. nam homines cibamus, homines potamus, hominibus consolamur, remittimus: & sic de alijs: homines tamen non sepeliamus: nō ergo fit sic directe ad proximum istud opus misericordiæ quod est sepelire, sicut cetera opera misericordiæ. Dicit tamen aliquis quod est opus misericordiæ: quia fit parti proximi nostri, scilicet corpori illi, quia illud est corpus quod habuit proximus noster: sed etiam hoc falsum est: quia non est idem corpus viuens, & mortuum: nam illa, quæ differunt in specie & in genere non sunt idem numero, cum maior differentia semper presupponat minorem: sed corpus viuens differt a corpore non viuente secundum genus subalternum, ergo necessario differt numero: si ergo aliquis homo viuens habuit corpus, illud fuit viuens

Opera omnia charitatis sunt ad proximum.

Corpus mortuum non est idē q̄ viuens.

Adiuuētio p̄ peccato ponitur.

cum vero moritur manet cadaver, quod est corpus quoddam sed est mortuum: ideo differt in genere ab illo, quod erat antea corpus illius hominis: & sic necessarium differt numero: corpus ergo quod sepelitur non est idem corpus numero cum corpore, quod erat hominis viventis: & fundamentum huius est: quia materia secundum se non accipit speciem, sed habet speciem a forma quae perficit, & denominat dando esse: cum ergo diuersae formae sint necessario materiae quae sub illis sunt, in diuersis speciebus reponuntur: cum ergo corpus hoc quod est corpus hominis uiuentis, sit sub anima rationali perficiente & denominante, vocabitur corpus humanum: cum vero sit sub forma cadaveris, recipit hęc materia esse cadaveris, & est necessario in altero genere, & non erit idem numero. **O**ccasio autem deceptionis est propter identitatem symbolorum. dicit enim Aristo. in 2. de generatione & corruptione q̄ symbola manent in generato & in corrupto: uocantur symbola qualitates similes manentes idem numero in diuersis speciebus corporum, ut color, ut pote ut si aliquis homo uiuens erat niger, & post mortem manebit nigredo in corpore & figura: quia si antea erat corpus rotundum, vel quadratum, simile manebit in mortuo: & in quantitate, quia si antea erat septem palmorum, & postea erit septem palmorum: & identitas loci, scilicet quod in eodem loco erit corpus mortuum in quo erat ante uiuum: & ista non solum sunt idem in specie, sed etiam in numero: quia non solum est nigredo, in mortuo & uiuente, sed etiam eadem nigredo numero, quae erat in corpore uiuente erit in mortuo: & eadem figura numero: & sic de ceteris accidentibus. & hoc est quia fundamentum omnium similitudinum accidentium est quantitas. cum ergo quantitas maneat eadem numero, & manebunt ista dispositiones accidentales idem numero: & hoc est quia ista accidentia non fundantur in substantia rei, sed in quantitate eius: si enim fundarentur in esse rei, cum res distingeretur in genere essent id quod est ante corruptionem & post corruptionem, necesse erat accidentia manentia differre in specie & genere: sed quia idest substantiam primum, scilicet quantitas & quaecumque non esse rei: ideo manent identitas numeralis rei non mutantibus accidentibus quantum ad identitatem suam. non est ergo idem corpus hominis uiuentis & mortui licet uocetur ab aliquibus idem ab identitate symbolorum: sed non bene dicitur quia sicut non suscipit aliqua substantia esse a suis symbolis, ita nec suscipit identitatem aut diuersitatem ab illis, dicitur tamen istud corpus pertinere ad proximum nostrum, quia istud cadaver quod nunc habet ista accidentia, habuit eadem accidentia quando erat uiuus: licet nunc non sit idem corpus quod erat uiuens, gerit tamen quandam similitudinem illius corporis uiuentis in symbolis.

Symbola quid.

Vle Aegypti quid.

Percutiat te Dominus vlcere Aegypti. De quo patet Exo. 9. cap. quia iacto per Moysem cinere de camino contra coelum natae sunt vesicae tumetes in cute, tam in hominibus quam in iumentis: & cum ad maturitatem cito uenirent; praegrimia caliditate decorticabatur cutis, & manebat aperta tabe fluens, qui vlcus vocabatur: & ista vlcera cum magno dolore fiebant. **E**t partem corporis per quam stercora egeruntur. Id est emittuntur, & ista infirmitas uocatur Hemorrhoidis: est enim quaedam tumefactio in parte secretiori in extremitate uenarum, per quam certis mensibus vel temporibus anni sanguis emittitur: & si aliquis eas praescindi faciat & sanari, non fluet sanguis, sed facilliter fiet maniacus, vel horribilem tristitiam incurret temporibus quibus sanguis per hemorrhoidas pur-

gari, debebat: Vel potest accipi ista infirmitas non pro hemorrhoidis, sed pro emissione & putrefactione exaltium per secreta partem natum sicut accidit Philistinis, ut patet primo Reg. 5. & Psalm. 77. & ista grauior infirmitas est, & uocatur plaga mortis in predicto cap. scabie quoque. Quae sit cum per desiccationem cutis, & carnis putrida: uenenum latebat.

Et prurigne ita ut curari nequeas. Id est scabie sicca quae uocatur serpigio siue sarapion, quae carnem cooperit, & rubei coloris est ex ardore.

Percutiat te Dominus amentia. Id est magna stultitia. **Cacitate ac furore mentis.** Posteri intelligi quod amentia & furor referantur ad animam, & cacitas ad oculos, ita quod Moyses imprecetur hic malos fieri caecos: sed magis consonat literae quod ista tria, scilicet amentia, caecitas, & furor referantur, & signent uiam rem: quia infra dicitur.

Ut palpes in meridie sicut caecus in tenebris. Si autem Moyses imprecetur eis caecitatem corporalem non compararet eos caecis: quia idem non comparatur sibi ipsi. Item quia si caeci essent nihil magis esset eis palpere in meridie quam in tenebris: ideo est sensus quod isti corporaliter uiderent: sed tanta amentia, id est carentia mentis siue recti iudicij, & caecitate quod idem est: quia transfertur de caecitate corporali ad caecitatem intellectus, qui est quidam oculus analogice.

Et tanto furore. Id est impetuositate passionis consequente iudicium distortum, percutiatur isti quod uidentes clare in meridie putent se non uidere, & palpent manibus quasi caeci non uidentes.

Et non dirigas uias. Id est non ambules per uias plenas & bonas: sed mentis turbatione captus per precipitia cadas: fit hic comparatio in non dirigendo uias de illis qui uisu carent ad eos qui quouimodo carent recto iudicio: qui enim caeci sunt, nesciunt quo vadant: ideo in quacumque alpera & praerupta cadent nisi ab illis uidentibus ducantur: si autem caecus ducat caecum ambo in foueam prolabantur: quia caecus nescit dirigere uias suas: ita qui percussus sunt amentia & furore, ita quod pars phantastica eorum est laesa, non tendunt recto tramite, sed in quacumque praecipitia protinus cadent: sic enim sunt ebrii qui percussus sunt caecitate spiritali dum intelligentia eorum mero absorpta est. hi namque etiam in plana uia exorbitantes praecipitantur: quia quae plana sunt eis praerupta & iussosila uidentur, ut patet Prouerb. 25. cap. scilicet cui uia cuius patri uia: cui fouee, cui rixae, cui sine causa uulnera, cui iussosilio oculorum? nonne his qui morantur in uino, & tudent calcibus epotandis? huic autem dicit esse foueas: quia tota terra, quae nunc plana est, si ambulet aliquis ebrius per eam, uidebitur sibi plena foueis.

Omni tempore. Ponit oppressionem factam ab alijs. **Calumniam suslineas.** Id est alij diripiunt tibi bona tua per fraudes & cauillationes.

Et opprimaris uolentia. Scilicet quod publice tollantur tibi bona ex nulla causa vel colorata occasione, sed sola uolentia, & sunt isti duo modi tollendi bona alicuius iniuste.

Vxorem accipias & alius dormiat cum ea. Praecordialis dolor est quod aliquis habeat uxorem, & sciat quod alius dormiat cum ea: & hunc uocauerunt dolorem iustum leges super omnes alios dolores, ut patet ff. de adulterijs in l. Gracchus. sed hoc facillime contingit in bellis, quod hostes accipiant uxores & filias hostium, & uiuantur eis ad libitum suum.

Quare

Quare poena ista uxorum adulterantium sit ualde dura uiris. **Quaestio. V.**

ISTA maledictio hic posita est ualde dura. quod unus accipiet uxorem, & alius dormiat cum ea. amant enim uiri ualde uxores suas habentes ad eas zelum, qui est amor nolens habere consortiū in amato: cum enim caetera bona secundum uirtutē communicabilia sint, hoc solum bonum esse cerno incommunicabile. scilicet uxor, quia omni uirtuti repugnat talis communicatio, & est inhonestissima faciens liberos imperfectos quantum ad nobilitatem: quia non possunt accedere ad cognitionem perfectam patris, cum aliqua mulier a diuersis uiris cognoscitur. Iob uero cum imprecaretur sibi maledictionem, si concupisset alterius uxorem ait. 31. cap. si deceptum est cor meum super mulierem: & si ad ostium inimici mei insidiatus sum scortum, sit alterius uxor mea, & super illam incurrauerit alij. & ponuntur istae maledictiones ad exaggerandum malum, quod iudicium malum inflatum iuste appareat esse inflatum. Et non est sensus, quod aliqui Israelitae desiderarent ista mala superuentura alijs: sed praenunciabant eis poenas uxorem. & non solum est poena, quod aliquis accipiat uxorem. & alius dormiat cum ea: sed etiam dolor magnus est, cum quis accipit aliquam in sponsam, & moritur antequam carnaliter cognoscat, & postea alius eam carnaliter cognoscat: ideo tales mandabat Deus recedere de bello, ut patet supra 20. c. ne doleat de morte qua expectaret & incubaret sibi anxietas illius facti propter non fuisse potitum delectari ibi quod expectabat in uxore sua, & haec tristitia laxabat corda bellantium, ut nullo modo apti essent ad bellum. & compellabatur sic celeriter in fugam. **Domum adifices & non habitas in ea.** Vel quia in bello morieris, vel quia ab hostibus extra terram tuam captiuus duceris: sicut contigit eis postea quando translati sunt in Assyrios, & deinde quando tribus Iuda ducta fuit in Babylonem, quia domos pulchras reliquerunt hostibus habitandas. **Plantas uineam & non vindemias eam.** Multis illorum in captiuitatibus & bellicis cladibus sic accidit, & ponuntur hic ista tria, quia pro magnis infortunijs habebantur, & ideo non ibant isti ad bellum, ut patet supra 20. cap. **Bos tuus impletur coram te.** Id est occidatur ab hostibus ad comedendum: immolari aliquando signat occidere animalia ad reuerentiam Dei, sicut accipitur in omnibus libris superioribus: aliquando signat immolari. i. occidere solum, & sic ad quemcumque solum animalia occidatur immolari dicuntur, **Et non comedas ex eo.** Et iste erat maior dolor: multa aliqui patiuntur in rebus suis, vel in persona sua permittentes illa, quia parte quadam damni participant, quod si non participarent nullo modo paterentur: si enim bos istius coram eo occideretur, & det ei famelico de carnibus bouis licet tristaretur, quia contra praecceptum eius de boue suo aliquid factum fuisset, tamen non totaliter tristaretur, sed si nihil accepit de boue suo immolato coram eo tristatur ualde, & quia uoluntas huius non elegit a principio bouem immolari, & quia damno facto nullo modo conseruatur utilitatem aut delectationem. Et sicut interdam consentiunt grauamina aliquorum, quia in hoc aliqua utilitas erat ipsorum damnicatorum, & sic habetur instituta de statu personarum in fine cum dicitur, quod maior annis. 20. potest permittere se uendari, quia participando precium aliqua utilitas est, & non participando nulla utilitas est. **Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo.** Per uolentiam depredationem, magis enim dolent homines de rapina bonorum suorum, quae sit uidentibus suis, quam de furto rerum suarum, quod clandestine committitur, &

ratio quia in rapina sunt duo. scilicet damnum ex perditione rei ablatae, & contemptus ex iniuria possidentis, quia coram ipso sit: in furto autem solum damnum rei ablatae est: quia non contemnitur persona cum ipsa non uidente fiat. **Et non sit qui te adiuret.** Ad maiorem dolorem: quia quando homo habet aliquem adiutorem confidit se posse recuperare res, ideo non tantum tristatur: cum autem adiutoribus caret, desperatio eum ualde cruciat. **Tradantur alteri populo.** Iste de maximis doloribus unus est, quod patres uideant filios suos uenundari in exteris nationes propter amorem & pietatem affectio enim patris ad filium inenarrabilis est: diligit enim pater filium tenerrime quasi viscera sua, ideo discessio eorum in perpetuum omnium malorum mestissima est, etiam propter pietatem: cum enim filius sit quaedam carnis particula de substantia patris abscessa, quando eum pati uidet dolet, sicut de seipso, & forte affectuosius, licet non ita sensibiliter: quia filium teneriorem uidet. **Uidentibus oculis tuis & deficientibus.** In destructione bonorum possessorum, licet uideamus eam fieri, non deficient oculi nostri, quia illa bona extra nos sunt: in perditione autem filiorum, quia sunt viscera nostra se non sustinent. **Et non sit fortitudo in manu tua.** Scilicet ad eripiendum eos de manu hostium. **Fructus terrae tuae.** Scilicet quos producit terra te non laborante, sicut sunt herba & fructus multarum arborum. **Et omnes labores tuos.** Id est omnes fructus quos acquiris per culturam, vel ea quae in negotiationibus, uel alijs habes. **Comedet populus quem ignoras.** Quia Assyrii & Caldai, qui captiuarunt Israel & Iudam, erant gentes ignotae eis, & ueniebant de longinquis terris. **Sis semper calumniam suslineas.** Supra expositum est. **Et stupens ad terrorem eorum quae uidebant oculi tui.** Videbant enim occisiones terribiles in suis, & horribilitatem hostium, ut describit Iohel. 2. capit. ex quibus reddebantur stupidi, i. quasi non potentes loqui, nec sufficientes tanta admirari. **Percutiat te dominus vlcere pessimo.** Sunt enim quaedam vlcera causantia magnum dolorem. **In genibus.** Magnus dolor est ibi in uisceribus propter uerberitatem partium coniunctarum: non autem est tantus dolor in membris, quae sunt continua & recta, ubi non est connexio diuersorum. **Et in furis.** Surre sunt partes crurum ex coxa usque ad talos, & uocantur tibiae. **A planta pedis usque ad uerticem tuum.** Non refertur ad vlcera, quia illa solum ponuntur in genibus & furis: alij autem partes corporis percuti debent alia infirmitate, & patet quia si totum corpus repleti deberet, frustra poneretur in genibus & furis: sed potest satis bene dici, quod intelligatur repleti uiscerum non solum in istis partibus, sed in toto corpore: sed ponuntur istae partes, quia forte in istis rarioreueniunt vlcera. **Ducet te dominus & regem tuum quem constitues.** Licet contra uoluntatem Dei esset, quod constituerent regem, tamen sciebat eos facturos: ideo praedicit quid euenturum sit eis cum rege suo. scilicet quod ducens fuit cum undecim tribubus in terram Medorum per Salmanasar regem, ut patet 4. Reg. 17. cap. & Ioaachim rex Iuda ductus fuit in Babylonem cum uiris nobilibus, & sapientioribus in omni arte in regno suo, ut patet 4. Reg. 24. cap. Et Sedechias priuatus oculis ductus fuit in Babylonem, ut habetur 4. Regum. 25. cap. **Et seruius tibi diis alienis ligno, & lapidi.** Hoc non dicitur imperatiue: sed per modum prophetiae: quia propter peccata sua dabatur eis in poenam, quod ducerentur in tales gentes a quibus cogentur adorare deos: ideo Hieremias misit quandam epistolam Iudaeis existentibus in captiuitate Babylonis, ne inducerentur ex aliqua causa ad colendum idola, & est ista epistola. cap. 6. libri Baruch. **Et eris perditus.** Hic ponitur, tertium. scilicet per-

In rapina duo sunt.

pria

Propria personae infamatio.

prae personae infamatio, *Et eris perditus*. Idest in nulla re putatione teneberis apud alias gentes. *In prouerbum est in fabulam*. Idest quod omnes gentes loquentur de te dicentes quomodo Deus contriuerit te: prouerbiū dicitur moralis instructio, & notabilis, sicut dicimus prouerbia Salomonis, idest quaedam praepositiones verę & notabiles de directone vitę humanae, & dicitur prouerbia quasi procul a verbo, idest quia nō sunt sicut verba, quae communiter loquimur, quae paucā doctrinam parant: ista autem doctrinā moralis plena sunt: fabula dicitur argumentum de rebus, quae non sunt verę nec veri similes, sed tamē pulchram habeat connexionem, ita quod si esse possent sic essent vt fabulae poetarum: hic autem non accipitur sic, sed fabula dicitur historia rei gestae quae communiter narratur: ideo a fando fabula dicitur, & vtrunque accipit quando alicui magnae personae, vel vni genti magna calamitas contigit, scilicet quia illa calamitas apud multos continue narratur, & sic vocatur fabula: accipiuntur etiam ex illa re gesta aliqua documenta moralia vniuersalia, & illa prouerbia dicuntur quae multum differunt a narratione. *Sementem multam iacies & modicum congregabis*. Hoc etiam maledictionem populi notat, quia ista propter peccata infliguntur, maxime Iudaeis quibus si in mandatis Dei ambularent bona terrae promittebantur; patet Esa. primo cap. *Quia locustae deuorabunt omnia*. Ista plaga minor est quam hostilis destructio, ideo communiter praecedebat bella, licet hic postponatur, vt probauimus Leui. 26. cap. de hoc Iohel primo cap. *Quoniam naustrabitur vermis*. Vermes vinearum sunt parui ex aeris intemperie generati, qui folijs propaginum inuoluti ea totaliter desiccant & consumunt, ideo erucę quasi vrucę vocantur, quia totam vineam viredinem exurunt: brucus etiam vineas consumit vniuersa comedes & deuastans. *Oliuas habebis in omnibus terminis tuis*. In terra promissionis oliuae multam abundant, in tantum quod dicebantur vngere pedes in oleo, & hoc maxime in tribu Aser, vt patet infra 33. cap. *Quia defluent & peribunt*. Ante maturitatis aduentum temporis intemperie de arboribus fluent. *Filijs generabis & non frueris eis*. Idest nō delectaberis in communicatione cum illis: quia ducetur captiui in terras hostiles, vt amplius non videas eos. frui non accipitur hic totaliter proprie, quia est ad res quae propter se vltimate amantur, & sic res sunt tres quibus fruimur. scilicet pater, filius, & spiritus sanctus. alij autem rebus non debemus frui, vt ponit August. & habetur primo Sententiarum per magistrum distinctione prima, tamen secundum modum loquendi philosophorum qui post vitam moralem communicationē nostram ad Deum nō credebant, fruiri aliter ponitur: quia omnia illa fruibilia dicuntur, quaeque propter aliud non appetuntur, vt actu virtutis, & ipsa virtute fruimur, & amicis, & similibus; & distinguunt isti fruibilia contra vtilia: sunt autem vtilia quae ad aliud totaliter ordinant, vt diuitias, & quaedam alia bona, secundum modum vulgarem omnibus rebus frui possumus: quia inordinatus homo in quacunque re finem sibi praestituere potest: ideo aliqui corporalibus delictis fruuntur, quia eas propter se accipiunt, & sic dicebat Thamar vide quid mihi dabis, vt fruaris concubitu meo; alij autem pecunijs, & isti inordinatissime agunt, quia nulla res minus habet de ratione finis quae pecunie, quia secundum suam naturam sunt mediū communicandi, vt patet 5. Ethic. ideo vtilis sunt: filijs autem quia amor eorum propter nihil aliud est, & ponitur in genere honestorum, sicut amor parentum, amicorum, patriae; & virtutis etiam secundum positionem philosophorum, tamen secundum veritatem omnia ista amoni Dei subordinari debent: ideo magis

Quid sit frui, & quibus fruendum est.

vtilia quam fruibilia sunt. scriptura tamen sacra aliqui loquitur modo vulgari. *Rubigo consumet* Rubigo aeris intemperie caufatur in fructibus & frugibus, vt vermicibus interius corrodantur, & marcentes ante debitum tempus deficiant. *Aduena qui tecum*. Hic ponitur quartum, scilicet inferioribus suis & seruis facta humiliatio. *Aduena qui tecum ierit*. Aduena. i. gentiles conuersi ad iudaismum, vt communiter pauperes erant, quia inter filios Israel hereditatem non accipiebant, & quia in terra sua hereditates suas immobiles reliquerant: cum ergo isti daretur, & adferentur Iudaeis magna calamitas erat eis. Erat enim valde repugnans intentioni Hebręorum, quia aduenae de gentilitate conuersi inter eos exaltarentur, & essent honoratiores hebraeis. nam hebrei valde erant inuidi, & in alterutrum inuidebant, quanto magis quantum ut illos qui erant de alienigenis, & non habebant contra eos viscera charitatis, licet Deus saepe ad hoc admoneret, vt diligere eos, & non contristarent eos, vt patet Exo. 22. cap. & supra 11. Deus tamen vt aliquo loco concederet locū duricie Iudaeorum, quia in illo statu legis imperfecte omnia vitia eorum corrigere nolebat, nec oportebat, fecit vt non gauderent eisdem priuilegijs conuersi de gentilitate qui vocantur aduenae & filij conuersi, quibus gaudebant Iudaei a progenie Iacob descendentes. nam inter Iudaeos erat annus septimus quilibet annus remissionis, scilicet quod si aliquis debebat aliquid alteri, & accedebat ad annum illum non soluebat, sed remittebatur debitum ipso iure, & dato quod creditor vellet repetere debitorem conueniente eum in iudicio, non dabatur ei actio, quia erat exceptio ex lege remittente debitum, vt patet supra 15. c. cum dicitur septimo anno facies remissionem, quae hoc ritu celebrabitur: cui debetur aliquid ab amico, aut proximo, vel fratre repetere nō poteris: etiam in isto anno ille qui erat seruus de hebraeis liberabatur a seruitute, vt patet in eod. c. cum dicitur cum fuerit tibi venditus frater tuus Hebraeus, aut Hebraea sex annis seruiet tibi, & in septimo anno dimittes eum liberum, & si forte ex aliqua causa, vt pote quia habebat seruam vxorem quam dederat ei dñs, & filios suscepit, nolebat exire donec educeret secum vxorem & filios, manebat vsque ad annum Iubileum, qui fiebat de 50. in 50. annis, de quo Exo. 21. & Leui. 25. & supra 15. c. & tunc exibat liber cum vxore & filijs suis, vt patet Leui. 25. Item si aliquis vendidisset alicui aliquam possessionem, non manebat illa vendita in aeternum, sed in anno Iubilei redibat quilibet possessio ad eum, qui possederat, vel ad haeredes eius: de hoc Leui. 25. cap. de his non seruabatur aliquid ad aduenas, qui sunt gentiles nati, & postea conuersi ad iudaismum, vel nati de conuersis.

Ab inferioribus suis, ac seruis facta humiliatio.

Multa priuilegia dabantur Iudaeis ex genere quae non dabantur conuersis.

Primum namque de remissione debitorum non habebat locum ad aduenas, vt patet supra 15. ca. cum dicitur cui aliquid debetur ab amico, & proximo, & fratre suo repetere nō poteris: quia annus remissionis est, ab aduena & peregrino repetere poteris: cuius autem repetendi licentiam nō habebis. De secundo quod erat liberatio a seruitute in anno septimo, aut in anno Iubilei, satis patet, quod non extendatur ad Iudaeos conuersos de gentilitate: nam supra 15. cap. & Exo. 21. vbi ponitur lex de remissione seruorum in septimo, dicitur hoc tenere quando vendebatur aliquis Iudaeus, qui erat frater, idest qui erat de genere Hebręorum, & per hoc vocabatur frater cuiuslibet alterius Hebraei: de aduenis ergo non intelligebatur. Item quia Leui. 25. cap. dicitur, quod de aduenis debebat esse serui in perpetuum, qui nō liberarentur lege Iubilei, vel aliqua alia conditione, scilicet seruus & ancilla

& ancilla sint vobis de nationibus, quae in circuitu vestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra homines habebitis in seruos, & hereditario iure transmittetis ad posterum atque possidebitis in aeternum: de 3. scilicet de liberatione possessionum venditarum in Iubileo, non pertinebat quippiam ad aduenas: quia Leui. 25. cap. vbi datur lex de liberatione ista possessionum, ponitur in principio legis, si attenuatus frater tuus vendiderit possessionem suam. Fratres autem soli Hebraei inter se vocantur, ergo ad solos eos lex haec extendi debet: ex his autem oriebantur quaedam inuidiae inter Iudaeos a progenie & Iudaeos conuersos ex gentilitate. nam Iudaei a progenie habent exosos aduenas, & aduenae quando aliquos Hebręos in seruos accipiebant, eos valde premebant, vt patet Leui. 25. capit. vbi hortatur Deus, quod quando aliquis de Iudaeis ex genere fuerit venditus alicui de aduenis, quod alij de cognatione eius laborent eum liberare, ne ille affligat eum in conspectu Israelitarum, cum ergo inualecebant aduenae apud Iudaeos, ita vt dominarentur eorum, vel saltem essent magis honorati propter diuitias & potentiam, valde defecabant Iudaei ex progenie cordibus suis, veluti si hostili subderent seruituti: infligit igitur Deus hoc eis pro maledictione, vt cum mali fuerint incurrentur ipsi, & exaltentur aduenae eorum. *Ipsae fenerabunt tibi*. Idest accommodabit tibi, quia ipse abundabit. *Et tu non feneraberis ei. i. non poteris fenerari ei, quia pauper eris.*

Fenerari quot modis accipitur. Quastio. VI.

AC C I P I potest fenerari hic dupliciter. Vno modo pro mutuare simpliciter. Alio modo pro fenerari, siue mutuare ad vsuram. Accipiendo primo modo tu efficiaris pauper, ita quod egeas, vt alius tibi accomodet, & non poteris cuiquam commodare, & aduena efficietur diues, ita quod possit commodare tibi habendo multas pecunias, si voluerit, & non indigebit, vt tu ei accomodes, & tunc est dupliciter maledictio. primo, quia Israelitae depauperantur, ita quod nihil possideant, & egeant, vt alij eis mutuent, quod est directe infortunium. secundo indirecte maledicuntur, quia efficiuntur diuites aduenae, & per hoc sunt maiores Iudaeis, quod rursus erat magna afflictio Iudaeis, & iste modus loquendi seruatur supra 15. cap. scilicet feneraberis gentibus multis, & a nulla earum fenus recipies, idest si tu facies ea, quae mandantur, Deus dabit tibi pecunias multas, ita quod possis multas gentibus mutuum dare, & non egeas, vt aliqua earum tibi fenus tribuat mutuando. Alio modo potest accipi fenerari, idest dare ad vsuram, & sic etiam accipi potest conuenienter hic: quia licet Iudaei non possent inter se dare ad vsuram, vt patet Leui. 25. & 23. capit. poterant tamen Iudaei dare ad vsuram alienis, & vocantur alieni omnes qui non sunt fratres, cum dicat litera supra 23. cap. non feneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno: fratri tuo autem absque vsura, id quo indiget commodabis: sed fratres solum vocantur Iudaei ex genere inter se: ergo poterat dari ad vsuram eis qui non erant Iudaei a linea Iacob descendentes. antecessores patet, quia supra 15. capit. dicitur cum venditus fuerit tibi frater tuus, qui est Hebręus, aut Hebręa, & sic patet Leui. 25. capit. vbi manifeste soli fratres sunt Iudaei descendentes ex genere Iacob. conuersi autem non vocantur fratres, ergo poterant eis dare ad vsuram alij Iudaei, sicut dabant gentilibus manentibus in gentilitate, & sicut Iudaei dabant licite alijs

ad vsuram, ita & conuersi poterant dare ad vsuram Iudaeis, de quibus diximus supra 23. cap. ponendo fundamenta horum, & ibi vide, & secundum istum modum est sensus aduenae, qui morantur inter vos efficiuntur diuites, & vos efficiemini pauperes, & sic. *Non poteritis vos fenerari eis*. Idest dare ad vsuram, licet vobis per legem concessum sit: ipsi autem poterunt vobis dare ad vsuram, quia diuites erunt, & cogemini vos ab eis sub vsuris accipere, & sic subiiciemini potestati eorum. *Ipsae erit in caput & tu in caudam*. Ita quod non solum aduenae superent eos in diuitijs, sed etiam in honoribus & dignitatibus: sed hoc magis abominabile erat, quia alienigenae non deberent assumi in principes vel rectores, vt diximus supra 23. capitu. In hoc enim differentia erat, quia quidam alienigenae erant, qui non prohibebantur expresse habere principatus & dignitates in ecclesia Hebręorum, idest in populo eorum, qui vocatur ecclesia licet eis non darentur, quia quicumque esset conuersus nouiter ad fidem, non erat dispositus, vt esset adhuc prelatatus, quia erat suspectus de instabilitate, & de aliquibus alijs, ideoque mandabat Apostolus prima ad Timot. 3. cap. quod oportet episcopum non esse neophitum, idest nouiter conuersum. Aliqui erant conuersi, qui expresse excludebantur ab introitu, & istud dupliciter, quia quidam excludebantur in aeternum; alij autem ad tempus. In aeternum excludebantur duae gentes, scilicet Ammonitae & Moabitae, qui in aeternum non intrabant in ecclesiam Dei, vt patet supra 23. cap. cuius causae ibi explicantur in litera: aliae gentes erant quae excludebantur ad tempus, scilicet Aegyptij, & Idumaei, quia conuersi ex eis in 3. generatione intrabant ecclesiam Dei, vt patet supra 23. cap. ante vero non intrabant. *Et venient super te omnes maledictiones istae*. Idest super te consumabuntur omnes istae maledictiones, & plures aliae quae non sunt hic scriptae: dicuntur venire super te, idest super caput tuum, quia super te omnes grauabuntur. *Et persequentes apprehendent te*. Hic fit metaphora de istis maledictionibus fingendo quasi ipse sint quidam hostes: qui enim hostes sunt, persequuntur eos qui sunt hostes sui inquirentes eos, vt occidant: & cum sciuerint qui sunt, persequuntur eos, donec tradiderint in manus hostium, idest in manus suas qui sunt hostes, quod est apprehendere eos: ita est in maledictionibus hominis quas hic ponit: quia si Iudaei non complerent mandata, veniebant super eos istae maledictiones, & antequam venirent, videbantur persequi eos, in quibus manere debebant tanquam currentes post illos, & ad vltimum apprehendebant eos tenentes eos, sicut qui velociter currendo aliquem attingit, & fortiter detinet. *Donec intercas*. Idest istae maledictiones venient super te, & nō dimittent te donec intercas, idest donec moriaris, nisi forte in peccatum reliqueris, quia tunc ipse dimittet te. *Quia non seruaisti mandata eius*. Moralia & iudicialia. *Et caeremonias*. Idest praepcepta caeremonialia. *Et erunt in te signa*. Idest aliqua mala, quae comprobent te malum egisse contra Deum. *Et prodigia*. Idest aliqua maiora, & horribilia mala. Et signant adhuc in futurum maiora mala euentura fore. *Et in semine tuo vsque in sempiternum*. Idest in magno tempore, quia sempiternum & aeternum non significant semper temporis indeficientiam, sed aliquando modicum tempus circa 50. annos, vt patet supra 15. cap. vbi dicitur de Iubileo. Et sic fuit captiuitas Babylonica sempiterna licet solum 70. annis durauerit: potest tamen accipi hic sempiternum proprie, & tunc non extenditur simpliciter ad omnia peccata Iudaeorum, quia non steterunt pro quolibet eorum in sempiternum sub signis & prodigijs: sed solum conuenit hoc duobus peccatis. i. peccato, quod

quod fecerunt vndecim tribus, pro quo vsq; hoc de-
fimentur in terra Medorum intra Caspios montes, &
manebunt nunquam reditura in Iudæam ad habitan-
dum, & peccato tribus Iudæ pro quo cum Leuitis
fuis a Romanis in æternum captiuata est: sed potest
intelligi sempiternum extendendo ad omne peccatū
conditionaliter, sicut textus vult, scilicet q̄ pro quolibet
peccato daretur punitio sempiterna, vt conuerter-
rentur ad Deum in toto corde suo, & quia in omni-
bus alijs peris pro peccatis prioribus conuertebatur
ad Deum, durabant poenæ temporaliter, nunc autem
quoniā indurati sunt, perpetuo sic manebunt. In gau-
dio cordis tui & lætitia. Idest quia noluit seruire Deo
tuo, dum habebas gaudium & lætitiā in abundan-
tia omnium rerum. In gaudio & lætitia propter omnium re-
rum abundantiam. Idest gaudisset populus Hebraic⁹ valde
seruire Deo in lætitia & exultatione, & hoc p̄pter
rerum omnium abundantiam, i. quia habes omnia ad
abundantiam & voluntatem tuam: nihil enim tibi de-
est, & bonorum cumulo vndique sufficiens es, quæ
ad magnam gratitudinem homines inclinare debe-
rent: si enim aliquis magna paupertate, & aduersitate
deserit Deum conuersus ad idola aliquo modo bonum
sit, siue non ita malum, sicut si ista omnia habēs
conuerteretur ad idolatriam: Iudæi tamen omnia ista
habentes conuertebantur ad idola, ergo merebantur
magnam poenam, & subiungitur. s. Seruus inimico tuo.
Etiam si nolis immo nolendo, quia nullus libenter
hostibus subiicitur. Quem immittet dominus. Ista poenæ
insignitura Deo conuenientes sceleribus tuis. i. vt q̄
non vult bonus esse in gaudio, sit malus in tristitia, &
sic de cæteris oppositis, quæ ponuntur in litera, scilicet
in paupertate, & abundantia rerum. Seruus inimico tuo
in fame & siti. Idest cum fame, ita quod non solum suf-
ficiat tibi, quod fame & siti vsq; ad interitum crucie-
ris: sed etiam q̄ seruius hostibus, in qua seruitute ho-
mines pati solent ista mala, & plura alia. Et omnia penur-
ria. Idest siue quantum ad cibum vel potum, vestitū,
& omnem humanam consolationem. Adducet domi-
nus super te gentem de longinquo. Hic ponitur. 5. scilicet
hostilis obiectio, in qua hominibus malorum extre-
ma adueniunt. s. mors, & diuersa genera terribilium,
sicut Seguntinis in ciuitate, quæ Seguntum dicitur in
terra Hispanorum accidit, q̄ obsessio premere ne-
fidem Romanis infringere de amicitia data, se om-
nes cum rebus suis flammis iniecerunt, vt deplorat
August. 3. de ciuit. Dei cap. 20. De extremis terræ finibus.
Scilicet Assyrios primo, deinde Caldæos de Babylo-
ne, & sunt gentes ista satis remotæ a terra promissio-
nis: sunt enim secundum longitudinem magis oriē-
tales, & secundum latitudinem sunt declinantes ad
Septentrionem. In similitudinem aquilæ volantis. i. quod
ista gentes ita velociter venerunt contra Israel, q̄ eis
resisti non poterat, sicut aquilæ cum impetu volanti,
Cuius linguam intelligere non possis. Quia multam differēt
idiomata Israelitarum ab idiomatibus Assyriorum,
& Caldæorum, & hoc ad malorum emulium est, q̄
hostes non possent condolere eis patientibus, cū ver-
ba dolorem indicantia intelligere non valerent, nec
possent cum eis aliquas facere compactiones: aliqui
tamen erant inter Iudæos, qui linguas istas intelligen-
bant, sed pauci, vt patet 4. Regum 18. cap. vbi legati re-
gis Assyriorum locuti sunt Hebraice ad præpositos
Ezechia regis, & isti rogabant illos, vt loquerentur
Syriacè: quia bene intelligebant linguam, ne totus
populus intelligeret. Gentem procacissimam. Idest cū in-
dignatione & iniurijs loquentem: accipitur etiam
procacissima, idest valde abundans in verbis. Quæ non
deserat seni. Idest reueretur ei propter ætatem & læ-
pientiam. Nec miseretur paruuli. Propter defectum vi-

Hostilis
inuasio.

rium & ætatis: sed omnes destruat & capiat, sine dif-
ferentia ætatis & sexus. Et deuoret fructum iumentorum
tuorum. Idest filios Equorum, Asinorum, & Camelo-
rum, quos deuorabit non illos comedendo, sed in ore
gladij destruendo, vel tibi rapiendo illos ad vsum suū.
Donec intereas. Fame non habens alimenta. Et non relin-
quant tibi triticum. Ista omnia sunt in obsessioe, quia
omnia quæ extra sunt, hostes demolituri, donec eos
qui intra muros sunt, fame affectos in captiuitatem re-
cipiant. Donec te disperdat in cunctis vrbus tuis. Idest do-
nec faciat te fame & desperatione perire existentem
intra vrbes tuas. Et destruat murum tuum. Hoc est quod
sequitur ad continuam & longam obsessioem, scilicet
q̄ per quotidianos hostium impulsus ad vltimū
muri corruiant. Firmi atque sublimes. Ista duo pertinent
ad bonitatem murorum, quod firmi sint, scilicet be-
ne grossi, & de materia forti, vt lapidibus sectis, vel la-
tere bitumine lito. Secundum quod sint sublimes,
idest alti ne faciliter hostes supra ascendere valeant.
In quibus habebatis fiduciam in omni terra. Et hoc erat que-
dam causa destructionis eorum, quia magis adiutorio
humano quàm diuino nitebantur. Et comedes fructum
vteri tui. Idest filios tuos præ famis angustia, sicut fa-
ctum fuit tempore Ioram regis, vt patet 4. Reg. 6. cap.
quia duæ mulieres comederunt filium vnus, & fuit
de hoc quæstio coram rege. sic etiam narrat contigisse
Iosephus in obsessioe Ierusalem per Romanos, in
qua ipse captus fuit, & Romam adductus, vt habetur
in libro eiusdem de Iudaico bello, & hoc omnium hor-
ribilium horribilius est: sed ad omnium malorum cō-
sumationē ista eueniebant, & dicitur hoc tam ad
patrem quàm ad matrem, quia filius est fructus vteri
matris, quia in eo formatur & partem substantiæ sper-
maticæ matris suscipit, & dicitur de vtero patris, quia
principalis portio feminis de lumbis paternis effluit,
omnia autem interiora vterus vocantur: ideo filius na-
tus de lumbis patris de vtero eius nasci dicitur. Et va-
stas. Idest angustia magnitudine. vastitas enim si-
gnare potest multa: vno modo vastitas, idest angu-
stia magnitudo, & hoc modo accipitur hic, quia in
maxima angustiarum essent isti miseri Iudæi, cum co-
gerentur aude manducare carnes filiorum suorum,
in quo licet ab vtroque infelices sint, infeliciores ta-
men eos arbitror in eo, quod agunt quàm in eo, qd̄
patiuntur: famem patiuntur filios deuorant: famem,
n. & alia fortune aduersantia perpeti dolorolum qui-
dem, sed virile est: filios autem ore nephando manu-
care viscera nostra iterato in viscera regerentes om-
nium turpissimum atq; infandissimum: infelix enim
qui quacunq; fame adigente ad execrandos cibos
ora vertit, melius est enim fortiter mori quàm infeli-
cibus epulis maculari, quia vt ait Aristot. 3. Ethic. ad
quædam autem fortassis non est cogi, sed magis mo-
ri patientem durissima. Alio modo vastitas accipitur
pro solitudine, hoc mō non pōt hic accipi. 3. mō acci-
piū vastitas p̄ destructione, & hoc mō d̄r a vastando,
& sic ēt pōt sumi in p̄posito. Homo delicatus. Ex carnis
teneritudine, Et luxuriosus. Idest valde fruens cibis de-
lectabilibus: nec accipitur luxuriosus solū pro eo, qui
actum venereum valde exercet, sed pro quocunq;
qui in accipiendo delectabilia cibi & potus, vel actū
venereorum valde excedit. hic autem solum accipit
luxuriosum pro excedente in delectationibus gustus:
& hoc ponit ad maiorem mali expressionem, quia
comedere carnes filiorum culibet homini inenarra-
bilitate horribile est, sed magis eis, qui cibis delica-
tissimis fruebantur. Et vxori quæ cubat in sinu suo. Idest
inter brachia sua: spacium contentum inter brachia
circumplexa sinus dicitur. Ne det eis de carnibus filiorum
suorum quas comeder. Quia eas sibi totas referuare volet
fame

Vastitas
multa si-
gnificat.

fame valida perurgente. Quia uastauerunt te inimici intra
portas tuas. Idest fecerunt, quod tu obsessus intra por-
tas ciuitatis tuæ nihil haberes ad corporis alimenta.
Tenera mulier. Ex naturali carnis dispositione. Et delica-
ta. Propter diffusetudinem laborum, quia etiam si car-
nes naturaliter duræ sint alicui, si tamen totaliter se-
ocio tradit, mollicies in eo inducitur, maxime si cibos
teneros sumat: quia partes tenere cibatiuæ adhaeren-
tes cuti eam teneram faciunt, nisi per laborem exci-
tato calore euaporentur & deficiant, & tunc manebunt
partes solidæ carnis: ideo dicit Philosophus. 2. Ethic. quod oportet multum cibum sumere, & mul-
tos labores sustinere ad causandum robur corporis.
Quæ super terram ingredi non ualebat. Scilicet ambulando
super terram nudam, sed semper erat in tapetibus, & alijs
multis mollibus stramentis. Nec pedis vestigium figere.
Idest inniti super pedes, quia in compressioe carnis
tam teneræ dolor causatur, sicut cum aliquo mitti-
tur super carnem tumorem vel vulneratum. Et illu-
uie secundinarum. Idest tantum fames coarctabit, quod
mulieres delicatissime comedent filios suos nouiter
natos, & sanguinem sedissimum, in quo fetus nasci-
tur inuolutus, & quia viri earū, & alij propinqui astan-
tes partui rapient ista ad comedendum, ipsa inuidebit
eis. Illuuias. Dicitur immunditia fluens, & solum cō-
petit rebus valde humidis, sicut sunt secundinæ, & di-
cuntur secundinæ quædam pelliculæ de sanguine co-
agulato, in quibus fetus in matrice latebat, de quibus
cibatur dum in matrice est, dicuntur secundinæ quasi
secundinæ, quia in eis fetus inuoluitur, & in exitu de
vtero rumpuntur. Quæ egrediuntur de medio feminum eius.
Idest de vase genitali muliebri: femem idem est qd̄
femur, & est pars vltima cruris, vbi crus ventri cōiun-
gitur. Comedent eos clam. Idest occulte ne alia rapiat car-
nes illas ad comedendum, quia vir inuidet vxori ne
comedat, & vxor viro, vt supra patuit. Propter rerum
omnium penuriam. Hoc determinat ly comedent, scilicet
quod deficientibus omnibus alimentis conuerte-
bantur ad comedendum carnes filiorum, & non de-
terminat ly clam, quia tūc esset sensus, quod propter
hoc comedebant in abscondito, quia non habebant
alios cibos, sed hoc nihil ad propositum. Omnia verba
legis, quæ scripta sunt in hoc volumine. Idest in Deutero-
nomio.

Illuuias
quid sit.

Secundinæ
quid sit.

An Iudæi obligabantur solum ad præcepta huius libri, vel
etiam ad præcepta aliorum. 4. librorum Moysi.
Quest. VII.

Q V I A non obligabantur Iudæi ad faciendū
alia quàm quæ sunt in hoc volumine, licet
oēs quinque libri Moysi lex vocentur,
& ibi sint multa quæ non sunt in hoc li-
bro, tamen solum quæ in libro isto sunt obligat, quia
quæ dicuntur in alijs libris aut sunt historialia, vt in to-
ta Genesi, & ista non sunt præceptiua, sed rei gestæ
enunciatiua sub assertionem: ideo nihil de Genesi re-
petitur in isto libro cum totus sit historicus: sic sunt
multa in Exodo, in Leuitico autem pauca, in libro
Numerorum multa, quare non replicantur. Aut sunt
præceptiua, & tunc ista præcepta aut sunt ad semper,
aut ad semel. si ad semel non replicantur hic, sed iam
facta sunt, vt multa quæ mandantur in Exodo de fa-
ctione tabernaculi & pertinentium ad illud, quia illa
Moyses semel iam fecerat, nec erat vltra necessarium
tale præceptum, quia nullum actum dirigere debe-
bat. Si autem præceptum esset ad semel, & tamen
nondum erat adimpletum, replicabatur, sicut præcep-
tum de separatione ciuitatum pro fugitiuis, de qui-
bus Numc. 35. cap. & replicatur hic. 5. cap. & 19. Si

autem præcepta erant ad semper, aut dirigebantur ad
omnes de populo, aut ad aliqua genera personarum
specialiter: si autem specialia iura essent non replicā-
tur, sicut in Leuitico multa dicuntur de ceremonijs
sacrificiorum, & de ritu purgationum immundorū,
quæ quia pertinebant ad solos sacerdotes non repli-
cantur hic. si autem pertineant ad populares omnia
replicatur, vt ponebantur in alijs libris, vel intelli-
guntur in aliquibus quæ hic scribuntur. Et patet veri-
tas huius, quia si respiciantur omnia moralia iudicia-
lia, aut ceremonialia, quæ pertinent ad populum, & re-
periuntur in Exodo, Leuitico, & Numero plene inue-
nientur hic, & multa super addita, & sic nullus Iudæus
obligabatur ad alia quàm ad ea, quæ hic scripta sunt,
ideo mandabatur supra 17. c. quod rex haberet Deu-
teronomium in domo sua, vt in hoc intraretur in
tota lege, nec mandatur ibi de aliquo alio libro. Ali-
qua erant alia præcepta, quæ erant ad totum populū
& durauerunt multo tempore: tamen quia id quod
dirigebat non erat perpetuum, non durabant præcep-
ta in perpetuum, nec replicantur hic, sicut præcepta
de manna, scilicet quātum quilibet colligeret, & qua
die colligeret, & sic de cæteris quæ habentur Exo. 16.
cap. quia manna non erat semper duraturum.

Iudæi po-
pulares so-
lum obli-
gabantur
ad obser-
uandū ea,
quæ conti-
nentur in
Deuter.

Et si arguas quare non replicat Moyses ista manda-
ta de obseruationibus circa manna, quia licet non es-
set semper duraturum, tamen tempore quo Moyses
ista verba libri huius dixit, durabat, & postea aliquot
diebus durauit, nam ista dixit Moyses anno. 40. exitus
de Aegypto mense vndecimo in principio. durauit
autem toto ipso anno, & in principio sequentis au-
ni, qui erat annus. 41. & hoc vsque ad 15. diem mensis
primi, in quo fecerunt pascha, & tūc comederunt de
panibus terre illius, & cessauit manna, vt patet Iosue.
5. capit. nec venit vltra. fuit igitur post mortem Moy-
si duratio man quasi duobus mensibus & dimidio.
Respondetur quod Moyses non replicauit legem de
obseruationis modo circa manna propter duo.

Primo quia licet non cessaret tunc manna, tamen
sciebat Moyses, quod immediate cessaturum esset.
nam solum dabatur manna ad suppleendam indigen-
tiam panis, qui non poterat haberi in deserto: sed cō-
festim intraturi erant in terram Chanaan vltra Iorda-
nem, in qua haberent panes ad comedendum, quia
erant nunc in vltima mansione circa Iordanem, ergo
pro tam paucō tempore non oportebat replicari legē
illam. Secunda causa erat, quia ista obseruatio de mo-
do se habendi circa manna, ita erat assueta propter ef-
se quotidianum, quod nō indigebat replicatione, aut
exhortatione: de alijs autem præceptis non erat sic,
quia in deserto rara præcepta obseruabatur, & sic per
desuetudinem in obliuionem abiebant: ideo necesse
erat ea repeti, vt rursus memoriæ firmarentur: patet
antecedens supra 12. cap. cum dicitur non facietis ibi,
idest in terra promissionis, quod nos hodie hic faci-
mus singuli, quod sibi rectum videtur: nec enim vs-
que in præsens tempus venistis ad requiem & possessio-
nem, quam dominus Deus daturus est vobis.

Tenendum igitur, quod in hoc libro de præceptis
aliorum librorum solum replicantur ea, quæ man-
fura erant post transitum in terram Chanaan, quæ au-
tem iam finitum vsum habebant, aut prope erat eo-
rum abolitio, non repetebantur, quia esset inutilis
confirmatio. Alio modo exponi posset ista litera,
scilicet quod Deus induceret plagas has, nisi obser-
uarent verba voluminis huius, scilicet Deuter. & non
fit hic mentio de aliquo alio: non quidem quod non
sint obligati obseruare ea, quæ in alijs libris continen-
tur, licet rarissima sunt in alijs libris præcepta, quæ hic
non ponantur secundum modum distinguendi, quæ
ante

Doct. opi.

ante fecimus: si tamen aliqua sunt illa obseruari necesse est. Et si dicas quomodo ergo punietur ille qui peccauerit in alijs preceptis positis in alijs libris, & non re-

Sed quares quare non fecit hic Moyses mentionem de preceptis contentis in alijs libris quod infligeretur ista poena fractoribus etiam preceptorum illorum. Respondetur quod due fuerunt leges siue federa. vnu fedus quod factum est in monte Synai, & ibidem confirmatum, vt patet Exodi 19. & 20. atque 24. aliud fedus, vel lex est, quod Moyses pepigit hic cum filijs Israel, scilicet in campes tribus Moab. distincte autem leges & federa distinctis confirmationibus & penarum inflictionibus egent: si autem fuisset tota vna lex, qm ponerentur hic poena, non referrent specialiter ad factores huiusmodi preceptorum quae in hoc libro continentur: sed ad factores legis quomodocunque infringere sine quacunque precepta infringere. quod autem sint istae duae legislationes & federa patet in principio 16. cap. scilicet haec sunt verba federis quod precepit dominus Moysi, vt ferretur cum filijs Israel in terra Moab praeter illud fedus, quod cum eis pepigit in Oreb. Et timueris nomen eius. Quia ante facere precepta Dei est timere Deum. Terribile & gloriosum. Scilicet nomen Dei ineffabile, quod proprie Deo conuenit, quia alia nomina Dei in Hebreo dicuntur de Deo, & temporalibus dominis, vt patet saepe in Gen. & Exo. & illud est nomen tetragramaton, & est sensus quod audito nomine Dei homo timeat illud, & horreat facere mala propter reuerentiam & timorem Dei. Vocatur terribile, quia audito illo terreri debemus magisquam audito quocunque alio nomine, ita quod magis propter timorem Dei, quam cuiuscunque alterius rei vitemus mala: vocatur gloriosum, quia signat rem excellentissimam, qua nihil maius, nec melius excogitari potest. Hoc est Deum tuum. Idest hoc nomen Deus tuus est nomen terribile & gloriosum. dicit haec ad differentiam aliarum gentium quae idola sua vocabant deos nomine propriissimo Dei: cum autem dicitur Deus tuus solum signatur Deus Hebreorum qui est verus Deus. Augebit dominus plagas tuas. Ponebat supra mala multa quodlibet eorum per se declarando: hic autem ponit multa sub cumulo non declarando specialiter, sed sub noie augmēti.

Augebit dominus plagas tuas. Idest faciet eas multas, quia infligendo omnes quae hic ponuntur, satis sunt multae, vel aliter & melius. Augebit dominus plagas tuas. Idest non solum inferet istas quae hic scriptae sunt: sed etiam multas alias, vt patet infra: etiam quia hic vult Deus demonstrare grauem punitionem peccatorum, & hoc notat in duobus, scilicet in numero penarum, & in atrocitate earum: numerus penarum ponitur hic, quia dicitur augebit dominus plagas tuas: atrocitas, aut seueritas poenarum apparet infra cum dicitur plagas magnas, & perseverantes infirmitates pessimas, & perpetuas. Ista augmentatio poenarum est, cui est pertinacia in peccatis: nam qui primo peccat mereatur simplicem poenam: qui autem continuat, mereatur poenam multiplicatam, hoc habetur clare Leuit. 26. cap. vbi ponitur modus puniendi Dei, & primo ponit aliquam poenam simpliciter, deinde si quis resistit, dicitur se illaturum centuplum, & iterum si resistit aliud septupli septuplum, donec adhuc peccator moriatur, aut corrigatur, cum dicitur, si autē nec sic obedieritis mihi ad dam correctiones vestras septuplum propter peccata vestra, & coarctam duriciem superbiam vestram, & hanc sententiam multoties in eodem cap. replicat. Et plagas seminis tui. Idest plagas filiorum tuorum, quia non solum te puniet, sed etiam filios tuos. hoc enim commune erat, quod patres & filij simul punirentur. nam aut peccabant filij, sicut patres: & tunc manifestum est, quod filij punirentur, non quidem quia erant filij talium patrum, sed quia ipsi egerant propter quae pati merebantur: si autem non peccauerant cum patribus suis puniebantur propter peccata patrum, vt sic patres in eis punirentur, vt patet Exodi 34. cap. & supra 5. & sepius repetitur: sic enim dicitur Num. 14. cap. dum proferretur sententia Dei contra murmuratores Israelitas, qui dixerunt Desi odi re eos, quos eduxerat de Aegypto, & quod vellent illuc reuerti, subiungitur vestra cadauera iacebunt in solitudine: filij vestri erunt vagi in deserto annis 40. & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera vestra. Plagas magnas, & perseverantes infirmitates. Dicitur hic plaga poena inflicta ab extra, siue in persona siue in rebus: infirmitas dicitur egritudo innata in corpore quae non est ab extra. Et conuertet in te omnes plagas Aegypti. Scilicet decem plagas quae inflictae fuerunt Aegyptijs, vt patet Exodi cap. 7. vique 12. & istae non leguntur simul, accidisse Iudaeis, sicut Aegyptijs euenerunt, tamen forte particulatim illis multae earum euenerunt & peiores: cum multas alias plagas Deus posuerit, nouissime ponit has plagas Aegypti tanquam durissimas, & verissime sic erant si considerentur ea quae habentur Exo. 8. cap. & vique ad 12. inclusiue, & licet forte aliquae maiores inter has erant, quae supra promulgatae sunt, tamen Deus istas fecit proferri in vltimo tanquam magis timendas Hebreis: cuius ratio erat, quia magis nmentur ea quae videntur, quam ea quae solum audiuntur, vt si alius viderit alium hominem subire aliquod genus mortis, cum postea audierit nominari illud genus mortis, horribilius sibi apparebit quam si nunquam audiisset, vel q̄ alia quae s̄m veritatem grauiora: ipse tñ ea infligi nunq̄ vidit: sic et erat de Hebreis, q̄ ipsi viderat infligi penas illas durissimas Aegyptiorū, ideo videbantur eis atrocissime, & non videbant infligi alias, de quibus hic dicitur: necesse ergo erat, q̄ has magis formidarent, & sicut istas maxime timebant infligendas, ita pro maxima gratia habebant ne eis infligeretur, ideo Deus cum primo dedit eis precepta atque iudicia, qd fuit in Marath, vt patet Exo. 15. quasi maxime allicies eos ad custodiendum, dixit q̄ si custodirent tunc mandata Dei, non venirent sup eos infirmitates Aegypti, scilicet

Qui primo peccat mereat simplicem poenam.

Prædictorum confirmatio.

scilicet si audieris vocem domini Dei tui, & custodieris omnia precepta eius, cunctum languorem quem posui in Aegypto, non ponam super te ego dominus sanator tuus. Quas timuisti. Idest hic ponitur confirmatio praedictorum. sc̄p̄ ideo Deus specialiter nominari fecit plagas Aegypti, quia Iudaei valde timuerunt eas: nam cum vidissent eas infligi Aegyptijs, & eos atrocissime torqueri intra se reformidabant ne tale malum incurerent: auferre autem eis hanc mali formidinem erat magnum eis beneficium, & hoc eos induceret ad obseruandum verba legis huius: sic enim fuerunt inducti ad obseruandum prima precepta, quae data sunt in Marath, vt patet Exo. 15. cap. Et adhaerebunt tibi. Scilicet diurne permanentes. Vniuersos languores. Languor ab intra est sicut infirmitas. Et plagas quae non sunt scriptae in volumine legis huius. Plures enim plagae uenerunt super Iudaeos male agentes quam hic scriptae sunt: quia particularia non possunt totaliter describi, & dicitur Iudaei, q̄ hoc verificatur in excoicatione Sedechie regis, vt patet 4. Reg. 25. de quo nihil est hic scriptum, & non solum est hoc, sed & multa alia, vt templi expoliatio, combustio, & ruina de qua nihil hic. Et remanebitis pauci in numero. Quia multi gladio, multi fame peribunt. Qui fueratis sicut astra caeli. Scilicet innumerabiles, vt patet supra primo cap. quia sic promiserat Deus Abraham, vt habetur Genes. 15. & 22. cap. Sic letabitur disperdens vos atque subuertens. Non letatur Deus, nec tristatur de bono vel malo vestro, quia non accrescit ei aliquid ex vobis, cum ipse solus sit sibi gaudium indeficiens: sed dicitur letari in his quae beneficiunt, & quia recte fit quod bene agentes remunerentur, & male agentes puniantur, vt sicut meritum ordinatur per praemium, ita demeritum ordinatur per poenam: ideo sicut Deus gaudere dicitur nos pro bona operatione remunerans, ita gaudere dicitur nos pro peccato puniens. Et sicut ante letatus est dominus super vos. Idest de vobis. Bene vobis faciens. Scilicet dans vobis excellentiam in honore, & abundantiam temporalis prosperitatis super omnes alias gentes. Vosque multiplicans. In faciendo vos esse magnum populum, & multos viros habentem. Sic letabitur disperdens vos. Idest non puteris, quod obleruabit vobis aliquem fatiorem dolendo quod puniamini, vel non puniendo vos cum peccatis, eo quod vos diligat: sed in vtroque gaudebit, eo quod iustum est siue honores, siue poenas, lucra, & damna distribuere.

Quod necessarium est Deum esse semper summe gaudiosum etiam in punitione malorum, & quod impossibile est cum magis vno tempore quam alio delectari. Quaestio. VIIII.

Deus enim summe gaudiosus est, vt ait Aristot. 12. Meta. & est vna de passionibus quas ibi probat de Deo. Et patet, quia delectatio causatur in operatione naturali perfecta: etiam dicimus q̄ delectatio causatur in coniunctione obiecti perfecti ad potentiam dispositam, sed in Deo reperitur vtrunque perfectissime, quia est ibi obiectum summe bonum. Intellegibile summe perfectum, & summe bonum, & potentia optime disposita. Intellectus dispositissimus nulla fece terrena: labis inquinatus, & voluntas nulla distorzione deprauata, & quae ista semper praesentia sibi ipsis sunt, immo idem semper sunt, ideo necesse est semper in Deo delectationem esse. Et quia augmentata bonitate obiecti est magis delectationem quam ante erat, & augmentata dispositione patientis: sed cum in Deo idem sit intellectus, & quod intelligitur, & caetera quae ad accipientem p-

tinent, & iste intellectus diuinus non est maior vel minor, perfectior aut imperfectior vno tempore quam alio: nec igitur ipsum intelligibile quod est essentia vno tempore est maius, quam alio, cum Deus non angeatur, nec decrecat: ergo impossibile est magis vno tempore delectari quam alio, & necesse est eum semper delectari. Hoc est quod ait Aristot. 7. Ethic. in fine, q̄ Deus gaudet vnicā & simplici delectatione, quia natura diuina est simplicissima, natura aut nostra non est eade nec epiebres. i. iusta vel bene se habens. est enim natura diuina totaliter carens compositione, quia nec componitur ex materia & ex forma, sicut res naturales: nec ex genere & differentia, sicut collocatur abstracta accidentium, vt albedo & rubedo, quorum qualibet est composita ex genere & differentia, quia licet albedo non habeat materiam & formam, cum sit totaliter forma, tamen reperitur in ea differentia, quia s̄m aliquid reperitur in albedine ratio generis. I. entitatis vniuersalis indeterminate, reperitur etiam ratio magis specifica de terminatiua cuiuslibet, & ab ista sumitur ratio differentiae, quae duae rationes licet sint idem realiter, tamen non est eadem ratio vtriusque. ratio albi secundum colorem, & ratio albi secundum, q̄ est digregatiuum. Nec etiam componitur ex actu & potentia essentia diuina, quae actus & potentia consideratur in re secundum id quod est, & id quod esse potest. ens enim de actu proprie dicitur, de potentia autem secundario. si autem accipiamus hominem aut quamlibet rem naturalem reperimus in ea actum & potentiam: homo. n. homo est, & secundum q̄ homo non est potentia, sed actus: quia homo est actu homo, & non est in potentia ad esse hominem: ideo actus in homine vocatur ipsa humanitas, siue ipsum suppositum humanum, quia sicut iste homo non est in potentia ad humanitatem, ita nec est in potentia ad esse istum hominem: quodcumque ergo istorum potest dici in sorte actus: est etiam fortis in potentia ad esse album, ad esse musicum, ad esse sapientem, & sic de caeteris perfectionibus, & non habet eas in actu, ergo s̄m ista accipiunt in qualibet re creata duo haec. factus & potentia: actus. n. accipit ab eo qd̄ res est, & potentia ab eo qd̄ res esse potest. Dicendum ergo q̄ in qualibet re creata vocatur actus ipsa substantia rei, siue accipiat abstractiue, siue concretiue, vniuersaliter aut particulariter, & isto modo in angelis est compositio ex actu & potentia, quia angeli non sunt quicquid esse possunt, sed aliud possunt esse, quod adhuc non est: nam si angelus esset quicquid esse posset, non reciperet felicitatem per visionem beatificam Dei, quia ad quodcumque ab extra recipimus in potentia sumus, cum non sit nobis innatum: sed ipsi ab extra eam recipiunt, ergo sunt in potentia. Etiam si non essent in potentia, cessarent actus Hierarchici tres, quos ponit Dionysius in libro de angelica Hierarchia. sc̄p̄ficere, purgare, & illuminare: nam inferiores purgantur, perficiuntur, & illuminantur a superioribus, & per istos actus acquirunt aliquam perfectionem, quam antea non habebant: alioquin essent frustratorij isti actus, quod non est ponendum in illa congregatione Hierarchica. Si autem acquirunt aliquam perfectionem, necessarium est, q̄ essent in potentia ad recipiendum, alioquin non reciperent: vocabitur ergo actus in angelis id, quod sunt ipsi angeli, quod simul est substantia suppositalis, & specifica vocatur potentia quaedam receptiuitas alicuius, quod eis non inest: eodem enim modo in alijs rebus ponenda sunt actus & potentia. In Deo autem non reperitur ista compositio, quia Deus non est in potentia ad esse meliorem, ad esse sapienterem, & perfecterem, & sic de caeteris: sed quicquid esse poterat est, & hoc quae infinitus est: nam si esset ad aliquid in potentia, nondum esset

Tres actus hic Hierarchici.

Actus & potentia in Deo non recipiuntur.

esset perfectus: infinitum autem non est imperfectu: etiam quia extra infinitum nihil est: si enim bonitas Dei infinita est, sapientia Dei infinita est, & sic de ceteris attributis, impossibile est Deum esse in potentia ad aliquid, quia extra aliquam bonitatem infinitam non est alia bonitas, quia tunc illa infinita non esset, & extra sapientiam infinitam non est alia sapientia, & sic de ceteris attributis: necessarium est igitur id, quod est infinitum non esse in potentia, sed Deum infinitum consistere, ergo nec est in potentia ad aliquid, licet non conuertitur, quia potest aliquid non esse in potentia ad aliquid nisi esse finitum. Sic Arist. de Deo loquitur dicens eum esse sine potentia ad aliquid, ut patet in 12. Meta. ubi dicit eum esse finitum, sicut colligitur ex 8. Phys. & 2. de celo, & mundo, ubi ponit nullam esse infinitam potentiam: est igitur Deus carens compositione qua est ex actu & potentia, ex quo sequitur id quod dicitur dicitur. q. Deus sit purus actus, quia quicquid est diuiditur in actum & potentiam: sed in Deo non reperitur potentia. i. potentialitas, quia non est in potentia ad aliquid, ergo solum reperitur actus: sed nihil aliud est purus actus, nisi actus qui non est admixtus potentialitati: ergo Deus est purus actus. Et vocatur purus actus ad differentiam aliarum rerum: quia quilibet alia res componitur ex actu & potentia: ergo in qualibet re est actus & potentia, & sic quilibet res aliquo modo est actus & aliquo modo potentia: nulla tamen est simpliciter, vel purus actus: vocatur ergo homo actus, sed non purus actus. Deus autem purus actus dicitur. Est quarta & ultima compositio ex esse & essentia, & ab hac etiam Deus absolutus est: vocatur autem in qualibet re esse natura rei siue quidditas, vocatur esse ipsam subsistere: ista autem distincta sunt in rebus creatis, & patet quia essentia cuiuslibet rei est composita in naturalibus, quia habet duo predicata primi modi, quae dicuntur duo principia essentialia composita: humanitas enim compacta est, quia includit animal & corporale: sed nullius rei esse est compositum, cum esse sit actus signatus per istud verbum sum, vel subsistit: ergo esse & essentia distinguuntur. Item quidditas vel esse rei non est esse, quia essentia est aliquid pertinens ad predicata primi modi: esse autem aliquid accidentale, siue modus extrinsecus, & non pertinet ad aliquem modum perfectitatis.

Compositio ex esse & essentia nullo modo potest esse in Deo.

Item essentia non mensuratur secundum se tempore aut successione, esse tamen mensuratur successione, quia omnia creata quae sunt, habent esse succedens, & essentia siue non competit successio: ergo non sunt idem: id est in angelis, in quibus esse est ipsa natura sua, & esse est suum permanere: essentia autem non habet mensuram: sed permanere suum habet mensuram aeternitatis: quod ergo in qualibet re naturali sit successio in esse, & non in esse, vel compositio in essentia, & non in esse, facit esse distincta realiter esse & essentiam: inter ea autem quare aliter distinguuntur si in eodem sunt, vel faciunt unum aliquid, compositio aliqua est necessaria: in Deo autem non est aliqua talis compositio, quia ibi non potest argui ista esse distincta: quia essentia est composita, & esse non est compositum, sicut arguebatur in rebus naturalibus, quia in Deo nulla de precedentibus compositio reperitur, nec est hoc argui potest, quia essentia pertinet ad primum modum perfectitatis, & esse non pertinet ad aliquem modum, quia in Deo non reperitur alius modus perfectitatis proprie dictae, quia ibi non est aliqua compositio vel compositio: non ergo magis pertinet essentia Dei ad aliquem modum, quam esse. Item si esse & essentia in Deo differret sicut in nobis, sequeretur quod essentia in Deo duo distincta realiter, & non sunt personae, & tunc necesse erit dare duas deitates, aut quod aliquid sit in Deo quod non sit Deus: quorum utrunque re-

pugnat infinitati Dei in perfectione. Item cum essentia sit actus primus, & esse sit actus secundus, & actus secundus sit magis actus quam actus primus, cum magis recedat a natura potentialitatis, si in Deo distingueretur esse & essentia, daretur necessario aliquid, quod magis actus & minus actus in Deo, & magis perfectum & minus perfectum: hoc autem repugnat infinitati Dei: quia in Deo quicquid est, est infinitum. repugnat autem infinito magis & minus, cum sint passionis quantitatis finitae. Item non potest dici distingui esse & essentia in Deo, quia essentia non mensuratur successione, & esse mensuratur successione: nam permanentia vel duratio Dei quae est suum esse, sicut in qualibet re permanentia, siue existentia est esse eius, non est successiva, quia duratio Dei aeternitate mensuratur. q. sicut esse nostrum mensuratur tempore, & duratio angeli aeternitate mensuratur, ita duratio Dei aeternitate est: est autem aeternitas interminabilis vitae simul tota & perfecta possessio, ut ait Boetius de consol. lib. 5. profa vlti. repugnat autem Deo quod suum esse sit in successione aut temporis, aut aeternitatis ex parte infinitatis. nam in infinito nihil abest nihilque adijci potest, alioquin iam ex ea parte finitum est: si autem esse Dei esset in successione, haberet nunc aliquam partem, quam non habuit pridem, & aliquam habiturus esset quam nunc non habuisset, & sic aliquid infinito abesset, & aliquid deperderet, ex quo sequeretur quod non esset summum bonum, quia maius bonum est illud quod habet suum esse totum simul, nec quicquam aduenit, aut recedit: patet antecedens quia cum esse hominis sit in successione: pars aliqua ei aduenit. i. pueritia, partem aliquam nunc agit. i. iuuentutem, partem aliquam expectat. i. senectutem: in Deo autem quia tale quid assignari non potest, non potest poni distincta essentia & esse. Apparet ergo euidentissime ex praedictis, quod in Deo nulla sit compositio species, sed omnimoda simplicitas, cum soli illi 4. modi compositiois assignentur, de quibus nullus est in Deo, ut probatum est: ad praesens autem non curado de alijs modis, quia solus vnus nobis sufficit. i. tertius qui est compositio ex actu & potentia, cum probatum sit, quod in Deo non sit compositio ex actu & potentia, non distinguuntur in eo id quod est, & quod esse potest: ergo Deus nunquam recipit aliquid de nouo, sed quicquid nunc habet, & habuit ab aeterno, & propter id quod nunc habet, in aeternum nihil esse habiturus: necesse est, ergo quod aut nunc sit tristis, aut quod semper habuit, & habet eandem delectationem, & patet consequentia, quia Deus aut est tristis, aut cum delectatione: non est. dare medium, cum substantia intelligens & volens semper habeat aliquid horum: Deum autem esse tristitem omnes abominantur, quia tunc non esset summum bonum, imò nec videretur esse bonum, cum semper triste fuisset & futurum esset: si autem in delectatione est, cum non possit aliquid recipere, nec vnquam poterit, necesse est, ut delectationem quam habuit ab aeterno, nunc habet, & eandem necessario habiturus sit, & sic concluditur quod ait Arist. in fine. 7. Ethic. q. delectatio Dei est simplicissima, quia semper est vna, quae nec aliquo tempore recipit, aut claudenda, & vno tempore non est intensior quam in alio. quia igitur nulla mutatio in ea sit aut compositio, est simplicissima, & ista non est delectatio Dei tanquam aliud sit natura Dei, & aliud delectatio Dei, sed quod aliud natura est, & delectatio est: in nobis autem non est eadem delectatio propter naturam nostram non esse vnā: nec epitelrem, nam ut supra declarauimus in nobis reperuntur omnia genera compositiois, sicut in omnibus rebus naturalibus: sed nunc solus sufficit vnus modus compositiois. i. ex actu & potentia: aliud enim est quod sumus, & aliud quod esse possumus, & cum multa esse possumus, necesse est, ut delectatio nostra multiplex sit: possumus. n. esse sapientes, esse boni, esse honorati, esse potentes, & sic de ceteris, quae

Esse hois est in successione.

Correlatum.

Necesse est delectationem nostram esse multiplicem sed in Deo simplicissimam.

Quo in punitioe maiorum delectatur Deus.

Dispersio Iudaeorum completa per Christum.

quae nobis aduenire possunt: in quolibet autem istorum si quod reperitur ratio boni, est quaedam delectatio: ergo necessarium est delectationem nostram esse multiplicem, hoc quidem propter naturam non esse vnā: dicitur etiam Arist. in eodem 7. Ethic. quod non est eadem delectatio propter naturam epitelrem. i. bonam vel bene se habentem, nam dato quod sit natura nostra multiplex, tamen si esset epitelres. i. bene ordinata secundum virtutem, licet inclinaretur ad multa ad quae est in potentia, tamen desertis illis ad solum illud quod est verum bonum, secundum habitum virtutis se flecteret: accipiendo ergo proprie Deus semper gaudet, quia ut ait Arist. in 12. Met. vna de proprietatibus Dei est, semper esse gaudiosum, & sicut impossibile est Deum non esse Deum, ita impossibile est Deum non letari semper: licet ista letitia Dei non est de bono nostro, aut malo, sed de essentia sua, quae est summum bonum, quae ipse fruatur, immo ipsa letitia est ipsa essentia: in ista autem essentia est praesentia, & praedestinatio Dei aeterna, & prouidentia omnium rerum, & cum ista praedestinatio, praesentia, & prouidentia sint idem eum essentia, sicut essentia est delectatio Dei, & praesentia, autque prouidentia, sunt delectatio Dei, non quidem res praesentia, praedestinata, aut prouisa, quia istae extra Deum sunt: nec affectio boni praedestinatio, aut praesentia pena, vel prouisiuentus, quia ista identidem a Deo extranea sunt, & letitia sua non est de extrinsecis, sed de seipso. cum autem dicitur hic, quod sicut Deus letatus est multipliciter in Israelitis, ita letabitur disperdens eos: est sensus, quod Deus disposuit ex mera libertate, & gratia Iudeos multiplicare eis multa alia bona faciendo, ita disposuit eos disperdere, cum male egissent, & dispositio de multiplicatione hebraeorum est Dei essentia, ita & dispositio de eorum punitio est Dei prouidentia, & essentia. si ergo Deus letatur in essentia sua, necesse est eum letari in ista praedestinatione: in executione autem horum. i. in actuali multiplicatione, & in actuali destructione non letatur Deus, quia extra eum ista sunt, sed in quantum ista in executione habent quadam relationem ad praedestinationem Dei, & praedestinationem eternam, per modum similitudinis dicitur esse isti effectus tales in quibus secundum convenientiam rei Deus delectari debet, quia sic illud fieri vult, licet in his non delectatur, nisi secundum quod instituit, & sic delectatur in sua essentia, quae est idem cum prouidentia, praedestinatione, & praesentia: sunt tamen isti modi loquendi vulgares. i. quod Deus delectetur in aliquo, aut tristetur, quia illa res fieri vult, & res illa talis est, in qua ipse gaudium suscipi potest: Deus autem quia ex mera liberalitate disposuit ab aeterno multiplicare hebraeos, quia multiplicabat eos dicebatur letari, & quia disposuerat ab aeterno eos punire cum peccarent, dicebatur letari cum actualiter puniret, in quantum ista sunt convenientia dispositioni, & voluntati suae in quibus ipse delectatur.

ab Oriente. Usque ad terminos eius. id est usque ad fines terra, scilicet ad occidentem, austrum, & boream. Seruus tibi diis alienis. Supra in isto cap. expositum est. In gentibus quoque illis non quiesces. Quia domini temporales aliquando eos persequuntur deprimentes valde, & eicientes de vno loco in alium. Nec erit requies vestigio pedis tui. Quia semper sunt in motu secundum mandatum dominorum suorum, ita quod non quiescant pedes eorum. Dabit enim tibi dominus cor pauidum. Istam maledictionem nunc Iudei habent: nec mirandum de eis, quod timidi sint, cum Deus eis in hoc peccatum inflixerit. Et adhuc facit nimis nutritio a puero, quia a tenera aetate timere discunt, cum christiani eos adhuc teneros persequi incipiant, diripere, & percutere.

Cor pauidum quid sit. Et quod melius sit educare pueros, ita ut generetur in eis cor nobile, & generosum. Quasi. IX.

Cor pauidum est cor fractum, quod omni mandato cedit, nec vnquam animositates suas exercere permittitur: sunt enim hominibus, & bestiis quaedam animositates, quae pertinent ad passionem iracundiae, secundum quas aliquis auder fortia aggredi, & resistere duris: cum autem cor nostrum a tenera aetate discipline seruili mancipatur, ita quod nullo modo agere permittatur secundum suam inclinationem, efficiuntur timidi cordis, ad omnem duriciem pauentes, cum semper afflicti fuerimus cedere, & nunquam superare, & hoc verum sit, nisi sint homines virtuosus valde, qui agentes contra inclinationem, aut impressionem suam, ex apprehensione, & intentione boni finis, aggrediantur fortia ad quae non inclinatur: si autem homines moderentur circa passiones iracundiae disciplina liberali, scilicet, quod non comprimatur in omnibus, & erudiatur ad timorem fracti animi, sed interdum castigetur, ne accensa iracundiae passione totaliter insolecat, & interdum secundum inclinationem passionalem agere permittatur, ne animo litas frangatur, & non infurgat ad aggressionem aliquorum difficultium, aut resistentiam in duris, sed totaliter subiacet omni mori: & ista sunt ignobilia corda ad omne bonum prorsus inepta, maxime ad bona ciuilia defendenda: non oportet ergo erudientem pueros a tenera aetate eos totaliter frangere disciplina seruili attonitos faciendo, maxime quantum ad passionem animositatis, sed aliquid eis permittere ex proprio motu agere, ut agnoscerent in eis nobile cor. Iudei autem a tenera aetate, immo a progenitoribus suis ab antiquissimis in timore, & castigatione seruili mancipati sunt: ideo causantur in eis fracti animi, ita ut ad nullum durum, & difficile audeant, & ista est vna de causis, quare Deus gentem illam hebraeorum quam de Aegypto eduxit, in vastam solitudinem mori fecit. nam licet peccata sua hoc promeruisent, tamen Deus qui ipsa mala ordinat, ad hanc utilitatem reduxit, ut orientetur alius populus durus & indomitus, qui hostibus non cederet. Nam illi qui de Aegypto exierunt, semper Aegyptiaca captiuitate depressi fuerant, & durissimo iugo, quia nunc in nouissimis diebus seruitutis ingratauerat super eos Pharaon iugum suum, ita ut vitam suam exosam haberent, nec audent caput attollere. isti ergo non haberent aliquam animositatem ad inuadendum turbas hostiles, aut ad sustinendum impetum earum: unde cum primo irruerunt super eos Amalechitae occiderunt eos, qui erant in fine castrorum, ut patet supra vigesimo sexto c. & postea misit Iosue in ducem

Iudei, qui exierunt de Aegypto erant semper pauidi corde, quare oportuit aliam gratiam fortiozem suscitare i deserto.

contra ipsos cum bellatoribus viris, superabant Iudei ab Amalechitis, nisi Moyses oratione prauulisset: quia cum eleuaret manus superabat Israel: cum vero deprimeret eas, superabat Amalechita, vt patet Exo. 17. cap. Et in secundo bello iterum in secundo anno, qñ erant in Cadesbarne castra filiorum Israel. & ascēderent Israelitæ in montem vbi erant Amalechita, & Chananæi, qui irruerunt in Iudæos: Iudæi aut fugientes cegi sunt ab Amalechitis, & Chananæis, vique in Hor: nam vt patet Nu. 14. cap. & s. primo, & sicut erat isti Iudæi egredientes de Aegyptiaca fermitate pauidi cordis, & alias ita erat q̄ Aegyptios, & potissime, quia semper cognouerant eos, vt dñs, & vultum eorum formidabat: nam & Leones domitorum sui, cuius ferula assueti sunt, vultum expaunt: alios aut: hoies nō timent: ideo cum ante transitum maris rubri venientes Aegyptios sup se conspexerunt, timore valido paunitates desperare cęperunt murmurātes q̄ Moysen atque dicentes: nunquid deerant sepulchra in Aegypto: ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine, quid hoc facere voluisti, vt educeres nos de Aegypto? nonne iste est fermo quem loquebamur ad te in Aegypto dicentes, recede a nobis, vt seruiamus Aegyptijs: multo enim melius est eis seruire, quam mori in solitudine, vt patet Exo. 14. cap. & non solum hostes præsentes fugiebant, sed et abfentes valde formidabant, vt patet qñ venerunt exploratores de terra Chanaan, & dixerunt ibi esse vrbes munitissimas, & monstra q̄dam filiorum Enachin, quibus comparati videbantur locustæ. Audientes hæc Israelitæ planxerunt planctu magno tanquam paruuli ferulam formidantes: & dixerunt constitui tuam nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum, vt patet Num. 13. & 14. ca. non ergo erat ista gens conueniens ad bellum: omnes ergo viri bellatores Iudæorum, qui de Aegypto egressi sunt. sc. a 20. annis, & s. mortui sunt in deserto, antequam accederent ad terram, vbi eis daretur occasio pugnandi. Nā prima pugnandi occasio fuit cū gentibus Amorrhæorum, & duorum regum Seon regis Efebon, & Og regis Basan, qui erant dñi illius terræ Chananæorum, q̄ erat ante transitum Iordanis, licet cum alijs habuerint occasionaliter, & incidentaliter q̄dam parua bella, sed non acceperunt ab eis aliquam terram. primo pugnaverunt cum Amalechitis, vt patet Exo. 17. cap. Secundo pugnaverunt cum Amalechitis, & Chananæis simul, vt patet Num. 14. cap. deinde pugnaverunt cum Chananæo rege Arad, vt patet Nu. 22. c. sed hæc parui momenti bella fuerunt, & in his erant partim bellatores egressi de Aegypto, partim nati in deserto. cum vero inceperit pugnare cum Amorrhæis duobus regibus mortui erant oēs viri bellatores, qui exierant de Aegypto potentes pugnare. sc. a 20. annis, supra, vt patet supra 2. c. ex ordine litterę, quia Israelitę venientes per desertum prius venerunt ad torrentem nomine Zareth: deinde ad p̄sina terræ Moab ad ciuitatem nomine Ar, & postea ad terram regis Seon, & Og, sed antequam accessissent ad torrentem Zareth mortui erant oēs viri bellatores exētes de Aegypto: ergo non accessit aliquis de illis ad terram duorum regum Amorrhæorum ad pugnandū cū eis, quod patet s. 2. c. cum dñs tps aut quo ambulauimus de Cadesbarne vsq; ad transitum torrentis Zareth. 38. annoru fuit, donec consumeretur generatio hoium bellatorū de castris, sicut iurauerat Dñs, cuius manus sunt, vt interirent de castrorum medio: postquam aut vniuersi ceciderunt pugnatōres, locus est Dominus ad me, dicens tu transibis hodie terminos filiorū Ammon vrbem nomine Ar, &c. non decuit ergo istos ire ad aliqua bella fortia, ne corde pauintes Amorrhæorum populis, qui erant fortissimi pugnatōres, terga verte-

rent, sed dum isti interirent in deserto spatio annorū 40. de filijs istorum, qui in deserto nati sunt, & de his qui in parua etate de Aegypto exierant; ita vt non essent assueti seruituri, factus est quidam alius populus fortis viribus, & corde indomitus, vt pote qui in toto 40. annorū tpe in deserto nullum temporalem dominū cognouerant, & isti conuenienter bella gerebant cum Chananæis, Et descientes oculos. Quando visis aliquibus tristibus & terribilibus dolere, & deplorare nō sufficimus, & sic oculi ex nimio fletu caligant, & a naturali humiditate deficiunt, quia lachrymarum materia ardore suo omnia consumit, & aciem visus hebetat: vnde qui in vnum lachrymas fundunt, post modicum tempus nihil vident. Et animam consumptam merere. Merere dicit interiorē tristitiā sine lachrymis: flere dicit lachrymarum emissiones. & iste meror consuetam vitam. i. vitam, quia cura, & meror hominē deficcant ad senium cito perducens, quia animus gaudēs floridam facit etatem, spiritus tristis deficcant ossa. Erit vita tua quasi pendens ante te. Id est, q̄ tu cōtemplaberis semper vitā tuam quasi sub periculo mortis positam. Timebis nocte & die. Id est omni tempore. Non credes vitæ tuæ. Id est non confides de vita tua, quia tantum timebis, q̄ putabis te viuere non posse etiam de mane vsque ad vesperum. Et mane dices quis mihi det vesperum. In qualibet hora timebis, & quia non putans te posse viuere per totam diem desiderabis noctem, vt euadas timorem diurnū. Et eum fueris in nocte timens nocturna non confidens vitę tuę desiderabis diem, & sic eris miserabilis vita tua semper in pendulo posita. Propter cordis tui formidinem. Potest hoc referri ad noctē, in qua homines magis pauent, quia terribilis est nox, maxime si Deus demōstraret eis aliquas horribiles visiones, sicut demonstrabat Aegyptijs, vt patet supra cap. 4. Et propter ea quæ tuis videbis oculis. Potest referri ad diē in qua mala multa videre poterant, quæ timorem incurerent. Vel potest vt unque referri ad diem, ita q̄ formido cordis causaretur ex his, quę videbat oculis in die. Reducet te dominus classibus in Aegyptum. In destructione Ierusalem per Titum & Vespasianum capta quasi innumerabili multitudine Iudæorum multi per mercatores classibus in Alexandriam ciuitatem magnā Aegypti conuerti sunt, vbi vix habuerunt emptores, vt ait Ioseph in libro de Iudaico bello, & hoc erat valde abominabile Iudæis, quia Deus mandauerat eis ne vnquam amplius redirent in Aegyptum, vt patet supra 17. cap. Causa autem huius mandati Dei fuit, ne beneficium liberationis de terra illa paruum videretur, si ipsi voluntate illuc redirent: Iudæi etiam fuerunt in Aegyptum ducti alias, non quidem quod ipsi ducti fuerint ab alijs, sed quia ipsi timore bellorum, & inopię recesserunt in Aegyptum tempore Hieremię prophete facta captiuitate Iudæorū per Babylonios, & desolatione vrbs, & templi per Nabuchodonosor, & Nabuzardan, & istis scribebant alij Iudæi, qui post captiuitatem Babylonicam, & reditum de illa erant in Iudæa, scilicet tempore Machabæorum, vt patet 2. Machabæorum. capit. primo, in principio cum dicitur in salutatione epistolari fratribus, qui sunt in Aegypto Iudæis fratres, qui in Iudæa salutem, per aliqua etiam bella illuc transierant aliqui de Iudæis, & facti fuerant serui Aegyptiorum, vnde postea Ptolomæus rex Aegypti, qui Bibliam in græcum idioma fecit transferri apud Alexandriam per septuaginta interpretes Iudæorum missos ab Eleazaro sacerdote magno Iudæorum dedit plures, quam centum mille Iudæos, qui erant captiui in Aegypto in seruitute, dato pretio dñis suis pro quolibet eorū, vt ait Iosephus in lib. Antiquitatu. licet ergo maior fuerit strages, & dispersio Iudæorum

Iudæi vix habuerunt emptores.

An lex data in Oreb, & in Moab sint vna lex, vel dua. Et in quo proprie consistat vnitas legis. Questio. 1.

rum per omnia mundi climata in destructione Titi, & Vespasiani, quam in Babylonica, aut Assyriorum: tamen quantum ad reductionem in Aegypto etiam fuerunt ducti alias. Per viam de qua dixit tibi ne amplius uideres eum. Supra 17. c. mādatur fuit ne rex multiplicaret equos, ne reduceret populum in Aegyptū equitatus numero subleuaret: presertim cum præceperit dominus ne amplius per eandem viam redeant. Ibi vnderis inimicis tuis in seruis & ancillis. i. Aegyptijs qui opprēsserant eos in Aegypto, & ita Iudæi reputabant eos inimicos suos licet Deus mādauerit, q̄ nō abominaretur Aegyptios, vt patet s. 23. c. de quo magis late ibi. Et non erit qui emat. Quia omnes te vilipendent.

CAP. XXIX.

Hæc sunt verba fœderis quod præcepit dominus Moysi, vt feriret cū filijs Israel in terra Moab, præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Oreb. Vocauitq; Moyses omnem Israel, & dixit ad eos. &c.

Hæc sunt. Promulgatis supra maledictionibus, & benedictionibus super transgressores, & obseruatores legis: hic consequenter ponitur supradictorum facta susceptio ab eis, quia sicut in monte Synai post dationem legis cōfirmatio subsecuta fuit, vt patet Exo. 24. aspergēdo populum sanguine, & altare in signum facti fœderis: ita hic posita. s. secunda lege, & maledictionibus, & benedictionibus, ponitur hic populus eandem recipiens eum eidem conditionibus, & tanguntur etiam. Primū susceptiois causa motiua, siue ratio. Secundo ipsa susceptio ibi. Vos statis hodie. Tertio transgressorum puniō ibi. Vos enim nostis. Hæc sunt verba fœderis. i. ista quę prædicta sunt a principio libri huius vsque nunc sunt verba fœderis. i. legis, siue compositionis, vel conuentionis. Quæ præcepit dominus Moysi, vt feriret cū filijs Israel. Id est, quod Deus mandauit Moysi, & conueniret cum filijs Israel, & obseruarent hæc, & est locutio ista ad modum antiquorū qui in conuentionibus, vt firmiores essent, seriebāt fœdus. i. occidebant aliquod animal ad notandum, q̄ fractores conuentionis sic puniri deberent. In terra Moab. Non q̄ locus in quo erant castra quando Moyses ista dixit, pertineret ad regnum Moabitarum, sed quia erat quædam vallis cōtra phanabatur terra Moabitarum, & campestris, & plana descendētia a monte illo vocantur campestris Moab, vt patet Nume. 33. c. sed tamen terra erat de dominio regis Seon, quem ipsi occiderant, & hoc clare patet supra 3. & 4. c. in fine cuiuslibet illorum. Præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Oreb. Et sic vocatur ista alia lex ab illa, quæ continetur in Exodo, & Leuitico, & Numero, & sic vocatur lex secunda, vel duplicata; supra 17. ca. secundum litteram hebraicam, quia vbi nos dicimus describit sibi Deuteronomium legis huius habent ipsi. Misue thora. i. lex secunda, vel duplicata non est tamen ista totaliter distincta a prima, ita q̄ proprie duæ leges dicantur, quia isti quinque libri vocant. Thora. Hebraice. i. lex non plures, sed vna. vocatur tamen liber secunda lex, quia id quod primo dictum fuit in alijs libris, reperitur, & aliqua noua superadduntur, & quantum ad ista super addita dicitur.

Susceptiois causa motiua siue ratio.

videndum autem vtrum lex quæ data fuit in Oreb, & lex quæ fuit hic data in valle terræ Moab fuerint duę leges: cōsiderādū est in quo consistit proprie vnitas legis. Et sciendum, q̄ sic est de lege, sicut de scientia: est enim scientia habitus, & est de obiecto, & accipit esse ab obiecto specificē: & sicut accipit esse, ita accipit distinctionem & vnitatem, quia vnitas immediate cōsequitur ens, & patet hoc per Aristote. in tertio de Anima, vbi ait, secantur scientiæ quemadmodum ea ex quibus fiunt. i. distinguuntur scientiæ sc̄m distinctionem obiectorum de quibus fiunt. ista obiecta habent diuersas particulas quibus competunt diuersæ passiones, quę demonstrantur de eis: de qualibet autem propositionum demonstratarum est vna scientia, cum sciētia sit habitus conclusionis demonstrata, & conclusiones istæ sunt diuersæ: ita oportet esse diuersas scientias, & hoc est accipere scientiam strictissime. Alio modo est sciētia large sumpta vna quæ est de vno genere obiecti, & sic cum homo sit vnum genus obiecti habens partes & proprietates, consideratio de hoīe faciet vnam sciētiā, & omnes habitus conclusionum demonstratarum de homine facient vnam scientiam, quę non sit vnus habitus secundum rem, sed sc̄m aggregationem. Alio mō accipitur generalius adhuc vna sc̄ia, qñ accipitur vnum obiectū valde cōe, & ab vnitate illius sc̄ia dñ vna, licet multæ conclusiones sint, & multæ partes subiecti illius, immo multa subiecta distinctarum rationum cōuenientia in illa ratione vniuersali obiecti alicuius, quod est cōe, sicut sciētia de hoīe, & de capra, & de lapide, & ferro, & aia, atq; arbore, ceterisq; similibus est vna, licet ista obiecta diuersa sint, quia conueniunt in vnitate corporis naturalis, cū omnia hæc sint corpora naturalia: habitus tñ hic multi sunt, & valde diuersi: tñ sicut sunt vna scientia, ita sunt vnus habitus, sed vnus habitus sunt per valde magnam aggregationem. Ita philosophia naturalis, q̄ considerat de omnibus his, & de plurimis sub vna ratione cōmuni. sc̄m corporis naturalis, est vna scientia vnitate valde larga, quæ non est ita proprie vna sicut scientia, quę est de hoīe, & a fortiori non est vna sicut scientia, quæ est habitus vnus conclusionis solum: de lege aut dicendum est q̄ lex non est aliquis actus intellectus, aut voluntatis: nec est aliquis habitus speculatiuus, aut practicus, quia habitus non est complexus, sed quædā simplex qualitas: lex aut complexa est, quia lex phibet, aut præcipit, vel permittit, vt ait Isidorus Etym. lib. 4. sed non p̄inet ad incomplexū: hoc est igitur lex q̄dā oīo imperatiua, vel quasi imperatiua, & non solū est lex oīo, sed oīo habitualiter manēs, licet ista lex aīr manet habitualiter in mente principis, aīr in mente subditi: nam in intellectu principis lex est q̄dam cōceptio determinata ab intellectu politico directa ad regulationem subditorū, & est lex tanq̄ actus intellectus principis, vel potius aliqd cau fatū p̄ intellectum principis, & non dirigit ad seipsū, ita q̄ sit regula ipsius principis, sed potius est regulata ab intellectu principis, cum intellectus politici eius disputet de equitate, vel iniquitate legis huius, & sc̄m iudiciū habitus prudēcialis politici est directio legis, & cōsideratio vtrū iusta an iniusta sit: lex aut in intellectu subditorum ponitur loco habitus prudēcialis, vel cū ipsa prudentia: licet ipsa lex si perfecta est supplet totaliter locū prudentię in subdito: sic ait Arist. in 3. Politic. q̄ habita perfecta legis ratione non est necessaria prudentia: est igitur in eis lex tanquam quædā p̄positio, aut potius imperatiua oīo directiua actus subditorū

in quibus est, & determinans sup necessitate actiones eorū ad certū modū operandi. Et nō est ibi lex aliqd causatū ab intellectu eorum, sed aliquid directiuum actus intellectus, & voluntatis. Habet se, igit lex p̄rio mō in intellectu principis, & subditorū, q̄a in intellectu principis est, vt directa, & causata, in intellectu subditorū est tanquā dirigens & coarctans: iō lex put est in intellectu principis, nō est pprie lex, put aut est in intellectu subditorū est pprie lex, cuius causa est, q̄a actus pprius legis est regulare, cū sit p̄ceptiuā, & phibitiua, sed vt in intellectu principis existit, nō est p̄ceptiuā; q̄a non p̄cipit ei, nec coarctat actiones suas ad certū modum, sicut coarctat actiones subditorū: ergo subditū proprie p̄cipit lex in mō legis, nō aut in principe. Nūc aut p̄siderandū circa vnitatē legū; q̄a cū q̄libet lex sit formaliter p̄ceptū, p̄missio, aut prohibitiō, sicut sunt multa phibitiones, p̄cepta, & p̄missiones: ita necessarium est dari diuersas leges, & q̄a in qualibet orōne p̄ceptiuā est p̄ceptū, quot sunt orōnes p̄ceptiuā: tot sunt p̄cepta, & q̄a in istis libris Moyſi sunt plura q̄ sexcenta p̄cepta: ergo necessariū est esse plures q̄ sexcentas leges, sicut sexcenti habitus p̄sonarū sunt sexcenta sc̄e disticte accipiendo vnitatē sciētiae stricte, & hoc mō non totū ista lex, q̄ fuit data in terra Moab, & lex data in mōte Synai est vna lex: sed plures q̄ quadraginta, quia plura q̄ 40. p̄cepta data sunt, imo plura quam trecenta, aut quadringenta, p̄siderandū oīa, q̄ hnt in Exo. ex ca. 20. vsq; ad finem, & totum Leuiticū, & maiorem partē p̄ceptorū libri Numerorum. oīa. n. hęc data sunt in monte Synai, vt probatumus s. 26. c. & lex, quā data est hic in terra Moab nō est vna, sed valde multe, quia multa p̄cepta cōprehendunt in hoc libro. Alio mō p̄t p̄siderari vnitās, aut diuersitas legum per comparisonem ad Legislatōrē p̄dentem, & ad subditum recipientem: nam sicut in scientia est, q̄ si sint habitus circa obiecta disticte, necesse est ēe plures sciētias disticte, ita in lege populū, vel subditi cui dāt lex, sunt aliquomodo tanquā obiecta: ideo q̄ multa, & diuersa p̄gregationes subditorum sunt, necesse est leges illis datas esse diuersas, non tamen p̄uertitur p̄na, quia licet necesse sit diuersitū subditorum leges esse diuersas; tū non est necessariū eorundem subditorum leges esse easdem, quia alia sunt non identitatis causa, & isto modo non sunt istę leges diuersa. s. quā data est in monte Synai, & quā data est in terra Moab, quia idem populus est cui data est vtraque legislatio. Considerantur etiam leges eadem, vt diuersa respectu Legislatoris a quo sunt: nam necesse est leges a diuersis Legislatoribus datas esse diuersas, & est de legibus, sicut de scientia: nam sicut se habēt scientiā ad intellectu, a quo causantur: ita se habent leges ad principem, a quo causantur, & in cuius intellectu sunt. necesse est enim habitus in diuersis potentijs existentes esse diuersos, vt habitus in intellectu existentes, & in voluntate sunt necessario differentes, non tamen conuertitur, q̄ si sunt aliqui habitus in eadem potentia, q̄ sit idem habitus, q̄a diuersitas causa alia sunt multa, ita de lege si sint leges facta a diuersis p̄ditoribus necesse est esse diuersas, non tū p̄uertitur q̄ leges causatę ab eodem principe sunt eodem, quia p̄nt esse diuersa ex alijs causis; vt p̄tore ex diuersitate subditorum, & quantum ad istam modum eorundem leges erant istę & illa, quia Deus, qui illam legem dedit in Oreb, dedit hanc in campestribus Moab: Nec obstat, si dicas, q̄ illa, quā data fuit in Oreb, fuit lex Dei: ea autem quā fuit data in campestribus Moab fuit lex Moyſi, quia infra 33. cap. dicitur legem p̄cepit nobis Moyſes. Et non potest intelligi nisi de ista, quā in hoc libro continetur: ergo sunt a duobus actionibus & legislatoribus.

Lex quō intellecta principis & quō in subditis se habet.

Legislatio accipit vnitatē ex cōditore.

Rūdetur q̄ nō sunt diuersi legislatores: Deus. n. dedit legem illam in Oreb, & ipsemet dedit hanc in campestribus Moab, & pater hic in litera cum dī, hęc sunt verba federis, q̄ p̄cepit Deus Moyſi, vt feriret cū Israel: Deus igitur dedit cum ipse mandauerit Moyſi, vt publicaret hęc, & componeret cū Israelitis, sic patet s. 26. c. vbi de hac lege agitur, & dī hodie dñs De⁹ tuus p̄cepit tibi, vt facias mandata hęc: dñm elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, & custodias mandata eius, & ceremonias. Et obediās eius impio. en dñs elegit te hodie, vt sis popul⁹ peculiaris, sicut locutus est tibi: ergo manifestum est, q̄ De⁹ hanc legem dedit, cum ista dicatū p̄cepta & ceremoniā eius, & propter obseruationē horū Deus diceret eos accipere, vt populū peculiarē. Et si dicas, q̄ Moyſes protulit istam legem populo, nihil differt, quia non est magis, q̄ Moyſes protulerit quā q̄ Deus: quia Moyſes non protulit quasi a se profertur, sed vt minister Dei, & sic alia lex in monte Synai prolata est ministerio angelorum, & non per ipsum Deum immediate: sic ait Apostolus ad Gala. 3. c. lex data per angelos in manu mediatoris, sicut ibi angeli protulerunt & non Deus, ita hic Moyſes & non Deus, & si deberet vocari ista lex Moyſi, quia Moyſes eam protulit, & nō lex Dei, ita deberet vocari lex data in Oreb lex angelorum, & non Dei: quia angeli protulerunt eam: sed illud est falsum, ergo & hoc est igitur ista lex eadē illi quantum ad legislatōrē. Alio mō p̄t considerari vnitās legis aut diuersitas quantum ad tps̄ prolationis legis, ita q̄ p̄cepta quā in vno tpe prolata sunt, vōcantur vna lex, vel vna legislatio proprius, quę autem in diuersis temporibus prolatae sunt, dicantur diuersę leges vel diuersę legislationes, & non accipiunt rēp̄us stricte: quia impossibile est in eodem tempore eundē hominem profertre duas leges, sed vnam prius profert: aliam vero posterius, sed accipitur large tempore pro vna continuata mora mēsurante vnum actum continuum, vel quasi cōtinuum, & sic si legislator det leges vna die & altera atque alijs sequentibus, oēs leges datę in istis diebus, dicentur datę in eodem tempore, & dicentur eadem legislatio. Si autem nunc datur aliquę leges, & postea vsque ad vnum annum, vel duos non datur alię leges, dicentur illę leges alia, & in alio tempore datę: licet enim iste modus identitatis aut diuersitatis legum vñtatis sit in modo loquendi, tamen non ita est diuersitas legum, aut identitas per istum modum, sicut per alios duos: quia alij duo faciunt distictionem aut identitatem per aliquod, quod est legi essentialē: iste autem tertius modus est per aliquid extrinsecum. s. per tps̄. Accipiendo ergo isto mō identitatem aut diuersitatem legislationis dicendum, q̄ ista lex vel fēdus, & lex quā data est in Oreb sunt diuersa: leges vel fēdera, quia in diuersis temporibus datę sunt: s. vna in primō anno ab exitu de Aegypto, & alia in anno. 40. exitu de Aegypto. Et isto modo loquitur hic litera dicens, q̄ istud est aliud fēdus p̄ter id quod datum fuit in Oreb, scilicet q̄ in diuersis temporibus datę sunt hęc leges. P̄ter id quod pepigit in Oreb. Id est quod multa quę hic dicta sunt nō fuerunt ibi dicta: ex quo concluditur quod solum leges fuerūt datę in duobus locis, scilicet in monte Synai, & in Valle contra Phantum Phégor. Nam superflue poneretur hic p̄ter, si Deus in alijs locis quā in his duobus leges dedisset: nisi forte dicatur, q̄ leges datę hic & in Oreb dicuntur fēdus, & leges datę in alijs locis non dicuntur fēdus: sed hoc irrationabile est: ideo dicendum quod omnes leges, quę continentur in toto Exodo & toto Leuitico vsq; ad 27. c. Numerorum exclusiue de filiabus Salphaad fuerunt datę in monte Synai, & omnes leges q̄ habent a. 27. c. Nume.

Sensus litterę.

Nu. inclusiue, & in toto isto libro data fuerunt in valle p̄ phantum Phégor. Et patet hoc, quia p̄cepta, q̄ sunt in Exodo dicta sunt Moyſi, q̄n sterit cum dñō in monte, & ibi mandauit fabricari tabernaculum, & ibi dem fabricatum est, & in hoc terminatur Exodus. cū autem de Synai recesserunt, iam erat factum tabernaculum, quia portabatur a Leuitis, vt patet Nu. 10. c. Et ea quę continentur in Leuitico dicta sunt in monte Synai, vt patet Leui. vlt. c. vbi dī hęc verba locutus est Dñs ad Moyſen in mōte Synai: de his quę dī in lib. Num. a principio, vsque ad decimum c. satis patet, q̄ ibi in decimo c. dī quō castra mutata fuerunt de monte Synai ex c. 10. Num. vsque 27. c. non ponitur aliqua lex, vt in 15. & 16. & 17. & 18. & 19. c. in alijs aut sola narratur historia. In illis autem. c. dictum fuit quō illa mandata fuerunt in monte Synai. Ea autem quę continentur ex 27. c. Numerorum inclusiue, vsque huc dicta sunt in valle contra phantum Phégor, & patet, q̄a in c. 25. Nume. dī q̄ filij Israel morabantur in Sethin, sed Sethin, siue Belferthim est vltima mansio filiorum Israel, vt patet Num. 33. c. ergo ea quę post dicta sunt post illud non dicta fuerunt in aliqua alia mansione. Et ex hoc inferitur id quod aliqui communiter dnt. s. q̄ nunquam dicta sunt aliqua p̄cepta Moyſi, nisi in primo anno exitu de Aegypto, & in 40. Vocauit Moyſes vniuersum Israel. Dicitur nunc vocasse oēm Israel, quia forte dictis maledictionibus, & benedictionibus suprapositis facta fuit aliqua pausatio, ita q̄ totus populus reuertetur in castra sua ad sumendum cibum, vel aliquid aliud, & rursus vocauit eos Moyſes p̄ nuncios, vel tubas: sicut dicitur Nume. 10. c. pulsando ambas tubas non clangendo concife, & proluxe in vocibus minutissimis, sed in simplicibus sonis. Vel forte ista quę supradicta sunt, non audiebant omnes de Israel, sed maiores eorum: nunc autem quando ad istū punctum confirmationis deuentum est, fecit Moyſes vocari totum Israel. i. omnes alios qui ibi morant. Sed non est ista secunda expositio multum rationalis: scilicet, q̄ ad audiendas leges non staret totus popul⁹, & q̄ vocaretur post ad contentiendum, & confirmandum legem, quia nescirent quid non consentire, vel confirmare deberent cum non audiuissent. Item quia contrarium huius expositionis asseruimus supra primo c. circa principium: prima ergo tenenda est. *Vos vidijis.* Hic vult suadere eis, q̄ contentiant in lege quā dat Deus, quia multa bona eis commisit, quę hic enarrantur, & pro istis ingrati esse non debent. *Tentationes magnas.* Plaga inflicte Aegyptijs tentationes vocantur, quia per ea Deus tentabat Aegyptios, vt dimitterent populum suum, vel vocantur tentationes, id est aliqua experientia p̄nales ad notificandum malitiā cordis Aegyptiorum, quia sicut Deus sciebat voluntatem Abraham, quia erat sancta, & perfecta cum eo, tamen eum voluit sic tentare ad notificandum alijs bonitatem Abraham: ita in Aegyptijs sciebat quid eorum mala voluntas eligeret, sed eos sic tentare voluit, vt ahilientes Aegyptiorum duritiā cernerent. *Signa illa,* id est quędam ostensiones facta ad probandum, q̄ Deus miserat Moyſen. s. conuersio virgę in serpente, & econtrario, vt patet Exo. 7. cap. & mutatio manus non leprosa in leprosam, & econtrario coram senioribus Israel, vt patet Exo. cap. 4. in fine, licet ibi implicite ponitur dictum. *Portentiaq. ingentia.* Dicuntur portentosa magna miracula, quę in punishmentem aliquorum diriguatur, sicut fuerunt omnes plagę. *Et non dedit vobis dominus cor intelligens.* id est tāta beneficia Deus contulit, q̄ si vos haberetis cor intelligens. i. considerans ea, quę receptistis, & reddens gratias secundum q̄ reddi debent, non oporteret me suadere vobis, q̄ reciperetis legē Dei, quia vos gratis eam reciperetis.

Improbatio expositiois secundę.

Alph. Tost. super Deuter.

immo peteretis, ex hoc quia inconsiderantes erant post tanta beneficia enim totiens offenderunt, vt patet in p̄cedentibus libris, & habere cor intelligens ad grates reddendum de beneficijs a Deo datis, cum ipse det omne bonum. *Uelle, & perficere:* ideo nō dicitur, & non habuistis cor intelligēs, sed non dedit vobis dñs cor intelligens, vt referatur ad Deum qui dare deberet, sed non dedit, quia forte isti non se disposuerunt quantum naturaliter ex libero arbitrio poterant, quia hoc solum vult Deus, vel quia p̄ alia peccata demerebantur cor intelligens sibi dari, vel ex alijs causis occultis, ex quibus Deus saepe gratiam intelligētię in corde quantum ad agibilia p̄ctica, & gratiam rectitudinis in voluntate dare dicitur: sicut fuit in Apostolis qui cum Christo per tres annos conuersati sunt, & tū adhuc nec corde intelligentes erant, ne amore feruientes: Philippus. n. quasi a Christo nihil didicisset petiuit dñe ostende nobis patrem, de quo Christus quasi indignando loquitur, tanto tempore vobiscum sum, & non me cognouistis: Philippe qui videt me, videt & patrem meum, quō tu dicis ostende nobis patrem? de quo. Io. 14. c. Erant ēr in amore carnales, quia iurgia erant inter eos, & de maioriore contendebant, vt patet Matt. 18. Iacobus ēr, & Ioannes paulo ante mortē Christi federe ad dexteram, & sinistra eius petierunt, vitam eternam carnaliter desiderantes, vt hī Mat. 20. c. Et post resurrectionem suam cū de carnali erectione regni Israel requirebant dicentes, si in tpe hoc restitues regnum Israel, vt patet Act. 1. c. sed post superueniente spiritu sancto inenarrabiliter repleti sunt, vt iā omnibus transitorijs contemptis mortem pro Christo quasi dulcissimam vitam eligerent. *Oculos videntes, & aures quę possunt audire.* Bene. n. habuerunt oculos, & aures Israelitę, quia viderunt, & audierūt vniuersa mirabilia, quę fecit Deus, vt supra dī: sed dñr oculi videntes. i. attente respicientes ad ea quę videbant, vt inde insurgerent in laudem creatoris, nec habuerūt aures, vt diligenter audirent, & memorię commendarent, sed sic viderunt quasi nō vidissent, q̄ cito oblitī sunt beneficijs sui. *Vsque in presentem diem.* Quia ex die qua egressi fuerant de Aegypto vsq; diem illā qua loquebatur Moyſes, semper p̄ dñm rebelles extiterāt, vt patet supra 9. c. Et in hoc tacite insultabat eis, q̄ in tanto tpe beneficia Dei non attendissent. *Adduxit vos 40. annis.* Supra induxerat eos ad recipiendum legem, q̄a Deus eorum mala opera in deserto tolerauerat, nec eos delinit. hic ponitur alia ratio. s. de sustentatione & directione in deserto, quia in columna nubis per diē, & ignis per noctem p̄cedebat eos angelus, nec cessauit columna donec intrauerunt terrā promissionis, vt patet Exo. 13. c. *Adduxit vos 40. annis.* Nondum erat vñdecimi anni 40. vt patet supra in principio primi c. sed computat 40. annos, quia annus inceptus pro cōpleto hī fm̄ sacram scripturam, & fm̄ iura humana: p̄sertim cum hic complēdo 40. anno soli duo menses deficient, & postea completi sunt, quia non exierunt de deserto donec cōpletus annus 40. & iam inceptus erat annus 40. q̄n transferunt Iordanē. Attendendum aut est, q̄ in hoc quod dicit Moyſes eos adductos fuiffe per desertum 40. annis, vt ponere terminum illum tpe quo mansuri essent Israelitę in deserto: alioquin si dubium esset vtrū immediate exituri essent an moraturi ibi magno tpe, sicut morati sunt in Cadesbarne annis quasi 38. vt patet supra 2. c. non diceret adduxit nos Deus 40. annis p̄ desertū, q̄a forte adducerenť 80. annis, sed Moyſes sciebat, q̄ imediate exituri erāt desertum, & terrā illam, atque transaturi Iordanē, & hoc q̄a sententia data ē Israelitis solū p̄inebat 40. annibus manere debāt nō trahentes ad terrā possessionis.

V 3 lux.

Quomodo non fuerit attrita vestimenta iudaorum in deserto.

suæ, vt patet Nu. 14. c. & videbat iam Moyfes consummatum esse hunc numerum, certe cognouit, qd immediate transituri essent in requiem suam. Non sunt attrita vestimenta vestra. Quia a Deo conseruata fuerunt ne nudi essent, de quo magis diximus. s. c. 8. Nō est. n. dicendum, vt quidam volunt istos portasse tot vestimenta in deserto, vt toto isto tempore suffecerint, ga tunc non videretur esse miraculum: littera tamen ponit hic pro miraculo, qd nō fuerunt attrita, sed ad hoc falsum est, qd tot vestimenta portarent, quia ipsi nesciebant de tanto tempore in deserto manuros, sed mox terram possessionis sue intraturos: sicut confestim ingressi fuissent, nisi ipsi murmurantes obstaculum præbuisent, & dato, quod sciuissent sibi necessarias esse tot vestes, non erat eis forte facultas ad faciendum tot vestes: potissime quia non habebant in quo portaret tot vestes, cum asini, & iumenta ad subiectionē vxorum, & filiorum, paucarumq; supellestium vix sufficiebant, quia & super humeros filiorum, & filiarum suarum imposituri erant vestes, & alia supellestia asportata de Aegypto non sufficientibus iumentis, vt patet Exod. 3. c. Item dato, qd vellent portare, nescirent talia portare qualia conueniret portari, quia in deserto multi nati sunt, quibus vestimenta dari oporteret varia secundum ætatum varietates, & secundum corporulentiam diuersam, qualia non posset aliquis homo excogitare in Aegypto: ergo nisi vestes illæ quas de Aegypto attulerant, mansissent diuina virtute nō attrita, necesse erat eos breuiter fuisse nudos: eodem modo de calciamentis dicendum est, qd calciamenta illa manebant diuinitus.

Quomodo tot parvuli qui nati sunt in deserto tempore quadraginta annorum, vestes, & calciamenta habere poterant. Quest. II.

Sed quæret aliquis dato, qd illi qui de Aegypto exierunt habuerint vestes, & istæ manserint nō attrite 40. annis vsquequo intrauerunt in terrā Chanaan: quomodo tamen illi qui nati sunt in deserto vestes habere poterunt? quia valde magna multitudo in deserto nata est, cum tempore ingressus in terram Chanaan ad transitum Iordanis fuerunt sexcenta milia virorum bellatorum a 20. annis, & supra. & mille septingenti, vt patet Nume. 26. c. Et concluditur de istis in fine. cap. inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt a Moyse, & Aaron in deserto Synai: prædixerat enim dominus, qd omnes morerentur in solitudine, nullusq; mansit ex eis præter Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun: necesse igitur erat multos de istis natos fuisse in deserto: magna igitur copia vestium aliarum requirebatur pro istis. Aliquis forte respondebit, qd cum transirent per desertum a gentibus vicinis accipiebant vestes pro his. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo, quia Israelite per desertum ambulantes timebant omnes gentes, & ab omnibus timebantur: ideo non audebant accedere ad aliquam gentem ad petendum ab eis vestes, aut aliquid alterum. Item quia dato, qd aliqua gens daret eis libenter, tamen ipsi declinare non poterant ad aliquas gentes ad petendum hoc, quia ipsi dirigebantur per nubem, & ignem. Et ista columna dirigebat per vastam solitudinem non accedendo ad aliquam gentem. Si igitur aliqui eorum vellent ire ad aliquam gentem accepturi vestes, nescirent ire, aut redire, cum illa terra esset solitudo inuia. Et si arguas de exploratoribus, qd missi sunt 12. exploratores de deserto Pharan in terram Chanaan, & intrauerant eam 40. diebus, redieruntque in castra: licet nubis columna non præce-

debat istos, cum ambularent per terram Chanaan, in qua si columna præcederet eos, cognoscerentur, etiā quia manebat columna in castris. Responderetur, qd nō egerunt exploratores aliqua nube dirigente, aut aliquo alio signo, quod dirigeret, quia ambulabant per terram populatam habentem vias: in solitudine autem in qua manserunt Israelitæ, antequam accederent ad terminos regni regis Seon, & Og. Amorrhæorum, quod fuit anno 40. post mensē quintum anni eiudem, non erat aliqua via: ideo indigebant columna nubis dirigente. Quod exploratores fuerint missi per terram viatū, qd populata erat, patet, quia missi sunt de Cadesbarne in deserto Phara siue in deserto Syn, & Cadesbarne est terminus terræ Chanaan in latere meridiano, vt patet Nu. 34. c. cū dicitur qui circuibunt australem plagam p ascensum scorpio nis, ita vt transeant in Senna, & perueniant in meridiē vsq; ad Cadesbarne. erat ergo satis p pinqua terra populata Chanaan deserto Cadesbarne, ita vt per itinera exituum terræ Chanaan non possent errare vias intrātes confestim in terrā Chanaan: in qua non est dubiū, quō ipsi possent dirigi sine nube dirigente, cū ambularent de loco ad locum, sicut eis voluntas dabat, vt viderent partem potissimam terræ Chanaan. Secunda rō quare non p stare, qd ipsi iuerint ad alias gentes ad habendum ista, quia sicut irent pro vestimentis ad gentes vicinas pro eis, qui in deserto nascebantur: ita irēt pro vestimentis necessarijs alijs qui de Aegypto exierant. & sic non esset necessariū miraculum, qd Deus faciebat de conseruādo vestes ne vetustate arderent: Deus tñ miraculum, nunquam facere consuevit, vbi sine miraculo res fieri, & conseruari posset: item esset iste locus ad tollendum omnia ista miracula, quæ hic ponuntur. s. qd non comederint panem, nec vinum biberint: nam si ad alias gentes accedebant, poterant ab eis panem, vinum, ceteraq; vitæ necessaria accipere. Nec est dicendum, qd in deserto fierent panni de vellibus ouiu, & inde vestes fabricarentur: nā tunc seqbatur incōueniens, quod añ ponebatur. s. qd potuerūt sic per artem lanificij providere toti multitudini, & non esset necessarium, vt miracula fierent de duratio ne vestiu non attritū. item non poterat stare, qd ipsi exercerent artē lanificij, qd in lanificio sunt multa ministeria indigentia quiete, & nullo mō possent expedi ri in motu, qualiter erant Israelitæ quotidie incerti an saltē hora vna maneret columna nubis. sed semper erāt excubantes in excubijs domini, vt patet Num. 9. cap. Dicendum vero, qd vestes quas postea induti sunt oēs nati in deserto, de Aegypto venerunt: nec tñ dicendū est, qd duxerint hebrei tot vestes, quot necessaria erāt, vt supra probatum est: nec rursus dicendū est, qd quilibet hebreorum simplicē vestem de Aegypto adduxerit, sed aliqui duas, aliqui tres, & plures, quod patet necessario, qd Exo. 3. c. dicitur, qd Deus dixit Israelitis nō ascēdā tecū, quia pp̄s durę cernicis es, ne forte disperdā te in via, & sequit̄ audiens pp̄s sermonē huic pessimū luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo: ergo necessarium est, qd antea habuissent vestes p̄ciosas, quibus ornarentur, & tunc eas reliquerint, & quia nō mandaret Deus, qd manerent nudi, necessariū erat, vt alias vestes hērent, quibus iduerent deposito illo habitu honoris, p̄sertim cū dixerat Deus in eod. c. iam nūc deponē ornatū tuū, vt scīā quid faciā tibi. de istis ergo vestibus duplicibus, aut triplicibus multiplicibusq; quas attulerūt Iudei de Aegypto, p̄tegebant illi qd nouiter nascebant, siue dicamus illas vestes magnas corporibus par uorū coaptari supernaturaliter minoratas ad quantitā tē corporis paruuli, & postea p̄crefcere corpori paruuli de quo nulla difficultas est. nā sicut p̄stat vestes p̄cre uisse, quas idutas de Aegypto pleriq; Iudæi adduxerant:

Doct̄ resp̄

Dubium de calciamentis.

rant: ita vestes magnæ supernaturaliter minorarētur ad coaptationem parui corporis infantium: postea vero crescente corpulentia vestes concrefcerent, siue dicamus qd vestes illæ, quas non induerant parentes, sed asportauerant de Aegypto, scindebant, subbantque, & coaptabant secundum corporis quantitatem: postea vero concrefcabant corpori vsque ad terminum crementi vltimati. primus modus tamen conuenientior est. & isto modo sufficiebant vestes pro toto populo eorum qui de Aegypto exierunt, & eorum qd in deserto nati fuerant. Et quia qñ aliquis de Israelitis moriebat, vestes eius manebant pro illo qui esset successor. De calciamentis aut̄ eodem modo dubitandum est, quō suffecerint pro omnibus, quia vt supra dicebatur de vestibus, non p̄t dici, qd calciamenta sufficientia p̄ 40. annis ducta sint, quia adhuc hoc difficilius videbat̄ qd de vestibus: cum valde multa calciamenta necessaria essent pro tot hoibus, vt tanto tpe abundarent: nec ē p̄t dici, qd ista calciamenta haberentur de alijs gentibus, quia non poterant accedere ad eas Israelitæ, vt s. probatum est, nec adhuc dici p̄t, qd de Aegypto adducta fuerint multa paria sotularium, sicut adducebat̄ qd libet vestes duas, aut tres, quia non peterent ad Aegyptijs calciamenta. Sed vt dicendum, qd pro his qui in deserto nati sunt, fuerint facta aliqua calciamenta de pellibus pecorum qualitercunque se habentibus, ita vt pedibus coaptari possent, & sicut alia calciamenta non atterebantur vetustate, qd de Aegypto fuerant adducta, sed Deus conseruabat ea: ita calciamenta qd qualitercunque siebant, & coaptabantur corpori, non atterebantur: fuerunt aut̄ oia ista vetustati illæsa, quia nihil nocebat eis temporis longitudo, aut lator atterens, & fuit ista duratio supernaturaliter inducta quādiu necessitas erat ex parte Israelitarum, quādiu. n. in deserto fuerunt hebrei fuit eis necesse habere vestes, quas non poterant hēre ab aliqua gēte alia: si ergo Deus nō suppleret necessitatem p̄seruando vestes illæsas, & calciamenta, mansissent nudi, & discalcianti in deserto: ergo in toto deserto hoc durauit: cum aut̄ intrauerūt in terram Chanaā incepterunt hēre opportunitatem aliq̄ habendi vestes: ergo ibi cessauerunt. s. qd intrantib⁹ eis in terrā Chanaā incepterunt vestes diripi, frangi, & atteri, vt inquirerēt immediate alias vestes, & sic de calciamentis fuit, quia durauerunt vsque illuc, & ibi r̄sp̄p̄perunt: sic fuit de manna, qd in solitudine semper fuit, cum aut̄ intrauerunt terram Chanaā, & comederunt de panibus terrę illius facientes pascha in Galgalis, cessauit manna, quia incepterant comedere de panibus regionis illius, vt patet Iosue. 5. c. oia isto modo necessarium fuit destrui, vel cessare adueniente tpe, in quo non erat necessitas eorū, cum ista q̄ sunt p̄ miraculum, sicut tandiu quādiu necessarium est ea fieri ad aliquem finē. Panem non comederis. i. non sustentati fuistis pane sicut communiter sustentantur oēs hoēs.

An postquam Iudæi exierunt de Aegypto comederint panem aliquo tempore, vel semper manna. Questio. III.

INTELLIGENDUM est ab eod. die quo māna habere incepterunt: quia per duos menses, vel quasi comederunt de pane, quem attulerant de Aegypto, vt aliqui volunt, sed solum fuit vnus mensis integer, quia quintadecima die mensis primi exierūt de Aegypto, vt patet Exod. 12. cap. Et quintadecima die mensis secundi defecit panis, vt patet Exo. 16. cap. Et si dicas, quod Nume. 20. cap. Iudæi dixerunt, quod cum transirent per terram Idumeorū, quod emerent ab eis cibos, & sic dixit eis Deus, qd nihil laderent de bonis eorum, sed emerent cibos pecunia, vt patet supra Alph. Toft. super Deuter.

pra 2. cap. Responderetur, quod hoc dicebat Deus non mandando, qd aliqui emerent, sed prohibendo ne acciperent violenter, sed si vellent de cibis terræ comedere, pecunias darent, & quia Israelitæ post viderunt non esse sibi necessarios, non emerunt, sed forte aquā emerunt, nisi Idumæi eis liberaliter aquam concessissent: ideo quando Moyfes misit nuncios ad Seō regem petens transitum, & alimenta pro precio, & retulit quomodo se habuerant erga eos Idumæi, non dixit de cibis venditis, sed de transitu per terram eorum. Vinum & siceram nō bibistis. De hoc magis patet, quam de pane, qd non habuerunt in deserto. Vt feceris quoniam ipse est dominus Deus noster. Quia in istis, quæ Deus faciebat pro Israelitis demonstrabat potentia maxima, quæ soli vero Deo contuēnt: Et uenistis usque ad hunc locum. Hic ponitur tertia ratio inductiua, scilicet, quia eos ab hostibus defendit: erat autem locus iste propinquus Iordani. Egressus Seon rex Eschon. Eschon ciuitas metropolis regni Seon quam a Moabitibus bello accepit Seon, vt patet Numer. 21. cap. de hoc etiam supra 2. cap. Et Og rex Basan. De quo supra 3. cap. Et tradidimus possidendam Ruben, & Gad. Vt habetur Nume. 32. c. & supra 3. cap. Custodite ergo verba pacti huius. Hic ponitur conclusio intenta, scilicet, quod reciperent, & conseruarent hoc fœdus, sicut fœdus, quod pepigerunt in Oreb. Custodite ergo. Ista conclusio suadetur ex superioribus beneficijs, quæ in litera narrantur, quādounque enim aliquis ab alio beneficiū recipit, tenetur ei naturaliter obligatus, sed hic multa beneficia fecerat Deus Israelitis: ergo renebatur ad mandatum eius, & persuadet hic ex beneficijs, sicut persuaserat in lege data in monte Synai, & quia ista erant duæ legilationes, vt declaratur in principio. c. ergo oportebat persuadere ad eas diuersis beneficijs, & sic facit, quia quando illam legem dare voluit, vt patet Exod. 19. c. ergo oportebat persuadere ad eas diuersis beneficijs, & sic facit, quia quando illam legem dare voluit, vt patet Exo. 19. c. inceptit enarrare beneficia dicens vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi: si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: hic autem volens dare legem, quæ data fuit in cāpestribus Moab super Iordanē, p̄posuit beneficia, de sustentatione facta in 40. annis venientibus pro deserto Israelitis, & de destructione duorum regum Amorrhæorum Seon & Og, quos occidit Moyfes cū populo Israelitarum: illic autem ponuntur alia beneficia, quæ hic non ponuntur. s.eductio de Aegypto, & percussio decem plagarum in Aegyptios, & in extremo mari rubro absorpta sunt agmina Aegyptiorum & liberata Iudæorum turba.

Beneficia Iudæis a Deo collata.

Vos statis. Hic ponitur secundum scilicet ipsa fœderis susceptio. s. congregatio omnium, & approbatio fœderis sub iure iurandū. Vos statis hodie cum eō. Sic oportebat, vt omnes ad susceptionem legis conuenirent, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, & hoc modo condebantur leges Romanæ. sic ueniente toto populo quærebat alta voce senator, vel magistratus, vtrum placeret ab eis talis lex: & tunc ex re ipsonone totius populi pendebat, vtrum approbaret, vel reprobareretur, vt patet influita de iure naturali. s. lex est. Coram domino Deo uestro. i. ante fores tabernaculi extra atrium, quia intra capi non poterant, & ad illū locum conueniebant omnes, quando aliquid agendū erat, vt patet Num. 10. c. & ideo illuc conueniebant, vt propter reuerentiam loci in agendis, vel consulendis melius se haberent. Principes vestri. i. 12. principes. 12. tribuum. Ac tribus. id est congregatio illa quæ tribus dicitur, & explicatur magis.

Fœderis susceptio per Hebræos a Deo quō facta sit.

Maiores natu. i. seniores etate, & iudicio. *Ac doctores.* Quia inter eos erant aliqui sapientes viri in lege data preter Levitas, qui doctores populi vocabantur in hebreo habetur. *Prepositi vestri.* idest principes constituti ad iudicandum, & ad idem redit, quia isti sapientes esse debebant, ut patet supra 1. cap. *Adpene qui tecum morantur in castris.* i. non comprehenduntur sub hoc nomine populus Israel, & erant illi qui de Aegyptijs ascenderant cum eis videntes mirabilia Dei, & fuerunt isti adque valde multi, ut patet Exo. 12. cap. sed & vulgus innumerabile ascendit cum eis. *Exceptis lignorum caesoribus, & his qui comportant aquas.* Quia isti exhibent ad opera sua necessaria, nec tunc erant in castris, sed ratum habebant quicquid alij faciebant. *Ut transfeas in federe domini Dei tui.* idest, ut efficiaris ei obligatus ad observationem legis nunc dare, quia ante istum consensum non videbantur obligati, & volebat Deus hunc consensum ab eis, ut in hoc ipsi mererentur, sed etiam si non consentiret obligari erant, quia Deus mandabat, cum teneatur ei ad omnia, que aliquo modo possibilia sunt: immo ut absolute loquamur, obligati sumus ad omnia que mandaverit, quia quicquid mandaverit nobis, etiam si alias impossibile esset, ipse possibile faciet. *Et in iuramentando.* Quia ista conventio erat sub iuramentando, scilicet, quod Israel custodiret mandata Dei, & quod Deus beneficeret ei, & licet Deus hic non iuraverit, alibi tamen multoties iurasse legitur, sed non erat necessarium iuramentum eius, quia simplex promissio Dei tanta firmitatis est, quantum iuramentum, de populo autem nunquam legitur, quod iuraverit Dei mandata custodire, sed totius populi assertio iuramento equiparatur. *Quod hodie dominus percussit tecum.* i. tecum hodie convenit, & de percussione, ut refertur ad sedus, de quo supra. s. q. animal aliquod percuteretur gladio, & effunderetur sanguis illius ad confirmationem pacti, & quia istud pactum firmum esse debebat, sedus percussit deus. *Ut suscipiet te in populum sibi.* i. q. speciale curam de te habeat, sicut si tu solus esses populus eius. *Et ipse sit dominus Deus tuus.* i. Deus demonstrans bonitatem suam, & magnitudinem tibi beneficiando, & exaltando, & non intelligitur. *Et ipse sit Deus tuus.* i. p. speciale cultum, quia specialiter Deum colere ad meritum pertinet, & non ad primum: ideo hoc se tenet ex parte populi: ea autem que hic dicta sunt pertinent ad primum, quod Deus daturus erat pro servitio sibi specialiter facto. *Sicut iuravit patribus tuis Abraham.* Ut patet Gen. 13. & 15. c. *Nec nobis solis hoc sedus sero.* i. non solum facio hanc convenientiam, vel pactum vobiscum. *Sed etiam cum filiis presentibus, & absentibus.* Vocant absentibus caesores lignorum, & portatores aquarum, qui non erant in castris, quia ista dicebantur, ut patet. s. vel vocantur absentes illi qui futuri erant post de semine istorum, qui obligabantur ad custodiendam istam legem, & patres tenebantur docere eos, ut patet. s. 6. c. sed melior est prima expositio, quia non proprie deus absentes quonondum sunt, & hec fuit ratio quare Hieronymus mutavit de lra hebraica, ubi s. de. *Exceptis lignorum caesoribus.* In hebreo n. h. *Etiam lignorum caesores.* In hebreo enim multoties fit talis mutatio, ut et ponatur affirmatio p. negatione, ut h. s. 20. c. ubi de in lra nra. *Lignum est & non homo.* In hebreo de. *Quia lignum campi est homo.* Sic et de Gen. 8. c. de corvo que misit Noe, quod ibat, & non revertetur donec siccarentur aquae: in hebreo de, ibat & revertetur donec siccarentur aquae: ubi etiam; aut Hieronymus fecit aliquas similes mutationes, erat quae videbatur rationabiliter sic lram stare non posse, sed cum suppletione aliqua intelligenda fore. nam cum de hic in hebreo Gen. 8. ibat & revertetur, videbatur innui quod corvus rediret apportans legationem ad quem cum miserat Noe, sed nihil tale apportabat, quia tunc non oport-

tuisset mitti columbam post eum, sed missa est, ut patet in littera eiusdem text. rationabiliter ergo littera nra ibi addidit, non, ita ut diceret, quod ibat, & non revertetur, & supra 20. c. Vbi lra nra dicit, quod lignum est & non homo, & lra hebraica dicit quod lignum campi est homo, rationabiliter mutatum fuit, quia non est ista locutio vera lignum campi est homo, nisi p. suppletionem. hic autem cum de. *Prater lignorum caesores, & hos qui comportant aquas.* Et lra hebraica habet & lignorum caesores, & qui comportant aquas. Mutatio vero esse facta hic ratio nabiliter valde ex duobus. Primo, quia isti portatores aquarum, & caesores lignorum habent officia, que sunt extra castra: ideo habebant occasionem, ut existerent extra castra, quod non erat de alijs qui operabantur in castris. Item quia ista officia erant semper necessaria, semper namque necessaria erant, & ligna: si autem interdum quo recitaret Moyses oia verba huius, isti cessarent, non essent aquae in castris, nec ligna ad necessitates castrorum: ergo semper isti vacabant officio suo, & sic non possent manere in castris audientes verba Moysi. Secundo patet, quia isti qui comportabant aquas, & cecebant ligna, erant viri inter alios imperfecti, quos non oportebat vocari ad illam concionem, sed satis erat, quod postea recitarentur eis ista verba Moysi ab audientibus. Item quia isti qui erant imperfectissimi, & quos ex natura officij sui oportebat manere extra castra, si forte in castris mansissent audientes sicut ceteri non oportebat hic specialiter eos nominari, quia mansissent in castris: sed intelligerentur nomine aliorum. hic autem exprimitur cum alijs: ergo dicendum est, quod exprimat ad excludendum eos ab auditione huius legis, & non ad asserendum, quod cum alijs fuerint. in alijs multis sibi se habet lra hebraica, & mutat Hieronymus. Quod cum dictum huius gratum intellectus videbitur disertissime esse factum. *Vos enim noster.* Hic ponitur tertium, transgressorum punitione, & est duplex pena. Prima est ipsum deus destructio. Secunda est ab alijs facta derisio ibi. *Dicetque sequens generatio, vos enim noster.* Hic valde prohibet idolatriam, & allegat rationem verisimilem, quod aliquis eorum potest erit apud se aliquos Deos habere, quos colat, vel forte, quod corda eorum essent inclinata ad Deos gentium, quos viderant, & ad ritus eorum: ideo mandat cauere, ut ex hinc nullus ad talia moveatur, quia magis nunc peccabit, quam ante. *Quomodo habitaverimus in terra Aegypti.* In qua poterat aliquis de nobis addiscere idolatriam. *Et quando transferimus per medium nationum.* i. per Idumaeos, ut patet supra 2. cap. & per regnum regis Arad, ut habetur Nume. 21. c. & per terram Madianitarum, ut patet Numer. 31. cap. & per regnum Seon, & Og, ut patet supra 2. & 3. cap. Et omnes hi erant idolatrae. *Ne forte sit inter vos vir aut mulier.* Admonebat eos, ut quilibet intra se recederet a cultu idolorum, quia si hoc per iudicem comperiretur, fieret sicut habetur supra 17. cap. *Familia aut tribus.* Familia est aliqua specialis cognatio sub tribu, & poterat esse una tota familia corrupta ad hoc, vel tribus inducente aliqua persona, maxime si illa erat magne auctoritatis. *Ut vadat & serviat diis illarum gentium.* i. quia habet in corde, quod vult ire ad colendum Deos gentium quas vidit. *Et sit inter vos radix germinans amaritudinem.* i. per sua dens facite aliquos de vobis ad idolatriam, quae est magna amaritudo animae. *Cumq. audierit verba iuramenti huius.* i. verba legis huius quae pro iurata habetur affirmative Deo & vobis. *Benedicat sibi in corde suo.* idest promittat sibi securitatem intra se non audens in publico profiteri. *Dicens pax erit mihi & ambulabo in pravitate cordis mei.* i. et si ambulat in pravitate idolatriae in pace ero, quia Deus non puniet me, nec aliqua mala mihi evenient.

evenient. *Et assumat ebria sitientem.* idest ille qui ante erat ebrius. Lignorum quid faceret, nunc assumet sitientem. i. fiet sicut sitiens, qui non est ebrius, sed scit quid agit, & est sensus, isti qui promiserint sibi securitatem permanendo in idolatria, erunt sicut ille, qui ante ex ignorantia peccabat, nunc autem peccat ex certa scientia, & hoc detestabilius erit: vel aliter, ebrius dicitur, quod ex vini nimia portione perturbatus mente est; nec scit quid facit, & nihil ex voluntate agit, sed ex animi perturbatione. scilicet dicitur qui ex desiderio agit, & iste nimis peccat, sicut isti si ante idola colerent, ebrii vel ignorantes faciunt, si autem post prohibitionem facerent, ex nimio desiderio hoc erit. *An aliquis possit dici ignoranter colere idola.* *Quest. III.* **S**ed nunquid potest aliquis dici ignoranter colere idola? Respondetur quod non, quia tunc non essent culpabiles, sed adorantes, sed falsum: quia omnis idolatragehenne reus est: quia naturaliter Deum cognoscere possunt, quantum sufficit ad saluationem, & cultum idolorum fugiendum: si ergo idola colat inexcusable est; ut patet ad Rom. 1. c. maxime quia quilibet si se disponit quantum naturaliter ex libero arbitrio potest, immediate a Deo illuminabitur ad salutem anime, ut patet de Cornelio. actu. 10. c. *Et dominus non ignoscit.* Quando peccata sunt ex ignorantia vel infirmitate (quia ex fragili massa sumus) Deus facit ignoscit: quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. cum autem peccatum ex pura malitia committitur, non tam faciliter sibi Deus ignoscit, licet semper ignoscit si venia petatur, quantumcumque peccatum sit. *Sed tunc quam maxime.* Idest valde vel fortius. *Furor eius saevit.* Idest poena a Deo inflicta tunc maior erit, quam si alias crimen committeretur. *Et zelus contra hominem illum.* Zelus est amor privatus non habere consortium in amato, Deus autem singulariter vult adorari, & sibi sacrificari, nec vult, quod iste honor alicui alteri, quam sibi detur: ideo quando aliquis colit alium quam Deum ex zelo, quem habet puncti ralem cultorem. *Ut sedeant super eum omnia maledicta.* Idest maledictiones, & dicitur sedeant, quia sedere immobilitatem dicitur: iste autem maledictiones non solum venient super peccantem, sed etiam tenebunt eum donec destruat, ut patet super precedenti c. *Et deleant nomen eius sub celo.* Idest quod moriatur, & non nominetur ultra nomen suum in terra. *Iuxta maledictiones quae in libro legis huius continentur.* Idest precedenti cap. ubi finitur lex: haec autem non dicuntur de lege, licet aliquo modo pertineant ad legem: & similes maledictiones habentur Leui. 26. c. *Dicetque sequens generatio.* Hic ponitur secundum, scilicet ab alijs facta derisio, quia aliae gentes videntes ad malorum, & miseriarum istas deridebant eas, & hoc est misero peius derisio quam dolor eius. *Dicetque sequens generatio.* Idest filii, qui nascentur ex his male operantibus. *Et peregrini qui de longe venerunt.* Scilicet ad habitandum in terra vestra, vel negociandum inter vos, siue ut convertantur ad iudaicum ritum. *Sulphure.* Idest pluens super eam sulphur ad ferore, & terrae combustionem, quia sulphur naturae igneae est. *Et solis ardore.* Idest magna, & inconstueta solis caliditate donec reducatur terra in pulverem, & inepta sit ad germinandum.

Littera hebraica.

Mutatio facta in littera.

Transgressorum punitione.

Zelus quid sit.

Ab alijs facta derisio.

In exemplum subversiois sodomae. Idest sicut ille civitates subvertere sunt, & terra illa facta fuit inutilis ad germinandum, ferendum, vel plantandum: ita fiet terra tua: de hac subversione habetur Gen. 19. c. Et aliqui dicunt quod quinq. civitates subvertae sunt inter quas ponunt Segor: sed non legitur de Segor, quod subversa sit, & patet hic veritas quoniam solum 4. civitates ponuntur subvertae. *Quas subvertit dominus in ira, & furore suo.* Quia viri sodomitae valde peccatores erant coram domino abutentes natura. *Quae est ira furoris eius immensa.* Ex magnitudine poenae arguitur magnitudo irae Dei punientis, & quia ista terra virorum peccatorum erit desolata quasi Sodoma, ideo arguetur ex hoc iram Dei contra terram istam fuisse valde magnam. *Et servierunt diis alienis.* Faciendo, quae mandabant sacerdotes illorum Deorum, & colabant eos offerendo eis sacrificia, & querendo ab eis responsum. *Et adoraverunt.* Faciendo eis reverentiam. *Quos nescierunt.* Quia patres eorum non colabant eos ab antiquo, sed ipsi noviter eos colere inceperunt. *Vel quos nescierunt.* Idest de quibus non patet eis, quod sint dii, quia non fecerunt aliqua opera mirabilia, per quae deitatem suam demonstrarent. *Quibus non fuerunt attributi.* Idest quibus non fuerint dati in custodiam, & defensionem, quia dii gentium non custodierunt filios Israel a malis, sed Deus verus. *Et eiecit eos de terra sua.* Et sic mansit terra deserta, & munitiones diruta: & universa, quae visu pulchra erant, consumpta fuerunt, de quo peregrini de longe venientes admirabantur, ut supra patuit. *Sicut hodie comprobatur.* Refertur hoc ad tempus in quo ista mala venissent super eos propter peccata sua. *Abcondita a domino Deo vestro.* Refertur ad superiora, quia dicebatur, quia omnia mala inducta fuerant a Deo super gentem peccatricem, hic autem ponit modum huius punitionis. *Abcondita a domino Deo vestro.* Idest omnia peccata aut sunt occulta, aut manifesta, si autem occulta a domino Deo nostro puniuntur: & hoc dicit. *Abcondita a domino Deo vestro.* Idest abcondita a Deo puniuntur: si autem peccata sunt manifesta, puniri debent a iudicibus secundum leges datas, & hoc est quod dicitur. *Quae manifesta sunt vobis, & filiis vestris.* Idest peccata manifesta per vos, & filios vestros, qui iudices sumus, puniri debent usque in eternum, ut faciamus omnia verba legis huius idest ista punitione a Deo, & nobis durabit usque in eternum, ut semper custodiamus verba legis, quia timor facit custodire legem, vel aliter. *Abcondita a domino Deo.* Possunt esse ista verba iudicorum positurum in magnis calamitatibus, & refertur ad immediata: quia dictum fuit, quod omnia mala venerunt super transgressores legis sicut hodie comprobatur: tunc loquuntur iudici positi in calamitatibus. *Abcondita a Deo vestro.* Idest, quia Deus vester non considerat ita, quod licet videat nos mala pati avertit oculos dissimulando, & non liberando, quae manifesta sunt vobis. *Et filii vestri.* Idest nos, & filii nostri ista cognoscimus, quia actualiter illa patimur. *Vos enim noster.* Cum semper hoc vitium idolatriae fuerit positivum, quod maxime statum legis veteris destruebat: Deus maxime illud intendebat vitare, & ad hoc inducit hic quaedam preambula ad probandum verisimiliter, quod ipsi haberent aliquam radicem, idolatriae, & concludit postea, quod eam maxime debeant fugere. *Vos enim noster quomodo habitaverimus in terra Aegypti.* Omnibus

Omibus hoc notum erat cum adhuc ibi starent plurimi, qui de Aegypto exierant. nam iste erat annus. 40. in quo stabant in deserto post exitum de Aegypto, & erant de illis, qui exierant de Aegypto valde multi, q̄ toto illo tempore superuixerant. Et si arguas, q̄ soli Iosue, & Caleb intrauerunt in terram Chanaan de illis, qui exierunt de Aegypto. Respondetur, q̄ multi alii introierunt, & valde multa millia forte plura quam ceterum millia: & cum dicitur q̄ soli Iosue, & Caleb introierunt, verum est quantum ad illos, qui numerati sunt in numero bellatorum, nam quia murmurauerunt Israelitę contra dominum in deserto Pharam tulit Deus sententiam contra eos, vt nullus de viris illis, qui computati fuerant in numero bellatorum a 20. annis sup. intraret in terram Chanaan præter Iosue & Caleb, vt patet Num. 14. c. & sicut ibi ponitur comminatio huius pęnę, & verbalis prolatio sententię: ita postea ponitur narratio eiusdem inflictę vt habetur Num. 26. c. ubi facta fuit alia numeratio Israelitarum, & non fuit in illa aliquis de illis, qui in prima numeratione fuerant præter Iosue & Caleb. Item sup. 2. cap. ponitur, q̄ anteq̄ erant Iraelitę torrentem Zareth, qui est ante confinia terre Moabitarum, & antequam intrarent in terram Seon regis Efebon, & Og regis Basan, mortui fuerunt omnes viri bellatores, qui computati fuerant, quia manus domini fuit contra eos, vt disperderet eos de castris. alii tamen, qui non fuerunt nominati non perierunt, quia non fuit contra eos prolata sententia de nõ intrando in terram promissam: & isti erant, qui non erant. 20. annorum, quando fuit facta numeratio ista in 2. anno exitus de Aegypto mense 2. prima die mensis ut patet Num. 1. & sic fuit 13. mēibus post exitum de Aegypto, qui ergo in exitu de Aegypto nõ erant annorum. 19. completorum, ita, q̄ deficeret eis mensis vnus, & aliquantum plus, non fuerunt computati, & contra nullum istorum fuit lata sententia, nec mortui fuerunt in deserto nisi ex aliquo casu euenisset quempiam morti in aliqua murmuracione: alias non erat in tribubus eorum infirmus. sed multi erant paruuli egredientes de Aegypto, & pueri, & adolescentuli, qui nõ erant annorũ. 19. completorum, quando exierunt de Aegypto: ergo de istis essent nũc uiuente Moyse plurimi, & fere omnes presentes, qui restiticiari possent: quomodo in Aegypto morati fuissent. Item mulieres hoc cognoscebant: quia ista sententia fuit prolata contra solos viros bellatores, qui erant numerati. s. a 20. annis & supra, contra feminas autem non fuit data sententia quantum est ex forma sententię, si autem forte aliqua mulier peccasset in ista murmuracione sicut viri, puniebatur a Deo sicut puniebatur vir quilibet, tamen non ferebatur sententia generaliter contra feminas alicuius ætatis sicut ferebatur generaliter contra viros, qui erant computati. s. qui erant annorum. 20. & ultra quando lata fuit ista sententia. Item leuitę hoc scire poterant, qui presentes erant, quia ista pęna non fuit inflicta contra leuitas, quia in verbis sententię solum fuerunt expressi viri bellatores. satis ergo poterat dicere Moyse vos nostis quomodo habitauerim⁹ in Aegypto, quia plurimi illorum per se in Aegypto, steterant alii autem erant filii eorum, qui steterant in Aegypto, & clarissime hoc cognoscebant referentibus omnibus aliis. *Quomodo habitauerimus in terra Aegypti.* Hoc ponit ad innuendum, q̄ aliqui eorum essent adhuc idolatrę in Aegypto habebant magnam occasionem ad colendum idola: immo & vere coluerunt, vt declarauimus Exo. 1. c. in fine: hoc autem signat Ezechiel propheta sape loquens contra Israelitas dicens torquicatos fuisse eos in Aegypto in adolescentia sua, & q̄ ibi contrafacte sunt mamme pubertatis gentis iudeorũ, & subacta iibera eius: & ista fuit causa quare Deus per-

mittebat afflictiones Aegyptiorum in grauari sup. eos. Erat igitur satis probabile, q̄ illi, qui in Aegypto steterant, & adhuc supererant, & viderant in Aegypto fieri abominationes idolatrę. scoli boueni, qui uocabatur Apis Deus magnus Aegyptiorum, & Amonem. Siouem, qui humana effigie cum arietino capite pingebatur, & cornibus recuruaris, & multos alios Deos in quibus fatua Aegyptus testimonio Lucani abundauit, inclinarentur ad faciendum similia, & sic fecerunt in 1. anno quo de Aegypto exierunt in mense. 4. eiusdem cum petiuerunt sibi fieri Deos, qui præcederent eos. s. Deos metallinos habentes uirtutem cęlestem, ita ut moueri possent coram hebræis, & monstrare eis uiam præcedendo vt dicitur Exo. 32. c. fac nobis Deos, qui nos præcedant. i. qui ambulent coram nõbis in uia, & patet hoc, quia petebant hos Deos in defectum Moyfi qui solebat præcedere eos iudicando eis, & faciendo moueri castra, & in omnibus dirigendo, ita uolebant nunc loco eius aliquos Deos, qui scirent respondere ad quęstia, & eis uiam demonstrarent præcedendo. eos: sic enim innuitur Exo. 32. capitu. cum dicitur uidens populus, q̄ moram faceret Moyse descendedi de monte congregatus est ad Aaron dicens: surgens fac nobis Deos qui nos præcedant: de his ualde multa diximus Exo. 32. petebant igitur talem Deum hebręi qualem aliquando in Aegypto uiderant. s. taurum aureum, q̄ præcederet eos, sicut Apis Deus erat Aegyptiorum, & bos, siue taurus: quia non erat castratus, & præcedebat Aegyptios canentes atque saltantes post eum, ut ait Solinus in polistor. c. de Aegypto. *Et quomodo transferimus per medium nationum.*

Transire per medium nationum est duplex. Quęst. V.

TRANSIRE per medium nationum stat dupliciter, aut transire per medium terrarum aliquarum nationum, ita q̄ transeat per confinia duarum nationum, & per nullam terrarum illarum intret, aut transire per medium nationũ, id est per terram ipsarum nationum. Primo modo nõ accipitur hic, quia tunc non viderent aliquas abominationes, vel idola gentium, cum ad nullam earum accederent: sed hic dicitur, q̄ uiderunt abominationes, & idola: utroque autem modo transferunt hebręi per medium nationum; sed hic solum accipitur pro secundo modo: transferunt namque iudei per aliquam partem terre Edom: sed ibi nihil uidere poterant, quia non accedebant ad loca, transferunt etiam inter regionem Amalechitarum, & aliarum nationum; sed in terra Amalech nihil uiderunt, cum non intrauerint in eam; sed euntes vt ascenderent per montem in quo erant Amalechitę descendentes illis fugerunt, atque ab illis cęsi sunt, ut patet Num. 14. c. transferunt autem per medium nationis Madianitarum, & hoc fuit accipiendo secundo modo. s. intrauerunt illam terram ut patet Num. 31. c. cum ibi occiderint quinque reges Madianitarum, & gentes eorum, ut patet præcedenti c. 31. Num. & ibi poterunt Israelitę videre abominationes gentium, transferunt etiam per regnum Chanaanæ regis Arad, quia cum illa gens fecisset prædam in iudeis & deuicisset eos, Israelitę deuocentes illam gentem domino, si traderet eam in manus eorum deleuerunt eam, atque terram eius subuerterunt omnia gladio, & igne uastantes, ut patet Num. 21. c. transferunt per terram Seon & Og regum Amorrhæorum occidentes Amorrhæos illius ut patet Num. 21. & Deuter. 2. & 3. c. & cum isti intraerent domos illarum gentium ad prædam, & in sana Deorum suorum, uidebant omnes Deos lapideos, ligneos metallinos, quos colebant ille gentes.

Deus quare Aegyptiorum afflictiones in grauari gemitibus mittebat.

gētes *Uidistis abominationes & sordes.* Declarat immediate, q̄ sint abominationes, & sordes, & dicit q̄ istę sũt idola facta de lapide, & ligno: omnia namq; quę talia sunt, abominat Deus, & oēs qui faciunt ea, & confidunt in eis. uocat sordes, quia sordidum quid est q̄ nõ, q̄ creatura rōnalis est, subiciat se ad honorandum tanq̄ Deos hec, quę indignissima sunt: & isto modo loquitur Deus s. 7. c. sculprilia eorum igni combures, nec cōcupisces aurum, & argentum, de quib. facta sunt: nec assumes quicq̄ ex eis, nec offendas: propterea quia abominatio est dñi Dei tui: nec inferes quippiam ex idolo in domũ tuam, ne fias anathema sicut, & illud est: quasi spurcitiā detestacionis, & uelut inquinamentum, & sordes abominacionis habebis: quia anathema est. *Ne forte sit inter uos uir aut femina.* Incipit adducere paulatim intentam conclusionem, & uita. iam esse debere idolatriam: & hoc applicando dicit, q̄ iste transitus erat eis cã scilicet ad idolatriam, cū uiderent idola, q̄ eos ad colendum allicere possent, & poterat aliquis i corde suo colere idola, & retinēre apud se aliqua quę occulte rapuisset, occultum eis honorem impendere, sicut Rachel furata fuit idola patris sui Labā ignorante Iacob: & tenuit ea abscondita in agno tempore, quousq; post exitum de ciuitate Sichem, vt uenirent in Bethel, Iacob accepit oĩa idola q̄ erant in familia sua, & infodit ea subter terebintum, quę est post urbē Sichem vt patet Ge. 35. c. sed hoc faciebat Rachel, q̄ tenebat idola illa, sed non colebat. *Vir aut femina.* In his erat periculum si cor alicuius horum esset alienatum a Deo, ut iret, & coleret Deos alienos, & ad hanc alienationem induceret alios. *Tribus aut familia.* Ista erat ualde magna auersio a Deo, q̄ celari non poterat, & in qualibet harũ cum erat nota, erat certa pęna statuta infligenda ut patet s. 13. & 17. c. *Cuius cor auersum est hodie.* Non dixit q̄ colat Deos alienos, sed cuius cor auersum est hodie a domino Deo uestro, ut uadat, & seruiat diis illarum gentium quasi dicat licet nũc actualiter & publice nõ colat, iam tamen in corde suo concepit ut colat. nam de cultura actuali ipsi cognoscere poterat, & infligere pęnam in hac etiam auersione mentali solũ quę est principium futurę auersionis realis, & nunc non poterat cognosci, ponit Deus comminationem, q̄ talem habentes destruentur. *Vt uadat & seruiat diis.* Non dicit, ut uadat & seruiat, quasi solum colere possent isti idola eundo ad alias gentes, & cohabitando eis, discendoq; eorum mores, & colendo Deos eorum. nã etiã in terra promissionis poterant Israelitę ire, & colere Deos alienos, & satis patet q̄ hic intelligatur de cultura idolorum, quam facerent Israelitę in terra promissionis, & non de ea quam extra facerent, quia hic comminat Deus pro talibus sceleribus destruendam terram promissionis, sicut fuit destructa Sodoma, & Gomorra: sed si hic acciperetur de illis iudeis, qui irent ad gētes alias ad colendos Deos earum, non poneretur pęna desolationis terre promissionis, cum existentes in illa non peccarent, sed ponitur deletio eius, ergo peccatũ de quo hic agitur in ea committendũ erat, dicitur igit. *Vt eat & seruiat diis aliarum gentium.* Id est vt recedens a cultu Dei in quo erat, uadat ad Deos alienos scilicet applicando cor suum illis, & incipiendo eos seruitio honorare. *Diis illarum gentium.* Scilicet diis gentium per quas transferunt, quia cum non cognouissent quales erant dii aliarum gentium, non inclinarentur ad colendum eos: quia nemo fertur in incognitum: Deos autē gentium harum per quas transferant, cognoscebant cum uidissent eos, hos ergo colere desiderarent.

Et sit inter uos radix germinans fel & amaritudinem. Talis auersio mentalis alicuius uiri, aut foemina, familie, vel tribus erat radix germinans amaritudinem, & fel: id est germinans in aliis eandem auersionem, donec

crefcatur per omnes Israelitas. Vocatur ista radix, quia radix occulta est sub terra, & tamen ex ea nutriuntur oĩa, q̄ foris patent in arbore: ita ex ista occulta auersione procederent omnes exteriores actus cultus idolorum: vel uocatur radix, quia sicut ex una radice multi rami arboris generantur, ita ex illa auersione in uno uiro, aut foemina, familia, uel tribu in omnibus aliis Israelitis oriretur auersio. ideo autem uocatur radix, quia sicut radix est principium a quo arbor esse recipit, ista mentalis auersio est principium omnis realis, & publicę auersionis, ceterorumq; malorum, quę postea sequerentur. *Germinans fel, & amaritudinem.* Ista est idolatria, quę est fel siue amaritudo, faciens amaricare animam eius in quo est, ne aliquod bonum opus ei bene sapiat: uel quia omnibus uirtutibus hæc sola quędam amaritudo, & pestiferum uenenum est. *Cumque audierit uerba iuramenti huius.* Id est uerba legis iurata, dicitur enim iurata lex hæc, quia pactum faciebant cū domino, ut obseruarent legem hanc sicut legem, quę data fuit in Oreb: pactum uero iuramento firmatur, aut quibusdam aliis cęremoniis, quę æquiparantur iuramento, aut maiores forte sunt.

Cum audierit uerba. Scilicet nunc quando uobis ego recito ea, uel postea quando ponetis maledictiones, & benedictiones huius legis super montem Hebal, & Garizim ut patet supra 27. cap. aut quamdiu unquam audierit legem istam, nam de septennio in septenniũ legitur coram toto Israele conueniente ad locum Sanctuarii in festiuitate tabernaculorum ut patet infra 31. cap. *Benedicat sibi in corde suo.* Benedicere sibi est bonũ sibi imprecari, aut bonum sibi prænunciare futurum. imprecari bonum non est hic aliquid speciale, quia quilibet homo siue malus, siue bonus imprecatur sibi bonum, sed accipitur pro prænunciacione boni futuri, & patet in littera infra cum subditur pax mihi erit, & ambulabo in prauitate cordis mei. *In corde suo.* Id est quũ aliquis ista dixerit non dicit publice: quia non audebit cum hoc sit infringere legem, & repugnare ueritati eius asserendo non esse sic euenturũ, ut ipsa futurum, prænuñciat. *Pax mihi erit, & ambulabo in prauitate cordis mei.* Id est ego non timco, q̄ ueniant super me ea, quę continentur in hac lege: quia pax mihi erit id est securitas ab omni nociuo. *Et ambulabo in prauitate cordis mei.* Id est etiam si faciam mala, quę nunc facio. *Et dominus non cognoscat ea.* Ista oĩa se habent consequenter quasi dicat si aliquis colens idola post istam legem prænuñciatam ei, coluerit idola cum desiderio eis adherens, Deus non miserebitur peccato huius, quia ex magna malitia procedit, & contemptu Dei. *Sed tunc.* s. q̄ si sic audiens aliquis nõ curauerit recedere ab illo malo, sed magis dederit sibi magnam spem, q̄ non ueniet ei aduersum, insurgent ira Dei. *Furor eius sciet.* Dicitur furor Dei pęna dura ab eo alicui inflicta, quę cum ualde furibundum ualde designare posset, licet non sit, quia talis pęna ab aliquo alio si inferretur, uideretur ex furore procedere. *Et zelus contra hominem illum.* Sicut zelus est amor quo aliquis singulariter uult amari, ita zelus quoque est dolor, q̄ eo neglecto alius ametur, & iste est ualde magnus dolor & iustus, quem aliquis compescere non potest, ut leges humanę protestantur, ut patet digestis de adulteriis l. grachus. eodem modo Deus cum dicatur habere zelum id est uoluntatem, ut ipse solus colatur, si aliquem alium colere uoluerimus, aut actualiter coluerimus, contemnimus eum, & tunc iustissime dolere dicitur, & zelus eius sciet in nos. *Vt sedeat super illum omnia maledicta.* Id est zelus Dei, & furor eius tantum accendetur contra hominẽ istum, ut faciat eum premi ualde inducendo super eum omnes maledictiones, quę scriptę sunt in hoc libro, & dicitur. *Vt sedeat.* Quia sedere signat firmitatem,

Benedicere sibi qd. sit.

tem, & immobilitatem. Et est sensus, q̄ non solum Deus induceret mala ista super eum, qui peccaret: sed faceret q̄ maneret super eum immobiliter, donec cōsumerent eum: quia continuata iniquitate ista cordis, Deus continuaret punitionem vsque quo deleter peccantes: vel vsquequo defluerent a peccato, ut patet Levit. 26. capitulo. *Omnia maledicta.* Idest omnes maledictiones. *Qua scripta sunt in hoc volumine.* Et non solum hac, sed multa alia, que non sunt scripta hic, ut dicebatur supra precedenti capitulo, & deleat nomen eius sub celo, idest faciat, quod non nominetur nomen eius sub celo scilicet in terra quasi dicat ille, qui taliter peccauerit, a Deo puniatur quousque moriatur, & p̄ mortem tollatur de superficie terre, & nomen quoque eius peribit, quia non nominabitur post mortem. Hec etiam poena quaedam a Deo inflicta est, ut non maneat nomina mortuorum. nam mali desiderauerunt dum uixerunt, ut nomina eorum manerent post mortem: Deus autem totaliter eis aduersans facit, ut nomina quoque post mortem non maneat, quia perit memoria eorum cum sonitu, ut patet. psalmo nono. Et aliquis miser, & pauper moritur, qui quando fuit uixit inglorius, post mortem uero fama eius praerona restant. in piorum uero nomina tanquam in tenebris sint, a nemine cognoscuntur: & si morientibus ipsis cum strepitu illo ad paucum tempus quaedam leuis memoria superstes sit, paulisper tamen facta mutatione tanquam debilis scintilla extinguitur, de his sapientia. 2. & 4. & 5. capitulis scilicet transierunt hac tanquam umbra, & tanquam uentus praerrens, & tanquam nauis, que pertranfit fluctuantem aquam, cuius cum transierit non est reperire uestigium, aut uisus, que tranuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum uerberans leuem uentum, commotisque alis tranuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius, aut tanquam sagitta missa in locum destinatum, diuisus aer continuo in se reclusus est, ita ut ignoretur transitus illius.

Et consumat eum in perditionem. Idest finiat eum perdere quasi dicat quando aliquis modicum peccat, Deo incipit illum perdere, sed si hoc cōtumaciter permaneret, Deus finiret punitionem illius vsque ad totalem eius extinctionem: *Et omnibus tribus Israel.*

Idest faciet, quod non fit in aliqua tribu Israel. *Iuxta maledictiones, quas in libro legis huius continentur.* Idest Deus contumet talem uirum sicut exprimebatur in maledictionibus positus in hoc libro, sunt autem istae maledictiones positae precedenti capitulo, ibi est catalogus maledictionum, & in capitulo 27. ubi ponebantur maledictiones dandae super montem Hebal, & quia istud capitulum non est, ubi ponuntur maledictiones facit mentionem de alio tanquam de alio alieno ab hoc. *Diciturque sequens generatio.* Omnia, que homines a via dimouere possent, ponit hic Deus, poena namque faciunt recedere a peccatis: licet iste modus non peccandi imperfectorum est, quodcumque ergo sit quod rationem poenae ullo modo habeat est nam ad exterrendum a peccato: poenae autem non sunt nisi in rebus, sed etiam in uocibus, nam uerba contumeliosa ira pungunt sicut uerbera: immo generosi animi potius paterentur uerbera, quam uerba, & ista uerba non solum affligunt cum in faciem alicuius proferuntur, sed & cum timet sibi esse in futurum dicenda, aut quod post mortem in eum maledicta iactabuntur, solentque interdum mali sola maledictorum in eos post mortem expectatione ab aliquibus malis, que alias facturi essent, dimoueri: & hoc modo fecit hic Deus, quia cum posuit omnia genera poenarum realiter infligendarum, & corporaliter experiendarum, nouissi-

me posuit poenas illas, quae in uerborum prolatione sunt. & hoc post mortem peccantium, ut etiam sic aliquo qualiter de laesione fame superstitis mouerentur. nam si isti peccarent, & Deus infligeret eis istas poenas deleter eos, & terram eorum destrueret, illi qui postea terram illam uiderent, dicerent, q̄ ideo quia populus iste pessimus fuerat, talia in eum facta sunt: quod erat laedere famam ipsorum. *Diciturque sequens generatio.* Idest alia generatio, quae fuerit post eam, que nunc est, que ei succederet. *Et filii qui nascuntur.* i. filii istorum peccatorum punitorum, qui nascuntur ex eis siue immediate siue mediate, maxime autem intelligitur de his qui nascuntur mediate. scilicet de nepotibus, & pronepotibus, qui non uidentur inflictionem plagarum, nec ad eos proxime peruenit notitia, unde magis admirari possunt tanquam de eo cuius radicem ignorant.

An isti, qui mirari debebant sint filii iudeorum, uel alij homines. Quae. VI.

D VITABIT aliquis utrum isti filii intelligantur esse filii istorum, qui puniuntur immediate, siue per successionem descendentes ab eis, aut sint alij homines, quia omnes qui post inflictiones plagarum nascerentur, uocarentur filii licet non filii istorum: quia secundum morem sacre scripture, & secundum morem poeticeum aliqui ista nomina relatiua ponuntur non positus suis correlatiuis, ut in isto nomine filius de quo cantico. 2. dicitur sicut malus inter ligna syluarum sic dilectus meus inter filios, & istud nomen nurus, & sic de ceteris. Ouidius namque in libris de arte amandi, & in aliis libris, ceterique poetae uocant nurus omnes mulieres uxoras in respectu ad socrum licet non exprimentur, & sic in ceteris. ita igitur hic uocari poterant filii omnes minores, qui postea nascerentur. Item conueniebat hoc, quia magis poterant homines extranei uenientes ad illam terram post destructionem illius admirantes de illa dicere hec, que ponuntur in littera, quam aliquis alius, qui in terra illa natus esset: quia iste cognoscere poterat, quis fuit casus ille, & unde traxerit originem. Dicendum tamen est, q̄ accipiuntur hic filii pro ueris filiis immediatis, uel mediatis, qui succedentibus parentibus suis post mortem eorum considerantes ultionem, quam Deus exercuisset in hanc terram, dicerent uerba quae supra ponuntur: & patet q̄ intelligatur de istis quia littera distinguit hic inter filios, & peregrinos: cum dicit filii qui nascuntur deinceps, & peregrini, si autem non acciperentur filii pro filiis istorum, qui puniti fuerant, non esset distinctio inter peregrinos & filios, quia peregrini sunt, qui nati extra aliquam regionem postea ad illam ueniunt, si autem isti, qui uocantur hic filii non essent filii eorum, qui in terra ista habitauerant, essent peregrini, quia extra geniti fuissent: & sic non distingueretur inter eos: sed distinguitur, ergo filii proprie accipiuntur pro filiis eorum, qui in terra illa habitabant.

Item, quia dicitur, & peregrini, qui de longe uenerunt, ex quo innuitur, q̄ alij, de quibus mentio fiebat, non uenerant de longe, sed erant nati in terra illa: hoc autem pertinet ad filios proprie dictos: *Et filii, qui nascuntur deinceps.* Ponit hoc, quia illi qui iam nati erant, quando iste poenae infligebantur, non poterant dubitare de modo illationis istarum poenarum, & de causa propter quam infligebantur, quia temporibus suis cernebat uicia, pro quibus poenae istae infligi deberent: id non admirarentur isti, nec dicerent aliquid, quia & ipsi partem poenarum harum luerent pro patribus suis, filii tamen qui postea nascerentur inflicta plaga, non uidentes eam infligi, nec causam inflictionis admirantes dicerent, quae supra.

qua supra habentur. *Et peregrini qui de longe uenerunt.* i. illi, qui de aliis partibus uenerunt ad habitandum in terra illa, uel transirent per eam, quia isti habebant maius motum ad admirandum, cum nunquam ad terram illam accessissent, sicut si nunc aliqui de nobis, uel magis adhuc de aliis gentibus sacrarum scripturarum infensis, iret ad uallem, ubi fuerunt olim Sodoma, & Gomorra & aliae urbes, que sulphure concrematae ad ultimum eueratae sunt, uident terram illam sic vastatam miraretur, cum tellus ipsa poenae suae testis sit, & cuilibet respicienti quaedam punitionis, & timoris species inuitur, iuxta illud quod ait Solinus in polyistor. c. 36. de iudaea. longo microfolyma recessu sinus tristis panditur, quae de caelo tactum testatur humus nigra, & in cinerem soluta: & hoc exemplum de ciuitatibus his inducit. *J. Deus. Videntes plagas terrae illius.* Non uocantur hic plaga terrae: plaga alicuius populi habitantis in terra: sed aliqua forte mutatione facte in terra diminuentis eam a sua perfectione, que in modum plagarum datae sunt tanquam si darentur rei rationali, & patienti: & sunt quaedam uarias terrae, ut combustio arborum, uel agrorum, & fulminatio, & admiranda siccitas, & grando & locustae aliaeque plaga a Deo inflicta ad desolandum terram. *Et infirmitates.* Terra uel aliquod irrationabile corpus infirmitates non habet, cum infirmitates sint disproportiones qualitatum animalis facientium ad harmoniam. in rebus autem inanimatis nulla talis reperitur harmonia. possunt autem uocari infirmitates terrae aliqua infirmitates inductae in brutis animalibus, & in hominibus, ita ut morentur omnia, & quia terra perdebat totum decorem suum perdendo ista indiuidua speciem, sicut ipsa indiuidua perire per infirmitatem dicebantur: ita terra dicebatur infirmari, uel dicitur pati infirmari, quia forte ueniebat aliqua calamitas terrae, ut aer corruptus, uel nebulae, uel quid huiusmodi. Et ista uelima expositio bona est: quia immediate ponitur expositio eius. scilicet infirmitates quibus eam Deus afflixit sulphure, & solis ardore comburens: istae ergo sunt infirmitates. nam sicut unus homo per istos labores frequenter cito moretur, ita per istas poenas inflictas terrae uocabatur Deus infirmitates, quia sicut hominem egritudo facit debilem, & alienatum a uiribus, & ratione, ita istae plaga faciebant terram carentem uiribus germinandi, sicut dicitur supra. ita ut ultra non feratur, nec uires quippiam germinet in exemplum subuersionis sodomae. *Sulphure.* Non misit Deus unquam sulphur super terram Chanaan tempore quo eam possederunt iudei quia peccata eorum non tantum apud Deum promeruerunt, ut terra sulphure cremaretur: sed erat Deus istam plagam immitturus, si forte peccata iudeorum tantum incandescerent, si enim misit super Sodomam & Gomorram ciuitates pentapolis, quia uiri illarum ciuitatum erant nimis peccatores coram domino, ut patet Gen. 13. c. & postea sulphure, & igne delati sunt, ut patet Gen. 19. c. *Et solis ardore.* Ista erat quaedam poena specialis, quae etiam non fuit data in terra iudaeae specialiter, & est hoc cum aliquis estus ualde magnus uigeret, ita ut deleter cuncta, que germinarent in terra. Et talis estus accidit in aethiopia, ut tantus calor fuerit, q̄ uideretur sol magis accedere ad terram, & uideretur esse tunc maioris caloris, & multa hoc calore noxia peribant penitus, & gentilitas putans in his causam esse id quod in diis suis ponunt, fixerunt folem currus suos tradidisse filio suo Phetonti. equi uero in solidum pondus agnoscetes per deum caeli spacia discursabant, ita ut nunc celum stellatum petere uiderentur, nunc uersus Mercurium, & lunam breuiore nobis spacio appropinquaret, in qua appropinquatione omnia elementa pene excessiuo calore soluta tabescebant, fontes, & flumina desiccata sunt: & ipsa alma mater, tellus rau-

Infirmitates terrae quid sint.

De calore nimio, qui accidit in aethiopia antiquissimis temporibus omnia pene exussit.

Quo fuit uera fabula phetonis regis curruis solis.

cionis uocibus summum deorum patrem imploras, conquesta est. tandem Pheton trifido fulmine uulneratus de curru cadens in fluuio Eridano tumulatus est sic fabulam istam inducit Plato in Thimeo libro primo, & Paulus Orosius libro primo de orbe mundi. *Ita ut ultra non feratur.* Terra fertur ut semina in ea iactata uirtute eius alantur, & formentur in segetes: cum uero uirtus germinatiua terrae deperit, non est opportunum eam feri, sic est si tantus calor terram exuret, quia tunc uelut cinis tota humiditate consumpta conuertitur in puram siccitatem, ita & terra tantum siccaretur, quousque tota uirtus eius consistens in quadam humiditate grossa penitus solueretur, manentibus partibus terrae discompactis conuersis in cineres, aut in uas solutis arenas: in quorum neutro uis germinandi est, nec feri prodest. *Nec uirens quippiam germinet.* Germinare uiride est ex humiditate, ubi autem humiditas illa deficit, non est aliqua uirtus germinatiua: est autem uis germinatiua quaedam uis generandi reperta in terra, sicut in quolibet animali reperitur uis generandi secundum suam speciem: & ista fundatur in certa proportione humiditatis, cum uero illa humiditas exhausta est, dato q̄ postea magna & excellens super fundatur ipsi rei, nihil poterit germinare, quemadmodum est in cineribus, quia per actionem caloris soluta fuit humiditas totaliter, & uirtus germinatiua, & licet postea totus cinis operiatur aqua, non propter hoc germinabit quicquam: quia uirtus eius germinatiua extincta est, sic patet de seminibus, quae coquuntur antequam iaciantur in terram, quorum uirtus germinatiua exhalat per calorem excludentem, & postea licet iaciantur in terram, & ueniat super ea multa aqua impossibile est nasci inde quicquam: in multis autem huiusmodi accidit. *In exemplum subuersionis.* Idest in similitudinem quasi dicat ut sicut ille subuerfatus fuerunt, ita & ista terra subuertatur. erat enim terra Sodomorum scilicet uallis illa, in qua erant quinque ciuitates facientes uocari regionem illam pentapolim, fertilissima inter alias regiones terrae Chanaan, & amena ualde in arboribus, quia tota irrigabatur iordane, & erat sicut paradisus domini, & sicut Aegyptus uenientibus in Segor, ut patet Gen. 13. c. postea uero mutat a fuit in effigiem tristem de se monstrans fuisse a Deo percussa: nam arbores ibi poma gignunt, quae cum uisui gratia sint, solam intus fauillaceam fuliginem habent in testimonium celestis illius ignis adhuc manentis, sicut ait Solinus in polyistor. c. 36. de iudaea. *Sodoma, & Gomorra Adama, & Seboyn.* Quinque ciuitates erant in ualle, unde uocabatur pentapolis, ut patet sapientia. 12. c. & ponuntur hic 4. uelima earum, quae minor erat uocata Bala ut patet Gen. 14. c. siue Segor ab euentu ut patet Gen. 19. nec ut quidam autumant fuerunt omnes delete incendio, ut declarauimus super Gen. 19. c. quod maxime hic comminatur, quia cum posuisset specialiter eas solas. 4. explicat non ponens Segor sine Balam, quae praecipue Loth fuit defensa, ut habetur Gen. 19. c. *Quas dominus subuertit in ira, & furore suo.* Ira & furor idem sunt sed est multiplicatio uerborum secundum modum loquendi uulgarem, uel potest distingui inter illa, ita q̄ ira sit paruus motus ad uindictam, furor sit quaedam corporis efferata atq; truculenta iactatio ex commotione mentis procedens, & hoc pertinet ad magnam iram: dicitur autem subuertisse Deus has in furore suo quia peccata ciuitatum istarum erant magna nimis, & Deus concitatus contra eas deleuit eas in exemplum aeternum.

Et dicent omnes gentes. Hoc est quantum ad iudeos peccatores, qui punirentur a domino, & quantum ad terram eorum que subuerteretur, nam omnes gentes uidentes talem deuotionem dicerent ista uerba, quae sequuntur.

sequuntur. *Quare sic fecit dominus terra huic.* Ista est
 questio non quidem ignorantium, & inquiringium,
 sed admirantium, quod patet immediate cum ipsimet
 responsum super hoc dicit: sed modus est admirantium
 de aliquibus sibi notis inquirere mouente eos rei ma-
 gnitudine. *Quare sic fecit dominus.* Non dicunt quare
 sic factum est huic terre quasi hostes hoc fecissent, vel
 naturaliter accidisset, sed quare sic fecit dominus: qua-
 si dicat quod magnitudo huius plagæ tanta erat quod satis li-
 quidum erat a solo Deo inflictam fuisse. *Et quæ est hæc
 ira furoris eius immensa.* Id est quomodo Deus tantam
 iram incanduit contra istos, ut sic puniret eos, & terram
 eorum deleteret: nam licet Deus puniat, misericors est,
 & non obliuiscitur misereri vlt; in finem, quia mise-
 rationes eius super omnia opera eius, quod ergo tantum
 punierit, ualde admirandum est, & vocatur ira Dei hic
 immentia, quia ira ut proprie accipitur in animalibus,
 est motus partis affectiue ad uindictam, & cum ista ira
 sit in ipso animali, & est aliquid spirituale, non potest
 cognosci in seipsa utrum magna an parua sit. cognosci
 tur autem ex effectibus. nam cum ipsa sit ad puniend-
 um, indicabitur ex quantitate inflictæ pænæ, si pœna
 parua, & ira parua fuisse monstratur, magna autem pu-
 nitio magnam atque incandescentem indicat iram,
 sic autem erat in punitione Sodomorum, & significa-
 batur futurum in punitione iudeorum si peccatores
 contumaciter permanerent. nam tuit illa punitio ama-
 ra nimis, vel durior infligi ei poterat quam quod ipsi cœ-
 lesti igne percussi cum suis ciuitatibus confligantes
 demum ad profunda terre absorpti fuerint, ciuitatum
 suarum nullo manente vestigio: vocatur ergo ira ma-
 xima inflicta huiusmodi maxima punitione, sed maxi-
 ma ira est, quæ imensa est, ideo immentia vocatur
 ista ira Dei. *Et respondebunt, quia deliquerunt pactum domi-
 ni.* Ista responsio est eorum, qui istam quærebant, quia
 licet scirent, tamen admirabatur, ideo inquirebant, &
 confessum sibi ipsi respondebant. *Quia deliquerunt pa-
 ctum domini.* Deus pepigerat cum iudeis, ut eum solui
 colerent, & obseruarent omnia, quæ in hac lege scripta
 sunt, ut patet supra 26. & 27. c. & ea quæ scripta erant in
 lege data in monte Oreb ut patet Exo. 19. c. & 24. c. de-
 relinquentes ergo pactum Dei iram facientes fidē
 datam maxime puniri digni erant. *Quod pepigit cum pa-
 tribus eorum.* Ad quod ita tenebantur filij secundum
 quod patres, quia Deus erat dominus eorum sicut erat
 dominus patrum suorum: præcipue cum Deus uellet
 etiam successores obligari. *Cum patribus eorum.* Quasi
 dicat quod istud peccatum propter, quod tanta desolatio
 ueniret, non faceret isti, qui nunc uiuebant, & susce-
 perant legem, sed eorum successores, quia isti cum vi-
 didissent tanta mirabilia fieri, & punitiones in ipsos, non
 derelinquerent ita cito pactum Dei: sed successores, qui
 non recordarentur illorum, quæ Deus fecerat, & sic fa-
 ctum est, quia toto tempore quo uixerunt isti, qui exie-
 runt de deserto introeuntes in terram Chanaan quo
 tempore rexit Iosue, & post eum alij senes, non pecca-
 uerunt filij Israel contra dominum derelinquendo pa-
 ctum eius: sed postea multo tempore, ut patet Iud. 2.
 c. cum dicitur & abierunt filij Israel vnusquisque in pos-
 sessionem suam seruiertuntque domino cunctis dieb.
 Iosue, & seniorum, qui longo tempore uixerunt post
 eum: & nouerant omnia opera domini, quæ fecerat
 cum Israel.

Qui eduxit eos de terra Aegypti. Hic rememorat istud
 beneficium ad maiorem aggrauationem peccati. nam
 cum tantum pro eis egisset, non debuissent derelin-
 gere pactum eius. *Et seruiertunt dijs alienis.* Ponitur id in
 quo isti uiolauerunt pactum scilicet in colendo Deos
 alienos. nam potissimum quod in pacto continebatur
 erat, ut eum solum colerent ad nullum alium. Deum

In quo in-
de i uiola-
uer pactu.

F inclinantes. *Et quibus non fuerant attributi.* Id est quibus
 non fuerunt recommendati: & hoc magis aggrauat
 peccatum. nam licet esset peccatum colere Deos alie-
 nos. sed amones quocunque modo colantur, tamen si
 illi qui colerent eos, reciperent ab eis aliquod bonum
 quod uideretur pertinere ad beneficia, quæ a Deo sūt,
 utpote, quod ille populus esset quasi commendatus illis
 dijs, & illi facerent pro illo populo, non esset tantum
 peccatum, sed si illi dii nihil faciant pro aliquo populo
 & colantur ab illo, est maius malum, cum tunc demo-
 nes siue illi dii per se colantur tanquam aliquid per se
 bonum habens in se numen. *Idcirco iratus est furor domi-
 ni.* Illa erat narratio iniquitatis Israelitarum. hic ponit-
 tur conclusio, quam inferret gentes uidentes desola-
 tionem istam scilicet. *Quod idcirco.* Id est, quia popu-
 lus iste tanta patrauerit scelera, Deus iratus eis tantam
 intulit punitionem. *Iratus est furor domini.* Ista est locu-
 tio ex superabundantia, quia debuisset dicere iratus est
 dominus, quia furor non irascitur, cum furor, & ira i-
 dem sint. Et idem est furorem irasci, quod furorem incita-
 ri, & est inculcatio uocabulorum, ut si dicamus ali-
 quem cecum visu, quia cum ista dictio cecus signet
 carentē visu, si dicatur aliquem esse cecum visu, poni-
 mus cecum id est carentem solum, sic iratus est id est,
 & signat, quod motus fuit furor, vel ira, quia ve-
 ro furor exprimitur signat iratus est, id est motus est
 solum.

Contra terram illam. Non fuit Deus principaliter mo-
 tus contra terram, quia terra nihil omnino peccauit,
 sed iratus fuit Deus contra habitatores terræ, & puni-
 uit eos, & propter eos pariter terram deleuit inquantū
 mutationes, & deteriorationes factæ in terra redunda-
 bant in damnum, & pœnam habitatorum peccantium,
 & in exemplum futurorum, ut uisa tali punitione om-
 nes futuri arceantur a talibus peccatis: & isto modo
 terra Sodomorum percussa est propter peccata habi-
 tatorum, quia dolebant se perire, & res suas simul: &
 hoc modo maledicta fuit terra propter peccatū Adæ
 ut patet Gen. 3. c. cum dicitur maledicta terra in opere
 tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi, non enim erat
 in se terra maledicta, sed inquantum suis defectus er-
 rat laboriosus homini excolenti eam, quia cum maio-
 ri labore nunc fructus datura esset, quam aliter dedisset.
Ut induceret super eam omnia maledicta. Ponitur, ut
 id est in tantum exarsit ira eius, quod induxit omnia male-
 dicta super hanc terram. *Quæ in hoc volumine scripta sunt.*
 Scilicet 5. 28. c. & 27. & hic. *Et eiecit eos de terra sua.*

Faciendo duci in captiuitates, quia tunc manebat
 terra desolata absque habitatore, sicut fuit in captiuitate
 babilonica, quia Nabuchodonosor tulit omnes he-
 bræos de Iudæa in Babylonem relictis solis uiris paupe-
 ribus, agricolis, & uinitoribus, qui postea occiso Godo-
 lia præposito eorum recesserunt in Aegyptum cum
 Hieremia propheta, & mansit terra desolata toto illo
 tempore captiuitatis, de quo. 4. Regum. 25. cap. & isto
 tempore gentes aliunde uenientes poterant dicere
 hæc, quæ hic dicta sunt. *In ira, & furore, & indignatione
 maxima.* Hic ponuntur multa nomina signantia idem
 quia in vulgari multa nomina sunt signantia iram, &
 consueuimus loqui ponentes ea simul: potest autem
 aliqualis differentia inter ista assignari. I. quod ira sit qua-
 liscunque motus ad uindictam: furor est motus ad uin-
 dictam, qui magnus est, cum turbida, &. efferata vul-
 tus dispositione: indignatio dicitur ira secundum, quod nos
 indignum iudicamus talia fieri, qualia sunt, vel talia
 pati qualia patimur.

Proiecitque in terram alienam. Licet hostes ueniētes su-
 per iudeos eos de terra sua expellerent, & occiderent,
 tamen Deus hoc facere dicebatur, quia ipse incitabar,
 ut ista fierent ponendo eis in mentem, & adiuuando
 hostes

hostes hebræorum, ut patet Esa. 5. cap. ubi Deus uocat
 Babylonios ad punitionem, & captiuitatē Iudeorum,
 cum dicitur, & lenabit signum in nationibus. pcul. &
 sibilabit ad eum de finibus terræ. Et ecce festinus, &
 velociter ueniet. etiam dicebatur uocare Assyrios, ut
 uenirent ad captiuandum regnum Israel. sed decem tri-
 buum, ut patet Esa. 7. c. cum dicitur, & erit in die illa si-
 bilabit dominus musæ, quæ est in extremo fluminū
 Aegypti, & apī quæ est in terra Assur: & uenient, & re-
 quiescent omnes in torrentibus vallium: isti tñ hostes
 Iudeorum quī capiebant eos, & p libito suo lacerabāt,
 putabant in uirtute sua sola agere, & superbiebant
 ualde, atq; dominus irascebatur eis, patet hoc de rege
 Salmanasar quem misit dominus contra Samariā, ut
 captiuaret eam, & putauit se fecisse in robore suo. &
 sic gloriabatur, ut patet Esa. c. 10. cum dicitur, uē Assur
 uirga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorum in-
 dignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum, &
 contra populum furoris mei, mandabo illi, ut auferat
 spolia: ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius nō
 sic existimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad
 internecionē gentium non paucarū, dicit enim nun-
 quid non principes mei simul sunt reges: & in sapiē-
 tia mea intellexi, & in fortitudine manus meæ feci: &
 abstuli terminos populorum, & principes eorū depre-
 caui sum: & detraxi quasi potens in sublimi residen-
 tes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem
 populorum, & sicut colliguntur oua, quæ relicta sunt,
 sic uniuersam terram, ego cōgregaui. Ecce modo Na-
 buchodonosor captiuauit Iudeos, & destruxit ciuita-
 tes eorum, putauitque hoc in fortitudine sua fecisse,
 ut patet Abacuch. 1. c. cum dicitur ecce, ego stititabo cal-
 deos gentem amaram, & uelocem, ambulantem sup
 latitudinem terræ, ut possideat tabernacula nō sua. &
 J. domine in iudicium posuisti eum, & forte ut cor-
 riperes fundasti eum, & infra, totum in hamo subleua-
 bit, & traxit illud in sagena, & cōgregabit in rete suā:
 super hoc lætabitur, & exultabit, & propterea immola-
 bit sagena sua, & sacrificabit reti suo, quia in ipsis incref-
 tata est pars eius. *Sicut hodie comprobatur.* Non intelli-
 gitur de tempore in quo Moyse loquebatur Israeli
 ista super Iordanem, sed ad tempus in quo Iudæi essent
 in captiuitate: & patet quia ista non sunt uerba Moyse
 principaliter, sed uerba gentium uidentium terram
 Israelitarum desolatam esse ipsis existentibus in capti-
 uitate: dixerunt ergo ipsi uidentes desolationē hanc, quod
 Deus induxit plagas super terram illā, sicut com-
 probatur hodie. tunc quando nos uidemus terram
 desolatam esse. *Abcondita a domino Deo nostro.* Potest in-
 telligi referēdo ad peccata, propter quæ infligitur ista
 punitio: scilicet, quod illa puniri debeant isto modo. I.
Abcondita a domino Deo nostro. i. ea quæ abcondita sunt
 de quibus homines non nouerunt, iudicatur a domi-
 no Deo nostro, & ipsa quæ manifesta sunt, supple
 dicantur nobis, & filijs nostris. i. a nobis, & filijs nr̄is: &
 isti omnes sunt iudices, vel. *Abcondita a domino Deo no-
 stro.* i. pænæ quas patimur sunt abconditæ a Deo nr̄o,
 quasi dicat, quod apparet Deum non uidere illas, cum nō
 eruat nos: & sunt manifestæ nobis, & filijs nostris. I. quia
 ista experimur actualiter patiendo, & sunt uerba Iu-
 deorum positum in magna calamitate. *U sicut in æter-
 num.* i. quod durabit ista punitio usque in æternum. sed
 prima expositio melior est, quia ista pars uiltima litteræ
 non applicatur bene secundæ expositioni, quia illi qui
 in calamitatibus sunt, non dicunt, quod in eis permane-
 bunt usque in æternum, nisi desperarent, & tūc non
 congruit littera inferior.

U si faciamus omnia uerba legis huius. Quia ista sunt uer-
 ba alicuius se ad Deū conuertētis, & non uerba despe-
 rantis: maxime quia illi, qui cognoscūt se a Deo iuste

A propter peccata puniri, magis veniam petunt, quam
 desperent, cum infra promittatur uenia. c. sequē. Sed
 forte magis tenenda est alia expositio, quia nec ista ui-
 detur proprie conuenire, cum enim dicitur. *Abcondi-
 ta a domino Deo nostro.* Necessarium est, quod hic fiat muta-
 tio personæ loquentis de tertia ad primam, quia antea
 loquebantur gentes uidentes istas calamitates, quare
 Deus sic fecerit: hic autem fit conuersio ad ipsos Iu-
 deos, ita quod ipsi loquantur nunc de se, & hoc necessa-
 riū est sicut quacunque istarum expositionum, ut pe-
 tet ex modo litteræ. Ista autem prima expositio non
 uē consonare litteræ, quia hic agitur de punitionibus
 de quibus gentes uidentes loquebantur, & nō de pec-
 catis, ergo oportet referri ad pænās, & non ad delicta:
 sed prima expositio ad delicta refert.

Item quia ista expositio est quantum ad iudicia pe-
 narum infligendarum pro culpis. I. quod Deus iudicaret
 imponendo pœnam in oculis, & homines impone-
 rent pœnam in manifestis, sed ista littera de iudicijs ni-
 hil agit. Item quia si teneretur ista expositio, non de-
 beret dici abcondita a domino Deo nostro, sed quod ab-
 condita sunt, quia si ponatur abcondita sine relatiuo
 non intelligitur ibi conuersio: & est secunda exposi-
 tio, si aut poneretur, quod abcondita sunt, magis ad pri-
 mam sententiam pertinere: exponetur autem sic.

Abcondita a domino Deo nostro. i. quæ Deus nō abscō-
 dit nobis, uel quæ: bscōdita sunt ab eo. I. ne ipse cog-
 noscat: non potest dici abcondita. i. quæ Deus nobis
 abscōdit: quia repugnat littera sequens. I. quod sunt ma-
 nifesta nobis, & filijs nostris, sed accipitur secūdo mo-
 do. I. quod abcondita sunt a Deo nostro. I. quod Deus nō
 cognoscit illa. i. uel non cognoscere, quia non aduertit
 dissimulans, quasi non uideret: & hoc refertur, proprie
 ad supradicta, quia eo tempore quo gentes uidentes
 desolationem terræ Chanaan dicerent ista supradicta
 Iudæi existentes in terra captiuitatis dicerent hæc quæ
 hic habentur. I. abcondita a Deo nostro. i. nunc quoniam pa-
 timur, abcondita uidentur esse a Deo nostro, quia ita
 se habet quasi non uideat, sed manifesta sunt nobis,
 & filijs nostris. i. nobis manifesta sunt, quia ea patimur.

U sicut in æternum. i. ita nobis sunt manifesta hæc, quod pa-
 timur, quod in æternum non obliuiscemur eorum. *U si fa-
 ciamus mandata legis huius.* i. ideo nobis Deus fecit ista ma-
 nifesta, ut faciamus ea quæ continentur in hac lege, in quo
 innuit quod istas pænās Deus dabit in recordationem, ut
 isti memores quod semel passi fuissent agentes quæ ista le-
 gem, cauere uiliterius talia custodientes mandata hæc
 in æternum. Et quoniam arguitur quod hanc positionem, quod nō
 bene applicatur litteræ, quia illi qui in calamitatibus
 sunt non dicunt, quod permancebunt in eis in æternū, nisi
 dicant desperantes, quod isti non faciunt. Rūdetur, quod ar-
 gumentum istud procedit non attēta radice huius ex-
 positionis: nam ista expositio non dicit, quod durabit in
 eternū talis calamitas, sed refertur ad illud participiū
 manifesta. I. quod ista pænæ ita sunt dure, quod non effugiet
 memoriam eorum usque in æternum, & hoc ut ea
 studiant mandata Dei.

Improbatio
exposi-
tionis.

C A P. XXX.



U m ergo uenerint super te omnes
 sermones isti, benedictio siue ma-
 ledictio, quam proposui in con-
 spectu tuo, & ductus pœnitudine cordis
 tui in uniuersis gentibus, in quas disperferit
 te dominus Deus tuus, & reuersus fueris ad
 eum, & obedieris eius imperijs: sicut ego ho-
 die

die præcipio tibi, cum filiis tuis in toto corde tuo, & in tota anima tua; reducet te dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miseretur tui: & rursus congregabit te de cunctis populis, in quos te ante disperfit. &c.

Cum ergo. Supra posita fuit pro peccantibus penarum multiplicatio. hic ponitur pro penitentibus earum relaxatio.

Et continet duo. Primum ad conuersos miseratio.

Secundo ad impoenitentes continua malorum toleratio ibi. *Si auersum fuerit.* Prima in duas. primo ponitur omnium peccatorum relaxatio.

Omnium peccatorum relaxatio.

Secundo excluditur custodia legis Dei calumnia excusatio ibi. *Mandatum hoc.* Cum venerint super te omnes sermones isti. Idest omnes poenæ signata per hos sermones.

Sermo quid si fiat. Quæst. I.

MULTOTIENS ponitur sermo siue verbum pro ipsa re, quæ fit, vt dicitur. 2. Regum. 1. c. quod est verbum quod factum est in castris. Idest quid factum fuit in castris?

Et ductus penitentie cordis tui. Idest dolore cordis de malo commisso, & solum refertur hoc ad maledictiones, quia de benedictionibus nemo poenitet: quia ipsa solum dantur propter bonum.

In uniuersis gentibus in quas disperferit te dominus. Idest non putes qd est difficile Deo te reducere de terra longinqua, vel de multis gentibus: quia etiam si in omnes gentes mundi fueris dispersus, & ibi penitueris, inde te attrahet dominus.

Et reuerfus fueris ad eum. Scilicet in cordis contritione. Et obedieris eius imperiis. Vt qui ante idola colebas tunc incipias non colere: & Deo in omnibus mandatis suis obedire illa opere complendo.

Sicut ego hodie præcipio vobis. Idest quod in terra captiuitatis vestræ compleatis omnia mandata quæ ego reiciam hodie coram vobis.

In toto corde tuo, & tota anima tua. Idest quantum tibi possibile fuerit, quia in terra hostili non possunt compleri omnia mandata legis, vt mandata de sacrificiis, quæ non fiebant extra Sanctuarium, ut patet Levit. 17. & supra 12. capit. sic etiam de obseruatione festorum, & de iubilæo, & annis remissionis, & similia, quæ deter minabant certum locum, & modum, qui non poterat esse extra terram promissionis. *Reducet te dominus de captiuitate tua.* Ad terram tuam. *Et miseretur tui.*

Locus metapho- ricalis.

Dando tibi multa bona in terra tua scilicet omnium rerum abundantiam. *Si ad cardines cæli.* Locus metapho- ricalis est, quia cardo dicitur extremitas ianæ super quam circumgiratur, sic partes extrema terre versus partes cæli dicuntur cardines: quia niderur, qd cœlum sit mixtum partibus extremis terra. Et sic dicuntur 4. cardines. 4. puncta opposita cæli super planiciem terre habitabilis. Oriens, occidens, meridies, & septentrio. *Fueris dissipatus.* Idest valde dispersus, dicitur hoc quia difficiliter uidet colligere aliquos de multis populis ad unum locum, quam existentes congregatos in uno loco uanducere ad alium locum, sed Deo nihil magis sic quam sic impossibile est, cum infinitæ potentia sit, quæ non distinguit magnum & paruum. *Et assumet atque introducet.* Ista locutio est, ac si Deus esset ut uir, & poneret populum iudaicum super humeros suos, & portaret, & tunc diceretur assumere eos quando acciperet, & poneret super humeros suos,

Et portaret: & postea introduceret scilicet postquam portaret per totam viam super humeros accedens ad terram suam introduceret eos: & est iste modus metaphora vsitatus in sacra scriptura, sic patet Exo. 19. ca. scilicet vos uidistis quid fecerim Aegyptiis, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum & 7. 32. capitulo dicitur circumdaxit eum, & docuit, & custodiit sicut pupillam oculi sui, sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans, expandit alas suas, atque portauit eos, & assumpsit in humeris suis. *In terram quam possederunt patres tui.* Qui fuerunt in ea antequam fieret istud peccatum, propter qd nunc expulsus es de ea. *Et obtinebis eam.* Idest tenebis eam pacifice: quasi dicat non solum te introducet, sed etiam faciet te firmiter manere in ea si permaneris in iustitia eius, sicut permanerunt patres tui qui eam ante te tenuerunt. *Benedicens tibi.* Idest multiplicans te tam in rebus possessis quam in filiis. *Et faciet te maioris numeri, quam fuerunt patres tui.* Quia quando Deus aliquem punit, & post ad bonum restituit, & maiora bona ei concedit, ut in hoc pateat: Dei magni sicutia, & benignitas, sicut patuit in punitione. Iob: quia perdidit omnia, deinde restituta sunt duplicia, ut patet Iob. vltimo capitulo. *Circumcidet dominus cornu tuum.* Tollendo malas cogitationes, & occasiones peccandi, ne iterum cadas, & sic est deterius quam primo. *Et cor seminis tui.* Idest filiorum tuorum, ut ipsi etiam non peccent contra te. Et possis viuere amando Deum, & custodiendo mandata eius datur vita Israelitis: alias hostes, & pestilentia eos consumebant.

Omnes maledictiones has conuertet super inimicos tuos. Scilicet si persecuti fuerint te postquam ad me conuersus fueris. gentiles autem quando persequebantur iudeos si Deum offensum sibi habebant, adiuuabantur a domino ad punitionem indecorum, quia tunc erant ministri Dei, ut patet de caldeis quos Deus contra iudeos suscitauit, ut captiuarent eos ut patet Abacuch. 1. c. & dicitur in eodem. c. de Nabuchodonosor domine in iudicium posuisti eum, & fortem ut corripere fundasti eum. Idest ideo fecisti Nabuchodonosor esse fortem, & victorem bellorum vt corripere iudeos, cū autem iudei conuersi erant, & aliquæ gentes persequebantur eos Deus dabat istas maledictiones super hostes, ut patet de Assyriis vel Niniuitis quod idem est, qd vndecim tribus malo animo & magis quam deberent affixerunt & persecuti sunt regem Ezechiam, ut patet 4. Regum. 17. c. ideo post Babylonii deleuerunt eos ut patet Naum. 1. 2. & 3. c. & cūa Babylonii, quia supra modum iudeos affixerunt a Persis, & Medis per regē Cyrum, & Dariū deleti sunt ut patet Abacuch. 2. c. & 3. c. hoc patet etiā in narratione quam fecit Achior princeps filiorum Ammon ad Holofernem principē militiæ Nabuchodonosor. de qua Iudith. 3. capit. f. qd si iudei peccauissent contra dominum, qd Deus dabat vires hostibus suis, ut expugnarent eos, si autem ipsi recte Deum colerent, dabat eis Deus vires, & praeualebant aduersus hostes suos, cum dicitur quotiescunque autem præter Deum suum aliterum colerint, dati sunt in prædā, & in gladium, & in opprobrium, quotiescunque autem penituerint se recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli potentiam resistendi & J. dicitur nunc ergo meus dominus perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugari erunt sub iugo potentia tuæ, si autem non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus illis resistere, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.

Et eos qui oderunt te persequetur. Hostes iudeorum oderant eos, & cum iudei non offenderant Deum, perseque-

Fructus quid.

persequebat Deus hostes eorum, sicut patet in oibus bel- lis qd ipsi gesserunt gētes, in quibus nō offenderat De- us. *Tu autem reuertaris.* I. in terrā thā, quia hic loquitur de tempore quo essent in captiuitate, si conuerterentur ad dominum Deus miseretur eorum, & percutiebat hostes qui eos detinebant, eosque in terram suam redire faciebat, sicut fuit cum iudei existentes in Aegypto coluissent idola, & reges Aegypti persequerentur eos, ipsi conuersi sunt ad dominum, & audiuit genitum eorum, atque inuitis Aegyptijs fecit eos exire de terra eorum. *Et audies vocem domini Dei tui.* Scilicet in terra tua, quasi dicat, antea cum stabas in terra tua, non audisti vocem domini Dei tui peccans contra eum: ideo expulit te in nationes exterorum: nunc vero, quia penitet te fecisse, reducet te in terram de qua eductus es, & ibi iam correctus audiens eris vocē eius obediendo in omnibus. *Faciesque vniuersa mandata, quæ ego præcipio tibi.* Hoc non tenetur hic imperariue, sed demonstratiue, scilicet aliquid de futuro enūciando sic, vel sic fore: non enim mandat hic Deus, quod Hebræi reuersi de captiuitatibus audiant vocem eius, quasi specialiter tunc audienda foret, sed loquitur prænuñciando, scilicet, quod sic erit, quod Hebræi redeuntes de captiuitatibus, ita castigati erunt præcedentibus afflictionibus vexatione dante intellectu, quod iam nō redibunt ad pristinas culpas, sed audient præcepta Dei ea opere complētes. *Et abundare te faciet dominus.* Sicut ad mala opera sequitur punitio, ita ad bona sequitur remuneratione. Et quia cum rediret populus Hebræorum de captiuitatibus, veniret correctus, vt hic dicitur, & faceret ea quæ Deus mandaret, ponitur hic bona quæ ei eueniret propter istam præceptorum completionem, & quia iudei erant viri carnales (sola quæ corporis sunt desiderantes, promittebat eis Deus bona temporalia, & hæc sunt, quod faceret eos abundantes in omnibus bonis, quæ manibus suis procurarent, scilicet in omnibus negocijs, quæ tractarent, siue pertinerent ad manuales expeditionem, siue alias, si tamē voluerimus strictius loqui secundum qd communiter accipiuntur opera manuum possumus dicere. *In cunctis operibus manuum tuarum.* Idest in agricultura, & negocia tione. *In iobole vteri tui.* Quia venientes de captiuitate multum generabant Deo hæc donante, vt compleretur numerus consumptorum in præteritis cladibus, & vt sint in maiori numero, vt supra dictum fuit.

Et in fructu iumentorum tuorum. Idest, quod etiam iumenta tua multum generent, vt diues efficaris. Et vocantur filij fructus hominis, vel iumentis, quia fructus est id quod de re provenit ultra substantiam rei: filius autem provenit a gignentibus nihil perditō de substantia gignentium.

Reuertetur enim dominus, vt gaudeat. Dicitur Deus reuertere, quia ante gaudebat istis istis pro peccatis suis; nunc autem gaudet in bonis, quæ eis cōcedit propter contritionem suam, a principio Deus gaudebat in Israelitis faciendo eis bona, & hoc quia promiserat eis, & hoc conueniebat suæ veritati, quia tamen ista promissiones, & concessiones erant conditionales, cessante isto statu eorum in bono delectabatur in delendo eos, atque multipliciter tribulando propter facinorosa, quia etiam hoc conueniebat suæ iustitiæ, deinde ipsi puniti conuertebantur ad dominum custodientes præcepta eius, & tunc Deus reuertebatur ad gaudendum in benefaciendo eis: hoc patet præceden. capi. & hic cum dicitur, & sicut ante lectatus est dominus super vos bene vobis faciens, vosque multiplicans, sic lectabitur disperdens vos, atque subuertens, vt auferamini de terra, hic autem ponitur iterum de gaudiō Dei in benefaciendo eis conuersis, cum dicitur reuertetur dominus vt gaudeat super te, qualiter autē Deus gaudeat super te.

Alph. Tost. super Deuter.

deat supra 28. ca. dictum fuit. *Super te in omnibus bonis.* Idest, vt gaudeat in omnibus bonis quæ tibi insunt qd ipse facit. *Sicut gausus est in patribus tuis.* Patres istorum, antiqui Patriarchæ fuerunt boni, ideo dicebatur gaudere Deus conferendo eis bona, sic autem erit in istis, quia patres suos in bonis imitari volunt, & sicut gaudebat Deus ante in istis ordinando de ordinationem culpe per ordinationem poenæ, ita nunc gaudet ordinando meritum per conueniens præmium. *Si tamen audieris vocem domini.* Omnia intelliguntur cum ista conditione, quia licet alicui bona promittantur nulla conditione apposita intelliguntur semper si bonus fuerit, aut si manserit in statu in quo nunc est.

Quomodo hic litera stare potest, de reductione Hebræorum si cu- stodierint mandata, semper Dei promissa conditionaliter intelliguntur. Quæst. II.

SE D quæres quō hoc posset stare, quia supra De- dixerat prænuñciando Iudeis redeuntibus de terra captiuitatis suarum, reuertere & audies vocem dñi Dei tui, & facies vniuersa mandata qd ego præcipio tibi, idest, qd sic certe esset, qd redeuntes ipsi de captiuitate audirent vocem Domini, & custodirent mandata eius, quomodo ergo Deus dicit hic, qd beneficiet eis si custodierint mandata eius? Respondetur, qd Deus sciebat, qd quando Hebræi venirent de aliqua captiuitate immediate futuri erant boni, quia castigati erant magnis afflictionibus quas tolerauerant. Et ista bonitas esset in eis quandiu memoria afflictionum præteritarum duraret, cum vero transeuntibus temporum successibus aboleretur malorum præteritorum memoria, contingebat eos decidere in malum, & tunc redibant super eos pristina afflictiones, si autem sic non esset, postquam semel de aliqua captiuitate, vel afflictione semel liberati fuissent, nunquam peccarent: sed saluum esse notissimum est, cum saepe captiuati fuerint, & in varias inciderint calamitates: quantum ergo ad conuersionem ad bonum, & custodiam præceptorum, quam faceret populus Hebræorum immediate, vt veniret de captiuitate, intelligitur primum quod erat per modum prænuñciationis, & reuertere, & audies vocem domini Dei tui, quia hoc certū erat, quantum ad secundum erat hoc, quod hic dicitur, scilicet si tamen audieris vocem domini Dei tui, quia licet in principio boni essent propter recentem memoriam afflictionum, tamen postea non erat certum, filij fructus hominis, vel iumentis, quia fructus est id quod de re provenit ultra substantiam rei: filius autem provenit a gignentibus nihil perditō de substantia gignentium.

Si audieris vocem domini Dei tui. Obediendo illi proponendo, vt facias quæ dicuntur.

Et custodieris præcepta eius. Scilicet, quod non solum facere proponas, sed etiam cum opportunum fuerit actualiter facias. Præcepta vocantur hic omnia præcepta moralia quæ sunt præcepta decalogi, & præcepta iudicialia.

Et ceremonias quæ in hac lege conscripta sunt. Vocantur ceremoniæ præcepta ceremonialia quæ pertinent ad specia-

X specia-

specialem cultum Dei, quia in eis determinatur modus colendi Deum. Que in hac lege conscripta sunt. Id est precepta moralia, & ceremonialia sunt scripta in hac lege, sicut in hoc Deuteronomio, qui est lex secunda, & non solum sunt precepta hic scripta, sed etiam in lege illa quae est in Ore b. nam ibi data sunt precepta moralia primo, ut patet Exodi 20. c. & postea precepta ceremonialia, ut patet in Exodo a ca. 20. vsque ad finem, & in toto Levitico, & in magna parte libri Numerorum, de quibus diximus supra 28. c. in hac etiam lege Deuteronomij sunt precepta moralia scripta, ut patet sup. 5. c. & sunt precepta iudicialia, & ceremonialia, quae per totum scribuntur vsque ad ca. 27. hic tamen solum fit mentio de preceptis, tam moralibus quam ceremonialibus, quae scripta sunt in lege hac Deuteronomij, quia alia lex iam fuerat confirmata in Ore b, nunc vero solum confirmabatur haec quae in hoc libro continetur. Et reuertaris ad dominum Deum tuum. Istud est fundamentum omnium quae dicuntur, scilicet quod audiat homo vocem Dei, & obseruet precepta eius. nam qui vere ad Deum conuertitur omnia agit quae Deus mandat, & quae sentit ei placere. In toto corde tuo. Id est totaliter cum perfecta intentione colendi Deum, & non recedendi a mandatis eius. nam si aliquis conuertatur ad Deum, adhuc habens propositum non recedendi a sceleribus suis, non reuertitur ad Deum in toto corde suo, sed secundum aliquid cordis sui ad Deum conuertitur, & secundum aliquid vitij adharet, idem est in tota anima conuerti, de quibus magis declaratum fuit supra 6. cap. Mandatum hoc. Hic ponitur s. custodia legis Dei calumnia excusatio, quia aliquis diceret Deus mandat nobis aliqua quae facere non possumus, vel forte nescimus quid Deus mandat, quia alias libenter faceremus. Non est supra te. Ita quod possis dicere non possum illud attingere, ut sciam & compleam. Nec procul positum. Secundum distantiam rectam, scilicet quod sit in aliqua extremitate mundi. Ut dicere possis quis nostrum ascendere poterit. Ista enim excusatio legitima esset, quia nullus poterat caelum ascendere. Quis est nobis transire mare. Loquitur de mari magno Oceano, quia aliquae partes sunt in oceano ad quas non est navigatio, quia nauae ignorant cursum, & perderentur, vel quia sunt aliquae partes in Oceano, ad quas accedendo iacebunt stellae directrices navigationis, s. Arcturus, siue maior vrsa, quae quasi immobilis est; mobiles autem stellae non dirigunt nauas, ut ponit Lucanus libr. 9. & ratio, quia regula rerum mobilium est aliquid immobile, patet quia non distinguitur motus rei, nisi per respectum ad rem immutabilem, s. respiciendo quantum pertransit axis pyramidis rei visae in obiecta re non mota: ut patet primo perspectiue communis. Item quia omnes stellae quae multum mouentur, oriuntur & occidunt, & tunc nauae aliquando videntur, aliquando non. Et ista maria sunt versus Austrum, quia vrsa maior Septentrionalis est: ideo propter gibbositatem maris cito disappeareret, sicut etiam aliquibus hominibus in terra, quae multum australes sunt, occidit eis vrsa maior, plaustrum, siue Bootes quod idem est, sicut sunt Horestae, & Carmani de quibus Lucanus libr. 3.

A custodia legis Dei calumnia excusatio.

Alique partes sunt in oceano ad quas non est navigatio.

Tunc furor extremos Romanos mouit horestas: Carmanisque duces quorum ether, versus in austrum. (Id est horizon) Mergi non totam, mergi tamen aspicit arcton. Id est vrsam maiorem, sunt etiam maria Septentrionalia innavigabilia, quia perpetuo gelu concreta sunt, & super mare cum curribus, & iumentis ambulari potest, & super flumina, ut ponit Ouid. in secundo, de Ponto. omnia maria Mediterranea quae proprie maria sunt, & a magno mari deriuantur, navigabilia sunt, ideo de istis non potest esse excusatio, sed de mari magno non

navigabili, vel aliter. Mandatum hoc, quod ego praecipio tibi hodie. Non est putandum, quod hoc sit vnum aliquod mandatum speciale, de quo hic loquatur Deus, sed vocatur mandatum, id est omnia mandata contenta in hoc libro, ut sicut interdum multae leges dantur ab eodem Legislatore, & contentae in eodem libro vocantur interdum lex, sicut dicimus, quod Deus dedit legem in Synaiz tamen ibi non fuit aliqua vna sola lex, sed multae tam morales quam ceremoniales, & iudiciales, sic & totus iste liber vocatur lex, licet multas leges contineat, vel vocatur foedus, ut patet precedenti cap. & supra 17. ca. vbi nos dicimus, quod rex facit sibi scribi Deuteronomium legis huius, in Hebraeo dicitur. Nysue thora. Id est istam legem secundam, sic igitur dicitur de mandato, quod multa mandata simul faciunt vnum mandatum, & vocabitur totus iste liber mandatum, quasi sit vnum aliquod mandatum. Quod ego praecipio tibi hodie. Loquitur Moyses toti Israel, cui ista mandabat obseruare, id est ista precepta quae continentur in hoc libro, quae ego mando tibi ex auctoritate Dei hodie, quod serues, non sunt supra te, dicitur mandare tuas, quasi illa dies in qua Moyses ista dicebat, erat dies, in qua promulgat legem hanc audiente toto Israel. Non est supra te. Hoc potest dupliciter intelligi vno modo, quod non est supra te, id est, quod non est supra vires tuas, quasi dicat, non est ita difficile, quin possis illud exequi. Alio modo non est supra te, id est non est positum in aliquo loco alto supra te, ad quem accedere non possis: ut quod sensus satis conueniens est, sed secundum magis conuenit literae, quia infra dicitur, ut possis dicere quis nostrum valeat ascendere ad caelum, & deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus, in quo notatur, quod supra dicit ibi differant situs, & tunc quae hic ponitur. Supra te. Et ponitur. In caelo situm. Ut fiat differentia inter ista dicitur, quod supra te signat aliquem locum altum supra nos qui tamen non sit caelum. Nec procul positum. Scilicet in aliqua terra longinqua, aut in semotis partibus orbis. Nec in caelo situm. Id est, nec est positum in caelo fixum, quia ibi propter magnam altitudinem suam non possit homo aliquis ire illuc, ut deferret preceptum hoc, & dicitur.

Situm. Id est fixum, vel firmatum, quasi dicat, dato quod non esset in caelo, si non esset fixum, sed posset cadere sicut pluuie cadunt, aut radij solares qui veniunt ad nos, non esset difficultas habendi illud, si tamen esset in caelo fixum, non posset cadere per se, & tunc impossibile esset haberi, nisi aliquis iret illuc proco, ut possis dicere.

Quis nostrum ad caelum valet ascendere. Effet enim calumnia excusatio dicendo, quod non poterant custodire illud preceptum, quia erat valde elongatum ab eis: nec quisquam poterat ascendere pro illo, & si possent habere, quod custodirent, fundantur autem ista dicta in hoc, ut si Deus diceret Iudaeis, faciatis precepta quae continentur in quodam libro qui est ultra mare, vel in quodam libro qui est in caelo, aut in partibus longinquis terrae, & tunc dicere possent Iudaei, domine ire non possumus pro ipso libro preceptorum in caelum, aut transire maria australia, vbi non est navigatio, vel maria Septentrionalia in quibus est perpetuum gelu: ideo habet nos excusatos, licet non custodiamus ipsum preceptum. Deus autem nunc dicit, quod non est hoc preceptum in caelo, nec in terra longinqua, aut in aliqua parte de qua difficile sit ipsum adduci: sed praesto est in corde, & in ore, & intra hominem.

Ut dederat illud ad nos. Id est, ut eat pro illo libro in quo preceptum hoc scriptum sit, & ducat ad nos. Et audiamus atque opere compleamus. Recta excusatio erat illa, si sic esset, quia isti praesto habebant id quod in se erat,

Duplex iterum expositio.

erat, scilicet, quod audirent illud obediendo ei. Et opere compleamus. Scilicet faciendo, quod imperatur, quasi dicat desideramus nos facere hoc, sed non possumus audire istud preceptum, quia est in caelo fixum, aut est ultra mare, vel in terris longinquis, & consequenter, nec possumus facere id quod mandatur, quia nescimus quid ipsum sit, sed non est ista excusatio vera, cum mandatum hoc non sit elongatum ab eis. Nec trans mare positum.

De quo mare hoc intelligitur. An essent naues tempore Moysi. Et quae dicitur fuisse nauium prima constructio. Quasi. III.

Non intelligitur de mari Mediterraneo, quae facile erat nauigare mari Mediterraneo, si cut nunc nauigamus, sed intelligitur de mari Oceano ultra quem non sunt gentes, vel in quo nesciunt mouere naues nauae propter defectum stellarum ductricum, aut propter impedimentum gelidarum aquarum, & ista maria nullus nunquam pertra fuit, quia exponeret se perditioni, cum nesciret contra quam partem orbis iret. Vel forte poterit intelligi de mari Mediterraneo si ponatur, quod mare Mediterraneo non nauigatur in hac etate nondum puppibus inuentis: sed quod postea inuenta fuerint. Contra quod obijciat aliquis naues esse iam inuentas, quia in diluuiio vniuersi Noe mandato Dei fecit arcam, in qua saluata fuerit femina vniuersi. ergo postea homines, ex illa acciperent exemplum, & formarent aliquales puppes, sed inter diluuium vniuersale, & istud tempus multi anni transierant, s. plures, quam octingenti anni, ut patet computando generationes per successionem a diluuiio vsque ad exitum de deserto anno 4. exitus de Aegypto, quae computatio faciliter fit inspicendo librum Gene. per numeros annorum generationum in eo positarum. Sed ad hoc satis responderi posset, quod licet tempore diluuij fuerit facta arca Noe; tamen gens illa rudis non exercens se marinis operibus non curauit puppes formare: postea recedentibus omnibus hominibus de loco illo, in quo arca diluuij federat, venerunt in campum Senaar, & ibi manentibus eis, atque postea in alias mundi partes recedentibus, arca illa obliuio tradita est: oportuit ergo postea denuo reperiri formam puppium, quod dicit aliquis fuisse post tempora Moysi. Et si nos velimus tenere positionem gentilium poetarum atque chronographorum: dicunt enim, quod primus qui imaginatus fuit qualiter nauis fabricari deberet, fuit Iason filius regis Efonis in Thessalia, quod fuit paulo ante primum bellum Troianum, & fuit hoc multo post tempora Moysi, in tempore iudicium Israel, quasi in fine temporum iudicium. Iason ergo nauem primam imaginatus est: Argus faber thessalicus in lignaria arte peritus eam fabricauit, ut describunt Dares phrygius, & Dites Graecus in suis chronicis Troiani belli, quae pene eisdem verbis conscriptae sunt. hac Tiphis Thessalicus primo rexit: de his Ouidius Metam. libro 8. dicit, primumque ratis molitor Iason, id est, quod Iason fuit molitor, id est imaginator primae ratis faciendae de Tiphidire: ait idem Ouidius, primo libro de Arte amandi in principio cum dicitur

Iason prima nauem est imaginatus.

Curribus ante modo lentisque erat aptus habenis Tiphis in Hemonia puppe magister erat.

Quod autem in hoc tempore facta fuerit prima nauigatio, declarat idem Ouidius libro 1. Meta. qui ponit in tertia etate incepisse nauigationem, & non vocat tertiam etatem, sicut nos ponimus incipientes ab Abraham, sed multo post etiam post tempora Moysi. nam in tempore Abraham nondum Ouidius putauit saecula incepisse, cum ipse incipiens carmen suum Alph. Tost. super Deuter.

A quo tempore incipit computare etate Ouid.

ab exordio rerum, ut proponit in princ. Meta. cu dicit, Aspirate meis, primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Et tamen incipit a Saturno, ut patet in eodem primo Meta. constat tamen Saturnum fuisse eo tempore quod descendit Iacob in Aegyptum, vel valde paulo ante, ut colligitur ex approbatissimis antiquis historiis. dicitur igitur in tertia etate incepisse nauigationem, quae valde ferata fuit: patet per Ouid. praallegato, lib. cum describat proprietates tertiae etatis dicit:

Vela dabant ventis, nec adhuc bene nouerat illos, Nauita, quique dua steterant in montibus altis, Fluctibus ignotis insultauere carine. In prima etate quam describit Ouidius quae fuit tempore quo stabant Iudaei in Aegypto dicit, non fuisse nauigationem, ut patet in praallegato 1. Meta. cu dicit: Nondum e gsa suis peregrinum, ut viseret orbem, Montibus in liquidas pinus descenderat rivas: Nullaque morales preter sua littora norant.

Quod autem tempore Iasonis, quoniam Medea fuit asportata de Colchos insula in Thessaliam fuerit constructa prima nauis, & facta prima nauigatio, & quod Tiphis fuerit magister in regendo probatur, per Senecam in traeged. 7. cuius titulus est Medea carmine 4. cum dicitur.

Audax nimium qui freta primus Rata tam fragili perfida rupit, Terrasque suas post tergum videns Animam leuibus credidit auris: Dubioque secans aquora cursu, Potuit tenui fidere ligno Inter vite mortisque vias Nimium gracili limite ducto, Nondum quisquam sydera norat, Stellis quibus pingitur aether: Non erat vsus: nondum pleiadas. Hiadas poterat vitare rates: Non Olenia sydera capra: Non que sequitur flestitque senex: Arctica tardus plaustra Bootes, Nondum Boreas, nondum zephyrus Nomen habebant. Ausus Tiphis pandere vasto Carbasia ponto, legesque nouas Scribere ventis, nunc linia sinu Tendere toto, nunc prolato Pede transuersos captare Notos. Nunc antennas medio tutas Ponere malo, nunc in summo Religare loco, cum iam totos Ausus nimium nauita flatu Operat alto rubicunda tremunt. Suppara velo.

Probat, quod tpe Iasonis facta fuerit prima nauis scdm postas.

Determinatio auctoris, quae ante Moysen est, quod naues non essent, non faceret mentionem de eis Moyses coram populo, sed facit mentionem, ut patet 8. c. cum dicit, in fine reducet te dominus classem in Aegyptum. necessarium ergo erat iam naues extitisse, alioquin licet Moyses ipse, prophetico cognosceret naues futuras, & quales future essent tamen populus nihil de hoc cognosceret, & tunc frustra esset eis ista proponere, immo stultum. Iam patet hoc ex auctoritate poetarum: nam Ouid. ponit tpe Saturni fuisse puppes, & Saturnum venisse de Creta in Italiam puppe ductus, sed Saturnus fuit tpe Iacob patriarchae multo tpe antequam Moyses ista scriberet. ergo ante Moysen fuerunt naues: ante patet per Ouid. in 1. lib. Fast. cu dicens de aduentu Saturni in Italiam ait: A bona posteritas puppem formauit in praehospitis aduentum rememorata sui.

Quid. es- traditit fi- bippi.

Poeta, & chronogra- phi genti- lium erra- runt. quia Historie gentili- um inchoant a dilu- uio Ogi- gi.

Licet in hoc Quid. est in vera contradictione, & hoc est ex impotentia distinguendi tempora, vel quia forte non apexit ad hec.

Causa autem huius erroris in gentili- um Chrono- graphis, & Poetis fuit, quia ipsi non cognouerunt mu- di inchoationem, nec repererunt aliquid scriptum de antiquis temporibus, per quod prateritorum eis fides esset: ideo antiquissimi eorum a dilu- uio Ogi- gi regis inceperunt: fuit enim hoc diluuium annis 1782. ante Christi natiuitatem, quia eo tempore quo uinebat Iacob Patriarcha, de quo Isidorus Ethic. libro 13. & melius Paulus Orosius, lib. 1. de Ormesta mundi. ab hoc enim tempore Marcus Varro omnium hominum doctissimus (vt ait August. de ciuita. Dei, libro 6. c. 6.) historiarum indagator turpissimus, tanquam ab antiq- simeis seculorum exordijs historias inchoauit: alij autem inceperunt historias a dilu- uio Deucalionis, tanquam ibi exordium rerum esset, fuit autem hoc diluuium quinque annis antequam Hebraei, de captiuitate Aegyptiaca liberarentur, vt innuitur ex verbis Pauli Orosij, 1. libro de Ormesta mundi: non est ergo mirandum si tam chronographi quam poete processum seculorum ignorantes ea quae prius fuerunt, postea fuisse facta commemorant, nos autem qui sacram scripturam pentateuchi Moysi ab origine seculorum historias differentis legimus, & asserimus, de his plenissime veritatem, & solidissime scire possumus. Dicendum igitur, vt ante dicebatur, quod non intelligebatur de mari Mediterraneo, sed intelligitur de Oceano Australi, & Septentrionali quae nauigari non possunt ex causis supra assignatis. Et illud ad nos vsque deferre. Id est, vt possit aliquis transire mare, & adducere illud mandatum vsque ad nos, quasi dicat, nullus est qui possit facere si vltra mare esset. Ad nos vsque. Est rhetorica transpositio cum deberet dicere vsque ad nos: Vt possimus audire. Supra expositum est. Sed iuxta te est sermo. Quia ego loquor illum ad te. In ore tuo. Scilicet, vt confitearis illud ore protestando te velle illud implere. Et in corde tuo. Vt credas illud mandatum esse domini Dei tui, & assentias ei ad operandum illud: & dicuntur magis esse in corde ista praecipia, quia aliquo modo nobis innata sunt: praecipia enim decalogi cum sint quaedam conclusiones iuris naturalis cuiuslibet homini in ista sunt, id dicit Apostolus ad Roman. 2. cap. quod gentes quae legem non habent naturaliter faciunt ea quae sunt legis conscientia dicente, & sicut in speculabilibus prima principia naturaliter sunt cognita, nec indigent doctrina, ita principia in agibilibus qualia sunt ista decem praecipia: alia autem quae iudicialia sunt, & tendunt in bonam communicationem ad proximum, licet non ita immediate naturaliter cognita sint, dependet tamen a lumine naturali per quandam determinationem recti intellectus politici, vnde ista sunt quaedam conclusiones, vel superadditiones, vel determinationes praecipiorum decalogi determinantium ad proximum. Praecipia autem caeremonialia, quaedam determinationes praecipiorum decalogi dirigentium in Deum sunt, quia cultus diuini modum determinant, ideo sicut illa praecipia decalogi sunt cognita naturali lumine intellectus, ita ista caeremonialia sunt quodammodo in potentia cognita, quia dependent in virtute ex cognitione principiorum suorum. Sed Apostolus Paulus ad Roman. 10. cap. exponit literam istam de Christo asserens istud mandatum, quod legislator hic facere esse dixit, esse mandatum de credendo Christum esse Saluatorem nostrum. Et sic ait ne dicas in corde tuo quis ascendet in caelum, id est Christum deducere inde, aut quis descendit in abyssum, hoc est Christum ex mortuis reuocare: sed quid dicit scriptura? prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum

fidei, quod predicamus, quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, quoniam Deus excitauit illum a mortuis, saluus eris, & est sensus, quod mandatum de fide Christi non est difficile ad salutem, quia non est necesse, quod aliquis nostrum eat in caelum, & inde deducat Christum ad nos, vt sic credentes in eum salui simus, nec est necessarium, quod aliquis nostrum descendat in abyssum infernalem, vt Christum inde resuscitet a mortuis: solum enim credere, quod ipse a mortuis resurrexit per Deum, & confiteri eum, sufficit ad salutem, in qua fide nulli difficultas est. Sed iuxta te est sermo. Id est non sunt ista praecipia scripta in aliquo libro, qui sit in caelo, vel vltra mare, aut in terra longinqua, sed istud praecipium est iuxta te, quia ego qui sum praesens tibi dico tibi illud, & non oportet te moueri ad audiendum, & sciendum hoc. Valde. i. non potest esse magis circa te quam est; cum ego praesens tibi existens proferam in auribus tuis. In ore tuo. i. tu audis a me immediate, & potes immediate proferre, & sic est in ore tuo, & in corde tuo, quia sicut audis aure, ita potes concipere mente, & erit intra cor tuum dupliciter assentiendo illi ad operandum, & retinendo illud memoriter, sicut est de conclusionibus scientiarum quae habitualiter retinentur in intellectu nostro, nam sicut conclusio scientifica retinetur in intellectu speculatio, ita conclusio agibilis quae est praecipium, retinetur in intellectu pratico, vt audias & retineas in intellectu. Vt facias illum. i. iste sermo est in ore tuo, & in corde tuo, i. nihil deest tibi ad hoc, quod facias illum. Apostolus Paulus volens introducere fidem Christi esse leuem alludit huic dicto, in quo notatur leue esse praecipium istud scitu & operatione: nec tamen innuit ipse, quod ista verba dicta sunt a legislatore ad hanc intentionem, vt signarent facilitatem fidei Christi, quia dicta sunt ad signandum praecipia huius libri esse leuia, sed quia sicut sunt ista praecipia leuia, ita sunt illa quae dedit Christus, vel quae oportet credere de Christo assumit ista verba in concordantiam dicens, ne dicas in corde tuo quis ascendet in caelum, id est Christum inde deducere, aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis suscitare, sed quod dicit scriptura prope est verbum in ore tuo, atque in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod predicamus, quod si confitearis in ore tuo Christum dominum, & in corde tuo credideris, quoniam Deus excitauit illum a mortuis, saluus eris, id est, quod ad hoc, quod aliquis tenens fidem Euangelicam saluetur, non oportet esse magnas difficultates, quia nec oportet, quod aliquis ascendat in caelum, & ducat inde nobis Christum, & videamus illum, & videntes salui simus, sed satis est credere, quod Christus est Christus Deus, & quod descendit de caelo ad nostram redemptionem. Si enim ad liberationem nostram oporteret, quod aliquis nostrum de caelo Christum deferret, difficile erat saluari, non tamen requiritur hoc. Etiam non requiritur, quod sicut dicimus esse resurrexisse a mortuis, quod ita dicamus, quod requiratur aliquem nostrum descendere ad infernum, & suscitare eum a mortuis, sed sufficit, quod credamus, quod Deus illum a mortuis suscitauit, & hoc credentes salui erimus: alludit autem per hoc his quae dicuntur, quia sicut dicitur hic, quod non potest dicere aliquis, quis nostrum ascendit in caelum, & vt possit hoc praecipium, quia hoc erat difficile, sed est iuxta te in corde tuo, & in ore, ita non potest dicere aliquis, quod nostrum sit aliquem nostrum ascendere in caelum ad deferendum Christum ad nos, quasi aliter saluari non possimus, sed prope est verbum in ore tuo, & in corde, quia si credideris, quod Christus est Deus, & quod de caelo descendit, satis est: & sicut dicitur hic, quod nullus possit dicere quis nostrum transfretabit mare, vt possit ad nos vsque

Apostolus quo alludit huic dicto.

vsque deferre istud praecipium, sed est prope: ita dicit Apostolus, quod nullus potest dicere quis nostrum descendet in abyssum, hoc est Christum a mortuis reuocare, quia non requiritur, quod aliquis illum reuocet a mortuis resuscitando eum, sed quod credamus solum, quod resurrexit. Considera, quod hodie posuerim in conspectu tuo vitam, & bonum. Magna cum dicuntur reddunt attentos qualia sunt ista, scilicet vita & mors. Et contrario mortem. Bonum, & vita sunt benedictiones positae supra ca. 28. pro custodiendis legem: mors dicitur omnis maledictio positae supra ad transgressores legis. Vt diligas dominum Deum tuum. Id est ideo ponuntur ista bona & mala, vt ex terrore penarum fugiamus mala, & ex desiderio bonorum seruamus ea. Vt custodias mandata. Scilicet decalogi quae dicuntur moralia, quia vniuersaliter omnium humanorum morum directiua sunt: si autem dicantur moralia a more secundum quod virtutes morales vocantur, omnia praecipia, siue in decalogo, siue iudicialia, siue caeremonialia, moralia sunt, quia omne praecipium cuiuscumque generis actus humani directiuum est, sed quia specialiter, quia solum Iudeorum mores, praecipia autem decalogi omnem morem dirigunt, cum cuiuslibet homini naturaliter insint, ideo per excellentiam moralia nuncupantur. Caeremonias. Id est praecipia caeremonialia. Atque iudicia. Id est praecipia iudicialia. Multiplicet te in filijs benedictaque tibi. Augens omnia bona possessionum tuarum. Si autem auersum. Hic ponitur secundum principale, sed non penitentes continua malorum toleratio. Et audire volueris. Ad obediendum, & complendum opere. Atque errore deceptus adoraueris Deos alienos. Qui cum primo adorabat Deum verum, deinde conuersus est ad colendum idola, multum decipitur: quia oportet, quod iudicet melius adorare idola quam Deum, & iste maximus error, & deceptio est: patet consequentia, quia quando aliquis vnum bonum habet, & illo deserto aliud petit: necesse est secundum magis diligere, alias non relinqueret primum propter secundum. Item quia Deum colere malum esse iudicatur, sicut iudicabant Iudei tempore Hieremie qui magis volebat colere reginam caeli, id est Dianam, quam Deum dicentes Deum malefacere cultoribus suis, Dianam vero multa bona tribuere, vt patet Hieremie 44. cap. Predico tibi. Id est antinuncio tibi ex nunc antequam fiat. Testas inuoco hodie caelum, & terram. Iste creaturae, quae firmissima sunt in testes vocantur, vt in omne tempus maneant ad dandum testimonium, vel quia maledictiones, vel benedictiones future pro obseruatione, vel transgressione legis a caelo, & terra infligende sunt, vt patet supra 28. ca. vel inuocando caelum & terram inuocant omnes creaturas in testimonium, quia omnes creaturae in caelo, & terra sunt. Eligite ergo vitam. Exhortatio est, vt eligant seruire Deo per quod vitam habebant. Et semen tuum. Quia non solum patres bene agentes sibi vitam temporalem, & gratiam merentur, sed etiam pro filijs suis, vt magis diximus supra 5. cap. & 7. Vt diligas Deum tuum. Per cordis verum amorem ex quo prouenit obedire voci eius, quia qui amat Deum obedit ei, & ex hoc prouenit adhaesio ad Deum per firmitatem in operatione secundum mandata Dei. Ipse est enim vita tua. Id est ipse est a quo sumus, viuimus, & mouemur in quantum agens primus est, & in ipso sumus, viuimus, & mouemur, vt ipse continuus gubernans est, vt patet Actuum 17. ca. & hoc quantum ad naturam, quia cum sit causa prima in omnem rem influit, maxime; & semper, vt patet in prima propositione libri de causis: hoc enim notum est, quod si Deus ab agendo, & conseruando ista inferiora saltem per momentum desisteret, necesse erat omnia subito in nihilum redire, quia licet sint multa causa semper agentes natura-

Ad no pe nitentes continua malorum toleratio.

In Deo sumus viuimus & mouemur.

liter subordinatae Deo, quia tamen ille etiam a Deo causare sunt, & continuo conseruantur, si generalis gubernatio quantumcunque cessaret, necesse erat etiam illas causas perire, & ex consequenti omnes res, hoc etiam verum est de esse gratuito, & beatifico: quantum ad esse gratuitum, patet quia solus Deus gratiam nobis sine subordinatione alicuius causae naturaliter agere tribuit, & per hanc gratiam anima viuere, & esse dicitur, etiam patet quantum ad esse beatificum, quia sola diuina essentia quae infinitum bonum est, animas sanctas beatificat contemplatione clara sui ipsius repleto eas omnibus bonis, & eas viuere facit, de qua vita Apostolus loquitur ad Coloss. 3. cap. mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et longitudo dierum tuorum. Id est ab ipso dependet continuatio vitae tuae per multos dies. Ipse est vita tua esse fine. Id est ipse solus est qui dat vitam tibi: ponuntur ista ad allicendum Iudeos, quia debet aliquis allici per id quod maxime desiderat, Iudei autem qui valde carnales erant desiderabant super omnia istam continuationem in esse naturali: & quia dicitur, quod haec dependet a Deo, quia ipse eam nobis tribuit, multum Iudei affici poterant ad Deum, vt hanc vitam eis tribueret, & quia non solum desiderant homines viuere, sed etiam magno tempore viuere, cum ipsum viuere sit secundum de delectabile: dicitur ergo quod non solum Deus est vita, sed etiam est longitudo vitae cum subditur. Et longitudo dierum. Id est, quod vita prolongetur per multos dies. Vt habitet in terra pro qua iurauit Deus. Quasi dicat istam vitam dat tibi Deus, vt viuas in terra promissa. nam in terra hostili viuere potius triste quam iocundum est, & si forte isti peccarent contra Deum tuum, licet Deus eis non auferret vitam in terra promissa patribus eorum, & hoc erat valde laetum. Quam iurauit Deus patribus tuis. Non iurauit omnibus, sed solum Abraham, vt patet Gen. 22. cap. sed alij dicitur iurasse, quia promittebat eis se daturum iuxta iuramentum, & compositionem factam cum Abraham, de quo magis diximus supra vigesimo octauo capitulo.

C A P. XXXI.



Abiit itaque Moyses, & locutus est omnia verba haec ad vniuersum Israel, & dixit ad eos. Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltra egredi, & ingredi, praesertim cum & dominus dixerit mihi, non transibis Iordanem istum, &c.

Abiit itaque. In superioribus posita fuerunt praecipia, & caute induci ad bonum, hic consequenter ponitur vltima pars libri, quae agit de dispositione ad legislatoris obitum, quoniam ex hoc loco vsque ad finem libri ponitur quaedam exhortatio & benedictio, quae se habet per modum testamenti, & benedictionis patris obeuntis, & ista ponuntur ad confirmationem populi in bonis operibus. Et tanguntur tria. Primo corroboratur dux Moyses succedens. Secundo ad monetur populus, vt sit obediens in cap. 32. Tertio describitur legislator moriens in cap. 32. circa finem, vbi dicitur. Locutus est dominus ad Moysen dicens. Cum c. seq. prima in duas. Primo ponit principis institutio. Secundo eiusdem confirmatio ibi. Et ait dominus ad Moysen. Iterum prima in duas. Primo ponitur ducis necessitas. Secundo eiusdem habitus ibi. Vocauitque Moyses Iosue. Abiit itaque Moyses.

An Moyses fuerit per singulas tribus benedicendo eis. Quæst. I.

ALIQVI dicunt, qd dicitis istis Moyses iuit p singulas tribus, & benedixit eis: & hoc vult Aben Ezra potest tamē argui: quia dicitur, qd locutus est Moyses verba ista ad omnem populum, vt patet immediate, ergo congregatus erat populus. Sed potest respondēri, qd licet prius ponantur hic ista, quā benedictiones quæ habentur inf. 33. ca. tamen illæ prius dictæ sunt, quia nō omnia eodem ordine geruntur quo scripta sunt, & hoc videtur tenere manifeste ipse, sed non multum valet, quia nunquam deuiandum est ab ordine literæ, nisi ex necessitate, vel aliqua causā multum apparenti, quod non est in iudicio eius, quia nulla ratio videtur ordinis quare illa prius quā ista dicta per Moysen, & facta fuerint. Item dato, qd illæ benedictiones datæ sunt p Moysen, antequā loqueretur ista verba: tamen non potest dici, qd inter hoc quod est. Abiit Moyses. Et hoc quod est. Et locutus est. Aliquid interpositum fuerit, quia vnus contextus est, & illa connexio, & repugnat, quia coniungit illud verbum abiit sequenti verbo, si locutus est, ideo ne cessario dicitur, qd est sensus, qd Moyses abiit ad loquēdum populo: & dicitur abire, quia finitis his que supra dicta sunt, populus iuit in tabernacula sua, & Moyses quoque deinde vocauit eos rursus, & abiit ipse ad locum in quo ea quæ sequuntur dicturus erat eis, & similitudinem diximus supra 29. in principio, & locutus est verba hæc que sequuntur: aliter potest intelligi ista litera, si dicatur tanquam caput orationis hoc: nam vt coniectum est in sacra Scriptura, licet interdū sit vna continua narratio, quia de diuersis sit narratio, ponuntur inter illa plura aliqua capita orationum, ita hic cū veli incipere aliud, ponit caput orationis, & est recapitulum precedentium. Abiit itaque Moyses, & locutus est. Omnia supradicta in auribus populi, & hoc quod dicitur abiit, & locutus est, non est aliquid diuersum tanquam duo sint, abiit & locutus est, sed vnum est, mos tamē loquendi Hebraicus est ponere ista verba signatiua motum cum verbis non signantibus motum localem ad signandum inceptionem rei, sic dicitur Exodi 32. cap. cum totus populus conuenisset contra Aaron vt faceret eis Deos dixerunt: surgens fac nobis Deos, hæc vt habet in Hebræo surge, & fac nobis Deos: non erat sensus, qd tunc Aaron iaceret, quia astante sibi populo, & deprecante non iaceret Aaron, quia hoc erat magna turpitudine, sed surgere significat inceptionem quasi dicit, tu nō facis nunc Deos: surge igitur, & fac nobis Deos, id est incipe facere nobis Deos, sic dicitur hic. Abiit itaque Moyses, & locutus est. Id est Moyses antea non loquebatur ista verba, sed postea abiit, & locutus est, id est incepit loqui ista verba, & satis est conueniens iste modus loquendi, cum saepe reperitur in sacra Scriptura ex more literæ Hebraicæ. Centum & viginti annorum sum bodie. In hac die mortuus fuit completis totaliter istis annis, & patet hoc, quia quando comparuit Moyses primo coram Pharaone erat octoginta annorum, vt habetur Exodi 7. capit. & transferant 40. anni ab illo tempore quibus manserant in deserto, & sic erant 120. anni, sed id quo deficiebat de quadraginta annis, quando mortuus est Moyses, quia erat tunc mensis vndecimus suppletum fuit in diebus qui fluxerunt ex die qua comparuit primo Moyses corā Pharaone, quia esset vnus mensis, vel parum plus secundū plagam distantiam, quia aliqui dies erant medij inter plagam & plagam, vt patet Exodi 8. & 9. & 10. cap. Non possum ultra egredi, & ingredi. Ista fuit causa necessitatis instituenti ducem, quia Moyses erat dux, & iam regere non poterat, ne maneret populus quasi oues

Causa necessitatis instituenti ducem.

fine pastore, necesse erat constitui ducem, vt patet Nu. 27. c. Item quia cum dux sit infirmus penarum cogit per penas ad custodia legis, sine quibus homines imperfecti ad bonum nō mouentur. Non possum ultra egredi. Non erat hoc ex defectu virium naturalium, quia robustus erat adhuc, qm ipse ad bellum exibat, & ipse occidit regem Seon manibus suis: etiam quia magnā viuacitatem sensuum habebat, vt patet j. nō caligauit oculus eius. Sed vt dicit Nicol. solum dicebat hoc, qd Deus mandauerat, qd ipse immediate moreretur. Sed non vñ hoc esse verū, quia dicit. Presertim cum dominus dixerit mihi. Presertim semper vult aliquid coniunctum: oportet ergo dare aliam causam pp quam non possit exire ante eos. In Hebræo non hñ presertim, ideo sm illam literam satis posset stare snia Nicolai, tñ ponitur ibi quedam dicitio que aliquo mō signat diuersitatē. Rñdetur, qd ly potest tene dupliciter, vno modo pro decere, vel conuenire, & tunc est sensus. Quod non possum ultra ingredi, & regredi. i. non decet, qd ultra ego egrediar, & regrediar, qd intrem ante vos in loco nō securo, sicut in ciuitates hostium, vel egrediar ante vos de locis castrametationū, quia pericula maiora sunt precedentibus, iō ad tollendum timorem periculorū dux pcedere dēt, & hoc nō decebat pp etatis magnitudinē. Et tunc est alia causa presertim, quia Deus mandauit, qd non trāsiret Iordanem, i. licet cā superior sit rōnalis: tñ firmitus est mandatum Dei. Alio modo pot accipi proprie, vt inducit possibilitatem, & tñ solū ponitur vna causa, scilicet Deus prohibuit, & sic nihil facit p presertim sicut frequenter est de aliquibus alijs dictionibus, siue in Latino, siue in Hebræo. Cum dominus dixerit mihi. In Nu. 27. & 32. & 3. c. Non transibis Iordanem istum. Hoc dixerat sibi cum essent prope Iordanē, i. in castris Moab vbi erat Iordanis, i. in cōfinio terre Chanaan q nondum habuerant, & ibi videns Moyses esse locum conuenientē ad precandum Deū, qd solū manebat, vt iam transiret Iordanē ad possidendum terrā populorum Chanaan, rogauit eū dicens: dñe Deus tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinē tuam manūq; fortissimam, nec est enim alius Deus, vel in celo, vel in terra q possit facere opera tua, & cōparari fortitudini tuę: transibo ergo & videbo terrā hanc optimam trans Iordanem, & mōtem istum egregiū libanum. tunc quia Deus pordinauerat sm voluntatem beneplaciti sui, qd Moyses non transiret ultra Iordanē, dixit iussit tibi, nequaquam loquaris ultra de hac re ad me: non n. transibis Iordanem istum, i. licet videas istum Iordanem ante oculos tuos, tñ non dabo tibi tā tam vitam, vt illuc transire possis cum populo meo. Dominus Deus tuus transibit ante te. i. licet constituantur super te duces, tñ non intelligas, qd isti te totaliter dirigant, sed Deus principaliter. Transibit autem. Quia arca Dñi precedebat eos cum intrarēt terram promissionis, vt patet Iosue 3. c. vel dñs Deus transire ante eos non proprie, quia Deus omnia replet, ideo ad nullam partem moueri potest, sicut si esset aliquod corpus infinitum omnia occupans impossibile esset moueri, quia ultra illud nihil esset ad quod moueretur tanquam territorium, qui semper est ultra rē motam: sic enim nihil est extra Deū ad quod transiret vel moueatur, licet nihil occupet: dñs tñ Deus large moneri, qm in vno loco specialiter operabatur, & deinde incipit in alio loco specialiter operari, sic erat apud Iudeos, quia Deus operabatur inter eos specialiter demonstrando potentiam suam, & nō operabatur inter Chanaanos, post ingressum aut Iraelitarum ultra Iordanē incepit Deus immittere timorem in Chanaanos, vt fugerent Iraelitas sicut promiserat Exo. 23. & supra 7. cap. qd ante ingressum eorum mitteret Crabrones qui fugarent gentes illas, ideo tunc dicebatur transire ante eos.

Ipse

Ipse debet omnes gentes has in conspectu tuo. Ita quod pugna magis erat Dei quā Iraelitarum, ideo magis proprie dicebatur respicientes pugnam quā pugnatē: & aliquando nihil omnino facientibus Iudeis Deus pugnat contra hostes eorum, vt patet Iosue 10. cap. quando immisit Deus lapides grandinis fortes, & plures perierunt quā ante gladio perierant, & sic dixerat eis Moyses Deus pugnat pro vobis, & vos tacebitis Exo. 14. cap. Et possidebitis eas. Id est terram earū, quia non licebat eas subijcere in seruitutem, vt patet supra 20. capit. & Numeri 33. sed eas delere gladio. in Hebræo habetur. Et facies eas exulare. Vel. Exterminabis eas. Et ista litera magis conuenit, & potest esse error, quia dicitio Hebraica que significat exterminare, est eadem in literis ab ea que significat possidere, nec differunt, nisi in punctis in quibus facilis est error, vnde pro exterminare dicitur. Iuristam. Pro possidere dicitur. Iuristam. Et Iosue iste transibit ante. Hic certificat eos de directione ducis: ita quod nullus casus euenturus erat propter quem impediretur ad ducatum populi, quia forte Iosue timeret, quod sicut Moyses qui vir perfectus erat propter malitiam populi ad peccandum inductus est, ita quod non intrare terram trans Iordanē, ita impediretur ipse qui se imperfectum sentiebat, & de hoc Moyses certificat eum ex mandato Domini dicens, sicut dominus locutus est, id est ita voluit dominus esse, & sine aliqua conditione p dicit, ideo sic erat de quo magis diximus supra tertio cap. in fine. Sicut fecit dominus Seon, & Og regibus Amorrhæorum. De quibus Numeri 21. capit. Sic facietis eis. Scilicet delendo omnes in ore gladij, sicut fecimus istis regibus Amorrhæis. Ne pauatis ante conspectum eorum. Pauere magis est quā timere, quia timere solum dicit fugere, vel non audere committere, pauere est visis hostibus totaliter viribus deficere, & mente consternari, ideo dicitur in Hebræo. Nolite timere, nec vos conteratis non dimittet te, nec derelinquet. Dimittere est ad tempus dimittere: derelinquere est totaliter deserere, ideo promittebatur eis, quod nec ad tempus, nec ad semper dimitterentur, ideo quando Iosue vidit, quod hostes de ciuitate Hay occiderant paucos de Iudeis valde miratus est, & procidit coram arca tota die conspersus puluere, vt patet Iosue 7. cap. & fuit ista prophetia p destinationis, quia sic Deus volebat contingere, nec per aliquā particularem causam poterat perturbari, & sic notificauit Deus Moysi, quod sic erat voluntas sua, & sic ipse denunciavit populo. Vocauit que Moyses. Hic ponitur secundum, scilicet ducis instituti habitus. Vocauit Moyses Iosue. Et sic non petiuit Iosue ducatum populi, nec per ambitionem se ingessit, quia qui dignitatem petit vel appetit, illa indignus est, quia vt ait Apostolus ad Hebræ. 5. nemo indifferenter dignitatem, vel honorē sibi assumere debet, sed qui vocatus est a Deo, vt Aaron. Et dixit ei coram omni Irael. Volebat Moyses constituisse hic Iosue in ducē exercitus totius populi successurum sibi, vt igitur hoc esset recte factum, decuit vt fieret coram toto Irael. nam ea quæ omnes tangunt ab omnibus approbari debent, sed suscipere aliquem in ducem pertinet ad ipsos subditos, quia tota vtilitas, vel damnum huius venit subditis, ergo coram ipsis fieri debebat. Item quia si constitueretur Iosue dux Iraelitarum non coram Iraelitis, videretur factus dux per ambitū scilicet, quod ipse dignitatem concupiuerit, & ille qui eam dedit iniuste dederit: ad tollēdum ergo omnem suspicionem oportebat fieri coram toto Irael. Item quia volebat Moyses, vt Iosue duci daretur magnus honor, & auctoritas ab Iraelitis, sed non daretur, nisi fuisset publice constitutus, vt non videretur intrusus, ergo debuit corā omnibus ab ipso Moy-

Ducis instituti habitus.

Alph. Toft. super Deuter.

se in principem constitui, sic patet Numeri vigesimo septimo cap. vbi mandauit Deus, quod Moyses aduocaret Iosue coram toto Irael, & daret ei partem gloria suæ, & audiat cum omnis synagoga filiorum Irael: ad captandam ergo istam auctoritatem oportebat publice fieri, quia quæ in occulto fiunt speciem mali habent, quoniam qui male agit, odit lucem, & oculus adulteri diligit caliginem. Confortare, & esto robustus. Hoc dicebat Moyses Iosue, quia Deus mandauerat, vt patet Nu. 28. c. vbi aduocans eū corā toto Irael fecit eum loqui ad turbas, & postea imposuit manus super caput eius, sicut mandauerat dominus, idem patet supra quarto cap. vbi iterum mandatur, quod Moyses confortetur Iosue consolando eum. Confortare, & esto robustus. Id est non formides suscipere onus regiminis tanti populi, quia Deus te in omnibus prosperabit, & hæc dicuntur, quia Iosue vocatus tantum onus subire recusat propter causam quam supra assignauimus. Tu enim introduces populum istum. In hoc confortat certificando de futura prosperitate, quia timere poterat rationabiliter tantarum rerum discrimina, quæ vertebantur in pugnano contra omnes gentes terre promissionis. Tu eam diuides forte. Hoc maius erat: introire enim in terram promissionis non multum erat, sed deuincere hostes, & terram ab eis captam post diuidere magnum quid erat: promittendo autem, quod terram diuideret promittebat implicite, quod gentes terræ illius deleret, quia hoc antecedens erat ad illud, & in bona consequentia qui consequens fatetur etiam antecedens ferari necesse est. Diuides forte. Quomodo autem diuideretur forte, & maior pars semper pluribus daretur dictum fuit, Numeri 26. & 34. capit. Scripsit itaque. Posito supra de institutione ducis, hic agitur de lege per quam dux populum subditum gubernare debet. Scripsit itaque Moyses legem hanc. An Moyses ante scripsit legem, quam dixerit. Quæst. II. Vtrum legem istam ante scripsit quā dixerit, vel postquam dixit populo, ex litera non constat: forte dicitur, qd primo eam dixit quā scriberet, quia sic est ordo literæ cum primo ponatur Moyses legem predicans: deinde ponatur eam scribens, sed hoc nihil probat, quia non poterat alias dici etiam si ante fuisset scripta quā dicta, quia nō poterat bene dici, istam legē scripsit Moyses antequam dicta fuisset, quia ly ista demonstrat rem presentem, & existentem. Sed aliquis dicit, qd Moyses scripsit istam legem antequam diceret: deinde per scriptum eam recitauit, eo qd non posset tanta & tam minuta memoriter retinere. Sed hoc nihil valet, quia sicut sine aliquo libro originali ista scribebat Spiritu sancto dictante, ita eodem mouēte ea memoriter retineret. Itē quia Moyses memoriter tenuit, & dixit toti Iraeli ea quæ habentur Exo. a 25. c. vsq; 35. de factura tabernaculi, & vasorū, & multa alia minuta præcepta quæ extant ibidem, quæ non scripsit in monte, sed memoriter tenens populo nunciavit. Sed videretur pbabiler qd ante scripsit quā diceret, licet nō per scriptum recitaret, quia in die qua Moyses ista dixit, & benedixit populo, ac cedit mōtem Abarin, & mortuus est, vt patet c. seq. sed non poterat aliquis homo in tam breui tpe tantam scripturā scribere, quia forte non haberet tres horas ad scribendum, cum tota illa die egerit. Et si dicas, quod non potuit fieri hoc. Respondetur, quod potuit, sed nunquam sunt ponenda miracula sine necessitate, vbi scriptura manifeste non ponit, quia omnia attribueri miraculo tollit omnem modū sciendi.

De lege per quam dux populum subditum gubernare debet.

X 4 Item

An hoc fo- lum intelli- gatur de isto libro, vel de alijs quatuor.

Item quia si tantum miraculum factum fuisset, non videtur, quod scriptura illud reticeret: tenetur ergo, quod ante scripserit, & facta institutione Iosue in principem tradiderit librum Leuitis. Legem hanc. Solus iste liber Deuteronomij fuit datus Leuitis, ut poneretur in latere arce, quia dicitur. Legem hanc. Quod non potest intelligi de alijs quatuor libris. Et ratio quia iste liber qui ponebatur in arca legi debebat in anno remissionis toti populo, ut sciret mandata Dei, sed in hoc continebantur omnia mandata Dei pertinentia ad populum, ut probauimus supra 29. cap. superfluum esset, quod precepta de factione Sanctuarij, que semel ad complementum deducta fuerant, eis legeretur: maxime quia populus turbaretur tanta audiendo. Item quia ista lex que in arca posita fuit nouiter scripta fuit, quia dicitur quod scripsit Moyses legem hanc, & dedit eam Leuitis, sed alij precesdentes libri non fuerunt tunc scripti, sed ante, ut patet Exodi 24. c. vbi dicitur: scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini, quod ad minus refertur ad Genesim, & Exodum, maiorem partem de Leuitico, etiam idem videtur, quia in monte Synai audiuit Moyses vniuersa haec a domino, ut patet Leuiti. vlt. cap. De libro Numerorum, cuius historia nondum transierat, videtur dicendum, quod post paulatim scripserit, & isti libri manserunt extra arcam, & multi illos transferere ad scienda quae Deus mandauerat. De scriptura autem horum quatuor precesdentiu librorum alij qui sic sentiunt: sed falsum est, si quod ista fuerint sic scripta, quod enim oēs quatuor libri, vel maior pars eorum fuerit scripta in monte Synai, nec constat, nec repugnat: satis enim potuerunt ibi scribi preter Deuteronomium, & partem vltimam libri Numerorum, quia omnia verba istorum quatuor librorum erant iam dicta, quando recesserunt de monte Synai, ut supra 28. cap. declaratum: & patet ex processu ipsorum libroru, sed quod ibi scripta fuerint non constat, nam testimonium illud, quod adducitur supra 24. cap. non est conueniens: quia ibi non agitur de aliquo istorum librorum, nam cum dicitur, quod Moyses scripsit vniuersos sermones Domini, non dicitur de omnibus sermonibus Domini, sed de omnibus quae locutus est Deus, sed de omnibus sermonibus Domini, sed de omnibus, quae tunc narrauerat Deus Moysi, nam Exo. 20. cap. vocauit Deus Moysen ad caliginem nubis, & incepit ei loqui, locutusque est omnia verba que continentur Exo. 20. cap. in fine, vsque ad 24. cap. deinde Moyses descendens de monte narrauit haec omnia populo: & postea dicitur, quod scripsit ea, sed manifestum est, quod solum illa verba dixit populo. ergo solum illa scripsit, quia superfluum erat dici, quod tunc cetera que in libris sacris postea fuerunt, qui nunc dicuntur a Moysen composuit, conscriberet de eis, quorum verba vsque ad id temporis dicta fuerant. Item patet, quod non scripserit tunc Genesim, & magnam partem Exodi, quia dicitur, scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini, & mane confurgens edificauit altare. ergo in die qua lex data fuit in sono tubae scripta fuerunt omnia illa de quibus ibi dicitur, sed non possent in eadem die tanta fieri, nam in eadem die populus in mane confurgens iuit ad radices montis concrepante clamore bucinae, & audiuit mandata, & postea Moyses ascendit ad dominum, & locutus fuit cum eo, atque audiuit omnia precepta quae continentur in Exodo a cap. 20. vsque ad 24. cap. & postea Moyses descendit de monte, & recitauit haec coram populo, & populus audiens consentit ad haec. ergo omnia satis magna pars diei transisset faciēda, sed postea dicitur, quod scripsit omnes sermones Domini, & mane surgens edificauit altare: igitur omnes sermones Domini de quibus ibi dicitur, fuerunt scripti in illa parua parte diei superstan-

te, sed modicum scribi poterat in eo modico, quod supererat de tempore illius diei. ergo non poterat scribi aliquid perfectum in toto Genesi, aut Exodo, sed solum scripti fuerunt sermones Domini quos dixit ad Moysen eadem die in monte Synai.

Item quia dicitur scripsit Moyses vniuersos sermones Domini, sed tota Genesim, & Exodus non sunt de sermonibus Domini, ergo non fuerunt scripta Gen. & Exo. patet antecedens, quia de Gen. plura de historicis, quae de verbis preceptiuis, aut prohibitiuis Dei continentur: concludendum ergo, quod ibi solum scripta fuerunt mandata quae fuerant dicta Exo. 20. & 21. atque 22. & 23. cap. Genesim autem, & Exodus Leuiticus atque Numerus fuerunt scripta cum morati sunt in deserto post istam dationem legis, & non immediate, siue in monte Synai, siue extra. Sacerdotibus qui portabant arcam federis. Idest in qua erant tabulae legis lapideae, & non portabant sacerdotes arcam istam, sed Leuiti qui vocabantur Caathitis, ut patet Numeri 3. & 4. cap. sed dicuntur portare sacerdotes, quia in potestate eorum erat, & ipsi eam velabant, & apparabant cum castra mouenda essent, & tradebant eam Caathitis qui eam deportabant, ut patet Numeri 4. cap. Post septem annos. Isti anni debebant incipi computari post diuisionem, & pacificam possessionem terra promissionis, & ratio quia liber iste legi debebat in loco vbi esset Sanctuarium Domini, sed non fuit collocatum Sanctuarium in aliquo loco donec finita fuissent bella, quia tunc congregatus fuit Israel, & portauerunt Sanctuarium Domini in Sylo, ut patet Iosue 18. cap. In solennitate tabernaculorum. Magis in hoc festo legebatur lex populo quam in alijs, quia pluribus diebus manebant in loco sancto quam in alijs festiuitatibus, & fiebat in anno remissionis, quia tunc omnes debitores liberabantur a debitorum solutione, & serui a dominis, ideo libentius audire poterant legem.

Lex magis in tabernaculorum festo legebatur quam in alijs.

Aliqui volunt, quod ideo fiebat in anno remissionis, quia tunc serui liberati a dominis ascendere poterant in locum Sanctuarij, & non in alijs temporibus, sed falsum est hoc, quia etiam in alijs annis per singula festa ascendebant omnes liberi, siue serui in locum Sanctuarij, ut patet Exodi 23. & 34. cap. tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum ante me, & sic serui, & liberi intelliguntur.

Item quia dicitur supra duodecimo, & decimosexto capitulo. vbi agitur de istis festis, & oblationibus factis in illis, epulaberis coram Domino, tu, & filius, & filia, seruus, & ancilla. ergo serui ascendebant, & comedebant de sacrificijs.

Leges verba coram omni Israel. Quia tunc ascendebat aliquis de sacerdotibus, qui vocem altam, & sonoram haberet, in pulpitu, vbi ab omnibus videri possit, & hoc est pinnaculum templi, in quod diabolus deduxit Iesum dicens ei, quod se deorsum mitteret, ut patet Matthe. quarto capitulo.

Paruulis & aduenis. Valde bonum est paruulos audire legem Dei, ut imprimatur eorum mentibus, quia impressiones primae fortissimae sunt, ideo Philosophus dicit secundo Ethicorum, quod non modicum differt a iuuenente sic, vel sic afflictere. Et Plato hoc idem voluit, scilicet, quod homines a tenera aetate instruerentur ad recte letandum, & tristandum, quia in his perfecta disciplina est, ideo secundum, quod ait August. de ciuitate Dei, libro 1. capitulo 3. Romani pueros suos teneros Virgilium addiscere faciebant, ut tanquam eximius poetarum teneris imbibitus annis non posset faciliter aboleri, & Horatius dicit, quem semel recepit testa semper seruabit odorem, & ratio est, quia in pueris teneris sunt organa receptiua tenera, & ideo fortior impressio fit, quia res tenera multum passibiles

Bonū est paruulos Dei legē audire a tenera aetate.

fibiles sunt, res autem durae non bene suscipiunt, quia habent virtutem ad non facilius cedendum. etiam est alia causa potissima huius, quia pueri in tenera aetate nullas adhuc impressiones receperunt, & cum aliqua in eis sit, anima toto conatu se super eam vertit, cum aut facte sunt multae impressiones, si alia superueniat, anima non potest totaliter intendere illis, quia conuertitur ad alias, & sic secundae impressiones debiliores sunt, & tertiae magis debiles, & sic procedendo. Ex hoc autem sequitur id, quod videmus, scilicet, quod homines circa multa occupati, licet aliqua audita recipiant, facilius tamen elabuntur ab eis, quia remissa talia radicantur anima attendente ad alia, & in plurima diuisa. Vt audientes discant, & timeant. Discere doctrinam sacram non ordinatur ad sciendum solum, sed maxime ad agere, quia in moralibus solum sciendi nihil prodest, sicut in scientijs speculatiuis, negotium autem morale non speculationis gratia, sed operationis est, ut patet 2. Ethic. ideo redarguit ibi Philosophus eos qui sciendi volunt, & non agere, sic inquit, sed multi haec non operantur, sed ad rationem confugiētes existimant se Philosophari, & sic studiosos fore simile aliquid habentes patientibus, qui medicos quidem studiose audiunt, faciunt autem nihil eorum quae precepta sunt, quemadmodum non recte habebunt corpora si curati, nec illi animam, ita Philosophantes. Filij quoque eorum qui nunc ignorant. Quia quando Moyses dixit omnia verba legis huius, erant multi, ita paruuli, qui nihil intelligere poterat de lege, oportebat ergo eam replicare, ut isti tunc intelligerent, & sic de quolibet septennio in septennium, quia semper noui filij generabantur. Vt timeant dominum Deum suum. Scilicet timore filiali qui est timor sanctus, & permanens in seculo seculi qui manet in patria: nam pro hoc rogandū magis est cum stet cum qualibet virtute etiam cum perfectissima. Vel potest istare pro timore seruili, quia etiam per timorem seruilem efficiuntur homines boni tanquam per viam ad terminum, licet ipse non maneat cum bonitate perfecta, quia ut ait Ioannes in Canonica prima cap. 4. perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor penam habet, pro hoc tamen timore adhuc rogandum est quantum ad illos qui imperfecti sunt, quia si nullo modo timeant Deum non coercebuntur a malis, si autem sit aliquis timor saltem seruilis, ille faciet, quod declinetur a malo, & sic licet amore iustitiae bonum non fiat, fiet tamen timore penae, & ex hoc affluet illi bonae operationi naturaliter, donec deueniatur in tantum, quod illa operatio secundum se placeat, & fiet amore iustitiae. Cunctis diebus quibus versantur in terra. Idest iste timor Dei debet manere omnibus diebus quibus manet in terra, quia tunc est necessarius ei ad hoc, quod in terra maneat, ne euomat eos terra cum peccauerint contra Deum non obediētes ei, & non oportet manere postquam recesserint de terra: nam post mortem non manet timor seruilis vbi cunctumque homo fit: si enim sit homo in vita eterne felicitatis, non est ibi aliquis timor seruilis, quia ibi est secura totius boni fruitio, nec vllō modo bonū quod possidet creditur posse perdi. In purgatorio autem non est timor seruilis, quia licet ibi actualiter patiantur secundum sensum, tamen in futurum bonum expectant, ideo cum dolore qui est de presenti malo habent spem quae est de futuro bono, scilicet de vita aeterna. Si autem sint in inferno non est in eis vllus timor seruilis, quia timor est expectatio mali futuri. isti autem qui in inferno sunt mala tolerant, sed mala non expectant, quia ea quae tolerant sciunt se in eternum sustinere debere, nec vnquam esse penam augendam, vel minuendam, est ergo ibi dolor qui est de presenti malo, sed non timor qui est sola expectatio ab-

Nulli timor Dei seruilis est post mortem.

sentis boni, solum ergo in vita potest haberi timor seruilis. Sed de isto timore non erat ista litera exponenda, sed magis de filiali: nam licet orandum sit, quod in aliquo sit timor seruilis ne mala faciat, non tamen est orandum, ut sit in eo timor seruilis, quia si ipse semper staret, nunquam staret in eo charitas, & sic non esset introitus ad vitam aeternam: sed in litera dicitur, quod istum timorem debent habere tota vita dum morantur in terra. ergo intelligitur de timore filiali.

An timor filialis maneat post mortem. & quod primo statim post mortem nulla precepta dantur. Quest. 111.

Intelligendo autem de timore filiali verum est, quod timor filialis manet post mortem in bonis qui sunt in felicitate Paradisi, quia timor domini sanctus permanet in seculo seculi, tamen solum mandatur hic, quod maneat in vita, cuius ratio est, quia preceptum datur de his que sunt in potestate nostra, & possunt se aliter, vel sic habere, sic est de timore que in vita habemus, quia in vita possumus timere, & possumus non timere filialiter cum sinus valde mutabiles, ideo dari oportet preceptum, & admonitionem ad timendum Deum. Post mortem autem non oportet dari preceptum, quia qualitercumque sit status animarum, siue in inferno, siue in purgatorio, vel Paradiso immutabiles sunt, cum quadam sint obstatinae quadam confirmata: animae enim quae in inferno sunt, obstinate sunt, nec bonum velle possunt, cuius radicalem rationem, & modum praesentis speculationis dicere non est, forte alibi dicitur, ideo cum non fuerunt morientes illi in timore filiali, ibi nunquam poterunt habere timorem filialem, qui autem in purgatorio sunt, licet beati non sint actualiter, tamen confirmati sunt in bono, ita quod peccare non possunt: ideo reuerentiam magnam ad Deum habent, qui autem sunt in Paradiso sunt beati, & confirmati, ideo reuerentur Deum, & nunquam possunt non reuereri, de istis igitur, quia immutabiles sunt, lex danda non est. Alia causa est quare non datur preceptum de illis, quia preceptum est quadam regula directiua secundum ordinem in finem ad merendum, sed post mortem non contingit mereri aut demereri, cum sint iam in termino retributionis aut penae, ideo non datur lex de his qui post mortem sunt: nam actus boni qui postea sunt, non computantur in meritum ad augmentum gloriae, sed ipsi sunt pars premij, & pars gloriae nostrae futurae, & mali actus quos habent mali in inferno, non computantur in parte demeriti, ita vt ordinentur in quantitatem punitionis, sed ipsi sunt pars punitionis quae mali sustinent, quia sunt eis dolorosi, & cum magno remorsu conscientiae qui est vermis eorum qui non extinguitur, & pena iugis damnatorum. Ad quam tandem transmissio pergitur obtinendam. Quoniam terra quae promissa erat ante Iordanis transitu, iam obtenta fuerat de manu duorum regum Amorrhaeorum, ut patet supra 2. & 3. cap. restabat ergo obtinenda terra vltra Iordanem. Et ait dominus ad Moysen. Hic ponitur secundum principale, scilicet ducis instituti confirmatio, & tanguntur duo. Primo praedicta ducis confirmatio. Secundo legis conseruatio ibi. Postquam ergo. Ecce prope sunt dies mortis tuae. Quia in eodem die mortuus est, ideo indiget successore, & licet verum sit, quod in eadem die mortuus est, scilicet in die qua loquebatur ista Moyses, tamen non fuit mortuus in eadem die in qua ista dicta sunt ei a Deo. Nam Deus dixit ei ista aliquibus diebus ante, ut adduceret Iosue coram toto populo, & confirmaret eum in ducem, & post haec Moyses coram toto populo recitauit omnia verba legis huius, & si Moyses non recitauit ista in vna die coram populo, necesse

Preceptum quid sit.

Ducis instituti confirmatio.

neceffe est, vt aliquibus diebus ante mortem suam dictum fuerit ei, prope sunt dies mortis tuæ. *Voca Iosue.* Licet sciret Moyfes, quod alius sibi successurus erat, nesciebat tamen quis esset, nec ipse audebat aliquem legere, quia hoc altissimum negocium erat, ideo dixit Deo, prouideat dominus Deus spirituum omnium carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, vt patet Num. 27. c. vt ergo certe pateret, quod Iosue erat verus princeps multitudinis, nec haberent locum repugnandi præcepto eius, Deus per se confirmavit eum. *Et stete in tabernaculo testimonii.* Id est ante ostium tabernaculi, quia non licebat alicui, nisi sacerdotibus introire tabernaculum federis. Iosue autem non erat sacerdos, sed de tribu Ephraim, vt patet Num. 13. cap. Item quia columna nubis in qua dominus apparebat, descendebat super ostium tabernaculi, vt patet infra quæ non viderent si intrarent in tabernaculum. *Vt præcipiam ei.* Id est, vt mandem ei aliqua quæ facturus est, & vt corroborem. *Et apparuit ibi dominus in columna nubis.* Ad manifestandum coram toto populo, qui procul stans respiciebat, quod acceptaret Iosue in ducem: & dicebatur ista columna nubis apparere, quia ipsa semper stabat elevata super tabernaculum testimonij, & aliquando deprimebatur vsque ad ostium tabernaculi, & ibi audebatur dominus loquens, & nubes magno fulgore coruscans demonstrabat Deum ibi specialiter adesse, vt diximus Num. 14. cap. *Eccce tu dormies cum patribus tuis.* i. morieris, sicut mortuus est pater tuus, & omnes prædecessores eius, vel dicitur dormies cum patribus tuis, id est applicaberis ad populū tuum, erat populus Moyfi totus populus bonorum existens in sinu Abraham, vbi tunc ad tempus manebant vsque quo transferretur ad illam perfectam requiem paradisi: nam in Paradiso tunc nullus bonus aut malus stabat, quia non fuerat solutum precium redemptionis. Moyfes autem fuit applicatus ad hunc populū suū scilicet bonorum existens in limbo, quia de bonis dicitur applicatus est ad populū suum, de malis autem nunquam dicitur, Moyfes autē valde bonus erat ideo conuenienter de eo dicendum erat, quod dormiet cum patribus suis, sine quod applicaretur ad populū suum. *Et populus iste.* Id est filij eorū, quia illi qui tunc vinebant non leguntur coluisse idola, sed post successores eorum. *Formicabitur post Deos alienos.* Sicut mulier quæ deserto viri thoro alteri viro copulatur, fornicari dicitur, iste populus, qui per fidem datam deseruando legem Dei vero cultu astrictus erat, quando transibat ad cultum idolorum fornicari dicebatur. *Ibi derelinquet me.* Nolens sequi vias mandatorum meorum. *Et irritum faciet fœdus.* Id est ad nihilabit pactum meū, scilicet, quia mecum pepigit, quod seruet legē meā, & quod ego benefecerem sibi, nunc dimissa lege factum est pactum irritum, quia non obseruatur. *Et abscondam faciem meam ab eo.* Subtrahendo meā protectionem, & relinquendo eum in manibus hostium, & tunc etiam si clamauerit dolorem sustinens abscondam faciem meā, id est dissimulabo me videre. *Et erit in deuotionem.* Id est in magnam destructionem hostiū, quia quod deum atur torum consumitur. *Ita vt dicat in illo die vere, quia non est dominus mecum.* Solet enim vexatio dare intellectum, cum ergo isti videbant se in afflictionibus, cognoscebant se peccasse, & conuertebantur ad dominum, vt patet Psal. 77. cum occideret eos querebant eum, & hoc solū intelligitur de his quos Deus ad bonum peccatorum nauit, quia illis omnia cooperantur in bonum, quia secundum propositū vocati sunt sancti, vt patet ad Ro. 9. cap. illi tamen qui maligni sunt, etiam quando a domino castigantur, non corriguntur, sed deteriorantur, vel desperant. sic dicebat Deus Iudæis ante captiuitatem Babylonicam, qui per multas

De bonis
est applica
tus est ad
populū
suū & non
de malis.

tribulationes correcti non fuerat. Sup quo percutiā te i. ad quid te percutiam? quia percussa non corrigis, vt patet Esaię primo cap. *Vere, quia dominus non est mecum.* Scilicet per specialem conseruationem, nec ego cum eo per specialem cultum. *Inuenerunt me hic mala.* Quæ scripta sunt supra 28. cap. nunc scribite vobis canticū istud, quod habetur cap. sequenti, scilicet audite celi. *Vt memoriter teneant, & ore d. cantent.* Hoc ad duo proficiebat. Primum quia per decantationem penarum infligendarum pro idolatria aliqui cauerēt idolatriam. Secundum, quia si committerent tale peccatum, & post punirentur, sciret quod Deus dabit istas punitiones, vt testatur canticum. Et hoc valde bonū erat, quia nisi prædicarentur eis pœna pro illo facinore (tamen postea punirentur) possent cogitare, quod istæ pœnæ naturaliter, vel a casu eis veniebant, & non a Deo specialiter infligente, sicut Philisthin qui puniti fuerunt a Deo in posterioribus propter arcam domini quam detinebant, dicebant quod forte veniebat hoc naturaliter, ad hoc fecerunt experimentum de bobus fetis, vt patet 1. Reg. 6. cap. *Vt sit mihi canticum istud in testimonium contra filios Israel.* Quia quando pro iniquitatibus suis puniret eos, non poterit allegare, quod non præmonui eos. *Cumque comederint, & saturati fuerint.* Abundantia rerum cor extollit, & beneficiorum immemores facit, vt patet de pincerna Pharaonis qui succedentibus prosperis oblitus fuit Ioseph coniectoris sui, vt habetur Gene. capit. 40. obliuio autem beneficiorum Dei facit non obseruare mandata eius. *Detrahentes mihi.* Id est tollentes laudem meam, quia plus Deos suos quam me laudabūt. *Et irritum faciet pactum meum.* Scilicet pactum, quod mecum pepigerunt: nam licet esset vnum pactum hic, quia duæ partes ad idem conueniebant, tamen quia quælibet pars promittebat alteri aliquid speciale erant quasi duo pacta. habentur autem ista duo Exodi 19. capit. vbi Deus promittebat Israelitis, quod acciperet eos in populū dicens, vos ipsi vidistis quid fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumperim mihi. si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gentem sanctam. Pactum autē ex parte filiorum Israel erat, vt ipsi audiret vocem domini obediens omnibus mādātis eius, vt patet Exo. 19. cap. cum dicitur cuncta quæ locutus est dominus faciemus, & postea Exodi 20. cap. data fuerunt præcepta, & recepta a toto populo, in quibus principaliter cauebatur, quod non colerent Deos alienos. cum ergo colerent Deos alienos infringebant pactum Dei, scilicet, quod fecerant cum Deo, nō quidem pactum Dei, id est pactum, quod fecerat cum eis Deus: nā immo ratum manebat, quia licet Deus non faceret eis sicut promiserat, scilicet, vt haberet eos in peculium de cunctis gentibus, & in regnum sacerdotale, & gentem sanctam, non tamen faciebat contra pactum suū infringendo illud, quia promissio sua dicitur cōditionaliter, scilicet si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, & c. postquam inuenerint eū mala multa, & afflictiones, id est postquam pactum meū infringerit populus iste, inuenient multa mala. scilicet multa pœna quæ posita sunt supra 28. cap. & Leni. 26. & affligent eum vehementer, & tunc fiet, quod sequitur in litera, scilicet. *Respondet ei canticum istud pro testimonio.* Id est, quod cum ipsi ista mala patientur pro suis iniquitatibus, quærent quare talia patiantur, & tunc respondebit eis istud canticum, in quo dicitur, quod ipsi facerent mala conuertendo se ad Deos alienos, & Deus verus puniret eos. *Pro testimonio.* Id est erit eis in testimonium istud canticum, quod ego præmonue-

Rerribun
dantia cor
extollit.

Litere ex
positio.

In quo ver
ba Dei a
nostris dif
ferant.

Legis datæ
a Leuitis
conserua
tio.

rim eos ne facerent ista, & quod prædixerim eis, quod mala agerent, & mala eis superuenirent. *Quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui.* Vel, quia Deus sic volebat, quod nunquam carmen istud obliuiscerentur, vel quia multotiens punirentur a Deo propter iniquitates suas, & sic necesse erat recordari canticum huius, quod testificatur mala contra eos. *Scio enim cogitationes eius.* Id est scio, quod cogitationes eius in malū pronæ sunt, non dicebat de cogitationibus quas tunc habebat populus, quia non erant ad malum, sed de eis quas post habituri essent, vel loquitur de inclinatione eorum quæ semper erat ad malum. *Quæ facturus sit hodie.* Istud relatiuum quæ nō refertur ad cogitationes, ita quod dicitur ego scio cogitationes, quas hodie antequam introducam eum in terram quam promisi, facturus sit, quia tunc cum ista litera dependeat a superiori, & superior tendat in malum, oporteret intelligi, quod Deus sciebat cogitationes malas, quas iste populus habebat, & posturus erat eas in executione antequam intraret in terram Chanaan. Sed hoc falsum erat, quia non erat facturus populus aliqua mala antequam intraret in terram Chanaan: nam si facturus fuisset fecisset cum ea quæ sciantur secundum certitudinem scientiæ Dei sic indubitato eueniant. Sed debet hic intelligi coniunctio copulatiua, & est sensus, cogitationes tuas, scilicet licet ad quid inclinatus sis, & scio quid facturus sis hodie antequam ingredieris in terram trans Iordanem, & istud secundum dictum est cōfirmatiuum prioris, quia dicebatur supra, quod Israelitæ peccarent contra dominum, & multa mala venirent super eos, hoc cōfirmatur, quia Deus scit futura remota, cū dicitur scio cogitationes tuas, scilicet scio quales sunt cogitationes tuæ, scilicet quantum ad ea quæ postea facies, hoc iterum confirmat cum dicit. *Quæ facturus sit hodie.* i. etiam scio id, quod facturus sit hodie antequam transeat in terram quam pollicitus sum, & dicitur facturus hodie non pro ipsa die solum, sed pro toto tempore intermedio antequam transiret Iordanem: nam non transierunt illuc ante vnum mensem, cum planxerunt Moyse diebus 30. vt patet infra vltimo cap. & post mortem Moyfi aliquibus diebus steterunt, quia Iosue primo ca. dicitur, quod post mortem Moyfi locutus fuit Deus ad Iosue, vt transiret Iordanē, & tunc missis exploratoribus ante transierunt, vt patet Iosue 2. c. *Scriptit ergo Moyfes canticum.* Et illud Deus composuit, & Moyfes. *Et docuit filios Israel.* Recitando coram eis, & dando eis, quod scriberent, & apud se referrent. *Confortare, & esto robustus.* Ista erant verba significatiua, & effectiua, quia per ista verba dabat ei fortitudinem contra omnia terribilia, & in hoc differunt verba Dei a verbis nostris, quia verba nostra solum significant, verba autem Dei efficiunt, & quodammodo figurant, quoniam verbo domini celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, vt patet Psal. 32. *Tu enim introduces filios Israel.* Per ista verba totaliter fuit certificatus Iosue, quia ab ipso Deo inmediate ea audiuit. *Postquam ergo.* Hic describitur secundū, scilicet legis datæ a Leuitis conseruatio. *Præcepit Leuitis qui portabant arcam.* Non sunt isti Leuitæ Caathite, licet ipsi portarent arcam, quia ipsi non poterant accedere ad arcam discooperram, nec eam discooperrare ad ponendum intus librum. oportet ergo, quod intel ligat de sacerdotibus de quibus supra dixit, quod portabant arcam, id est qui eam velabant, & tradebāt Caathitis ad portandum. *Et ponite eum in latere arce.* Scilicet extra arcam federis, sed prominebant quædam tabulæ extra eam, quæ erant cōiunctæ ipsi faciētes quædam sinum in quo recōditus fuit liber legis, & in hoc sinu stabat vna aurea habens vnum gomor de manna, vt præceperat dominus Exodi 16. capit. erat etiam

virga Aaron quæ fronderat, quam mādauerat Deus reponi ante se, vt patet Num. 17. cap. hæc omnia dicit Apostolus fuisse in arca, vt patet ad Hebr. 9. capit. sed 2. Paralipo. 3. capit. dicitur, quod in arca solum erant tabulæ quas posuit Moyfes in Oreb, soluitur quæ Apostolus vocat arcam ipsam arcam, & sinum exteriorē siue latus, in Paralip. vocatur arca solum pars arce sine sinu exteriori, & tunc patet vtrunque. *Vt sit tibi hæc scriptura in testimonium.* Vt si forte negaret aliquis aliquod præceptum esse datū a Deo, posset probari per illud instrumentum publicum, & custoditum in thesauro domini: vel si forte in libris, qui extraherentur, & scriberentur post, aliquis aliquid superadderet, vel diminueret, siue alio modo scriberet quàm est, haberetur liber exemplaris, a quo veritas manifeste cognosci posset, etiam si dealijs libris dubitaretur, ideo mandatur supra 17. cap. quod reges facerent scribi Deuteronomium, vt legerent in eo, & peterent exemplar a Leuitis, scilicet istud, quod scripsit Moyfes tanquam verissimum.

Præcepta hæc quare in tabulis reposita sunt in arca. Et an tabule, & cetera quæ erant in arca possint finiri in capi de arca. Quæst. 1111.

ISTA enim fuit causa quare præcepta in tabulis reposita sunt in arca, scilicet, quia postea aliquis volens proteruire posset negare de aliquo mandato datum fuisse a Deo, cum autem proferrentur tabulæ pateret mandatum illud fuisse datum a Deo, maxime quia scriptura taliter in tabulis sculpta erat, quod pateret non potuisse illud humano opere fieri. Sed dices, quod non manerent istæ tabulæ in certissimo testimonio, quia aliquis posset subripere eas de arca, & sic non maneret eis vlla fides. Respondeo, quod aut ille qui volebat istas tabulas subripere, erat de popularibus, aut erat de Leuitis, aut sacerdotibus, si autē esset de popularibus non poterat accedere ad eas, vel aperire arcam quin moreretur: nam ex hoc solo, quod Bethsamitæ viderunt eam nudam mortui sunt 70. milia de eis, vt patet 1. Regum 6. cap. Item non poterant hoc facere dato, quod vellent, quia cum erat tabernaculum in deserto, erant omnes Leuitæ excubantes in circuitu eius, ne quis extraneus accederet, & si aliquis extraneus volebat accedere nescientibus aut non potentibus Leuitis occurrere, moriebatur vt patet Numeri 1. cap. scilicet si quis extraneus accesserit occidetur, si autem Leuitæ permetterent eum accedere moriebantur, vt patet Num. 18. cap. scilicet tu, & domus patris tui portabitis iniquitatem Sanctuarij, id est si fuerit facta aliqua iniquitas in accedendo ad Sanctuarium, quia alienigena, qui nō sunt de genere Leuitico ex negligentia vestra accedunt, aut ex cōsensu, erit ista iniquitas super vos, & super totam domum patris tui, & maxime patet hoc ex sequenti litera in eod. cum autem erat arca cum tabulis in terra Chanaan, in templo erant positi ianitores custodientes templū, ne cui fas esset ad res sacras accedere, & erant quatuor millia ianitorum de Leuitis, vt patet 1. Paralipo. ca. 26. non igitur posset aliquis extraneus accedere ad arcā: si autem ille qui accedere vellet, esset Leuita nō posset accedere, quia inmediate, vt videret arcam, more retur. Et non solum arcam, sed etiam quodlibet de fupellectilibus tabernaculi sic dicitur Numeri 4. cap. quæ Leuitæ Caathite, quod portabant in humeris supellectilia Sanctuarij, non intrarent ad videndum quomodo sacerdotes velabant ista. nam si aliqua eorum nuda videretur morerentur, quāto magis arcam quæ erat aliquid maximum inter omnia vtenilia Sanctuarij, id est patet Numeri 18. capit. cum dicitur, & excubabunt Leuitæ

Leuite ad præcepta tua ad cuncta opera tabernaculi, ita diuitaxat, vt ad vasa Sanctuarij, & altare non accedant, & illi moriantur, & vos pereatis simul. si autem essent sacerdotes non poterant etiam hoc facere, quia aut ille erat sacerdos magnus, aut minores sacerdotes, si essent minores sacerdotes non poterant accedere ad arcam, nec intrare in sancta Sanctorum: solus enim sacerdos magnus intrare poterat in sancta Sanctorum, vt patet ad Hebræ. 9. nisi forte cū in deserto erāt & deponendum esset tabernaculum, quia tūc filij Aaron, scilicet sacerdotes minores intrabant cum sacerdote maiore, & deponabant omnia, & regebant arcā cæteraque vasa, vt patet Nume. 4. cap. si autem esset sacerdos magnus, etiam non poterat intrare ad tollendum, quia solum semel in anno poterat sacerdos magnus introire in sancta Sanctorum, vt patet ad Hebræ. 9. capitulum. & hoc erat in festo propitiacionis, vt patet Leuit. 16. cap. ergo in alijs diebus si intraret moretur, in illa autem die non poterat accipere tabulas de arca, quia ipse intrabat cum magno timore, ne si in aliquo delinqueret Deus eum occideret. si igitur tam scelerata facere præsumeret, vt manibus nepharijs arcam aperire vellet ad extrahendas inde tabulas, atque furtim tollēdas, Deus eum immediate occideret: manerent ergo tabule hoc modo igitur testimonium in arca, sicut Deus dixerat Exodi 25. cap. solum igitur poterant extrahi tabule per aliquem bonum virum, qui bono zelo commotus, quia videret negari aliquod præceptum legis, vt probationis copia haberetur, educere vellet tabulas de arca, & iste, siue Lenita siue sacerdos esset, siue de populo, nullum malum sustineret, quod autem de tabulis diximus, de Deuteronomio existente in latere arcę dicendū est, quia ad hoc, quod acciperetur ille Deuteronomius oportebat intrare in sancta Sanctorum, & accedere ad arcam atque aperire, ad quod eadem inconuenientia sequuntur quæ ad tabularū educationē. de his quoque diximus Exod. 20. c. Ego scio contentiōnem tuam, & ceruicē durissimam. Quasi dicat, quia tu es contumax, & inobediens mādatīs meis posses negare de aliquo mandato dicens, quod nunquam tibi fuisset datum, ideo sit iste liber in testimonium contra te. *Semper contentiose egisti contra dominum.* Non credens verbis eius, vt patet per totum Exodū, & librum Numerorum, & sic dixit isti populo supra 9. cap. populus durus & ceruicis es a die: quæ nosse te cepi. *Quanto magis cum mortuus fuero.* Valet cōsequētia, quia Moyſes erat vir vitæ altissimæ in familiaritate magna Dei, ad cuius preces Deus omnia faciebat, & i magna reuerentia, & timore a populo habebatur, etiam quia fortis populi princeps erat, vt patet Exo. 18. cap. si ergo propter timorem, & reuerentiam istius non curabant mala, quanto magis cum nō habebant eum corrigentem? *Congregate ad Deum omnes maiores natu.* Ante Deum congregabantur, id est ante Sanctuariū in quo Deus erat speciali modo, hic mandat cōgregari, quia forte quando Moyſes iuit cum Iosue ante Deum, reliquus populus rediit in tentoria sua: mandauit ergo, quod iterum congregarentur ad audiendum verba cānci huius: vel si velis tenere, quod dicitur liber fuit scriptus, postquam fuit populo annunciatu dices, quod factis omnibus superioribus cōmonitionib⁹ ad quas populus totus interfuit, scripsit Moyſes librum hūc, & interim rediit populus ad tentoria, deinde dato libro Leditis mandauit totum populum conuocari, vt verba cānci audiret. *Maiores natu.* Id est seniores. *Per vrbis vestras.* Ita, quod seniores de qualibet tribu venirent ad audiendum, & quilibet in ordine tribus sue venirent mixtim. *Atque doctores.* Id est illi qui sapientiores erant inter eos, & non solum vocari mandauit istos, sed etiam totum populum, quia vt patet

in fine cap. ista verba cānci dixit Moyſes audiente toto populo, sed vocantur hic specialiter seniores, & doctores, quia isti magis coniuncti erant Moyſi, vt magis attenderent, & intelligerent verba cānci, ideo de istis dicitur congregate ad me maiores natu, vel forte nominantur isti soli, quia sub nomine digniorum per sonarum in ciuitate intelliguntur omnes minores.

Et inuocabo contra eos calum, & terram. Scilicet, vt sint testes istorum quæ dico contra eos, ideo dicit in principio cānci. *Audite cali.* *Noui enim, quod post mortem meam inique ageitis.* Cognouit enim hoc Moyſes domino reuelante ei. *Et occurrent vobis mala in extremo tempore.* Id est non nunc immedie, quia non coletis nunc idola, sed pertransitis aliquot annis: nam in toto tempore Iosue, & post eum in tempore aliquorum seniorum iudicantium non coluerunt idola, vt patet Iudic. 2. cap. sed post coluerunt tempore quo suscitatus fuit in iudicem Baioh, vt patet Iudic. 3. cap. vocatur hic tempus extremum non illud, quod in omnibus temporibus finale est, sed quia distans, & sic vocantur dies nouissimi non qui totaliter vltimi sunt, sed qui distans sunt, sic habetur Gene. 49. capi. vbi dixit Iacob, quod volebat annunciare filijs suis: quæ ventura erāt in nouissimis diebus, & tamen multa de his quæ ipse ibi dixit, non per multos annos post cōpleta fuerunt, scilicet, qd Iudas regnaret, & quod de stirpe Ioseph etiā reges pullularent, quia ista tempore Dauid, & Ieroboā cōpleta sunt.

Quando feceritis malum. Deus dat penam pro culpa, ideo nunquam dat penam ante culpam, licet in dādo premia non sic se habet, quia interdum dat premia ante merita, quia est promptus ad benefaciendum, infligere autem penas videtur esse contra naturam eius, sed Iudæi non erant peccaturi nūc, sed in extremo tempore, ideo non tunc, sed in extremo tempore quando malum facerent, puniendi erāt. *In conspectu domini.* Id est vidente domino qui omnia bona, vel mala videt, quoniam in omni loco oculi domini cōtemplantur bonos, & malos, vt patet Proverb. 15. capitu. vel dicitur. *In conspectu domini.* Id est contra Deum, scilicet, quod ista peccata quæ isti facerent, non erant proprie peccata contra aliquem, nisi contra Deum, ideo in conspectu eius fieri dicuntur: nam sunt quedam peccata quæ solum sunt contra Deum, & nullo modo contra proximos, quedam autē sunt contra Deum, & proximos, ea autem quæ sunt contra Deum, & proximos, non dicuntur facta in conspectu Dei specialiter quasi solum sint peccata contra Deū, sed ea quæ sunt in Deum solum, vt infidelitas, idolatria, & similia scelerate acta, quæ in Deum solum sunt in conspectu Dei aguntur, & dicuntur in scripturis facta in conspectu Dei. *Vt irretitis eum.* Irritare duo signat: Vno modo irritare, id est prouocare ad iras; alio modo irritare, id est ad nihilare, sicut ait Ebrardus.

Irritare duo signat

Irritare duo signat

Irritare duo signat

Deus est promptus ad benefaciendum.

Irritare duo signat

pijn quo erat cōmunitis concubitus. Et non erat aligati ad aliquam obseruationem præceptorum in colendo idola, sicut colendo Deum, quia qui colebant Deum verum putabāt se astrictos legi Dei, vt eam totaliter obseruarent in qua præcepta aliqua continebatur, quæ videbantur eis dura, cum autem colebāt idola non putabant se obligatos ad legem Dei, & quia diigentium non ponebant aliqua præcepta, quæ essent alicuius dure obseruationem, cum nulla vitia reprimere, erat delectabile Iudæis, quod finerentur vacare omni passioni secundum immunda desideria sua, desiderabant etiam colere idola, quia putabant rerum temporalium prosperitate euenire eis magis cum idola colerent, quam cum Deum colerent, maxime cum colerent reginam celi, id est Dianam, siue Lunā facientes ei placantes, vt patet Hiere 44. cap. cum dicitur sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini nō audiemus ex te, sed faciemus omne verbum, quod egreditur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus, ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ celi, & libare ei libamina, idigemus omnibus, & gladio atque fame cōsumpti sumus, debet igitur ista dictio, vt tenei cōsecutiue, scilicet, vt irretitis cum vos facietis malum, & sic sequitur necessario, quod irretitis eum. *Per opera manuum vestrarum.* Est duplex sensus. Vno modo per opera manuum vestrarum, id est per operationes vestras, quasi dicat vos irretitis Deū, prouocādo in actionibus vestris malis. Et istę dicuntur opera manuum, quia omnis actio attribuitur manui, cum manus sit organum organorū, vt ait Arist. 2. de Anima. Alio modo accipitur opus proprie pro eo, quod fit, & non pro actione rei, & isto modo dicitur idola opera manuum, quia ab hominibus fiunt, & non sunt operationes eorum, sed id, quod fit sic dicitur Psalm. 13. simulachra gentium argentum, & aurum opera manuum hominum. Et dicitur Deus prouocari per opera manuum, id est per culturam idolorum, quia nihil est, per quod magis Deus prouocetur ad iram quā per culturam idolorum. *Locutus est Moyſes audiente vniuerso castri Israel.* Id est quando Moyſes verba huius cānci recitauit totus populus astabat, & Moyſes alta voce loquebatur, vt audiret vox eius a toto Israel, sicut audita fuerāt omnia verba huius libri prædicta. *Verba huius cānci.* Non est hoc, sicut cetera scriptura, quia aliās procedit sine aliqua lege metri, hic autem est lex metrorum, & sunt versus distincti. *Et ad finem vsque compleuit.* Id est inchoauit, & finiuit.

Duplex interpretatio exponitio.

C A P. XXXII.

AVDITE celi quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat, vt ros eloquium meum. Quasi imber super Herbam, & quasi stillæ super gramina, quia nomen domini inuocabo, &c.

AVDITE. Supra Moyſes descripsit legem, & fecit multas cōmonitiones circa eam. Hic specialiter facit vnam cōmonitionē in cantico ad eam cōseruandam populi excitando. Et aguntur tria. Primo ponitur proemiu.

De ps. dist. 3. 6. auctoritas.

AVDITE

Secundo ponit intentum ibi. *Date magnificentiam.* Tertio subiungit epilogum ibi. *Venit ergo Moyſes.*

Quare, & quomodo reddit auditores Moyſes attentos.

Quasi. I.

ET in proemio auditores reddit attentos multipliciter. Primo ex certitudine dictionum, quia sunt firma, sicut celum, & terra, immo magis firma, quia Matth. 24. cap. celum, & terra transibunt, verba autem mea non transient, ideo dicit.

Audite celi. Inuocantur celum, & terra in testes, vt dixit præcedenti cap. & inuocabo contra vos celum, & terram, & inuocantur ista in testimonium, vel ad comprehendendum omnem creaturam quæ in his continetur, vel ad perpetuam durationem testium, & ad signandam firmitatem in verbis: nullæ enim creaturæ, ita firmæ sunt, sicut celum, & terra, quia omnia elementa corrumpuntur. Elementa vero alia licet secundum se tota nunquam corrumpantur, magnam tamen suscipiunt alterationem, & nimis enim creaturæ, ita firmæ sunt, sicut celum, & terra, quia omnia elementa corrumpuntur. Elementa vero alia licet secundum se tota nunquam corrumpantur, magnam tamen suscipiunt alterationem, & nimis enim creaturæ, ita firmæ sunt, sicut celum, & terra, quia omnia elementa corrumpuntur. Elementa vero alia licet secundum se tota nunquam corrumpantur, magnam tamen suscipiunt alterationem, & nimis enim creaturæ, ita firmæ sunt, sicut celum, & terra, quia omnia elementa corrumpuntur.

Concreſcat in pluuiam doctrina mea. Id est concreſcere faciat virtutes in audientibus; quoniam admodum pluuiam terram inebriat, & fecundat, vt patet Esa. 55. cap. *Fluat vt ros eloquium meum.* Ista est repetitio eiusdem sententiæ ad ornam, quia sic fit in rithmis, & est similitudo, quia sicut aqua magnitudine humiditatis suæ terram sufficienter inebriat ad producendum germina, & herbas, ita ros, quia guttatim cadit paruitate suæ humiditatis, quæ tamen aliqualis est, virentia humectat, ne tantum a calore extrantur. *Quasi imber super herbam.* Imber magna pluuiam est, quæ herbam gigni facit.

Et quasi stilla super gramina. Stillæ dicuntur guttæ grosse quæ solent cadere in Aprilis, vel in temporibus calidis, & vocantur nimbus, imber aqua minuta, & continua est gramen, & herba differunt aliquantulum secundum nostram linguam, sed magis secundum Hebraicam, quia vbi nos habemus herbam, habent Hebræi quoddā, quod solum significat istas paruas herbas, quæ per omnes agros nascuntur, sine aliqua cura humana, vbi nos habemus gramina, Hebræi habent nomen quod significat segetes, vel alia quæ cura humana seminantur, & gubernantur, & eadem differentia faciendā est in lingua Latina, licet non plene patet. Tertio ponit verborum auctoritatem, scilicet in vocatione diuini nominis, & est ista ratio præcedentium: dixerat enim quod concreſceret sermo suus, vt pluuiam, reddit rationem, quia nomen Dei inuocabis, & omnia quæ in nomine Dei fiunt firma sunt, quoniam dicitur Ioan. 16. ca. quod quicquid petierimus in nomine Domini accipiemus. *Quia nomen domini inuocabo.* Ideo propter hoc prædicta fiunt. *Date magnificentiam.* Hic ponitur secundum, scilicet auctoris intentum in quo agit tria. Primo demonstrat Deum esse bonum: in secundo dicit eum esse colendum ibi. *Nunquid non ipse.* Tertio demonstrat eum in iudicio iustū ibi. *Vidit dominus.* Prima in duas. Primo ponitur Dei bonitas. Secundo populi iniquitas ibi. *Peccauerunt.* Primum septemplex demonstrat vt patet in litera. *Date magnificentiam. Deo vestro.* Hoc refertur ad celum & terram, quæ debent dare magnificentiam Deo eum laudando, vel extollendo, & licet magnificentia dicatur esse virtus circa maximas expensas, vt patet 2. Ethico. & 4. quæ Deo conuenire potest, quia omnia dat, & abundantius quam petamus. Sed hic,

Auctoris intentum.

hic, & vt communiter in tota sacra scriptura magnificencia dicitur in Deo quandam magnitudinem non comparando ad effectus, sed intra ipsum. Dei perfecta sunt opera. Hic ponitur secunda conditio, scilicet magnitudo, & perfectio in operibus, quoniam opera Dei perfecta sunt, non sicut opera nostra quae caduca, & incompleta sunt, & dicitur propter hoc, quia infra dicit de peccato ludaeorum, & pena, & tunc diceret aliquis de eis, ideo peccauimus, quia Deus nos tales creauit, id est excludit hoc, scilicet, quia Dei perfecta sunt opera, quia vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona, vt habetur Gene. i. capit. non ergo teipsum peccatorem creauit, sed tu propria voluntate te peccatorem effecisti. Et omnes via eius iudicia. Ponitur tertia conditio, scilicet iustus est: & responderet ad superiora, quia diceret aliquis cum a Deo puniretur, Deus iniuste punit me, excluditur hoc, quia Dei viae omnes iustae sunt. iudicium & iustitia differunt, quia iustitia habitus est, iudicium actus iudicandi est. Omnes via eius iudicia. Id est omnes viae eius secundum rationem sunt, nec aliquando mouetur ex passione, aut ex malo habitu, quia in Deo nihil tale est.

Duplici de causa Dei operationes viae eius appellantur. Quae. II.

VOCANTUR viae Dei operationes eius, & hoc esse potest propter duo. Primo quia sicut per viam venit in terminum, & via est notior quam terminus, ita Deus qui fecit mundum se nobis ignotus est (quia spiritus est) per operationes suas nobis notus est: secundum quod operationes suae patet in creatura quae est corporalis, & conata modo nostro intelligendi, & istae operationes quae viue sunt in Deo, sunt iudicia, quia quicquid agit iustus est. Alio modo dicitur operationes Dei viue eius, quia in nobis idem modus loquendi est, vocamus enim operationes nostras vias nostras, quia sicut homo per viam procedit, ita operatio est processus noster, quia tota via nostra extenditur per operationes, cum viuere secundum Aristot. in 9. Ethic. sit in operari, qui multum ergo operatur multum est, qui modicum operatur modicum est, & sic concludit idem Aristot. circa finem noni Ethic. quod cum viuere consistit in eo, quod maxime homines volunt, & cuius gratia omnia eligunt, vt in poetizare, exercitari, venari, Philosophari: ex quo concludit, quod conuiuere amicorum consistit in his, scilicet in compositare, colludere, ad aleas coexercitari, & philosophari, & dicit adhuc amplius, quod sicut est delectabile cuiuslibet homini cognoscere se esse, & viuere, ita est delectabile cognoscere viuere amicorum, sed dicit hoc esse non posse, nisi cum aliquis participat cum eo in mente intelligendo quid intelligit viuere, ideo intelligere dixit, & est operatio. explicatur ergo nostra vita in operationibus tanquam extendatur nostrum esse per successiones, quod ante videbatur sine explicatione, & processu, quando non operabamur: ista ergo viae domini, scilicet operationes eius in nobis qui sunt quidam processus tanquam viae sunt iudicia, id est sunt semper factae cum ratione. Deus fidelis. Ponitur quarta conditio quae est fidelitas in promissis, & responderet ad superiora, quia aliquis puniretur a Deo diceret, id ego transgressus sum legem Dei, quia ipse transgressus fuit pactum, quod mecum pepigit, nam sicut ego, promisi ei obedire, ita ipse promissit mihi benefacere, sicut ergo ipse non benefecit mihi, nec ego obediui legi eius: excluditur ista ratio, quia Deus fidelis est, ideo firmiter quicquid promissit reddit. Et absque vlla iniquitate. Hic ponitur 5. conditio, scilicet sanctitas: quia Deus ab omni malitia immundus est, & respon-

In quo consistit conuiuere amicorum.

det super omnibus, quia aliquis male agens dicit, Deus ista fieri vult, excluditur: quia Deus sine iniquitate est, ideo etiam iniquitatem abominatur, vt patet Psal. 5. quoniam Deus nolens iniquitatem tu es, vel si aliquis dicat, quod Deus personas accipit, quia cuidam gratiam dare vult, alteri autem non, ideo mala operatur, responderet, quod falsum est, quia Deus sine iniquitate est, quia omnibus gratiam dat, sed non omnes eam recipere volunt, quia multi dicunt Deo recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus Iob. 21. cap. & si vni gratiam dat magis quam alteri, non est in hoc acceptor personarum, vt latius declarauimus supra primo, & 10. cap. Iustus. Ista est 6. conditio, scilicet equa distributio in premio, quia aliquis diceret ego merui multa, sed Deus nihil dedit, excluditur: quia Deus iustus est. Et rectus. Scilicet in penis dandis, & est conditio 7. respiciens superiora, quia Iudaeus pro peccato punitus diceret, verum est, quod pro peccato penam merui, sed non tantam, excluditur: quia Deus rectus est. Peccauerunt ei. Hic ponitur secundum, scilicet populi iniquitas. Peccauerunt ei. Id est contra eum. Non filii eius. Id est qui per peccatum a Deo recedunt, & erant ante filij Dei per gratiam, sic dixit Christus contra Phariseos, vos ex patre diabolo estis. Io. 6. cap. & see primo cap. vocat Deus populum suum Iudaeos legem seruantes, deinde vocat non populum suum eosdem idolis immolantes. In foribus. Refertur ad ly peccauerunt, id est peccauerunt in foribus, scilicet in idolatria quae vocatur specialiter fordes, quia magis animam maculat, & a Dei amore distrahit, vel quia in sacrificijs idolorum multa fordes continentur, vt in facris priapi in quibus sacerdotes verenda toti populo demonstrabant ad actum venerum prouocantes, & deinde inter fructera, & in locis subterraneis ad explendam omnem veneris immunditiam conueniebant. Generatio praua. Reprehenduntur de tali peccato. generatio praua: id est deprauata in voluntate. Atque peruersa. Id est peruerse iudicis, quia iudicat cultum idolorum diuino cultui esse praeponendum, & per ista facti sunt non filij qui ante filij erant. Prava atque peruersa. Improperat hic Deus Iudaeis, & ponit in eis omne malum. consistit autem omne malum in duobus, sicut omne bonum stat in eisdem duobus: est enim malum, vel bonum, vt hic accipitur, actus morales, & actus morales accipiunt bonitatem, vel malitiam in principijs suis elicitis: nam sicut effectus in naturalibus accipiunt esse a causis naturalibus, ita & in moralibus accipiunt bonum, vel malum a principijs suis. si autem principia bene se habeant, actus est bonus, si autem principia male se habeant, actus est malus: sunt autem principia actuum humanorum tria, scilicet intellectus, appetitus, & sensus, vt ait Aristot. in principio 6. Ethic. sensus tamen non est proprie principium alicuius operationis, quia magis est instrumentum actionis quam principium, siue radix actionis, ideo non efficit aliquam operationem bonam, aut malam. manent igitur duo qui sunt proprie principia actionum, scilicet intellectus, & voluntas, cum intellectus est bene se habens, & voluntas, operatio moralis necessario est bona, scilicet cum intellectus practicus recte iudicat conformiter se habens appetitui recto, & cum voluntas bene eligit conformiter se habens intellectui recto, est tota moralis rectitudo: ad hoc autem, quod sit obliquitas, vel malum morale, satis est non esse intellectum practicum verum conformiter se habentem appetitui recto, vel appetitum non esse bonum conformiter se habentem recto intellectui: est autem peruersio moralis totaliter cum intellectus est dissonans appetitui recto, & appetitus est dissonans vero intellectui practico, vtrunque autem quaedam peruersitas, quia quodlibet eorum est mutare

Omne malum in duobus consistit si curi os bonum.

Tria sunt principia actuum humanorum.

res a debito ordine, quia voluntas non tenet debitum ordinem, nec intellectus, nominat tamen hic litera istas duas corruptiones duobus nominibus, scilicet. Peruersa, & prava. Pertinet prauitas ad voluntatem magis proprie, cum prauitas sit malitia quae est malus habitus, in intellectu autem non est malitia: nam si accipitur intellectus speculatiuus non reperitur ibi aliquis actus pertinens ad bonum, vel malum morale, ideo secundum illos habitus non vocatur aliquis simpliciter bonus aut malus, idem de intellectu factiuo in quo reperitur habitus artium mechanicarum secundum quas non est aliquis homo bonus, aut malus simpliciter, sed bonus, aut malus faber: in intellectu practico reperitur prudentia, tamen oppositum suum non vocatur malitia, sed soli habitus inclinantes affectum. peruersa vero dicitur quantum ad intellectum, quia dicit malum esse bonum, & bonum esse malum, ponit tenebras lucem, & lucem tenebras, & dulce amarum, & amarum dulce, iuxta id, quod habetur Esai. 5. ca. mutatio ergo ista a rectitudine iudicij secundum veritatem practicam secundum conformitatem intellectus practici ad appetitum rectum est peruersitas, & isto modo mutatur in eis maxime veritas practica dicentibus, quod melius erat colere reginam caeli, & libare ei libamina quam colere Deum caeli, & quod ex eo tempore quod eam cessauerunt colere, venerit super eos tempestas, & gladius, vt patet Hiero. cap. 44. & sic responderunt publice omnes mulieres Iudaeorum in Aegypto in terra fathures Hieremiae suadenti eis, vt dimissa regina caeli colerent Deum verum quia erat Deus caeli. Haec enim reddis domino. Id est nunquid talia retribuis Deo pro beneficijs collatis: dedit bonum, & retribuimus malum. haec enim idem est, quod haec ne, & stat ne pro nunquid interrogatiue, & est sensus nunquid haec reddis domino, sed interponitur ibi vna litera, scilicet, i, & fit vna dictio, & talis coniunctio vocatur syllabica adiectio, vel interpositio, sic dicitur hocse dies pro hos dies addendo ce, de istis tractat Priscianus in maiori libro 23. circa finem. Popule stulte. Stultus est qui discordantia rationi agit, inspiens est qui a iudicando deficit. vnde proprie stultus est, qui malum habet iudicium, & secundum illud malas affectiones, & peruersas operationes, non dirigens eas per aliquam prudentiam, nec etiam per astutiam: saltem inspiens. priuationem solum dicit, scilicet nescire iudicare, sed non ponit aliquam deordinationem in actibus, cum autem aliquis inspiens est, nescit quid sibi est bonum, & vtile, cum stultus est, iudicat & eligit illud, quod inutile est pro vili. haec patiebantur Iudaei praeponendo idola Deo. Et cum haec duo mala sint, peius tamen est esse stultum quam esse inspietem: nam stultus est deordinatus in intellectu, & voluntate, ita quod nihil in eo bonum moraliter manet. inspiens autem solum est deordinatus in intellectu, aut potius priuatus recto iudicio, quia ille dicitur habere intellectum peruersum, qui cum posset recte iudicare, aut cum circa alia astutus sit, in aliquo tamen, vel aliquibus male iudicat. qui tamen ex aliquo defectu naturae vtpote, quia est naturaliter orbatus, aliquod malum bonum iudicat, non dicitur habere intellectum peruersum, sed est priuatus actu rationis totaliter, vel quantum ad aliquid. stultus autem videtur esse huiusmodi, quia habet intellectum suum deordinatum: quantum ad quaedam, & voluntatem prauam. inspiens autem qui sola perfectione rationis caret non est deordinatus in voluntate. Et si forte accipias stultum pro eo qui orbatus naturaliter, vel ex egritudine stulte iudicat, & stulta agit, non dicitur iste habere intellectum peruersum, quia ipse non peruenit cum, tamen necessarium erit semper eum deficientem esse in intellectu, & voluntatem bene se ha-

Quid proprie stultus.

bere, quia agit stulta. inspiens autem licet a natura orbatus sit, non est tatum orbatus, sicut stultus, quia priuatur recto iudicio, non tamen agit aliqua stulta, aut alijs nociua. quomodo autem ista duo de eodem simul dicitur signant duas imperfectiones, scilicet inspiens dicit priuationem recti iudicij, & stultus dicit disturbationem, & turbulentiam in actibus voluntatis, & in actibus exterioribus, ita vt alijs noceat, & difsona valde faciat, vtrunque autem de ludaeis recte predicabatur, vt patet ex supradictis. Nunquid non ipse. Hic ponitur secundum, scilicet Deum esse colendum, quod inducit septem rationibus. Prima est ratio creationis, quae attestatur verum Deum, & infinitam potentiam, cui verissime debetur laetitia, & nulli alteri rei. Nunquid non ipse est pater tuus. Quasi dicitur sic per ista quae subduntur. Qui possedit te. Te continentibus gubernado, quoniam Deus omnia gubernat, ne in nihilum redigantur. Et fecit te. Materiam ex qua natus es in primordio rerum, distinguendo & separando, vel eam nunc principaliter organizando. ponitur hic ponitur ista duo verba, scilicet fecit, & creauit, vt teneant suas significationes secundum, quod distinguimus illas, aut potest esse, quod creare, & facere referatur ad idem, scilicet, quod eadem res dicatur facta, & creata, ita quod accipiantur ista ex superabundantia verborum dicta, sicut sepe fit in modo vulgari loquendi, in quo ad maiorem abundantiam, & expressionem ponimus multas dictiones idem significantes, & sacra Scriptura sequens modum loquendi Hebraicum sequitur plerumque stilum istum. Si autem accipiamus, vt diximus, scilicet facere, quod referatur ad corpus, verum est, quod Deus fecit illud, vt supra dictum fuit, vel dicitur fecisse ipsum, id est hominem, quia licet vnus homo gignat alium, Deus tamen praecipue dicitur agere, quia licet Deus sit causa solitaria secundum, quod operatur per creationem, vel in aliquid immateriale, tamen adhuc est causa naturalis operans in ea quae naturalia sunt, & quantum ad hoc non agit Deus, vt causa solitaria, sed habet multas causas gentes subordinatas, quia non immediate influit in corpora, sed mediantibus rebus spiritualibus: nam ipse est causa prima, & tota virtus influxiua derivatur ab eo tanquam ab originario fonte, & derivatur per totam concaetationem causarum, & quantum ad hoc plus influit quam omnes aliae causa, quia quicquid alij agunt, id agunt, quia ipsa virtutem tribuit, & sic dicitur in libro de causis propositione prima, quod omnis causa primaria magis influit in tuum effectum quam causa secundaria: & non solum quantum ad contributionem virtutis operatur, sed quantum ad motum etiam, quia aliae causa ad agendum non mouerentur, nisi ipsa prima causa moueret, sic dicit de Deo in 12. Meta. quod Deus mouet alias intelligentias in ratione amata, & desiderati, id est tanquam quoddam bonum desideratum, & ad participandum illud mouent, & operantur, sic enim ait Aristot. in eodem lib. quod intelligentiae mouent ad participandum esse diuinum. in motu igitur naturali qui fit ad causandum aliquem effectum, est subordinatio omnium causarum, & oportet, quod resoluetur iste motus in causam simpliciter immotam quae est Deus, quia ipse mouebit immediate causas spirituales, sicut intelligentias ad mouendum caelos ad ipsam actionem naturalem: magis ergo mouebit causa prima quam omnes causae inferiores, sed per motum causarum naturalium causatur corpus humanum, & gignitur homo. ergo iste causa mouentur a Deo, & Deus principaliter diceret mouere, & causare ista inferiora a natura causata, sed corpus humanum genitum est per actionem naturalem in qua Deus potissime agit, quia est causa prima, ergo ipse facere dicitur hominem. Et

Septem rationibus probatur Deum esse colendum.

Deus est causa prima, & omnis virtus influxiua inde proficiscitur.

creauit

creavit te. Scilicet animam tuam de nihilo creando, & corpori infundendo. sub paucis verbis multa compre-
 hēdit: vult enim sic arguere, Deus dedit nobis esse bonū, & quicquid sumus, & quicquid habemus, ergo maxime colendus est: patet antecedens, quia duæ partes nature sunt id quod nos sumus, scilicet corpus, & anima, sed utrunq; ipse dedit, quia corpus fecit, & animam creavit, dedit et id, quod habemus quā possedit nos. *Memento dierum antiquorum.* Idest dierum primorum a primordio creature. est sensus Deus creavit te, & fecit. Si autem in hoc dubitas. *Memento dierum antiquorum.* Idest te cogita intra te dies antiquos qui fuerunt in principio creationis. Et invenies, quod Deus creaverit hominem, & omnes res, creando ergo hominem primum, & omnia alia in principio, et nunc omnes homines creare dicitur, licet non eodem modo: creavit enim ante materiale principium cuiuslibet hominis, & alterius rei, nunc no-
 uiter creat animā. de istis diebus antiquis poterat homo recordari per scripturam libri Geneſeos, quem Moyses tunc prophetico spiritu scripserat: non enim restiterat alia antiquitatis scripta per quæ homines in præterito cognitionem reducerentur. Vnde ante diluuium rude seculum fuit, nec homines de scribendis rebus gestis curauerunt: vel si forte aliqua scripserunt, quod de protoplaste nostro credimus, aquarum inundationibus deleta sunt, vel aequaliter terræ mutatione submersa: sola enim columna marmorea, in qua Tubal nuncius primus repertor musicam condidit in Syria, nunc tenetur, vt Ioseph attestatur, deinde translatis inundationibus aquarum diluuii incipientes homines per magnos terrarum recessus diuidi, magis ignorare inceperunt: doctorem non habentes, donec in Aegypto literarum primordia, & historiarum incepta sunt, ideo Marcus Varro omnium Romanorum doctissimus testimonio maiorem volens historiam a reſum maxima antiquitate retexere, a diluuiio regis Ogigi exorditus est. Fuit autē hoc in gratia tpe quo filij Israel in Aegypto captiui tenebantur, in quo tpe a creatione mundi anni ter mille, & quasi septingenti effluerant, vt patet in decursu historiæ, de quo aliqui Isidorus in sine 13. Etymol. Et Ouidius in principio Metamor. a rerum origine se narraturū proponens a diluuiio sub Deucalione regis Thessalæ incepit, quod multo post diluuium regis Ogigi fuit, vt patet per Isidorum 14. Etymol. & per August. 18. de ciuit. Dei. Vnde tunc Ouidius hominem de terra formauit asserit, siue cum Deus formauerit, siue Prometheus quidam de terra seducta nuper a celo, & mixta fluuiabilibus vndis, vt patet in principio Metamor. *Et cogita generationes singulas.* Iste est modus probandi creationē hominis, & est resolutiuus tanquam in Mathematicis, scilicet quærendo quis fuit pater istius, & dato illo, rursum querere de patre illius. retrocedendo ad principium, & tunc ad vltimum inuenietur, quod pater Cain fuit Adam, pater Adæ nullus homo fuit, sed Deus esse formauit, ista est probatio sufficiens discursus oibus intermedijs, & idē dicitur. *Cogita generationes singulas.* i. nullam dimittas in medio, quia tunc periret probatio, & istū modū probandi reducendo habet beatus Lucas in Euāgelio. c. 3. vbi generationem Christi retrocedendo reducit vsq; ad Adam, & Deum. Et ista fuit causa potissima quare liber Geneſeos continet omnes generationes ab Adam vsque Iacob continue, & in libro primo Paralip. continētur omnes generationes vsq; ad captiuitatem Babylonicam, vt sic videat creatio mundi. *Quare Arist. posuit mundum esse æternum, & responso ad eius argumenta. Et rationes catholice contra eum, & causa erroris eius, & aliorum.* *Quest. III.*

Hanc reductionem ignorans Arist. ponit modum diuinitatem, & nullum hominem fuisse pri-

imum, sed semper hominem ex homine fuisse. Et hoc dicitur, quia enim ad hoc aliqua ratio inducat, sed quia oppositis argumentis resistere non valet: sicut qui falsitatem manifestam argumentorum viribus confutatur. Ratio autem tria est, quia natura non fuit sufficiens primum hominem gignere. Et quoniam arguitur quod cum probando per historias de populatione omnium terrarū, & de edificatione omnium ciuitatum, scilicet in tali temporalis regio, quæ non erat habitata, incepit habitari, & quoniam tales vrbes conditæ fuerunt, & sic ex narrationibus historicis quod cum concluderetur, quod omnis ciuitas quæ suo tpe existeret, principium habuit, & omnis terra principium habitationis habuit ab aliquo. Ipse respondet in secundo Poli. concedens omnia hæc ne fidem historiarum destruat, & dicit, quod licet ista terræ de nouo nunc habitari inceperunt, & ciuitates condidit: tamen olim infinitas habitatae sunt, & vrbes constructæ, sed per diluuium destructa sunt illa. Et non concedit ipse vniuersale diluuium, vt patet in 2. Metho. quia oportet maximam partem terræ in exhalationes resolui. Item quia repugnaret eius proposito, quia in vniuersali diluuiio omnia consumeret, & iterū renasci de terra, vel a Deo creari, quorum vtrūque negat, quia creationem abhorret, & animalia perfecta sine propagatione maris, & foemina virtute nature nasci de terra impossibile esse dicit, & hoc solum nos afferimus si sola virtus natura operetur. Et si forte aliquis pro eo vellet dicere, quod in diluuiio vniuersali possent conseruari omnes species in arca, sicut nos ponimus fuisse tpe Noe. Dicitur, quod hoc impossibile est sola virtute natura, quod animalia tam diuersissima de remotissimis partibus orbis aliquis deducere posset ad succurrēdum periculo diluuii, quia quædam animalia, ita sunt alijs inimica, quod cum eis nullo modo vitare possent, nec per hominē capi. Item quia adhuc hoc non obstantē valde magno tpe indigerent ad cōgregationem horum animalium. Dato autem diluuiio super quandam magnam partem terræ habitabilis possunt aliqui homines in alia parte saluari. Et si arguatur magis, quod si mundus ab æterno fuit, non est dicendum, quod homines ita simplices fuerint, quod nunquam aliquam artem vel scientiam inuenerint, sed probabatur contra eum per historias de qualibet scientia, vel arte speculatiua, siue factiua, vel actiua, quomodo, & a quo, & quomodo tempore inuenta fuerit. Ad hoc respondet ipse in 2. Poli. quod homines quod de corruptionibus, idest de diluuijs enaserunt simplices erant, & ideo licet ante omnes istas scientias, & artes inuenta fuissent, tamen isti nullam de illis sciebant, ideo dicit in eodem secundo libro, quod homines illi antiquissimi valde rudes leges dederunt, quia ex antiquis erat quædam lex in grecia, quod possent commutare viri. vxores pro ferro. Ista si respiciantur non sunt responsiones, sed quædam colorata euasiones, quia licet aliquo modo videantur hæc possibilis, tamen non sunt verisimilia. Sed ista responsiones non possunt stare secundum Philosophiam, quia secundū quod ipse vult in Metaphisica species sunt, sicut numeri, ita quod sicut vnus numerus excedit alium in vnicitate, ita species se excedit per gradus perfectionis essentialis, ita quod secundum ordinem specierū existentium nunc impossibile est cadere aliquem gradū perfectionis essentialis inter eas, & si alicui speciei adderetur vnicus gradus essentialis perfectionis, necesse erat cadere in superiorem speciem quantam immediate sunt. Sed aliqua species dantur necessario deperditæ secundum hanc positionem, ergo non sunt, vt Numeri. patet consequentia, quia quædam species etiam animalium perfectiorum quæ per solam propagationem generantur, sunt in quibusdam terris, & non in alijs, cum ergo talia diluuium venisset, corrumpentur aliqua

Arist. non concedit vniuersale diluuium, sed particularē.

Lex atheniensis.

Ante diluuium non fuerit scripta historia.

Marcus Varro incepit historiam a diluuiio Ogigi.

Ouidius a quo tpe incepit scribere.

aliquæ species de illis. Item impossibile esset mundū perpetuari a parte post: quia mundus perpetuatur a perpetuatione oium suarum partium principalium quæ sunt celi, & omnia elementa, & principales magis, perfectæ species, quia et si periret vna species de reb; imperfectis vel multæ, non diceretur mundus non perpetuari: sed si aliqua de speciebus perfectis periret, & mundus periret dicitur, vt si humana species periret, & patet manifeste quod perire potest in aliquo diluuiio, vel peste, siue bello: vel quia homines gnare non volent, vel si in talibus diluuijs pauci remanentes redio, vel terrarū imperie moreretur. Hæc autem rationes sufficientes sunt ad inferendum contra Aristot. & alios ponentes mundi eternitatem. Præter hæc sunt aliæ quæ, quæ assumuntur ex cognitione conditionis rerum quæ sunt in mundo. nam res que sunt, aut sunt res, que sunt simpliciter actus, ita quod in eis non sit aliqua potentialitas, aut sunt res que habent potentialitatem: si sunt res que sunt purus actus, nullo modo sunt in potentia ad aliquid recipiendum quod fiat ab altero, & in his impossibile est esse incipere, quia tunc antequam inciperent fuissent in potentia ad incipiendum, quod repugnat puro actui. sic autem impossibile est Deum factum esse, aut creatum, aut cepisse esse quod non habuit cum ponatur purus actus. Si autem res sunt potentiales, ita quod sunt in potentia ad esse, cum potentia semper reducatur ad actum per motum aut transmutationes, & iste motus sit ab aliquo agente, & recipiatur in passo: necesse est ea, quæ potentialia sunt, recepisse esse ab altero, cum transmutatio non fiat ab intrinseco, sed ab extrinseco. sicut igitur est de quolibet homine, quod nullus homo de his quos nos signamus, potuit se esse habere non factus, nec genitus, aut creatus, quia est potentialis (nam est in potentia ad esse, quia est in eo esse receptum) ita & dicemus de omnibus hominibus, siue ponantur ab æterno siue non: necesse fuit accipere esse ab alteris, cum sint potentiales, & sicut vnus est potentialis, ita necesse est omnes esse potentiales cum sint eiusdem speciei. sicut igitur philosophus negat fuisse aliquem hominem primum, quia ille necessario erat potentialis, & non poterat esse a seipso, sed necesse erat accipere esse ab altero, ita necessarium erat concedere de oibus hoib; quod quot nos assignare voluerimus, quia omnes sic erunt in potentia, nec ergo potuerunt ab æterno esse, nisi ab æterno esse susceptissent, cum in quolibet esse potentialitas sit: necessarium igitur ab aliquo accepisse esse, cum a se accipere non possint, & iste erit aliquis qui sit simpliciter actus, ita quod ipse possit esse dare & non suscipiat. igitur hoc modo qualitercunque philosophi fabulantur, necessarium est dare quod ceperint homines, cum a se habere esse non potuerint, & sic de omnibus alijs speciebus rerum, quia omnia sic sunt in potentia ad esse, nec a seipsis esse possunt habere, ex quo videtur necessarium sequi creatio. Et si forte aliquis diceret quod homines acceperunt esse ab aliquo: tamen ab æterno sunt.

Res sunt duplices.

Necessarium est dari creationem istarum rerum potentialium.

Repugnat rei æternæ cepisse esse ab altera.

Aliqui philosophi

nunt mundum cepisse, sicut Anaxagoras, & Empedocles, & similes: sed ponunt quosdam modos valde repugnantes rationi quomodo mundus ceperit, ideo Aristoteles eos arguit in 8. phys. & in secundo de celo & mundo, & putat se demonstrare, sed non demonstrat: licet rationes eorum destruat, sicut si quis teneat aliquam verissimam sententiam, & eam nesciens fundare probet valde imperite. Alius qui acutior ingenij sit destruet probationes huius imperiti: non tamen destruetur ex hoc veritas sententiam quam alius probare intendebat, quod patet manifestissime in articulis fidei. nam ipsi continēt solidissimas veritates: si tamen aliquis imperitus Christianus aliquid eorum rationibus probare velit, aut defendere, ponet aliquas rationes inconuenientes, quas quilibet acutus paganus facilliter elidet, & monstrabit esse falsas, aut non bene concludentes: non tamen propter hoc sequitur quod sit destructa veritas illius articuli fidei: nec contra eum proprie demonstratum, quia hoc modo nullus articulus fidei illesus maneret, cum frequentissime infideles acuti contra rusticos Christianos de omnibus eis disputauerint: nihil ergo philosophus in hoc probauit de mundi æternitate, quia licet probet eam huic nescienti respondere tamen non probat simpliciter. Circa quod considerandum est, quod quidam philosophi putauerunt mundum incepisse: sed non ponebant ipsi creationem, sed quosdam alios modos per conuenientiam ad chaos, sicut Anaxagoras, & Empedocles, & hoc Aristot. reprehendit in 8. phys. & 2. de celo & mundo, & in hoc valde bene se habet philosophus, quia rationes illorum solum veritatem non erant tales, per quas probaretur mundus esse æternus, aut saltem defendere æternitas eius: recte ergo rationes philosophi destruant fundamenta probationum istorum. nam si mundus incepit, nullus modus dari potuit per quem incepit, nisi per creationem quæ de nihilo est, & fieret hoc ab ente quod est simpliciter actus, sicut est Deus, quæ nos ponimus mundum creasse. si autem Aristot. vidisset fundamenta rationum nostrarū ad probandum mundum incepisse, & vidisset modum quem nos damus per quem mundus incepit, nec potuisset improbare modum nostrum positum, nec valuisset destruere rationes probatiuas, quia satis conuenienter probationes nostras fundamentis suis. Commentator autem qui valde secutus fuit Aristot. & fuit Saracenus, vidit positionem nostram, & rationes aliquorum licet non essent multum fortes, quia circa hoc probandum multum laborauerat, solū hoc nobis mordaciter quasi probra conijciens obiecit, quod Nazareni, idest Christiani indispoti sunt ad sciendū, quod concedunt creationem, in quo licet quendam colorē videatur habere, tamen mēditur: quia ita manet apud nos necessitas rerum, sicut apud eos. Alij autem fuerunt ponentes mundum esse ab æterno totaliter. i. quod tam corpora celestia, quam omnes species rerum generabilem & corruptibilem ab æterno fuerint, & motus fuerit ab æterno, & tempus ab æterno, nec fuit dare primum hominem aut equum, & sic de cæteris: nec primam generationem, aut corruptionem, nec principium motus aut temporis: aliqui sunt qui mundum ex aliqua parte incepisse ponunt, & ex aliqua esse æternum: ista positio secundum quam dicitur mundus esse æternus totaliter est proprie positio Aristot. & quorundam philosophorum sequentium, scilicet peripateticorum. dicit namque Aristot. non potuisse mundum incipere, nec simpliciter, nec quantum ad aliquam partem, de partibus eius patet, vt in rebus generalibus, & corruptibilibus, vt de homine, & de equo. Dicunt enim nullum hominem fuisse primum, sed dicunt homines esse ab æterno: quia nesciunt dari modum per quem ille primus homo genitus fuerit, aut factus, nam re vera, vt ipsi arbitrantur infinita potentia est primum homi-

posterior mundum esse factum & tunc in duplici diffinitione.

Aristot. vituperat christianos, quod in dispoti sint ad sciendū.

Philosophorum opinio ponentium mundum ab æterno esse.

Alph. Tost. super Deuter.

Y

Materia non est si memora.

hominem produxiffe. & primu tps, & primu motum...

Sanctius his animal mentisque capaciis... Deerat adhuc, quod dominari in cetera possit...

Rones q mundus non fit æternus.

de oibus pene ciuitatibus dabat certus actor p cõem...

Nil equidem durare diu sub imagine eadem... Crediderim, sic ad ferrum venis ab auro.

Diluuium aut pcessisse ex historia gentiu satis conijci...

Aspirate mejs primaque ab origine mundi... Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Diluuium Oigigi quo spe.

Diluuium Deucalio-nis quo te pore.

Vniuersale diluuii accedere posse negant philosophi.

memorari digna euenerunt, stilo, & memoria mandare...

Item hoc concesso necesse erat dare creationem, quam ipsi vehementer abhorreat, & patet consequentia...

Diluuium vniuersale fuit miraculosu & congregatio animaliu.

A solitudines, & inaccessible homini vias, & opacos montes...

Quis autem postremo, vt alter Dedalus, aut porius, vt Icarus...

Serpentes peliteri.

Philosophus quare negat diluuium: concedit particulare.

Noe in arcam clausit Dominus a foris. nullo igitur modo hec Philosophi aut excogitare, aut credere possent, siquid eis enarraret. Nullatenus igitur diluuium vniuersalia philosophi fatebuntur; particularia quidem non solum fatentur, sed etiam ad defensionem positionis sue de mundi eternitate ea necessaria esse putant: nec enim vllum eis fortius aut verisimilius adiuuentum est: sic namque respondent cum quis contra eos arguat, si tempus iners infinitum est siue ab eterno fuit, quomodo scientie in infinito tpe retroacto inueniente non sunt? cum ait Arist. in primo Ethicorū: tempus bonus cooperato est horum, & per tempus artium additamenta facta sunt: quia ergo infinitum præcessit tempus, infinita experientia fuit que sufficienter erat ad inueniendam omnem artem. Dicunt enim q̄ scientie infinitis vicibus perditæ & inueniendæ sunt: nec enim vnac nouiter inueniendæ sunt: quia præcesserunt in seculis qui fuerunt ante nos. Dicebant enim q̄ quando per diluuium maior pars terre deperibat, saluabantur ex diluuiis illis quidam homines, qui olim fuerant ignorantes in quibus nulla scientia mansit, sed cum suis possessoribus qui in diluuium perierunt, extincta est: necesse ergo fuit ad hoc q̄ artes essent, iterum nouiter ab ipsis inquirerentur fundamentis. Hec enim est responsio Arist. 2. Polit. cum tractat de legibus valde irrationabilibus, que antiquis temporibus apud Græcos fuerunt, inter quas vna quæ ipse ponit erat, quod viri possent videri vxores suas pro ferro, vel eas inuicem commutaret, asserit hanc & alias iniustissimas, quas ipse ponit in prædicto secundo Polit. conditas esse a quibusdam rudibus valde hominibus, qui diluuium euadere poterunt. Ecce qualia sunt fundamenta, & positio Arist. aliorumque sequacium, & quid negent, & quid asserant: omnia namque ista sequuntur ex suo erroneo fundamento, scilicet quod mundus sit ab eterno. Et hoc adhuc emanat a quodam alio radicali principio erroneo. s. q̄ non sit dandum infinitum in virtute actiua. Elisis igitur his fundamentis omnia dicta eorum vana sunt: pro quo recurrendum est ad ea, que supra diximus ad probandum, q̄ non sit possibile mundum esse æternum: ex quo inferrebatur potentia infinita creatura mundi. Alij erant qui aliquo modo ponebant mundum æternum, & aliquo modo ponebant cepisse, & huiusmodi fuit Ouidius in principio sue Metamor. qui nō vt poeta, sicut alias solet, sed vt Philosophus, vel Theologus veritatem principij rerum inquirere conatus est: ponit enim mundum æternum esse quantum ad suum principij materiale: dicit tamen cepisse quantum ad distinctiones formarum pro constitutione specierum: ait enim q̄ materia prima, quam ipse vocat vnum vultum orbis, fuit ante omnia: & huic non ponit aliquod principium productiuum: sed dicit eam esse carentem perfectione distinctarum rerum: erat tamen in hac materia contrarietas qualitatum actiuarum, scilicet frigidi & calidi; humidi & siccis; ponderosi & leuis; & hoc magnam pugnam in ipso vultu orbis, siue materia faciebant: vocat autem illam materiam vultum orbis vnum, exprimes philosophicam proprietatem metaphoricæ: nam vultus dicitur id, in quo res cognoscitur & distinguitur, cum in alijs membris non patet cognitio distincta. Quando autem multi vultus sunt, multe cognitiones & principia facientia cognoscere sunt: si autem vnus vultus sit, vnica cognitio est: cum aut materia prima erat, quia ipsa non habet varietatē substantialium formarum distinctuarum, erat vnica res, & hoc non per vnitatem formæ, sicut competit rebus naturalibus, que habet essentiam, & vnitatem & cognoscibilitatem per suas formas, sed per caritatem distinctarum formarum: vnus ergo vultus in toto or-

Pomes & principia totius erroris Arist. tam in modo æternitate quam in creatione & resurrectione.

Opin. Philosophum ponit mundum esse factum, licet aliter Anaxagoræ & est Ouidij.

be erat, quia rerum distinctio nondum erat: sed illud vnum erat quod distinctum, atque manifestum in se non erat: Rectissime ergo Ouid. vnum vultum philosophice loquendo materiam primam dixit: hæc omnia habentur in principio Metamor. cum dicitur.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum. Vnus erat totus nature vultus in orbe. Quem dixere chaos rudis indigestaque moles. Nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem, Non bene unitarum discordia semina rerum. Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan. Nec noua crescendo separabat cornua Phæbe. Nec circumfuso pondebat in aere tellus, Ponderibus librata suis, nec brachia longa Margine terrarum porregerat ambitrites. Quaque erat & tellus illic & pontus, & aer. Sic erat instabilis tellus inabilis unda. Lucis egens aer nulli sua forma manebat. Obstatatque alijs aliud, quia corpore in uno. Frigida pugnant calidis humentia siccis, Mollia cum duris cum pondere non habentia pondus.

Ecce qualiter Ouidius, vt vere philosophus primum fundamentum nature inuestigans posuit illud primum corpus non habens determinatas formas substantiales distinguentes in species rerum naturales: sed solum qualitates actiuas, & passiuas, que sunt alteratiue, & via ad generationem. Hanc autem materiam, vel corpus nature, nec dicit genitum, nec creatum, factum aut productum: sed dicit ante omnia fuisse, & quantum ad hoc ponit mundi æternitatem in principio materiali, ex quo oia fierent, & in suis qualitibus primis ad generationes & corruptiones: dicit tñ mundum fuisse factum quantum ad omnium rerum distinctionem, & productionem, ex materia: quia dicit ex materia Deum fecisse celos, fecisse quoque quatuor elementa, & disposuisse terram faciendo montes, & valles, fontes, & flumina, de quibus in eodem primo Metamor. post prædicta immediate sic sequitur.

Hanc Deus & melior litem natura diremit. Nam celo terras, & terras abscondit undas. Et liquidum spisso secrepit ab aere cælum. Que postquam euoluit, cequoque excessit æcerno. Dissociata locis concordia pace ligauit. Ignea conuexi nis & sine pondere celi. Emicuit summaque locum sibi legit in arce. Proximus est aer illi leuitate locoque. Densior his tellus est: elementaque grandia traxit. Expressa est grauitate sui circumfluit humor. Plima possedit solidumque coercuit orbem.

In his autem si inspiciatur solerti indagine Ouidianæ sententiæ platonis sensum redolent, Empedoclis, & Anaxagoræ aliquantulum doctrinam consequuntur. Quantum ad hæc aut a fide catholica maxime in ista secunda parte valde modicum deuiat: variat tñ immediate: quia hñt Deum qui ista distinguit, dicit se ignorasse quis fuerit de dijs, quasi multi dii essent, qui talia facere possent: sic enim dicit immediate: Sic ubi dispositum quisquis fuit ille deorum. Congeriem secuit sectamque in membra rededit. Principio terram ne non equalis ab omni, Parte foret magni speciem glomerauit in orbis. Tunc freta diffudit rapidisque tumescere ventis Iussit, & ambitæ circumdare littora terre. Addidit & fontes, stagna immensa, lacusque. Fluminaque obliquis cinxit decliua ripis. Iussit & extendi campos sub sydere valles. Fronde tegi syluas lapidosos surgere montes. Deinde distinguit cælum in quinque zonas, & ponit proprietates zonarum, & in terra eodem modo ista distinguit, & hæc a Deo facta dicit, cum sequitur.

Ouidius Platonis.

Vtrique

Vtrique dua dextra cælum totidemque sinistra. Parte secant zona, quinta est ardentior illis. Sic onus inclusum numero distinxit eodem Cura Dei totidemque plagæ tellure premuntur. Quarum quæ media est non est habitabilis aestu. Nix tegit alia duas, totidem inter vtranque locauit. Temperiem dedit mixta cum frigore flamma.

Deinde ponit aerem, & in eo ventos collocat, & a quibus mundi regionibus flant, & eorum proprietates posuit, & impressiones methæoricæ, vt tonitrua, nubes, & cætera cum dicit.

Imminet his aer qui quanto est pondere terre Pondere aqua leuior tanto est onerosior igne. Illic & nubila illic consistere nubes. Iussit, & humanas moturas tonitrua mentes. Et cum fluminibus facientes frigora ventos.

Ouid. fuit Platonicus ponens corpora celestia de natura ignis. Deinde dicitur generationibus ventorum & locis eorum subiungit de cælo quem dicit esse de natura ignea. & in hoc est Ouidius Platonis. Nam Plato cælum ignem dicit: quia cælum & æther pro eodem accipiuntur: æther tamen in sua propria significatione ignem notat: dicit etiam omnia corpora stellarum esse ignea, & sic vult cælum de natura elementari esse. s. quartum elementum. & in hoc differt ab Aristot. qui vltra quatuor elementa, que vocantur quatuor essentia ponit quintam essentia, siue quintam naturam. s. celestem non pertinentem aliquo modo ad naturam elementalem, in quo Aristot. valde excellit Platonem, omnesque alios hanc catholicam sententiam, & veritatem physicam asserens: sed mirabile est, quod omnes poetæ tam qui fuerunt ante Aristot. tam qui post eum venerunt, tenuerunt in hoc Platonis sententiam cælum ignem vocantes, & dicentes astra esse purissimos ignes. Dicebant et isti philosophi, atque poetæ ista astra cibari aquis Oceani: sicut n. ignis in humido vntuoso sepi aut olei confouetur, ita per calorem astrarum eleuatis humiditatibus Oceani astra illa ignea fouentur in illis, & fortiora in calore sunt. Vnde aliqui tenentes hanc opinionem dixerunt, ideo in terra Aethiopia maiorem esse calorem quam in alijs terris, quia ibi est Oceanus, de cuius aquis astra cibantur. Et hæc falsitatem quam poetæ veritatem philosophicam existimabant, more poetico sub iuregumenciari enunciare volentes dixerunt, omnes deos ad epulas fuisse semel ab Aethiopijs inuitatos. Deos namque astra vocauerunt: quia ipsa astra deos putant: sic enim illa vocant. s. Iouem, Phæbum, Martem, Dianam, & cætera nomina deorum turbam. Ab Aethiopijs autem inuitari est de aquis Oceani, q̄ apud Aethiopes sunt eos alimentum accipere. Ponit ergo Ouidius cælum ignem esse, & astra lucidiorē ignē, de quo ait hæc.

Et superimposuit liquidum grauitate carentem Ethera, nec quidquam terrena facis habentem. Vix ita limitibus discerpsit omnia certis. Cumque repressa diu massa latuere sub ipsa. Sydera, ceperunt toto effervescere cælo.

Ponit deinde de ornatu celi, & aeris, & aquarum, atque terrarum: iuxta modum antiqui legislatoris nostri Moyſi in primo cap. Gen. vbi elementa creata distincta ornata enunciat. Et forte aliquid illius Ouidius videre potuit a Iudæis, qui Romæ, & per Italiam tempore suo habitabant, dicit enim. Non regio foret vlla suis animalibus orba, Astra tenent celeste solum formæque deorum. Cesserunt nitidis habitanda piscibus vnda. Terra ferax cepit, volucres agitabilis aer.

Concludens autem Ouidius distinctionem mundanarum fuit, vt legislator noster Moyſes opera diuina in homine terminans, & in hoc incipit poetice loqui: Alph. Toit. super Deuter.

Poetæ dixerunt astra foueri de aquis Oceani & hoc putabant veri & philosophicè.

Poetæ & philosophi multas veritates audierunt a Iudæis.

A cum in omnibus superioribus philosophice, & p. maxima parte catholice locuti fuerit. Dicit n. hoies fuisse formatos a Prometheo filio Iapeti de luto cū dicit.

Sanctius his animal mentisque capaciis alta Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset. Natus homo est siue hunc diuino semine fecit Ille opifex rerum mundi melioris origo. Siue recens tellus seducta nuper ab alto Aethere cognati retinebat semina celi. Quam satus Iapeto mixtam fluminalibus vndis Finxit in effigiem moderantem cuncta deorum. Pronaque cum spectent animalia cætera terras, Os homini sublime dedit cælumque videre, Iussit & erectos ad sydera tollere vultus.

B Non igitur putandum, quod Ouidius teneat homines fuisse formatos a Prometheo, quasi ibi incoeperint, quia ista verba includerent contradictionem. id enim quod Ouidius diceret repugnaret sibi ipsi. nam ipse dicit Prometheus hominem fuisse. dicit etiam eum fuisse filium Iapeti, quem & hominem cōstiti: quomodo ergo eum diceret primum hominem formasse cum ipse homo sit, & ante eum hoies fuerint? Dicendum igitur aliam fuisse positionem Ouidij, q̄ valde fuit cōformis catholice veritati. Vnde sciendū, q̄ in prædictis versibus de hominis formatione Ouidius ponit duas opiniones manifeste, & aliam. s. tertiam magis occulte: quarū vna est positio poetica. s. quod Prometheus formauerit homines de luto, & de hac nihil attinet dicere, cū vt dictū sic includat prædicationē, si dicat Prometheus primos hoies formasse de luto. nec n. iste est sensus fabulæ. Aliorū n. tedit intentio, vt ait Fulgentius in secundo libro Mythologiarū. Aliæ duæ opiniones sunt: quarum vna aliquantulum naturalis videbatur. i. habere quandam similitudinem nature, sed valde falsa est, & repugnat positioni Aristot. & omnium philosophorum. recte sententiū de conditione animæ, & est q̄ sicut in ipsa terra cum actione corporum celestium est virtus ad gignendum quaedam res inanimatas, & multa quoque animalia, ita dicit habere quandam virtutem ad formationem hominis, & educationem formæ eius de potentia materiæ, & sic, q̄ per actionem celi in ipsa inferiora susceperunt ista inferiora virtutem ad gignendum primum hominem, & postea per generationem propagati sunt. Sed hæc opinio multum est erronea, & repugnat principijs vere philosophicæ. Primo quia solum alia formæ possunt educi de potentia materiæ, & sic consistit Aristot. in lib. de Animalibus, q̄ solus intellectus est q̄ est diuinus, & solus introducitur ab extra. Item quia dato, quod intellectus humanus haberet conditiones materiales, sicut dicimus de animalibus brutorum? tamen non poterat sic formari, cum solum sic formetur individua specierum imperfectarum, vt murres, colubri, vermes, & similia que habent primum gradum perfectionis animalis: animalia autem perfecta quemadmodum leo, & bos, atque equus sic generari non possunt: sed aut creantur, aut propagantur deriuatione seminali, & vt hoc esset verisimilius, isti dixerunt hominem fuisse factum de terra habente virtutem celestem, cum dicit Ouid. vbi supra.

Siue recens tellus seducta nuper ab alto. Aethere cognati retinebat semina celi &c.

Alia est positio quæ aliquantulum consonat veritati catholice, scilicet quod Deus formauerit hominem, & quia ista erat intentio ipsius Ouidij, posuit eam ante alias opiniones, & tangit conditionem vel formationē hominis quantum ad id quod proprie est. Est autem hō ex duobus. s. ex corpore & anima, quantum ad corpus cuiuslibet notū est, q̄ est de conditione terræ: id licet legislator noster tetigerit Genes. 2. c. hominem fuisse

De Ouidij alia opinione conformi catholice veritati.

formatum de pulvere, vt habet litera hebraica, siue de terra limosa, vt habet litera nostra. Ouidius tamen non tetigit, cum hoc quasi per se notum iudicaret. De anima autem hominis erat plurima dubitatio quibusdam eam dicentibus esse sanguinem, alijs vero asserentibus esse aerem tenuem, & multa in hunc modum, quas opinionis late prosequitur Aristot. in 1. de Anima. voluit ergo quantum ad hoc determinare Ouidius dicens esse spiritum existentem de natura diuina, vt forte genitum a Deo de substantia sua, aut partem substantiae eius, cum dicit:

Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Hec autem videt Ouidius accepisse a legislatore nostro, sed non perfecte potuisse capere mysterium literae. Nam cum Gen. 2. c. dicatur: formauit Deus hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae: putauit Ouid. hoc spiraculum Dei esse de semine diuino, sed longe aliter est: quia sacra scriptura Gen. ibi loquitur figurate. Ecce igitur de mundi inceptatione, aut aeternitate, vel quo se habeat famosissimas sententias. Nam quid sacra fides asserat Gen. 1. & 2. c. h. r. & prosequendo literam Genesis in duobus. c. aliquantulum explicauimus. Quid autem teneant philosphorum famosissimi, & poetarum hic dictum est. Alij autem poetae & philosophi de his valde rationabiliter locuti sunt, vt Orpheus quod cum esset Poeta antiquissimus inter eos Theol. notatus, cum de Deo quod enunciaretur promptum non haberet, eum ex infinito aere dixit genitum. De hoc Firmianus Lactantius de nat. deor. lib. 1. c. 5. alia quoque plurima horum desiderata, vt per singula recoli non oportet. Hae autem valde instructioni circa catholicas positiones nobis valde proficiunt, quia vt ait Aristot. 8. Ethic. ex differetibus causatur optima harmonia, si cui forte sermo noster in hac parte onerosus & digressorius videatur, ignoscendum putet: quia & si dilata est, non tamen est delusa sollicitudo inuestigantis: haec igitur de his dicta suffecerint. Interroga patrem tuum. Iste est alius modus sciendi creationem, scilicet per memoriam antiquorum: quia illo tempore vivebant homines magno tempore, & audiebant a patribus, auis, & proauis, multa de antiquis, & illi ab alijs antiquissimis proauis didicerant, & sic narratio attingeret ad primum diem creationis. Et maiores tuos.

Quid proprie vocantur patres in scriptura. Quest. 1111.

PATRES vocantur in sacra scriptura ascendentes, vt patres, auis, & proauis, vt patet in regula iuris. Nam & rex Nabuchodonosor extra de regulis iuris, sed ibi dicitur in glossa, quod secundum leges, vt habetur ff. de gradibus in ascendentibus, omnes vocantur parentes, siue patres vsque tritaum: & deinceps vocantur maiores. In descendentibus autem omnes vocantur filij vsque ad tertium nepotem, deinde vocantur minores, sed in sacra scriptura non seruat hoc: quia Christus dicitur filius Abraham: a quo distat per tres testerece decades, scilicet per 42. generationes, vt patet computata de Mat. 1. c. secus Luc. 3. c. vbi valde plures sunt: cuius ratio diuersis ibi tangitur. Quando diuidebat altissimus. Hic ponitur secundum beneficii. scilicet gratuita electionis: quia sine meritis eorum antequam essent elegit eos, vt patet Mala. 1. c. Quando diuidebat altissimus gentes. Dando eis diuersa idiomata: quia ante erat terra labij vnius, post diuisi sunt in multas linguas, vt patet Gen. 11. cap. Et ab hoc vocatae sunt gentes multae: si enim vna lingua mansisset non dicentur proprie plures gentes. Quando separabat filios Adam. Id est filios hominum eadem sententia repetita est, quod saepe fit in isto canonico. Constituit terminos populorum. Id est Chanaanorum,

Conclusio auctoris & epilogus.

Christus filius Abraham ab eo distat per 42. generationes.

FUGORUM, Etheorum, Ferezeorū. Gebulcorū, Amorricorum, & Gergezeorū. Iuxta numerum filiorum Israel. Id est secundum multitudinem filiorum Israel. Est sensus, quod quando Deus diuisit linguas separauit sibi filios Israel in populum, & separauit septem gentes, vel populos in terra, vbi post habitauit Israel: dando eis a principio illam terram, sed conseruando in posterum pro filiis Israel: quia illa erat tanta quanta sufficeret numero filiorum, Israel. i. toti multitudini eorum. Et istam expositionem tenet Aben Ezra, & satis consonat literae, quae dicitur. Constituit terminos populorum. Id est tantos fecit esse terminos & ambitum terrae gentium illarum quantum sufficeret Israel. Aliter potest exponi, quod Quando Deus diuidebat gentes, scilicet diuidendo idiomata. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Id est tot fecit esse gentes vel populos, quot erant filij Israel, quia sicut 70. gentes fuerant iuxta 70. linguas: ita fuerunt 70. filij Israel qui intrauerunt in Aegyptum. In litera 70. interpretum habetur. Iuxta numerum filiorum Dei. Et aliqui exponunt, quod d. quando diuidebat Deus gentes. i. quando creauit. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Dei. Id est praedeterminauit tot esse homines saluos quot erant filij Dei. i. angeli, siue qui steterunt, siue qui ceciderunt: quia ipsi vocantur filij Dei, vt patet Iob. 38. ca. vbi dicitur: cum me laudarent simul astra maritima, & iubilarent omnes filij Dei, & loquitur ibi de angelis, & licet ista sententia forte vera esset, tamen multum peregrina est: ideo potest esse sensus, qui ante ponebat, scilicet quod filij Israel vocentur filij Dei, quia erant specialiter filij sui, sicut vocabantur populus peculiaris, vt patet supra 29. capitu.

Nam filij Dei licet omnes homines sint: illi tamen praecipue filij Dei sunt qui ad eum specialiter pertinent. Vnus enim per naturam filius Dei patris est, quia eum genuit ante secula: nos autem si filij sumus hoc est, quia spiritum adoptionis accepimus, id est ipse libenter nos accepit, & quia qui aliquem adoptat eius specialia curam agit, Deus secundum quod de nobis specialior, aut minus specialia curam gerit, ita dicitur nos in filios accipere, vel non: & hoc dupliciter est: quia vel secundum quod aliqui magis adhaerent Deo, vel secundum quod Deus alijs quibus plura bona confert: per vtrumque enim Deo coniungimur, & filij eius vocamur: de primo patet Genes. 6. cap. Nam a principio genus humanum in duo capita distinctum est. scilicet in Chain & Seth qui fuerunt duo filij Adae a quo ceteri processerunt: aut alij postea ab Adam geniti lineis horum se admiscuerunt: illi autem qui pertinebant ad lineam Chain erant carnales valde, totum suum bonum in presenti felicitate ponentes: ideo fuerunt appellati homines, quasi soli essent homines, & non inhiarent ad aliud maius bonum, quod esset supra hominem. filij Seth, vt patet instituti moribus paternis & aui sui prothoplasti Deum coluerunt, honeste viuentes quantum rudis illa aetas sinebat: ideo non vocati fuerunt homines, quasi sola humana saperent, sed vocati sunt filij Dei, cum dicitur in psallegato. c. videntes filij Dei filias hominum. i. filij Seth, qui vocantur filij Dei, viderunt filias hominum. i. filias de stirpe Chain: omnes igitur qui desideria sancta, & in Deum prosequuntur, & secundum motum diuinae gratiae regulantur, vocantur filij Dei, sic patet ad Ro. 7. c. cum dicitur: qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt, in quo clamamus Abba pater: spiritus enim reddit testimonium spiritui nostro, quod filij Dei sumus. Secundo modo vocantur filij Dei illi quibus Deus multa bona confert, quia videtur eis thesaurizare, sicut patres filij thesaurizant: & isto modo Iudei dicuntur filij Dei: quia Deo eis multa bona promittebat, & conferebat, vt patet ex processu istorum quinque librorum Moysi, & quasi in toto canone veteris testamenti: ideo satis conuenienter stat iste sensus, & vtraque duarum expositionum superiorum satis

Qui uere filij Dei sunt, & quod hominum.

De duplici liberatione Iudaeorum.

Quis fuit primus in uentorido Iudaeorum, & ubi.

tis conuenit proposito. Pars autem domini populus eius. Id est de omnibus istis gentibus non assumpsit sibi Deus specialiter, nisi populum suum, id est Iudaeos: ita quod erant 70. gentes, elegit in populo suo Israel. 70. personas, ex quibus populus domini propagaretur, vt sic pars domini equipolleret in numero omnibus populis accipiendo vniam personam loco vnius gentis. Iacob funiculus hereditatis eius. Eadem sententia replicata est: funiculus hereditatis dicitur, quia hereditates per funiculos diuiduntur, & quasi per funiculum diuisit Deus omnes gentes dando sibi funiculi partem, quae erat in Iudaeis. Inuenit eum in terra deserta. Hic ponitur tertium beneficium, scilicet liberatio, & potest intelligi de liberatione spirituali vel corporali. De spirituali, scilicet quia liberauit eos ab idolatria, scilicet in terra Chaldaeorum, in qua nau sunt, quando Deus dixit Abrahae, quod egredieretur de terra sua, vt patet Genes. 12. ca. & quando eduxit eum de Har Chaldeorum, vt patet Genes. 11. c. & 15. ideo dicitur. Inuenit eum in terra deserta. Id est quod quando Deus primo elegit sibi filium erat in terra deserta, id est in Chaldaea, quae est terra cultu idolorum tradita, & deserta a cultu Dei. In loco horrois. Id est timoris: quia ibi per timorem cogebantur homines colere ignem: ideo Abraham in igne positus est, vt quidam dixerunt cuius veritatem posuimus Gene. 11. & 15. cap. liberauit eos etiam ab idolatria in terra Aegypti, in qua morabantur inter idolatras, & hic non fuerunt liberati ab idolatria, ita quod idola non colerent: quia illa coluerunt, vt probauimus lae Exodi primo cap. sed liberauit ne in idolatria semper manerent. Solitudinis. Id est magni deserti: quia multum erat dedita terra Aegypti idolatriae. Ibi enim fuit primus factor idolorum in imaginibus, qui vocatus fuit Syrophenes, vt patet per Eusebium in Chronicis, & Lucam tudentem. Et ista terra plures deos coluit quam aliae terrae, & dedit modum colendi alijs gentibus, de quo multa August. 18. de ciuitate Dei. & inde deducta sunt multa egyptomalia sacrorum, vt ponit Lucanus in fine octauo libri. Qualiter autem Syrophenes primus Aegyptiorum idolatram fuit, & huius mali inuictor in imaginibus in toto orbe, scribit Diophantus Lacedaemonum auctor, qui Antiquitatum. 14. libros scripsit. De hoc etiam Fabius Fulgentius Mythologiarum lib. primo. ca. de idolo. sic ait Diophantus Lacedaemonum auctor libros scripsit Antiquitatis. 14. in quibus ait Syrophensem Aegyptiam substantiam familiari locupletem filium genuisse, quem velut enormi substantia successorem ineffabili ultra quam paternitas exigebat affectu dilexit. Ique dum aduersis fortunae incurfibus raperetur: quo patri crudele geminae orbitatis dereliquisset elogium, vt & posteritatis perpetuae suffragium denegasset, & substantiae propagandae subitam interceptionem obieceret: quid igitur faceret? aut secunda paternitas in scelere damnata, aut felix substantia in successione curtata parum erat, vt non haberet quod habuit, nisi etiam nec esset qui obtineret quod reliquit: denique doloris angustia quae semper inquit necessitatis solatiu, filij sibi simulachrum in cubibus instituit, dumque tristitia remedium quaerit feminarium potius doloris inuenit, nesciens quod sit sola medicina miseriarum obliuio: fecerat enim ille vnde luctus resurrectiones in dies acquireret: non in quo luctus solacium inueniret: denique idolum dictum est, id est idos doli quod nos latine speciem doloris dicimus. namque vnuerfa familia in Domini adulatione, aut comas pletere, aut coronas inferre, aut odoratione simulachro succendere consueuerat: nonnulli etiam seruorum culpabiles domini furiam euitantes ad simulachrum profugi veniam merebantur: denique huius rei memor

Alph. Tost. super Deuter.

Petronius ait. Primus in orbe deos fecit timor. nam & Mintanor musicus in libro musicae quem descripsit ait. Deum doloris quem prima compunctio humani finxit generis. Ex hoc ergo inueteratus error humanis pederetum cōfectus disciplinis, baratro quodam seuē crudelitatis prolabitur: iste igitur verissimus atque solidissimus modus est inuentio idoli: licet alibi ex aliorum opinionibus aliter recitemus. Hoc exemplum videtur penitus confirmare Philo Iudaeus, qui librum sapientiae sub Salomonis nomine & verbis conscripsit. nam & verba sua alludunt verbis huius historice narrationis: cum enim Sapient. 14. cap. ortum cultus idolorum narraret ait. acerbo enim luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quasi mortuus homo fuerat, nunc tanquam Deum colere coepit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia: deinde inualecente antiqua consuetudine, interueniente tempore, hic error tanquam lex custodita est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta: & multa in hunc modum in eodem loco.

Sed magis potest intelligi litera de liberatione corporali, scilicet quia liberauit populum Israel in deserto dando ei omnia necessaria, & ab hostibus protegendo. Inuenit eum in terra deserta. Scilicet in exitu de Aegypto, vbi incepit pro ipso singulariter facere miracula, & maxime inuenit eum in datione legis: quia accipiendo eam factus fuit peculiaris populus Dei, vt patet Exodi 19. cap. & ista lex fuit data in vasta solitudine, scilicet in deserto Synai. In loco horrois. quia illa terra horribilis, scilicet plena serpentibus, vt patet supra 8. cap. vbi dicitur ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens statu aduersus, & scorpio, ac diptas. Et vasa solitudinis. Id est magni deserti: quia ex quo exierunt de Aegypto, semper ambulauerunt per terram totaliter inhabitatam, & sine arboribus, in qua etiam rarissima aquae erant, vel quasi nulla vsque Cadesbarne circa terminos filiorum Edom. Circuduxit eum. Ponitur quartum beneficium, scilicet directio viae per totum desertum, & administratio omnium necessariorum. Circuduxit eum. Id est circuitu duxit: quia Israelitae non ambulauerunt recto itinere in terra promissionis, sed per magnos terrae circuitus, vt dicitur Iosue 5. cap. & supra 2. cap. dicitur. circuiimus montem Seyr multo tempore. Et docuit. Dando legem in monte Synai: deinde per Moysen dando multa praeccepta quae continentur in his quatuor libris pertinentia ad moralem instructionem, vel docuit, scilicet affligendo populis angustijs, quia vexatio dat intellectum, & in moralibus magis docent facta quam verba, & sic dicitur supra 8. cap. quod Deus tentauit & afflixit Israelitas, vt sicut homo erudit filium, sic Deus erudit eos. Et custodit quasi pupillam oculi sui. Hic ponitur quintum beneficium, scilicet specialis custodia a malo, & est locutio figuralis, quia Deus nec pupillam habet nec oculum. sed sicut nos pupillam, in qua virtus visua est, valde conseruamus, ita Deus conseruauit populum istum: nos enim sensum visum alijs sensibus plus diligimus, quia plures rerum nobis differentias ostendit, vt patet in principio Meta. sic Deus populum hunc praecipue alijs elegit. Sicut aquila prouocans. Hic ponitur sextum beneficium. scilicet specialis amor in conseruando. Sicut aquila. Cum enim aquila vult prouocare pullos suos ad volandum, volitat super eos, vt ipsi volare desiderent: ita Deus volens educere de Aegypto Israelitas prouocauit eos ad excedum per multa miracula, quae ante fecit, vt ipsi confiderent in bonitate & potestate eius. Expandit alas suas. Quando pulli aquilae parui sunt, & vult eos transferre de loco longinquo ad alium,

Iste expositio peruenit liberationem corporalem.

Y 4 ponit

ponit eos super alas suas, vt pulli volando non fatigetur, vel si aliquis sagittas ab inferiori parte miserit, recipiatur ante in alis quam vulnerent pullos, ita Deus dixit Israelitis Exodi 19. cap. vos vidistis quae fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, id est portauit vos sine labore, sicut portant aquile fetus suos, vel sicut ipse se opponunt vulnerandas, ne vulnerentur pulli: ita potui ego angelum, cum nube inter vos & Aegyptios, vt non valeret accedere ad nocendum vobis, vt patet Exodi 14. cap. *Et portauit in humeris suis.* sic dicitur supra primo cap. portauit te dominus, vt soler homo gestare paruulum filium suum. *Dominus solus Dux eius fuit.* Hoc ponitur ad demonstrandum potentiam Dei, quia non indiget alterius adiutorio ad faciendum haec omnia, vel ad excludendum idolatriam, quia diceret aliquis Deus colendus est, quia eduxit nos per desertum in manu forti, sed etiam colendi sunt alij dii, quia eum adiuuerunt ad faciendum hoc: ideo dicitur qd Deus solus duxor erat, & non erat cum eo Deus alienus. *Constituit eum.* Hic ponitur septimum beneficium. scilicet introductio in terram promissionis. *Constituit eum.* Id est populum Israel. *Super excelsum terram.* Id est super terram promissionis quae excelsum est ceteris terris: quia est in medio terrae habitabilis, & cum terra sit rotunda necesse est, quod partes quae declinant ad oppositas & distantes plagas mundi, scilicet meridiem, aquilonem, Orientem, & Occidentem depressiores sint ex connexitate respectu lineae recte iacentis supra terram habitabilem plano modo, & hoc patet in linea recta iacere super quamlibet sphaeram: sed respectu aequi vel centri terrae quaelibet terra aequaliter alta est.

Vt comederet fructus agrorum. Quia ista terra abundat in omnibus fructibus, vt patet sup. 11. cap. *Vt suggeret mel de petra.* Id est de terra petrosa: quia in montibus terrae promissionis inter petras sunt arbores, in quibus mellificae apes, vel quia isti Israelitae comedere debebant omnia, quae possederant populi terrae promissionis, & isti reconditum habebant mel in vasibus de petra, de quibus illud post Israelitae comederunt. *Oleumque de saxo durissimo.* Quia inter saxa oliuae multae erant, de quibus oleum in abundantia habebatur, vt ponatur ista duo ad signandum magnam terrae fertilitatem, scilicet quod tam fertilis est, quod non solum terra bona daret fructus, sed etiam de lapidibus videretur fluere mel & oleum, & sic loquitur Esaias de temporibus Messiae stillabunt montes dulcedinem. *Butyrum de armento, & lac de ouibus.* In istis abundat multum terra illa, quia pascualis valde est: ideo vocatur saepe terra lacte & melle manans.

Cum adipe agnorum & arictum. Non quod ipsi comederent adipem, quia sub poena mortis eis interdictus erat, vt patet Leui. 7. cap. sed quia multum habebant de adipe ad sacrificia, & ponitur hoc ad laudem terrae illius. *Filiorum Basan.* Id est hominum habitantium in terra Basan: quia illa terra multum pascualis erat, quam tenebat Og qui dicebatur rex Basan, vt patet supra secundo cap. & fuit ista terra in sorte dimidia tribus Manasse, vt patet eodem capitulo. *Et hircos cum medulla tritici.* Id est cum pinguedine tritici: medulla dicitur aliquid electum, & valde lapidum in animalibus: ita medulla tritici dicitur triticum electum & lapidum, vel vocatur medulla tritici farina candida extracta superfluitate corticum, quae in furfures vadit. *Et sanguinem vuae meracissimum.* Id est vinum rubeum quod vocatur sanguis, & hoc erat meracissimum, i. purissimum, & fortissimum: & abundat in terra promissionis, vt patet Gen. 49. cap. lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae pallium suum. *Incrassatus est.*

Dei potentia hic ostenditur a Iudaeis.

Medulla tritici quod sit.

probatum qd Deus colendus esset: hic subiungitur qd populus ab eius cultu recessit, *Incrassatus est dilectus.* Id est Israel qui erat dilectus repletus fuit bonis temporalibus. *Et recalcitrauit.* Nolendo obedire legi Dei. *Impinguatus.* Dicitur qui carne cutem repletam habet, vt nulla cuis uacuitas, vel uagatio videatur. *Dilatatus.* dicitur cui ex superabundanti pinguedine cutis distenditur: ne super debitam dispositionem membrorum promineat quadam inepta grossities simile aliquid habens eis, qui inflati sunt, & signant ista superabundantiam pecuniarum, possessionum, & corporearum delectationum. *Vnde incrassatus est.* Delitij. *Impinguatus est.* Diuitijs. *Dilatatus est.* Honoribus. *Ista solent homines extra rationis metas efferendo multis malis implicare.* *Dereliquit Deum.* Conuertendo se ad cultum idolorum. *Factorem suum.* Id est quem colere debebat, quia creauit eum. *Et recessit a Deo.* Non impendendo ei debitum cultum. *Salutari suo.* Id est qui saluauit & liberauit eum ab omni malo. *Prouocauerunt eum.* Scilicet ad iram ad puniendum eos. *In diis alienis.* Id est colendo deos alienos. *Et in abominacionibus suis.* Id est in quibusdam peccatis horribilibus quae faciebant ad cultum idolorum, vt immolare filios, & facere maximas turpitudines in sacris priapi, de quibus supra 18. cap. *Immolauerunt demonijs.* Quia eos colebant apparentes in quibusdam effigiibus, & aliquando eis ad quaesita respondentes, & ita colebant Aegyptij Apin, qui in forma candidissimi tauri apparebat quolibet anno semel. *Et non Deo.* Et hoc maius peccatum est, & maximum, immolare enim vero Deo & demonibus magnum peccatum est: quia id quod proprium est Dei demonibus datur, vt faciebant Samaritani, qui Deum timebant, sed demonibus immolabant, vt habetur 4. Regum. 17. cap. sed peius est demones colere, & Deum non colere: quia hic quod est Dei datur demonibus, & quod Dei est separatur ab eo, & hoc pessimum est. *Dijs quos ignorabant.* Quia nesciebant eos esse Deos per doctrinam maiorum suorum, nec per experientiam miraculorum, quae diuinam potestatem demonstrant, cum uera sunt. *Noni recentisq; uenerunt.* Quia non confueuerant eos colere patres eorum, sed ipsi nouiter adinuerunt eos, & dicuntur recentes, non quia illi dii nunquam culti sint, sed quia nunquam ab ista gente culti sint. vnde Saturnus qui inter deos antiquissimus est, vt patet Metamor. libro primo, & saepe per Augustinum de ciuit. Dei. & Lactantium de natura deorum lib. 1. si a Iudaeis aliquo tempore inceptus fuerat coli, diceretur Deus recens. *Deum qui te genuit.* Id est qui creauit te, vel qui animam corpori tuo infudit, vel patri tuo vim generatiuam tribuit. *Et oblitus es domini.* In genere ingratitude nullam peius uirium est quam beneficiorum obliuisci, quod faciebant idolatrae Iudaei non reducentes ad memoriam tanta Dei beneficia propter quae in infinitum gratiam deberent. *Vidit dominus.* Hic ponitur tertium, in quo demonstratur Deus in iudicio iustus: & continet tria. Primum punitionis vel comminationis materia. Secundum dilatationis causa. ibi. *Dixi vbi sunt.* Tertium punitionis forma. ibi. *Nonne hac condita. Vidit dominus.* Iniquitates istorum circa cultum idolorum. *Et ad iracundiam concitatus est.* Id est ad punitionem in qua videtur iracundus: licet non sit: sed solum iustus est. *Prouocauerunt eum filij sui & filia.* Id est Israelitae, qui erant specialiter filij sui, & hoc detestabilis est, quia quando illi quos Deus non suscepit in singularem custodiam, nec eos dote singularibus donis, Deum offendunt per idolatriam: licet peccatum sit, tamen non ita graue, sicut cum illi offendunt qui dilecti eius vocantur: ideo Deus in solos Iudaeos irascebatur, cum idola

Prima poena est subtractio diuini auxilij.

idola colebant: non autem in gentiles, vt diximus supra 6. cap. *Et ait abscondam faciem meam.* Prima poena est subtractio diuini auxilij. *Et considerabo nouissima eorum.* Id est distimulans me non videre, considerabo nouissima eorum, id est quem finem & fructum acquirunt de idolatria sua.

Generatio enim peruersa est. Subditur ratio poena: quia generatio peruersa est, id est gens mala voluntatis. *Et infideles filij.* Id est ipsi sunt filij mei infideles mihi, quia non seruauit pactum quod cum eis pepigi: & dicuntur hic infideles filij non per negationem fidei, sed fidelitatis. *Ipsi me prouocauerunt.* Id est me offenderunt. *In eo qui non erat Deus.* Id est colendo eum qui non erat Deus. *Et irritauerunt.* Id est ad iram prouocauerunt. *Vnde versus Ebrardi*

Irritat adhibilat, irritat prouocat iras. *In uariationibus suis.* Id est in idolatria. Vanum dicitur, qd nihil est, qui autem idola colunt nihil colunt: quia idolum nihil est, vt habetur prima ad Cor. 8. cap. vel vanum dicitur quod non consequitur finem suum, & tunc omnia opera mala vana dicuntur, quia non consequuntur finem suum: quia omnium mortalium cura quos diuersorum studiorum labor exagitat, diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum beatitudinis terminum nititur peruenire, vt ait Boetius de consol. lib. 3. prola 2. Hunc tamen finem per mala opera attingere impossibile est: quia ad felicitatem probra non veniunt, vt patet 4. de consol. prola 2. *Et ego prouocabo eos.* Id est ad poenam & merorem deducam. *In eo qui non est populus.* Id est inducendo super eos persequentes gentiles, qui non sunt populus meus, vt sicut ipsi me irritauerunt in eo qui non erat Deus eorum, ita ego eos in eo qui non est populus meus. *Vel in eo qui non est populus.* Id est inducam super eos gentem vilem, & despectam, quae non habet nomen populi: & haec dominabitur eorum: quia qm Israelitae colebant idola, quicunque princeps gentilis ueniret super eos, etiam si esset parua potestas deprimebat eos.

Et in gente stulta. Hoc erat magnum dedecus Israelitarum qd gens stulta dominaretur eorum. Aliter potest intelligi. *Ego prouocabo eos in eo qui non est populus.* Id est sicut ipsi irritauerunt me prouocantes ad iram in eo qui non erat Deus, id est facientes de me vel contra me tanquam non essem Deus eorum: ita ego prouocabo eos ad tormenta & poenas deducens in eo, qui non est populus, id est tanquam non sit populus meus, quasi dicat, sed essent ipsi populus meus, & ego non deberem sic punire ipsos: tamen quia me prouocauerunt, ego puniam eos tanquam non esset populus meus.

Et in gente stulta irritabo eos. Id est ita eos prouocabo ad poenam vel ad derisum, sicut prouocantur homines stulti. Si enim contingat aliquando puniri ex aliqua causa viros nobiles & prudentes, puniuntur quibusdam poenis non multum de honestantibus: stulti autem poenas vilipensionis magna suscipiunt. Iudaeis igitur sic accidebat, quod quando peccabant, & aliquae gentes ueniebant super eos, faciebant multa ludibria & opprobria, ita vt homines canos & reuerendos tanquam paruulos exprobrarent, vt patet supra 28. cap. cum dicitur. adducet Dominus super te gentem de longinquo de extremis finibus terrae, gentem procacissimam, quae non deferat seni, & non misereatur paruuli: & sic fecerunt Romani multa ludibria in Iudaeos, quoad capta Hierusalem eos tenuerunt. *Ignis succensus est in furore meo.* Id est in ira mea exarsit contra eos magna vindicta quae signatur nomine ignis.

Et ardebit vsque ad inferni nouissima. Facit comparationem de magno igne corporeo, qui terram com-

burit & incinerat: quia sic poenitio magna Dei totum hominem eradicat.

An istud intelligatur de poena inferni, quod dicitur in cantico Moyses ardebit vsque ad inferni nouissima. Quasi. P.

ALIIQUI volunt intelligere hoc de poena inferni, quae ultimate dabitur non conuersis: sed non conuenit literae sequenti quae de temporali loquitur: non potest enim vltimo modo intelligi hoc de poena inferni, aut aliqua alia data impijs, quae incipiat in eis poenam inferni: quod dico propter poenam quae erit in conflagratione ante iudicium. Nam vt ait beatus Petrus in canonica sua secunda cap. 3. Ignis adueniet ante iudicium cum dicitur: caeli autem & terra eodem verbo repositi sunt igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum. Adueniet autem dies Domini sicut fur in qua caeli magno impetu transient, & elementa vero calore soluentur: terra autem & quae in ipsa sunt opera exurentur, sic patet Psal. 49. cum de iudicio finali agatur dicitur. manifeste ueniet Deus noster non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, in circuitu eius tempestas valida. quod autem intelligatur hoc de iudicio patet per id quod in sequenti versu habetur, scilicet aduocauit caelum de sursum, & terram discernere populum suum, id est quod caelum & terra dabunt testimonia de bonis & malis ibi. Haec igitur generalis mundi conflagratio, in qua elementa calore soluentur, bonis erit quasi quidam sopor gratus prouocans ad quietem. Malis autem erit principium horredi iudicij, arque intolerabilis angustia: sicut dicebatur in epistola beati Petri, scilicet quod caelum, & terra repositi sunt igni reseruati in die iudicij, & perditionis impiorum. Non enim de hac angustia malorum in igne potest intelligi hoc: quia ideo de illa diceret aliquis intelligendum fore: quia de illo poterat exponi sic ad literam, vt iaceret & non de hoc. Sed hoc non potest stare. primo quia Deus puniebat Israelitas quando peccabant in eum, non igitur expectaret vsque ad illud tempus ad puniendum, sed immediate puniret.

Item non potest intelligi ista litera sic, vt iacet de illo tempore, quia illa conflagratio magna erit, tamen non exuret totam terram, ita quod totum elementum vertatur in cineres. nam tunc necesse erat omnem aquam deficere, & sic periret aliquod elementum, quod falsum est: quia non corrumpitur aliquid, sed totus orbis in sua perfectione manebit.

Item quod terra tantum cremaretur non potest stare, quia illa conflagratio non fiet ad deustandum, sed ad purgandum & innouandum, sicut dicitur Apoc. cap. 21. cum fieret sermo de extremo iudicio: ecce ego noua facio omnia: sed tanta consumptio & deustatio est, ergo non fiet. Item non potest hoc intelligi de poena inferni, quae malis in malo finientibus infligenda est: quia litera sequens satis declarat debere hoc intelligi de poena temporali.

Item quia ista uerba repugnant tali sententia. nam dicitur, quod iste ignis qui succendetur, ardebit vsque ad inferni nouissima: in quo innuitur, quod iste ignis incipiet in superficie terrae, & tantum perueniet quod intrabit in viscera inferni: sed nihil tale est, quia quando mali in inferno puniti fuerint, non erit aliquis ignis in superficie terrae consumens eam, sed solum erit ignis gehennae inter ipsos damnatos. Dicendum igitur, qd intelligatur ista litera de punitione temporali, & est metaphora, scilicet qd sicut magnus ignis, quando accenditur vorat omnia, ita fit in magna Dei indignatione,

ione, quod patet in sequenti. Deuorabit terram cum gemitu suo. Id est sicut magnus ignis terrae superficiem comburit, & omnia gramina, & cuncta virentia, ita ira Dei omnia bona hominis cito disperdit: vel potest intelligi ad literam, quia sic dicebatur supra 28. cap. quod de caelo descenderet pulvis & cinis ad desiccandum terram & virentia cuncta.

Et montium fundamenta comburet. Quia magnus ignis penetrat profunda terrae: sic pena a Deo inflicta mox et potentes viros. Congregabo super eos mala. Vt non veniat vna pena sola: sed multae ad grauius affligendū. Et complebo sagittas meas in eis. Id est mittam super eos omnia mala quae scripta sunt supra 28. cap. donec cōpleantur in eis. & vocantur sagittae, quia improuisis nobis adueniunt sicut sagitta ex abrupto venit.

Consumuntur fame. Quia cum saturitate Deum non coluerunt, haec pena est de maximis penis, quae infligende erant Iudaeis pro peccato, & actualiter affligebantur cum peccabant: de qua multa exprimuntur Leui. 26. cap. visitabo vos in ardore & egestate: qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras: frustra scietis sementem quae ab hostibus deuorabitur, postquam confregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & supra 28. cap. vbi catalogus maledictionum habetur: multa facinora & horrendae pene eis in malo famis futurae praenunciantur cum dicitur. percutiat te Dominus egestate, & aere corrupto, & rubigine donec pereas: sit celum quod supra te est aneum, & terra quam calcas ferrea. det Dominus imbrem terrae tuae puluerem de caelo: descendat super te cinis donec conteraris: & postea obsideberis intra portas tuas in omni terra, quam Dominus Deus dabit tibi: & comedes fructum ventris tui, & carnes filiorum atque filiarum tuarum in angustia & vastitate, quae opprimit te hostis tuus: homo delicatus & luxuriosus valde inuidebit fratri suo, & vxori, quae cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum, quos comedit: quia nihil habet in obsidione aliud, & penuria, quae vastauerint te inimici tui. tenera mulier & delicata, quae super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter molliem, & teneritudinem membris nimiam, inuidit viro suo qui cubat in sinu eius, super filij & filiae carnis, & illuic secundinacum, quae egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt: comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione & vastitate, quae opprimit te inimicus tuus intra portas tuas.

Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Inducuntur hic multae creaturae pugnantes contra peccatores: quia armabit creaturam in vltionem inimicorum, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos Sap. 5. cap. vt qui cunctis sibi seruentibus Deo subiectus esse noluit, omnia sibi sentiat efferata: & fiet vt aues quae viuos homines contingere non audebant, diuina dispositione eos ad interitum prosequantur.

Morsu amarissimo. Quia per plures morsus eos diuine lacerabunt vsque ad mortem. Dentes bestiarum. Quia mittebat Dominus leones, & vrsos de sylua, lupos, & alias feras quae lacerarent eos, vt patet de duobus vrsis, qui lacerauerunt quadraginta duos pueros, quia illud ab Heliseo dicentes ascende calue, vt habetur 4. Regum 2. cap. Cum furore trahentium super terram. Id est prouocando contra eos animalia, quae toto corpore per terram reptant, & trahunt venenum dilatarando, & constringendo.

Atque serpentium. Idem est. sed ponuntur propter differre per magnum & paruum: vt trahentia super terram sunt colubri, viperæ, reguli, lacertæ & similia.

Maxima pena quae pro peccato Iudaeis erat infligenda.

Serpentes vocentur magna reptilia, vt aspidēs, & boas anguis, qui ita magnus est, vt boues integros deuoret, vnde boas a deuoratione bouum dictus est, de hoc Solinus in Polistor. c. de Italia. nascitur in Calabria quae est prouincia apud Romanos. Foris. Id est ab extra, scilicet ab hostibus. Vastabit eos gladius. Destruendo eos & semen eorum. Et intus paor. Quia non confi debant vitae suae in nocte dicentes, quis daret nobis mane? & in die dicentes quis daret nobis noctem? vt patet supra 28. cap. Iuuenit simul ac virginem. Id est omnes non habita differentia aetatis, & sexus: & ponuntur istae duae aetates quae sunt floridiores, scilicet in homine iuuentus, in muliere aetas virginalis: quia non est subiecta angustijs patiendi & laboribus nutriendi.

Et latentem. Id est puerum qui ad vbera pender, cui etiam propter aetatis teneritudinem non miserebuntur hostes. Cum homine sene. Nec hunc propter cantiem reuerentur. Et dixi. hic ponitur Deus vt proponens delere gentem illam propter iniquitates. Et dixi. Id est proposui eos delere dicens. Vbi nam sunt. Loquitur ad modum hominis irati quarens hostes ad occidendum. Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Delendo eos cum semine eorum ne maneat posteritas. Sed propter iram inimicorum. Ponuntur dilationes diuinae punitionis, & videtur Deus quantum ad hoc subito mutari, sed nullo modo mutari in se, mutantur tamen ista inferiora de quibus Deus aliquando loquitur, vt magis diximus supra 18. cap. scriptura cum vult nobis declarare punitionem inflictam nobis a Deo, & quia non possumus eam intelligere secundum modum diuinum, proponit eam per modum humanum: ideo nobis iracundiam & subitam mutationem aliquando insinuat.

Sed propter iram inimicorum distuli. Quia si punirent eos per hostes tanquam per ministros, hostes videntes magnalia quae faciebant, attribuerent potentiam suam: & non darent laudem nomini meo, sicut habetur Abacuc. 1. cap. de Nabuchodonosor gloriantem, quia subdebat sibi Iudaeos: nec in hoc attribuebat aliqd Deo vbi dicitur. totum in hamo suo subleuauit, & traxit illud in sigena sua, & congregauit in rete suam: super hoc letabitur & exultabit: propter hoc immolabit sigenam suam: & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Ne forte superbirent hostes eorum. Tollendo mihi honorem debui, & sibi applicando. Manus nostra excelsa. Id est valde potens: Et non Deus. Hoc valde malum erat. si enim ipsi adiuti a Deo facerent magnalia, & in hoc gloriaerentur non considerantes vtrum Deus fecerit, peccatum quidem est: sed maius cum recogitant de Deo, & negant ipsum fecisse sicut isti. & sic fecit Sennacherib qui credebatur se posse pugnare contra Deum Israel dicēs, quod sicut destruxerat deos aliarum gentium, ita faceret de Deo Israel: quia non posset adiuuare Iudaeos, vt patet 4. Reg. 18. cap. sic Nabuchodonosor qui madauit nullum alium vocari Deum propter seipsum facientem mirabilia opera & victorias, vt habetur Iudith. 2. cap. ideo mandabat omnes deos nationum destrui, vt ipse solus Deus vocaretur. sic autem Salmanasar rex Assyriorum qui transfudit regnum Israel in terram Medorum, vt patet 4. Regum 17. cap. gloriabatur se potuisse ex virtute sua contra omnia regna terrae, & subiecisse gentes multas, vt patet Esa. cap. 10. cum dicitur. Vae Assur virga furoris mei & baculus ipse: in manu eorum indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat praedam: & ponam illum in conculcationem quasi lutum platearum: ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non sic exultabit. sed ad conterendum erit

cor eius: & ad internationem gentium non paucorum: dicit enim nunquid non principes mei simul reges sunt? quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Hierusalem & de Samaria: nunquid non sicut feci Samariam & idolis eius, sic faciam Hierusalem & simulachris eius? dixit enim in fortitudine manus meae feci, & in sapientia mea intellexi, abstuli terminos populorum, & principes eorum depredatus sum: & detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem plurimorum: & sicut colliguntur oua quae derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret penam, aut aperiret os, & ganniret. Ecce in his omnibus magna superbia regum de victoria eis a Deo speciali gratia concessa quasi ipsi soli fecerint. Cens absque consilio. Loquitur de aduersarijs se glorificatibus. Absque consilio. Quia non inquit cauere mala quae Deus eis infligere posset: non gloriarentur. Et sine prudentia. Id est neciēs eligere sibi bonum: quia si Dei bonitatem & magnitudinem consideraret, & quanta bona eis largiri posset, ei subicerentur gratulantes de tanto adiutorio, vel vocatur gens sine consilio & prudentia, id est inficia vel irrationalis: quoniam si aliquid intellectus haberent manifeste cognoscerent quod non fecerunt ipsi haec, sed Deus. Vtinam saperent. Id est praeterita considerarent. Et intelligerent. Presentia. Et nouissima prouiderent. Id est ex hoc iudicarent circa futura. est sensus secundum sequentem litteram quod Deus velle, vt isti aduersarij Iudaeorum considerarent, quomodo paucissimi de Iudeis persequebantur multos de alijs gentibus, quando Deum propitium habebant: & intelligerent nunc quod ex quo Iudaei Deum offensum habent, pauci de ipsis multos Iudaeos persequantur. & ex hoc prouiderent circa nouissima, id est considerarent quid posset accidere in futuro, scilicet quod quando Iudaei Deum placatum haberunt, & ipsi hostes Deum offensum, quod paucissimi de Iudeis persequebantur omnes hostes, vel alij loco eorum: vt Assirij gloriabantur se destruxisse Israelitas: ideo a Chaldaeis destructi sunt. Chaldaei autem gloriabantur destruxisse Iudam: ideo Perse & Medii deleuerunt eos.

Quomodo persequebatur vnus mille. Intelligitur de hostibus, ita quod vnus de eis persequebatur mille Iudaeos, & duo de illis fugabant decem mille Iudaeos. quasi dicat si ipsi intelligentiam haberent, satis pateret quod hoc non faciebant ipsi: quia secundum naturam impossibile est: sed diuina virtus Iudaeos puniens faciebat. Et non est sic intelligendum ad litteram quod duo fugarent decem millia, quia nunquam tale legitur in historijs sacris: sed ponitur numerus certus pro incerto ad signandam manum Dei vlticem, & non manum hostium. Nonne ideo quia Deus suos vendidit eos. Id est satis patet, quod non est alia causa quare duo de hostibus decem mille Iudaeos fugarent: nisi quia Deus suos vendidit eos, id est quia tradidit tanquam venditos in manibus hostium. Et Dominus conclusit illos. Scilicet in manu hostium, vt fugere non possent, sed omnes caderent gladio. vel potest referri superius ad Iudaeos sic. vti nam considerarent hostes quomodo duo de Iudaeis fugabant decem millia de hostibus, vt fuit in tempore Gedeonis, vt patet Iud. c. 8. & 7. quia Gedeon cum trecentis viris iuit contra castra Madianitarum, Anaalechitarum, & omnium orientalium, & mortui sunt de hostibus centum & viginti mille viri. Et Samton qui solus erat, occidit de Philistin mille viros cum mandibula a fini, vt patet Iud. 15. cap. nunc autem si duo de

De aduersarijs se glorificatibus.

hostibus fugant decem millia illorum, non est propter aliam causam, nisi quia Deus eorum vendidit eos. Non enim est Deus noster, vt dicitur. Responderet tacito argumento hostium. dicerent enim nos fecimus haec, & non Deus: quia non est verisimile quod Deus eorum puniret eos, sicut nec dii aliarum gentium puniunt cultores suos. responderetur, non est Deus noster vt dii eorum, quia dii eorum iniquitatem diligunt, Deus noster iniquitatem abominatur, vt patet Psalm. 5. quoniam Deus non volens iniquitatem tu es. dii eorum non puniunt malum, quia illud amant. Deus noster punit malum, quia illud abominatur. & magis punit in nobis quam in alijs gentibus, vt habetur 2. Machab. 6. cap. non enim sicut in alijs nationibus Deus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies venerit in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos iudicet. quia multo tempore non sineret peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij indicium est.

Inimici nostri sunt iudices. Id est quando Deus noster vult punire nos, facit inimicos nostros iudices, id est executores iudicij sui, vt patet de Assirijs, de Chaldaeis, Romanis, & alijs gentibus quae Iudaeos afflixerunt quantum volebant pro suo arbitrio iudicantes. sic Deus multoties loquitur in prophetis, vt patet Abacuc. cap. 1. cum agitur de Nabuchodonosor punituro Iudaeos. dicitur enim. Domine in iudicium posuisti eum: & forte vt corripes fundasti eum, id est posuisti eum ad iudicandum, scilicet vt sit iudex sententiam contra Iudaeos proferens, & executioni tradens. eodem modo dicitur de rege Assyriorum, quem Deus ponebat vt ministrum percussionis, scilicet vt ipse loco Dei sumeret vindictam de Israelitis, & tamen excedebat. de hoc Esaia 10. cap. sic dicitur. Vae Assur virga furoris mei & baculus ipse: in manu eorum indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi. & postea in eodem cap. cum Deus inuehitur in eum increpando vocat eum virgam dicens, nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur terra contra eum a quo trahitur? quomodo si leuetur virga contra leuantem se, & baculus qui vti que lignum est: quasi dicat ita erant isti reges contra Deum.

De vinea sodomorum. Hic ponitur causa quare hostes Israelitarum erant iudices eorum, scilicet propter graues iniquitates in quibus comparantur Sodomitis. & vocantur principes sodomorum principes Iudae, vt patet Esaia 1. cap. & dicitur de eis quod peccatum suum quasi sodoma praedicaerunt, nec absconderunt, vt habetur Esaia 3. cap. & quia peccatum est consummatum in tribus, siue in corde, siue ore, vel opere: ideo ponuntur hic tria, scilicet vinea quantum ad primum: vna quantum ad secundum: vinum quantum ad tertium. & est ordo inter ista: quia ex vinea procedit vna, ex vna vinum. sic ex peccato cordis peccatum oris, & ex peccato oris, peccatum operis.

De vinea sodomorum vinea eorum. Id est sicut vinea sodomorum fedissima est: ita cogitatio istorum fedissima erat. postquam quatuor ciuitates illae subuersae sunt, vt patet supra 29. cap. mansit terra illa sterilis. & licet ibi arbores sunt, quae poma aspectui pulchra habeant, si tamen accipiuntur in cinerem resoluuntur, & fetent, & fumum exhalant in testimonium nequitiae eorum, vt ait Isidorus Etymol. lib. 15. & sic credendum est de alijs arboribus. de hoc Solinus in Polistor. cap. de Iudaea.

Et de suburbanis Gomorra. Suburbana dicitur quaedam

Salutare est peccatores cito puniri.

Israelitarum hostes quare eorum iudices fiebant.

Mirabile de sodomorum terra.

Duplex litterae expositio.

dans spatia terre extra muros ciuitatis, in illis plantan- tur vinee vel arbores aliae. & idem est de Gomorra, sicut de Sodoma, quia ille quatuor ciuitates hoc pes- simo vitio laborabant.

Vna eorum vna felis. Multi libri habent felix cura x, ita quod sit in nominatio: sed corrupti sunt, quoniam debet hic poni genitiuus huius nominis fel.

Vna eorum. Hic signatur peccatum oris. Vna felis. Idest amara vt fel: quia locutio istoru erat amara, idest amaricans corda eorum, quibus loquebatur inclinando eos ad malum: quoniam corrumpunt bonos mores eloquia mala, vt patet i. Corinth. c. 13. Vel amara, quia in verbis suis Deum ad amaritudinē iracundię prouocabant. sic patet Malach. 2. cap. labo- rare fecistis Deum in sermonibus vestris.

Off duo significat.

Et botrus amarissimus. Botrus duo significat, scilicet racemum, & acrestam, & vtramque amarissimum erat. si accipiatur botrus pro racemo est sensus quod sicut quelibet vna, idest quelibet locutio istorum est amara, ita racemus qui dicit congregationem vuaru, idest verborum multiplicatio amarissima erat: quia amarum additum amaro, amarius & amarissimum facit. Fel draconum vinum eorum. Hic significatur pec- catum operis quod super alia duo amarum est, sicut fel draconu ceteris amaris amarius est: ideo Aethio- pes qui dracones comedunt, vt patet Psal. 103. Draco iste quem tu formasti ad illudendum, & dedisti eum in escam populis Aethiopum: primo abstrahunt par- tem illam nigram in qua fel est, & cetera sibi propin- qua, & deinde sine timore comedunt, lingua etiam amputata: quoniam ista venosum sunt, & carnes iste multum proficiunt contra venosum. de hoc habet- ur in libro de proprietatibus rerum 18.

Venenum aspidum insanabile. Idest ita graue est con- tra me opus eorum sicut venenū aspidum, quod inter omnia valde pestiferum est: ideo insanabile ita quod nullū remedium ei adhiberi potest. sunt enim aspides magni serpentes in motu velocissimi, vt flu- mina & maria transuolent, qui oculos aliquantulo ob- uersos habent: vt ante se nihil videant sed lateraliter magis ergo auditu quam visu valent: & si quis homi- num aliquem illoru occiderit, quoniam semper duo sunt, scilicet masculus & femella, superstes hominē occisorem insequitur, vt nullis viaru recessibus eua- dere valeat: sed etiam si inter multos homines ille in- troierit aspides eum relicto ceteris solum tenebit, & oc- cidet, vt de proprietatibus rerum lib. 18.

Quales sunt apides.

Nonne hac. Hic ponitur tertiam, scilicet punitio- nis forma, & tanguntur duo. Primum propter rem- pus concessum ad penitendum neglecta punitio. Sec- undum hostium destructio ibi. Videte quod ego sum.

Punitio- nis forma.

Nonne hac condita sunt. Loquitur Israelitis nō con- uentis per modum hominis irati dicens. non putetis quod ex eo quod puniui vos haec tunc non sim vltra puniturus: quia poenae vobis inferendae conseruatae sunt apud me.

Duplex expositio literaz.

Nonne hac. Idest punitiones infligendae. Condita sunt. Idest abscondita sunt vel conseruata. In thesau- ris meis. Idest in loco secreto. sicut enim thesaurus signatus in loco tutissimo ponitur, ita mala vel bona quae certissime ventura sunt, sed nondum sentiuntur, in thesauris recondita esse dicuntur. Aliter autem hoc intelligi potest referendo ad ea quae immediate dicta sunt, scilicet ad vineam, vnam, & vinum, & ve- nenum. nam per illa designabatur culpa Israelitaru in corde, voce, & opere. & quia pro omni culpa de- betur poena, vel quam homo sibi imponat, vel quam Deus ei infligat: ideo pro his puniendi erant: quia tamen Deus puniturus erat eos, oportebat vt sciret, pro quo eos puniturus erat. si ergo eueniret quod

ista traderentur obliuioni, non possent puniri qui ista commiserant. possent ergo dicere qui mala haec pa- traerant, Deus obliuiscetur omnium istorum: ideo non inuenit aliquid, quare debeat nos punire: quibus Deus respondet increpans eos & dicens.

Nonne hac condita sunt. Idest quomodo vos dicitis, quod ego oblitus sum haec, & non puniam: nunquid non sunt haec condita, idest conseruata apud me? quasi dicat memoria istarum culparum vestrarum, quae signatur nomine vineae, vnae, & vini manet apud me: quia ego non obliuiscor horum.

Et signata. Id est sigillata, vel signis clausa: sicut dicitur Apoc. 5. cap. de libro qui habebat sigilla septē quibus clausus erat, & nullus inuentus est, qui posset aperire librum, & soluere signacula eius, nisi agnus vt habetur in eodem cap. & Matth. 27. cap. dicitur de sepulchro Domini Iesu quod milites signauerunt il- lud cum custodibus, idest clauserunt sicut ea quae in thesauris sunt signata sunt, idest diligenter clausa ne aliquis ea surripere valeat: ita ea quae in secerissimo pectore altissime scientiae Dei sunt clausa sunt: quia nullo modo elabi possunt: ideo dicuntur clausa in thesauris Dei. Mea est vltio. Idest punitio quae debet- ur pro peccatis ad me pertinet. Et ego retribuam eis in tempore. Idest licet nunc non sit tempus puniendi, ego obseruabo tempus ad puniendum. Vt labatur pes eorum. Idest quando venerit illud tempus punien- di, ego faciam quod labatur pes eorum vt ipsi in ter- ram corruat. hoc signat deiectionem factam ab ho- stibus. Iuxta est dies perditionis. Comminatio de ma- lo inferendo est. Et adesse festinant tempora. Debet accipi adesse pro vna parte, & tunc signat appropin- quare, & est sensus quod tempora cito pertransunt, vt dies punitiois appropinquet. si autem accipia- tur duae partes, scilicet ad & esse non signat ad propo- situm.

Iuxta est dies perditionis. Hic respondet ad quandā quaestionem, vel potius destruit quādam falsam opi- nionem confidentiae quam habent isti peccantes. dicerent enim quod licet Deus sit iudex iustus, & mala nulla impunita esse sinat: & licet omnia retineat in thesauris suis, ita quod nullius obliuiscatur, ta- men valde misericors est, ideo differet punitiois tem- pus vltique in finem, ita quod nullo modo puniat nunc: sed sicut dicitur Esaiā 30. cap. ideo expectat vos Deus, vt miseretur vestri. ad haec respondebit Deus, quod non est sic sed immediate puniet: quia iuxta est dies perditionis, idest satis in promptu est, vt veniat eis dies interitus, & repentina calamitas. Vo- catur dies perditionis in qua Deo specialiter operante, aut hostibus incurstantibus, totaliter interibunt: nā Deus non tardat malis mala infligere, licet nobis qui interiorum in experti: sola deceptorum exteriora iudi- cantes tardare videatur, & interdum nimis festinare: ipse tamen quam cito oportet malis mala distribuit, & hoc valde velociter est, vt patet supra 7. cap. cum dicitur. & reddens odientibus se statim, ita vt disper- dat eos: & vltra non differat protinus eis restituens quod merentur. his igitur qui mala perpetrarunt ex quibus mala infligi promerentur, quantumcunque differatur, punitio tamen in promptu est: quia iuxta est dies perditionis, idest dies in qua destruentur.

Et adesse festinant tempora. Idest tempora in quibus fieri debet punitio, festinant vt adsint, scilicet quod velociter veniant, idest quod aliqua tempora ceteris pa- ribus magis festinent, quam alia. nam motus coeli in quo fundatur tempus, vt ait Arist. in 4. Physic. est vni- formis. & cum tempus sit numerus motus secun- dum prius, & posterius, vt patet in 4. Physic. per Ari- stotelem

Et adesse festinant tempora. Idest tempora in quibus fieri debet punitio, festinant vt adsint, scilicet quod velociter veniant, idest quod aliqua tempora ceteris pa- ribus magis festinent, quam alia. nam motus coeli in quo fundatur tempus, vt ait Arist. in 4. Physic. est vni- formis. & cum tempus sit numerus motus secun- dum prius, & posterius, vt patet in 4. Physic. per Ari- stotelem

stotelem necesse est secundum velocitatem & tardi- tatem eorum, fieri velocitatem aut tarditatē in tem- pore, quod ponebatur vt passio motus. sed motus celi est velocissimus, & non datur in eo magis tardū, & minus tardum: ideo nec dari oportet tempora magis aut minus accelerari.

Iudicabit Dominus. Idest puniet populum suū Israel. Et in seruis suis miseretur. Quia licet puniat, non ta- men puniet vltique in finem: sed adiciet misereri, quod serui eius & populus eius sunt.

Videbit quod infirmata. Subditur causa miserationis. quando enim homines magni vident aliquos, qui of- fenderunt eos, defecere, miseretur eorum. sic Deus videns quod bellatores Iudaeorum qui vocantur ma- nus, quia sicut manus omnium organorum organū est, quia omnibus seruit: sic viri bellatores pro tota ciuitate morti se exponunt.

Clauis quoque defecerunt. Idest illi qui erant in fortali- cibus defecerunt fame, vel post ab hostibus capti. descri- bitur enim tribulatio Iudaeorum ad modum ciuita- tis, quae ab hostibus obsidetur, in qua primo defen- dentes muros lassantur, & moriuntur: deinde capta ciuitate illi, qui in fortibus castris, & turribus inexpugnabilibus manent, fame & siti pereunt.

Residuique consumpti sunt. Idest non solum bellato- res, & qui in castris se tuerentur capiuntur & pereunt, sed etiam reliqui qui non erant bellatores.

Vbi sunt dii eorum. Hic ponitur hostium subfanna- tio contra Iudaeos & Deum suum. Vbi sunt dii eorum. Loquuntur illi gentiles ad modum suum: quia ipsi multos Deos habebant, ita dicebant Iudaeos multos deos habere.

In quibus habebant fiduciam. Gentiles licet idola co- lerent, tamen non habebant fiduciam in eis ad pu- gnā: quia videbant quod raro vel nunquam eos adiuuabant: & quia Iudaei magnam fiduciam habe- bant in Deo suo, ideo gentiles subfannabant eos: vt legati Sennacherib regis Assyriorum subfannabant dicentes Iudaeis, quod non habent fiduciam super Deum vt liberaret eos, quia non potuerunt alij dij gentium liberare terram suam de manu regis Assi- riorum. vbi est Deus Emath & Arphath? vbi est Deus Sepharaim? nunquid liberauerunt Samaritam de manu mea? de hoc 4. Regum 18. cap.

De quorum victimis comedeant adipem. Iudaei non co- medebant adipem, nec de victimis, nec etiam de ani- malibus non sacrificatis Deo, vt patet Leuit. 3. & 7. c. omnis adeps Domini erit iure perpetuo: nec sangui- nem nec adipem omnino comedetis. sed dicebant hoc gentiles, quia ipsi comedeant adipem in sacrifi- cio deorum suorum.

Et bibebant vinum libaninum. Idest libamentoru: di- citur vinum quod miscebatur in sacrificio, quia cum quolibet animali immolato dabatur determinata pars simile, & illa cōspurgebatur certa mensura olei, & vini, vt datur regula Num. 5. cap. & 28. & de hoc vino non licebat eis viuere, sed totum in sacrificio fundebatur: gentiles autē in sacrificijs deorum suo- rum vinum libaninum bibebant: & sic putabant ipsi quod faceret Iudaei: Surgant. Modus irrisorius est volens demonstrare Deum Hebræorum iacere vel dormire, sicut Helias iridebat deos gentilium, scili- cet Baal, vt patet 3. Regum 18. cap. dicens clamate voce maiore: Deus enim vester aut loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere.

Aduer- sariu de- structio.

Et opitulentur. Idest adiuuent. Videte quod ego. Hic ponitur aduersarioꝝ destructio: & hoc agit ad con- solationem Iudaeorum, quia consolabantur quod ad- uersarij, qui eos malo modo punierant, destrueren- tur: & sic Naum praedixit destructionem Assyrioru,

qui Israel deaustauerant, sic Abacuc gloriatur praedi- cendo destructionem Babyloniorum qui Iudam ca- ptiuauerant, quia Perse & Medi destruxerunt eos to- taliter, vt patet Abacuc 2. cap. & 3. & magis Daniel. cap. 5. & isti merebantur puniri in exequendo id quod Deus mādabat, quia malo animo id agebant, scilicet ad laudem suam: & valde excedebant in punitioe, sicut Iudaei Christum occiderunt, quod Deus vole- bat: sed valde demeriti sunt, quia malo animo age- bant: sic etiam de demonibus qui ministri sunt diui- ne iustitiae: sed non merentur, quia eorum praua est intentio.

Videte quod ego sum solus. Respondet ad subfanna- tionem hostium: quoniam illi dixerant quod Deus non posset adiuuare: hic dicit Deus quod ipse est so- lus qui adiuuare & eripere potest.

Et non sit alius praeter me. Qui adiuuare possit vel pu- nire. Ego occidam. Malefacientes. Ego viuere faciam. Benefacientes. Percutiam. Etiam eos qui boni sunt, si aliquando me ad iracundiā prouocauerint: & ego sanabo cum ad me per poenitentiam conuersi fuerint.

Non est qui de manu mea possit eruere. Idest euadere: quia quocunque ierit ibi sum: vt dicebat Dauid Psal. 138. quod ibo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam? si ascendero in caelum tu illic es: si descen- dero in infernum ades. si sumptero pennas meas dil- luculo, & habitauero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Leuabo in caelum manus meas. Modus est iurandi: eleuant enim homines manus in celum quasi volen- tes testificari per altissimum Deum.

Et dicam viuo ego in aeternum. Continuat ista senten- tia cum inferiori: & sunt ista verba iuramenti Dei dicentis, viuo ego in aeternum, idest sicut verum est quod viuo ego in aeternum, ita est verum quod ego reddam vitionem hostibus meis.

Si acvero vt fulgur gladium meum. Idest viuo ego: quia acuam vt fulgur gladiū meum: ponitur enim si pro- quia: gladius vindicta a Deo inflicta est, quod per- tranfit vt fulgur, quod omnia dura frangit & diruit.

Et arripueris iudicium manus mea. Idest quod manus arripierit iudicium, idest accipiet executionem iustitiae: Exponetur supra quod ista referrentur ad gentiles insultantes Iudaeis. Alio modo referri potest vt intel- ligatur, quod ista sit insultatio Dei facta contra gen- tiles. nam Deus puniturus erat istos gentiles, quia grauius affligebant Iudaeos: & in illa punitioe non poterant gentiles adiutorium habere a dijs suis, sed potius ipsi gentiles & dii eorum peribant: sicut pa- ter de Aegyptijs: quia Deus deleuit Aegyptios, & deos eorum destruxit: sicut habetur Exodi 12. & Num. 33. cap. quod Deus fecit iudicia in Aegyptios & in deos eorum: quia deos comminuit, contriuit, conflauit, atque deleuit: Deus igitur dicit. Vbi sunt dii eorum. Quasi dicat isti faciebant malum, & cole- bant deos, quos volebant: & illi dii adiuturi erant eos, quando indigerent: quando ergo eos Deus de- strueret sciens, quia dii eorum qui nihil erant, quod eis succurrere nō possent ait. Vbi sunt dii eorum. Quasi dicat quare non veniunt ad iuuandum: si enim hic essent, adiuuarent, sed non adiuuant. ergo non sunt hic: vbi ergo sunt veniant, quia necessarii sunt.

Duplex li- tere expo- sitio.

Et arripueris iudicium manus mea. Idest quod manus arripierit iudicium, idest accipiet executionem iustitiae: Exponetur supra quod ista referrentur ad gentiles insultantes Iudaeis. Alio modo referri potest vt intel- ligatur, quod ista sit insultatio Dei facta contra gen- tiles. nam Deus puniturus erat istos gentiles, quia grauius affligebant Iudaeos: & in illa punitioe non poterant gentiles adiutorium habere a dijs suis, sed potius ipsi gentiles & dii eorum peribant: sicut pa- ter de Aegyptijs: quia Deus deleuit Aegyptios, & deos eorum destruxit: sicut habetur Exodi 12. & Num. 33. cap. quod Deus fecit iudicia in Aegyptios & in deos eorum: quia deos comminuit, contriuit, conflauit, atque deleuit: Deus igitur dicit. Vbi sunt dii eorum. Quasi dicat isti faciebant malum, & cole- bant deos, quos volebant: & illi dii adiuturi erant eos, quando indigerent: quando ergo eos Deus de- strueret sciens, quia dii eorum qui nihil erant, quod eis succurrere nō possent ait. Vbi sunt dii eorum. Quasi dicat quare non veniunt ad iuuandum: si enim hic essent, adiuuarent, sed non adiuuant. ergo non sunt hic: vbi ergo sunt veniant, quia necessarii sunt.

Dij gen- tilium ex duob? nō adiuuabāt eos.

In quibus habebant fiduciam. Quasi dicat isti gentiles facientes ista mala, ideo audebat facere ea, quia secure putabant, quod si aliquis vellet eos impugnare, quod dii sui defenderent eos: & ob hoc eis magnos hono- res, & sacrificia exhibebant: sicut fuit de Bafiri de principe Aegyptiorum, qui multa maleficia perage- bat, omnes hospites suos per noctem occidens: iste enim sanguinem hospitem suorum occisorum dijs com-

complicibus suis, scelerumque fautoribus offerebat: sicut ait Paulus Orasius lib. primo de Ormesta mun- si. De quorum victimis comedebant adipēs. Hic insultat gentilibus: quia dii sui non adiuuabant eos: & hoc ex duobus, scilicet ex familiaritate eorū ad deos suos, & ex mala ordinatione in colendi ritu. primo enim quia videbatur valde rationabile, quia si ipsi erant familiares deorum suorum, quod dii sui adiuuaret eos: erat autē familiaritas magna inter istos & deos suos, quia isti comedebant de adipibus libaminum deorū suorum: adeps tamen erat aliquid quod specialiter pertinebat ad Deum in sacrificio, sed dii non adiuuabant istos. videbatur ergo valde irrationabile quod sic facerent. Secundo modo insultat ex mala ordinatione colendi, scilicet, quod ipsi comederēt adipēs sacrificiorum deorum suorum, nam Deus verus qui instituerat optimas leges Iudais, & ritum colendi, decreuerat quod adipēs totaliter ad Deum pertine- rent: sic enim dicitur omnis adeps Domini erit iurg perpetuo Leuit. 3. & 7. & quod anima quæ comede- rit adipem, & sanguinem moriatur: & ceremoniæ istæ a gentilibus etiam laudabant, vt patet supra quar- to, cum dicitur hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc di- cant. en populus sapiens & intelligens gens magna: nec est alia natio tam grādis, q̄ habeat deos appropin- quantes sibi. erat igitur irrisibile in gentibus quod in sacrificijs suorum deorum comederent adipēs, quod erat contra leges approbatissimas.

Libamen quid sit.

Et bibebant vinum libaminum. Eodem modo insultat quantum ad hæc, scilicet quod bibebant vinum liba- minum, id est libationum: est enim libamen vel liba- tio aliquid in rebus liquidis proprie assumendo, quia deriuatur de lib.as. quod signat bibere vel degusta- re: & erat vinum & oleum, quæ fundebantur super carnes sacrificiorum. accipitur etiam farina quæ di- citur simila nomine libaminis, licet non sit liquida: quia ista tria in sacrificio offerebantur, vt patet Num. 15. cap. & sicut apud Iudæos hoc lege sancitum erat: ita apud gentiles erat, vel in lege, vel in cōsuetudine, quod offerrentur libamina cum sacrificijs: & de istis libaminibus nihil pertinebat ad offerentes, vel ad sa- cerdotes siue esset pro peccato, siue pro holocausto, aut in hostijs pacificis: pertinebat tamen modicum de simila, vt patet Leui. 2. cap. quod postea aliqua par- te eius in sacrificijs reliquum eius dabatur sacerdoti- bus: apud gentiles tamen comedebant ipsi de adipi- bus sacrificiorum, & bibebant de vino libaminum: & non solum faciebant hoc offerentes, sed præcipue ipsi sacerdotes, qui comedebant ea quæ ad deos per- tinebant: & quod maius his erat, non solum come- debant de his quæ sacrificabantur dijs suis, sed etiam de his quæ apponebantur ad comedendum dijs suis: vt patet de Bel deo Babyloniorum, nam quotidie dabāt ei Babylonij artabas duodecim similæ & oues quadraginta & amphoras vini sex, & sacerdotes in- trantes per loca ocellata sanctuarij illius deuorabant per singulas noctes vniuersas res has, qui postea a Dani- ele cogniti sunt, vt patet Daniel 14. cap. totus autē Babyloniorum populus credebat Deum fortissimū, vel hæc vniuersa per noctes singulas deuorare.

Surgant & opulentur. Ista magna irrisio est: quia gentiles putabant deos suos esse aliquid magnum, & potentes ad adiuuandum: Deus vero sciens eos im- potentes esse, immo nihil omnino esse secundum quod dii, irridet eos dicens surgant, quasi dicat, licet huc vsque tribularemmini, non exaudierunt nec sue- currerunt: quia dormiebant latentes: nunc autem tempus est, vt surgant, & opulentur eis.

Et opulentur vobis. Loquitur gentilibus, qui po-

nebant fiduciam in dijs suis: quia deberent nunc ad- iuuare eos: opitulator dicitur ferre opem, id est adiuo- rium: & ita est de istis dijs, quod deberent opem fer- re. Et in necessitate vos protegant. Quasi dicat nūc ma- gna necessitate vrgemini: quia ego primo vos affli- ctionibus: ideo in tali necessitate deberent vobis opi- tulari, etiam si in alijs rebus non opitulentur: quia nō sunt tantæ necessitatis.

Videte quod ego sum solus. Posita ironica locutione hic agitur de vera cōmonitione, scilicet quod supra illustrat dijs gentiliū, & istis gentilibus: nunc autem dicit quod alij non sunt dii, sed ipse solus, & quod nullus punire potest nisi ipse: nec quisquam eruere de punitione nisi ipse: ideo dicit. Videte quod ego sum solus. Id est o gentiles nō decipiāmini facien- tes mala sub confidentia deorum vestrorum: quia non est aliquis Deus qui vos possit eruere, aut punire nisi ego: licet vos aliter puteris.

Et non sit alius Deus præter me. Id est vos putatis esse multos Deos, ideo multos colitis sed erratis: quia nullus alius est Deus nisi ego: accipiebāt autem gen- tiles Deum esse summū bonum, scilicet id quo ma- ius excogitari non potest: sicut nunc est communis conceptio animorum, ideo ei maximam potentiam attribuēbant: & secundum hoc suppositum Deus respondebat dicens, Et non sit alius Deus præter me. Quasi dicat nullus alius potest punire ad voluntatem suam nisi ego: quia cum Deus, solus habeat maximā potentiam, & ego sum Deus, & nullus alius præter me. ergo ego solus potentiam punitiuam habeo.

Ego occidam. Scilicet quos voluero. Et viuere faciam eos. Eos qui mihi placuerint: vel ego occidā, & ego viuere faciam, id est ego habeo potestatem puniendi & remittendi.

Percutiam & sanabo. Sicut est mors & vita in pote- state Dei, ita percuti non ad mortem, & sanari: ideo dicitur. Ego percutiam. Id est ego incipiam eos per- cutere dando afflictiones magnas: & ego sanabo po- pulum meum tollendo ab eis omnem languorem, scilicet faciendo ne sit in eis languor qui est in hosti- bus. Et non est qui de manu mea possit eruere, id est for- tē aliquis, qui est potens vir, intelligit quod non pu- nientur, quia forte non poterit permanere: sed ego no- tifico, quod non est aliquis qui possit eripi de manu mea: quicumque ergo sit qui peccauerit punietur.

Leuabo in celum manum meam. Hoc ad iuramentum pertinet. Deus enim sic signat se iurare: & non exi- stimet aliquis quod Deus iuraret per celum tanquā per aliquid maius per quod iuraret, sed leuare manus in celum est modus iurandi, & est metaphora tracta a modo humano: quia homines per maiorem suam iurant, vt patet ad Hebræos 6. c. & extra de iure iuran- do. cap. & si Christus. & quia maior in celo est, scili- cet Deus, homines iurant per celum eleuando ma- num suam contra celum: Deus autem licet non de- beret isto modo iurare, quia non habebat aliquem maiorem in celo: tamē vt nos intelligeremus quod iurabat, vsus fuit isto modo loquendi: sic habetur Exodi. 6. cap. vbi iurauit vel dicit se iurasse daturum terrā Chanāan Israelitis, scilicet & scietis quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de er- gastulo Aegyptiorum, & induxerim in terram super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abrahæ, Isaac, & Iacob.

Et dicam vno ego in æternum. Non est sensus quod litera dicat vno ego in æternum, id est quod Deus solum diceret hoc scilicet vno ego in æternū: quia hoc nihil attinebat ad propositum, maxime cum Deus iurare hic intenderet. Et circa talia non exprimitur modus iurandi in his verbis solis, sed continuat ad

Literæ ex- positio.

ad sequentia, & est sensus. Vno ego in æternum si acvero vt fulgur gladium meum. Id est vno ego in æternum, quia acuum gladium meum vt fulgur: sicut enim verum est quod ego vno in æternum, & nullo mo- do morior, ita est verum quod acuum gladium meū, vt fulgur. Vno ego in æternum. Id est ego vno, & vi- ta mea indeficiens est: quia apud Deum non est trās- mutatio, nec vicissitudinis obumbratio, vt patet Ia- cob cap. 1. & Malach. 3. cap. dicitur ego Dominus, & non mutor. Si acvero vt fulgur gladium meum. Id est q̄ acuum vt fulgur. gladius Dei vindicta ab eo inflicta est: sicut enim omnia ista secundum metaphoram, quia Deus nec gladium nec lanceam habet: sed sicut gladius penetrat, ita vindicta a Deo inflicta penetrat hominem. Vt fulgur. Ponitur similitudo de fulgu- re, quia fulgur est velocissimum in motu suo: quia iaculatur a nubibus, & sicut illud velociter currit, ita pena a Deo illata vehementer currit. Et sicut fulgur obstantia quæque findit, ita vindicta Dei aperit hominem vsque ad intima secundum imprecationem Abacuc 3. cap. scilicet cum loquitur de pena infligen- da, ingrediatur puteo in ossibus meis, & subter me scateat.

Fulgur in motu suo est veloci- simum.

Et arripuerit iudicium manus mea. Id est quod manus mea arripierit iudicium, scilicet faciet vindictam: quia hic accipitur iudiciū pro ipsa iusta pœna inflictione, quā Deus retribuere malefacientibus: ista litera nō habet continuam expositionem, quia ex illo loco.

Videte quod ego sum solus. Vique huc & infra indu- bitate exponendum est de locutione Dei ad hostes Iudeorum, sed illi veritus superiores, scilicet. Et dicent vbi sunt. vsque ad illum versum. Videte quod ego sum solus. Potest dupliciter exponi, nam potest intelligi, quod sint verba insultationis hostium Iudeorum di- recta ad ipsos Iudeos sicut expositum fuit primo: aut potest intelligi quod intelligatur de insultatione Dei directa in hostes Iudeorum, sicut hic expositum fuit secundo: sed primus modus consonantior est literę, quia dicitur in principio illius literę.

Duplex li- tere expo- sitio.

Et dicent vbi sunt dii eorum. Ille qui insultat est qui querit vbi sunt dii eorum: sed dicitur quod isti di- cent. ergo plures sunt, quod necessario ad hostes Iu- deorum referendum est: & non ad Deum insultan- tem, quia ibi non sunt plures insultantes de quibus di- catur quod dicent.

Reddam vltionem hostibus meis. Id est de hostibus Iu- deorum qui iunt hostes mei: quia Iudæi erant popu- lus Dei: ideo omnes qui persequuntur eos, persequun- tur Deum. Et licet isti a Deo permittantur Iudæos percutere, quia tamen mala intentione illud agunt intendentes cultum Dei destruere, ideo hostes eius directe effliciebantur: quare Deus eos punire debet. Et his qui oderunt me retribuam. Replicatio eiusdē sen- tentiæ est. Inebriabo sagittas meas. Hic describitur ma- gnitudo vindictę per multitudinem occisorum.

Descri- ptio ma- gnitudinis vindictę per occi- sorū mul- titudinē.

Et gladius meus deuorabit carnes. Vindicta Dei mul- tis modis infligitur secundum diuersitatem penarum inflictarum quæ enarratur supra 28. cap. ideo compa- ratur diuersis generibus instrumentorum nociuorū, scilicet gladio, igni, sagittę, & similibus: dicitur gla- dius deuorare carnes, quia sicut quod deuoratur to- taliter consumitur, ita gladius consumit & deducit hominem ad non esse.

De cruore occisorum. Refertur ad superius, scilicet inebriabo sagittas meas de cruore occisorum: quia multi erunt occisi, & vulnerati.

Et de captiuitate nudati inimicorum capitibus. Id est de ini- micis captiuitatis qui habebant caput nudatum: quia quando capiebantur, discooperiebantur capita eo- rum ad maiorem gloriam victorum, & dedecus ho-

stium captorum: si autem aliquis capite cooperto permitteretur ambulare fiebat ei magna honoratio. sic cum ante curram Scipionis africani omnes Char tagineses captiui ad triumphum capite discooperto in introitu vrbis Romę introirent, solus Terentius capite galeato introire permittus est: quia vir sapiēs, & eloquens erat. Laudate gentes populum eius dicentes. Quia felix est habendo talem Deū sicut dicitur Psal. 32. beata gens cuius Dominus Deus eius.

Quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur. Quia aliqui boni & veri cultores Dei dicebantur captiui cō alijs: vt Thobias inter decem tribus, vt patet in libro suo: vt Daniel & Ezechiel in Babyloniem cum tribu Iuda: vt patet in 1. cap. Dan. & 1. cap. Ezech. & licet multi mali mortui fuissent ab hostibus, Deus tamen faciet vindictam saltem propter istos bonos.

Critici ep̄i logus.

Et propitiū erit terra populi sui. Id est nō relinquet eam desolatam in æternum nisi ipsi obstinati sūt: & tunc non vocatur populus Dei sicut fuit de decem tribubus Israel captiuatis in æternum in terra Medo- rum: & de tribu Iuda captiuata per maiorem partē mūdi cō tribu Benjamin, & Leuitis. Venit ergo Moyses. Hic ponit tertium principale, scilicet cāctici epilogus.

Venit ergo Moyses. Hic est preposteratio, scilicet quo- modo Moyses venit de loco sanctuarij in quo audiē- rat a Domino omnia verba cāctici huius, vt postea diceret filijs Israel. Et supra ante principium cāctici dictum fuit, quod Moyses cantauerat omnia verba cāctici huius coram toto Israel. Et locutus fuit omnia

verba cāctici huius. Ipse enim per se cecinit coram Israel istud carmē. In auribus populi. Id est totus popu- lus audiebat quando cantabat Moyses. si autem non diceretur hic & locutus fuit, sed solum quod venit Moyses ad vniuersum Israel, esset hic reclusus ordo, & illa verba posita ante principium huius cap. scilicet lo- cutus est ergo Moyses audiente vniuerso cętu Israel verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit, essent anticipata. Nunc autem videtur quadam repu- gnantia in verbis: quia dicitur supra antequam po- natur istud carmē, quod Moyses venit ad filios Israel: & eis audientibus cecinit verba carminis huius: hic autem postquam recitatum est ipsum carmen venit Moyses ad filios Israel, in quo innuitur quod ante non erat recitatum. Sed dicendum quod vtrunque verum est, quia Moyses cecinit verba carminis huius coram Israel, & antequam ipse cantaret ea, Deus di- xerat illi eadem secundum formam in qua eadem populo propositurus erat: & secundum hoc concor- datur ista litera, quia illud quod in præcedenti cap. ha- bitum est in fine, scilicet quod venit Moyses & reci- tauit hæc verba coram populo, referuntur verba hu- jus carminis ad vicem illam qua Moyses dixit ea po- pulo, quia ad hoc antea venit quā recitaret: id au- tem quod hic dicitur, scilicet quod venit Moyses ad populum, & narrauit sermones istos, refert verba ista ad primam narrationem, scilicet quam fecit Deus Moyfi: quia tunc verum est quod primo ista verba dicta sunt, deinde Moyses venit ad populum, & reci- tauit ea coram illis: & non est anticipatio ordinis nec contrarietatis apparentia. Si autem ista verba quæ hic dicuntur, & ea quæ habentur in fine cap. præce- dentis referantur ad idem, necessarium est, quod sit ordinis permutatio: & quædam apparentia contra- rietatis: intelligendum est ergo isto modo. Ipse & Iosue filius Nun. Non quod Iosue ista verba coram populo proponeret, quia solus Moyses proponebat: sed quia dicebat q̄ etiam ipse ista verba a Deo audi- uerat, cum ambo simul starent ante Dominū in ostio tabernaculi: & ex hoc accidit, quod quando Iosue morti propinquus erat, annunciauit eis quod post mor-

mortem suam peccaturi erant contra Dominum, vt patet Ioue 24. cap. Ponite corda vestra. Id est ponitur magna exhortatio ad custodiam legis, Ponite corda vestra. Id est diligenter attendite, scilicet quod non puretis esse hoc aliquid negligendum: quia vt infra dicitur non in casum ista leges facta sunt: ea autem quibus cor apponimus, retinemus: ea vero qua negligimus, obliuiscimur. In omnia verba. Quia de omnibus que dicta sunt contemnendum nihil est: quia qui in vno offendit factus est omnium reus, & qui vnicam de legibus istis contemnit, cum omnes ab eodem date sint, necessarium est ipsum datorem contemnere, quod valde cauendum est.

Qua ego testificor vobis. Id est de quibus ego do vobis testimonium, quod Deus ista vobis mandauerit: vel de quibus ego testimonium perhibeo vobis, quod omnia ista obseruare tenemini: Moyses namque ista referens populo faciebat ei fidem, quod Deus ista mandauisset Iudeis vel quod Iudei tenerentur ea obseruare: & hoc erat testificari.

Qua ego testificor hodie. Scilicet in ista die in qua morior. Vt mandetis ea filiis vestris custodire & facere. Non solum isti custodire debebant legem Dei, sed etiam vt filijs suis eam mandarent custodiendam docentes eos quid facere debeant: & hoc valde magnum erat, quod patres erudirent filios in custodia legis. nam propter hoc eis a Deo multa bona dantur, & promittuntur sicut patet de Abraham Gen. 18. cap. cum dicitur sicut patet de Abraham Gen. 18. cap. cum dicitur scio enim quod precepturus sit filijs suis, & domui suae: post se vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quae locutus est ad eum.

Qua scripta sunt in libro legis huius. Non solum obligantur Israelitae obseruare ea quae mandata sunt in monte Synai cum Deus mandasset illa obseruari: sed solum dicit hic Moyses de his quae continentur in hoc libro: quia ea quae continentur in hoc libro sunt aliqua specialis lex, vel sedus distinctum a federe quod pepigit in Oreb, vt patet supra 29. cap. in principio. & de istis intendebat monere: quia ista lex nunc primu promulgabatur, & necessarium erat, vt acciperet fortitudinem in mentibus auditorum per admonitionem legislatoris: lex autem quae in Oreb data fuerat praecesserat per annos quadraginta fere: ideo satis confirmata erat in mentibus audientium, nec oportebat de ea rursus moneri: solum igitur de hac expressit.

Quia non in cassum. Id est in vanum. Scripta sunt. Quia Deus nihil facit frustra cum omnia constituerit in certo ordine, cum quo non stat superfluum. Sed vt singuli in eis viuerent. Ergo ex opposito si nemo secundum legem viueret lex inutiliter facta esset: quia finis legis non est scire eam, sed operari secundum eam: vt simus imitatores & factores verbi, & non tantum audientes, vt patet Iacob. 1. cap. in speculatiuis enim scire prodest, & operari non requiritur. In moralibus autem scire nihil prodest, nisi operemur: operari vero totaliter confert, vt patet 2. Ethic.

Qua facientes longo perseueratis tempore. Id est si ista praeccepta custoditis viuetis magno tempore: Iudaei qui adhuc rudes erant non cognoscentes vera bona existimabant magnum bonum esse vitam diurnam: Deus igitur assentiens desiderio eorum promittit eis magnum tempus vitae: si custodiant mandata Dei: & promittuntur hic duo, scilicet vita simpliciter, & vita cum determinatione, scilicet in terra promissionis: vita simpliciter dicitur, quod ipsi viuerent magno tempore, siue manerent illo tempore in terra promissionis, siue non: & de hoc dicitur Exodi 23. cap. numerum dierum tuorum implebo.

Secundum erat vita cum determinatione, scilicet,

quod non solum viuerent, sed etiam quod in terra promissionis viuerent. hoc enim magnum gaudium ipsorum erat: nam si ducerentur Iudei in captiuitatem, & ibi viuerent, illud viuere erat: tamen erat cum tristitia magna: & melius erat generoso animo mori quam inter hostiles turbas premi durissima atque inhonestissima seruiture: ideo ad concedendum eis perfectum gaudium pro bono opere conueniebat, vt daretur eis quod manerent magno tempore in terra promissionis.

Longo tempore perseueratis. Si Hebraei conuerterentur ad cultum idolorum mittebat Deus hostes super illos, & faciebat vt magno tempore manere non possent in terra promissionis, sed ducerentur in captiuitates: si autem mandata Dei custodirent, manebant in terra illa gaudentes: & non erat aliquis qui exterreret eos. In terra. Scilicet Chananaeorum Eueorum Iebuseorum &c.

Ad quam Iordane transmissio ingredimini possidendam. Id est terra illa in qua manebitis mandato Dei ultra Iordanem est: & licet nunc non sitis in ea, tamen pertransito Iordane ingredimini in eam: & loquitur hoc ad nouem tribus & dimidiam, quia duae tribus & dimidia, scilicet Gad & Ruben, & dimidia pars Manasse acceperant possessionem ante transitum Iordanis in terra duorum regum Amorrhoeorum; scilicet Og & Seon, vt patet Num. 32. & supra 3. & 4. cap. hoc tamen verum est de ipsis qui habitabant ante Iordanem, & iam acceperant possessionem. nam si Deum vere colerent obseruantes omnia mandata eius multo tempore maneret in terra illa, quam habebant: si autem non obseruarent conuerterentes se ad idolatriam cito perderent terram illam ducti in captiuitate: sic enim euenit in posterum quod inualefcere nequitia regni Israel rex Assyriorum Salmanazar venit in terram illam, & duxit captiuas decem tribus Israel relictis duabus, scilicet Iuda & Benjamin cum Leuitis, qui non computantur in tribum: & inter has fuerunt istae duae tribus & dimidia, vt patet 4. Regum 17. cap. sed sit mentio de nouem tribubus & dimidia, quia accepturae erant possessionem ultra Iordanem: & hoc quia plures erant & digniores. Secundo quia magis oportebat certificare eos, qui non erant certi quam eos qui plus certitudinis habebant: sed illi qui iam acceperant Iordane non transito possessionem in manu Dei robusta, securiores erant, quam illi qui transiret erant Iordanem ad possidendam terram, in qua neciebant quantum, aut quomodo acquirerent: ideo de his solum expressit.

Locutus est Dominus. Posita exhortatione populi: hic agitur de obitu Moyfi. Et tanguunt tria. Primo Moyfi mors praecipitur. Secundo ab ipso benedictio populo indicitur ibi. Haec est benedictio: In principio cap. sequentis. Tertio actualiter moritur, & sepelitur infra 34. cap.

In eadem die. Ex hoc patet, quod in die in quo Moyses dedit istas benedictiones & exhortationes in cantico mortuus est.

Ascende in montem. Quia tunc manebat populus in Settini, quae erat vltima mansio, vt patet Numeri 33. cap. Et hoc in valle contra phanum Phegor, vt patet supra 3. & 4. cap. & mons erat altus: oportebat ergo ascendere.

In montem istum Abarin. Dicitur Abarin mons transfuentium. Id est transitus in montem Nebo. Mons Abarin longus erat in quo erat quadam pars alta, quae uocabatur mons Nebo in quem ascendit Moyses, qui est in terra Moab. Id est in descensu terrae Moab: quia ista terra in qua tunc manebat Israel de regno regis Seon erat, vt patet supra 4. c. licet multoties dr esse in campe-

Moyfi mors praecipitur.

campetribus Moab contra hierico: sed poterat esse quod iste mons aliquomodo pertineret ad terram Moab, & aliquomodo ad terram Seon: quia erat in confiniibus regnorum, sicut diximus supra 3. c. de monte Hermon, qui aliquo modo pertinet ad terram Seon, quia erat in confiniibus regnorum sicut diximus supra 3. c. de monte Hermon, qui aliquo modo pertinet ad terram Seon, & aliquo modo ad Sydonios, & aequaliter ad terram Israel: ideo uocatur Hermon, sanir. f. Saurion. a qualibet gente uanam nomē habens. Et uide terram Chanana. J. 34. c. dicitur quod uidit omnem illam terram, quae uocatur terra Chananaa largo modo, non a quodam populo qui ibi habitabat iuxta mare, & fluuenta iordanis, & dicitur Chananus vt patet Num. 13. c. sed ad Chanana nepote Noe, qui fuit pater istorum populorum. Et iste Chanana fuit pater multorum populorum, qui ponuntur Gen. 10. c. quia ab illis filiis eius, qui ibi ponuntur natae sunt gentes multae cum omnes numerati in illo. c. sint capita gentium ut patet Gen. c. 11. inter quas fuerunt iste septem gentes, quae hic numerantur. Sin processu istorum librorum, & has tradidit Deus in manu filiorum Israel, ut igitur Deus iustificaret Moysen, ostendit ei terram Chanana. i. terram omnium istarum septem gentium, sicut innuitur J. 34. c. cum dicitur ostenditque ei dominus omnem terram Galaad usque est vt de tur aliquid per quod tollantur ista inconuenientia, vt posset Moyses uidere omnem terram Chananae sicut in littera exprimit: istud autem pertinet ad tertium modum assignatum, quia si ponamus quod Deus creauerit species quae perueniant usque ad oculos Moyfi, omnium illarum rerum siue illae species essent confortatae, in se, siue non confortatae, siue potentia uisua esset roborata, uel non, ipse creatur peruenientes ad potentiam uisuum immutarent eam. iste ergo modus assignari debet, de quo dicitur J. 34. c. quod autem ista visio ad tunc spacium non fuerit naturaliter facta, sed supernaturaliter creata, uel producta innuit J. 34. c. c. dr ostenditque: ei dñs oem terram Galaad usque Dan: & non dr. Vidit omnem terram usque Dan. q. d. quod non uidit ipse per se uisum naturaliter, sed Deus ostendit ei creatum aliquid supernaturaliter, sicut erat creatur species ueniētes ad oculos eius de oib. istis reb. dicendum igitur est quod ista visio non fuit naturalis. Iugiter populis tuis. I. transmissio ad societatem sanctorum parum in limbo, qui dr fuit? Abraham. Sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor. Mortuus fuit Aaron in monte Hor ut patet Num. 20. & 33. c. in pace uidente Moyse, 16 ipse desiderauit talem mortem. Quia praenunciatus est contra me. Quo. n. praenunciati fuerunt diximus satis late Num. 20. cap. quod autem ista mors poterit esse pena Moyfi, qui de uita misera transiuit ad meliorem statum, dictum fuit late s. 3. ca. circa finem.

An Moyses de monte Nebo uiderit totam terram Chanana uisione naturali. Quest. VI.

De ista uisione dicendum est, quod non uidit hoc Moyses naturaliter: sed secundum vigorem potentiae uisuae, & hoc patet multipliciter. Primo, quia dato, quod mons Nebo super quem Moyses ascendit esset altus, tamen non erat ita altus ut omnia loca, & arbusa, quae erant in uallibus parerent: nam non uidetur alicubi terrarum tanta esse altitudo, ut in distantia tanta contemplari posset quis concavitates uallium, in quibus praecipua, & delectabilior populatio est.

Secundo non poterat hoc existere, quia dato, quod mons esset ita altus ut ad hoc sufficeret, vel forte quod terra tota esset satis plana, non posset uidere Moyses ad tantam distantiam, quia species ueniētes a tanta distantia debilitate immutarent propter magnitudinem spacii, & obiectum intermedium nebularum intermediarum, & debilitas uisus non sufficeret: ut immutaretur a tam parua uirtute species cum immutantium, oportebat ergo quod Deus eleuaret supernaturaliter, vel confortando uirtutem uisuum Moyfi, quod posset sufficienter immutari a speciebus tam pauci uigoris, vel quod confertat maiorem uirtutem speciebus ad immutandum nihil augendo uel confortando in uirtute uisuum Moyfi, vel quod uirtus esset, quod Deus praenauerit ei species omnium locorum illius terra, ut haberet perfectam, & distinctam cognitionem de eis, & nihil notabile maneret quod non cognosceret: est. n. iste modus conuenientior duobus modis superioribus. nam posito primo modo. si quod Deus confortaret uirtutem uisuum Moyfi adhuc maneret inconueniens, quia uirtus confortata ad hoc proficit, ut possit immutari specie modice actiuitatis, a qua non posset alias immutari, quantumcumque ergo uirtus uisuum alicuius confortetur, nunquam poterit uidere nisi ea, quae praesentant, & quia illa quae erant in uallibus occultissimis, non poterant peruenire ad oculos Moyfi, ergo non poterat uidere illa, quantumcumque immutarentur oculi ad perfectionem. si quod uirtus sua esset ualde magis per-

Alph. Toft. super Deuter.

Species uisibilis semper per se est lineam circumplicat.

fecta, quae ante erat, quia species uisibilis semper dirigitur per lineam rectam, ergo quia illi erant in uallibus profundissimis, non poterant peruenire ad oculos eius, & sic non poterant immutari, sicut si Deus perfecisset potentiam uisuum alicuius quantumcumque uellet, & nulla species uisibilis perueniret ad eam, non posset quicquam uidere, ita hic dato quod esset uirtus Moyfi perfecta a Deo supernaturaliter: si tamen res existētes in profundissimis uallibus non possent dirigere species, ut perueniret ad oculos, nullo modo Moyses immutari posset nec uidere, oportebat ergo dari aliquem alium modum per quem Moyses ista uideret. Si autem accipit modus secundus. si quod Deus tribuerit maiorem uirtutem immutationem speciebus illorum locorum, & rerum, ut a maiori distantia mouere possent, si alias conuenerant mouere, adhuc non sufficit, quia illae species immutabant fortius illam potentiam uisuum, ad quam peruenirent, si alias immutatae solebant, sed non immutabant nullo modo potentiam uisuum ad quam non peruenirent, sed dato quod in terra Chanana essent profundae ualles, & mons ille Nebo non esset ita altus, ut posset uidere quisquam ex istis omnibus concavitate terre illius, non peruenirent ullo modo species omnium locorum ad potentiam uisuum, ergo non immutari poterit, etiam si species fortificatae sunt in sua potentia immutatae. necessarium igitur est vt de tur aliquid per quod tollantur ista inconuenientia, ut posset Moyses uidere omnem terram Chananae sicut in littera exprimit: istud autem pertinet ad tertium modum assignatum, quia si ponamus quod Deus creauerit species quae perueniant usque ad oculos Moyfi, omnium illarum rerum siue illae species essent confortatae, in se, siue non confortatae, siue potentia uisua esset roborata, uel non, ipse creatur peruenientes ad potentiam uisuum immutarent eam. iste ergo modus assignari debet, de quo dicitur J. 34. c. quod autem ista visio ad tunc spacium non fuerit naturaliter facta, sed supernaturaliter creata, uel producta innuit J. 34. c. c. dr ostenditque: ei dñs oem terram Galaad usque Dan: & non dr. Vidit omnem terram usque Dan. q. d. quod non uidit ipse per se uisum naturaliter, sed Deus ostendit ei creatum aliquid supernaturaliter, sicut erat creatur species ueniētes ad oculos eius de oib. istis reb. dicendum igitur est quod ista visio non fuit naturalis. Iugiter populis tuis. I. transmissio ad societatem sanctorum parum in limbo, qui dr fuit? Abraham. Sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor. Mortuus fuit Aaron in monte Hor ut patet Num. 20. & 33. c. in pace uidente Moyse, 16 ipse desiderauit talem mortem. Quia praenunciatus est contra me. Quo. n. praenunciati fuerunt diximus satis late Num. 20. cap. quod autem ista mors poterit esse pena Moyfi, qui de uita misera transiuit ad meliorem statum, dictum fuit late s. 3. ca. circa finem.

Ad aquas contradictionis. I. in quibus contradixit populus dño non confidendo in bonitate, & potestate eius. In cades deserti Syn. Ista est cadesbarne, ut pbatur Numeri 33. c. Et non sanctificasti me coram filiis Israel. Debuert Moyses, & Aaron dicere lapidi, lapis mandamus tibi ex parte Dei, quod scindaris, & des aquas abundanter isti populo, sed perturbati ex murmuratione populi acciperunt iurgari contra populum uocantes eum rebellem, & sic populus non benedixit Deum.

Contra uidebis eam. I. ex opposito, & a remotis, sed non intrauit.

Et non ingredieris in eam, quae ego dabo filiis Israel. Hoc refertur ad terram de qua locutus fuit s. Deus. uide terram Chananae, quam ego tradam filiis Israel, nam ad hanc non fuit ingressus moyses: sed non est putandum, quod ista terra Chanana de qua hic dr sit terra Chanana, quae uocatur terra promissionis solum, quia extra ista terram de qua hic loquitur, erat alia terra promissionis. nam terra tribuum duarum. f. Ruben, & Gad, & dimidia

In monte Hor mortuus fuit Aaron.

Quid sit finis legis.

audire tribus Manasse, & intra ista Moyses introiuerat. nō in ista tunc erat cum esset in valle phanum Phegor de quo. s. 3. & 4. c. & sic dicendum est qd Moyses introiuit in terram promissionis: sed nō introiuit in terram promissionis intra iordanem. cum autem dicitur, & non ingredieris in eam non intelligitur de terra promissionis simpliciter sumendo, sed de illa parte que erat, ultra iordanem ad quam maior Israelitarum pars transiura erat, aliam aut partem denotare nō curauit, quia habebat pauciores possessores.

C A P. XXXIII.

HEC est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filius Israel ante mortem suam. Et ait, Dominus de Syna uenit, & de Seyr ortus est nobis: Apparuit de monte Pharan: & cum eo sanctorum millia. In dextra eius ignea lex, dilexit populos.

HÆC est. Postq̄ fuit prædicata mors Moysi, ponit benedictio eiusdē super quamlibet tribum populi, quia mos sanctorum patrum erat benedicere filios ante mortem, sicut patet de Jacob Gen. 49. c. Et ponitur tria. Primo p̄mittit p̄fatio, Secundo ponitur executio ibi. *Vinat Ruben.* Tertio inferitur conclusio ibi. *Non est alius. Hęc est benedictio.* Iste est titulus benedictionis. Et quia moyses benedicebat istas tribus, quia erat populus Dei suscipiendo legem: ideo subditur de ipsa lege. *Dominus de Syna uenit.* Idominus uenit ad nos in Syna, quia ibi apparuit nobis dans legem. *De Seyr ortus est nobis.*

Verum Deus primo presentauerit legem decalogi Ismaelitis, & Idumeis, & noluerint eam recipere. Quæst. 1.

DICUNT aliqui iudæi qd Deus primo presentauerit istam legem decalogi Idumeis, qui morabantur in monte Seyr, qui erant de femine Isaac, & cum Deus pronunciarer mandata, & accessisset ad quintum, non occides: dixerunt Idumæi nolimus istam legem, quia patri nostro dictum fuit uiuere in gladio, ut patet Gen. 27. c. Deinde iuit dominus ad Ismaelitas qui erant de femine Abraham, quia Ismael erat filius Abraham ut patet Ge. 16. c. & isti morabantur apud desertum Pharan, ut patet Gen. 21. c. & p̄posuit eis dominus legem, & cum legisset dominus sextum mandatum, s. non mæchaberis noluerunt, dicentes qd patri suo dictum fuerat, qd deberet nimis multiplicari, ut patet Gen. 21. c. ideo uolebant qualitercumque gigneret. Cum autem isti recipere noluerit, uenit Deus proponens eis legem, & noluerit eam cum desiderio accipientes, & secundum hoc exponunt.

De Seyr ortus est nobis. Idest de monte Seyr uenit ad nos, in quo morantur Idumæi.

Apparuit de monte Pharan. Idest apparuit nobis in monte Synai ueniens de monte Pharan, in quo habitabant Ismaelites. Sed ista expositio ficta est & tria sacra scriptura, quia sepe in isto libro dicitur, qd elegit Deus iudeos præ cunctis populis terræ. Si autem prius noluisse dare legem Idumeis, & Ismaelitis, non elegisset magis iudeos, sed magis Idumæos: & quia dicitur supra 4. ca. qd nunquam audium fuit a seculis, qd aliqua gens audiret Deum loquentem sicut iudæi, sed si Idumæi, uel Ismaelites fuissent a domino requisiti utrum uolebant

legem, necesse erat qd Deum loquentem audirent, uel angelum eius loco, qui Deus uocatur.

Item quia ut ipsi fingunt in sua narratione Deus iuit ad Idumæos, & recitauit eis mandata, & cum peruenisset ad mandatum quintum de nō occidendo, dixerunt Idumæi qd non poterant obseruare talia mandata, quia eis datū erat qd in gladio uiuerent: audita est ergo uox Dei apud istos non solum in quibusdam p̄locutionibus ante receptionem p̄ceptoꝝ, imo, & recitationem, sed in ipsa recitatione usque ad quintum p̄ceptum, littera tamen supra, 5. c. negat a seculis Deum fuisse locutum alicui genti: idem de Ismaelitis arguitur, nam secundum qd ipsi confingunt, Deus dixit se uelle eis dare legem, & ipsi incepterunt audire, cum que peruentū foret ad mandatum sextum non fornicaberis, dixerunt Ismaelites se non posse talem legem obseruare, quia uita eorum erat in coeundo ad generationem, ut p̄notatum est. ergo & his Deus locutus foret, & sic semper multiplicatur inconueniens. Item rationes, quas assignat pro quolibet istorum ut se a lege excusarent, inconuenientes sunt. nam cum dixissent Idumæi qd in gladio eis uiuendum erat, non tollebat quā possent obseruare istam legem, de non occidendo, quia non dicitur uiuere in gladio ille, qui occidit, immo non dicitur uiuere in gladio ille, qui occidit, sed ille, qd est fortis in armis, & habet continuam exercitacionem armorum, cuiusmodi erat in Idumæis, qui erant uiri bellicosi.

Item dato qd ipsi occiderent homines, non sequebatur ex hoc qd repugnabat eis mādatum istud, quia hic non prohibetur homicidium simpliciter, sed homicidium quod iniuste fit: poterant autem ipsi iuste occidere alios, quia forte essent hostes sui.

Item ratio que ponebatur ad excusandum Ismaelitas a susceptione legis non est sufficiens. nam ipsi interdebant multiplicationem per generationem, & ista non repugnabat illi p̄cepto: quia multiplicatio nō fit per adulterium, sed etiam per legitimas nuptias, immo magis per nuptias honestas, quia si indifferēter accessus fieret ad quamcumque mulierē, non sequeretur generatio, sicut patet in meretricibus, quæ non gignunt, ex nuptiis autem proles sequuntur magis. ergo ista ratio magis contra eos militat quam pro eis, si autem hic prohiberetur simpliciter omnis coitus, esset manifestum quod ipsi uolunt. I. qd istud p̄ceptum repugnaret eis, sed non est sic.

Item neutri istorum rationabiliter moueri possent ad repugnandum receptioni p̄ceptorum, quia p̄cepta decalogi sunt naturalia, nam gentes quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ut patet ad Rom. 2. cap. ea autem, quæ naturalia sunt cōmunia sunt. non ergo haberet aliqua gens causam ueeram uel apparentem, quare deberet abijci ea p̄cepta hæc: secus autem si essent p̄cepta iudicialia, uel ceremonialia, quæ non sunt naturaliter determinata ad hoc, uel illud, quia in his possent recusare, sed in moralibus scilicet p̄ceptis decalogi, quæ isti dicunt partim recitata Ismaelitis, & Idumæis, non poterant recusare, ergo nunquam eis fuerunt recitata.

Item quia illa gens recipere debebat legem de qua Messias futurus erat, ut specialiter sanctificata esset, sed de Ismaelitis uenturus erat, ergo nō debebat dari Ismaelitis. Minor patet quia Gen. 21. dicitur, in Isaac uocabitur tibi semen, etiam non debuit dari Idumæis, quia Deus habebat eos odio, ut patet Mala. 1. c. Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Nicolaus probat hoc alio modo scilicet qd non data fuit Ismaelitis, nec Idumæis, quia populus iste fuit specialiter dilectus a Deo, ut patet in Abraham, quem Deus fidelem sibi separauit de idolatris, ut patet Gen.

Per quid sit proli multiplicitatio.

12. c. & dedit ei circuncisionem, ut patet Genes. 17. A capitu. dedit etiam istis legem, ut patet Exo. 20. cap. & etiam dicitur de istis psalm. 146. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Sed non uideatur ista multum agere, non primum quia Abraham non solum fuit pater Israelitarum, sed etiam Ismaelitarum, & Idumæorum, ideo quod Abraham fuit pater nisi alia ratio intercedat, nihil erit ad differentiam Idumæorum, & Ismaelitarum, ab Israelitis.

Nec ualet secundum, quia circuncisio non fuit data specialiter Israelitis, sed Abraham. Et post eum circuncisus fuit Ismael, ut patet Gen. 17. ca. & etiam post Esau fuit circuncisus, a quo sunt Idumæi: Si autem post Idumæi uel Ismaelites non seruarent circuncisionem, hoc nihil attinet.

Nec tertium ualet, quia si uerum est qd soli Israelites legem susceperunt, tamen illi iudæi dicunt, qd alii requisiti fuerunt a Deo qd reciperent eam primo. Et sic quantum ad istam partem peccat per fallaciam petitionis principii, quia petit quod probare deberet.

Nec ualet quartum, quia ibi dicitur, & iudicia sua non manifestauit eis: quia dato qd lex fuerit posita Ismaelitis, & Idumæis: tamen quia non receperunt eā, non fuerunt eis posita iudicia. iudicialia mandata, nec ceremonialia, quæ post decalogum dari debebant & sic data fuerunt Iudæis ut patet Exod. 21. c. f. post. c. 20. in quo datus fuerat decalogus.

Secunda expositio litteræ.

Alii exponunt. *De Seyr ortus est nobis.* Idest Deus dedit nobis legem dimittens Ismaelitas, qui erant in monte Pharan, & Idumæos qui erant in monte Seyr in idolatria sua, & hoc fuit magnū beneficium, quia Ismaelites erant filii Abraham, & Idumæi adhuc magis proprie, quia erant de uxore libera: ergo isti dimitterentur, & Ismaelites sine aliquo merito a Deo eligerentur, maximum beneficiorum fuit, & hoc dicit dominus Mala. 1. c. dilexi uos dicit dominus, & dixistis in quo nos dilexistis: nōne frater erat Esau Iacob dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui.

Ista expositio satis uera est, sed non consonat multum litteræ, quia littera eadem dicit hic de Syna, Seyr, & Pharan. Uenire, oriri, & apparere, qui eundem sensum faciunt: potest ergo intelligi littera tota quantum ad dationem legis, quæ fuit in monte Synai, cui aliqui dicitur apparuisse Deus de montibus istis secundum replicationem sententia, & patet hoc de monte Pharan: quia Num. 10. cap. dicitur quod cum recesserunt filii Israel de monte Synai nubes requieuit primo in solitudine Pharan, uel potest dici qd quando Israelites mouebantur iuxta montem Seyr circueundo illum montem, ut patet supra 2. c. cepit populus laboris tede re, & murmurare, quapropter immisit dominus serpentes ignitos, qui cruciabant eos, & occidebant, mandauit autem dominus Moyfi facere serpentem cneui quem aspicientes sanabantur ut patet Num. 21. capit. Et in hoc apparuit eis dominus supernaturaliter sanando aspiciendo serpentem.

Nicolaus dicit qd ideo dicitur Deus apparuisse, uel ortus fuisse de monte Seyr: quia ibi in aspectu serpentis demonstrabatur mysterium Christi de incarnatione, & passione sua, quæ figuram habuit serpentis, sed non erat serpens idest uidebatur natus de carne peccati, sed non fuit, sicut serpens ille non erat uerus serpens, sed solum figuram gestabat, & dicit qd hoc mysterium fuit cognitum Moyfi, hoc licet uerum sit, tamen non agit ad propositum, quia hic demonstrabat Moyses causam benedictionis suæ, quæ cognita deberet esse populo, alias frustra paroneret, quod nullo modo intelligebant, mysterium autem Christi solis prophetis distincte cognitum erat.

Alph. Toft. super Deuter.

Ideo dicendum uideretur ut ante diximus, & tunc est sensus.

De Seyr ortus est nobis. Idest apud montem Seyr declarauit se Deus aequaliter nobis, dando nobis curationem a moribus serpentum.

Apparuit de monte Pharan. Ibi etiam demonstrauit se Deus Israelitis, quia cum mouissent castra de monte Synai, uenerunt in solitudinem Pharan ut patet Num. 10. c. in quo loco Deus dedit coturnices per mensum integrum populo desideranti carnes, & hoc magnum beneficium fuit: deinde cum Moyses quereretur, qd nō posset solus tantā populi multitudinem gubernare, misit Deus spiritum suum in 70. seniores, qui statim prophetauerunt illuminati a Deo, ista duo habentur Num. 11. cap. & est sensus.

Apparuit de monte Pharan. Idest demonstrauit se nobis in deserto Pharan nos cibando carnibus, & iudices. 70. constituendo.

Et cum eo sanctorum millia. Idest magna multitudo angelorum astantium, & ministrantium Deo, ut patet Dan. 7. millia millium ministrabant ei, & decies milies centena millia assistebant ei.

An omnes animæ Prophetarum & Rabinorum fuerint in monte Synai, & acceperunt ibi suas prophetias.

Quæst. 11.

MULTI iudæi exponunt istum passum de animabus prophetarum, & doctorum legis dicunt enim qd animæ omnium prophetarum fuerunt tibi cum Deo in datione legis, & acceperunt singuli prophetias suas quas postea enunciauerunt. Et dicunt qd ibi fuerunt omnes rabini conditores Talmud: & a Deo illud acceperunt. Ista multum sunt erronea, quia ponunt animas simul creatas, uel ab æterno, uel in rerum primordio qd falsissimum est. Item quia dicunt qd tunc singuli prophetæ receperunt suas prophetias.

Sed hoc ualde falsum est, quia de multis prophetis dicitur intelligi, anno talis regis factum est uerbum domini ad talem prophetam, & rursum de eodem propheta dicitur multoties, qd diuersis annis sub eodem rege multa a Deo audierit.

Item non esset necesse, qd Deus nouiter reuelaret aliquid cuiquam prophete, si a principio illa cognouit in datione legis, sed falsum est, ut patet de omnib. maxime de Daniele, qui dicit se incepisse intelligere mysteria, ergo &c.

Item diceremus qd ille, qui propheta esset, nunquā posset deficere errando circa res quas postea prophetaret, sed falsum est, quia legimus de Nathan propheta, a quo cum quæreret Dauid utrum faceret templū dño, respondit omne qd est in corde tuo uade, & fac, quā dñs tecum est, deinde dicit qd eadem nocte apparuit dñs prophete Nathan dicens, uade & loquere ad Dauid, & mandauit qd nō edificaret ipse domum Domini, sed filius, qui post eum regnaturus erat.

In dextera eius ignea lex. Dicitur lex ignea, quia Deus dans illam apparuit in medio ignis loquens, ut patet Exo. 19. & 3. 4. & 5. c. dicitur in dextera eius, quia Deus figuratur hic ut portans legem in manu sua ad dandū eam Israel, sicut dicitur de Moyse, qd portabat duas tabulas in manibus, tenens unam in dextera reliquam in sinistra ut patet 3. 9. c. & Exo. 32.

Dilexit populos. Idest tribus. 12. Israel, quia uocari poterat quælibet tribus unus populus, immo una tribus multos populos habebat, ut dixit Iacob de Manasse, qd multiplicaretur in populos, & de Ephraim qd multipli caretur in gentes ut patet Gen. 48. c.

Uel dilexit populos. Idest omnes populos terræ ut patet

Doct. expositio litteræ.

ret sapientie, r. c. diligis domine omnia qua sunt, & nihil odisti eorum, qua fecisti, & ponitur hoc ad nota dum specialem dilectionem ad Israel, quia licet alios populos dilexerit, tamen soli Israel legem dedit, & mirabilia sua demonstravit. *Omnes sancti in manu illius.* id est omnes sancti sunt cum eo, sicut ante dixit, & cum eo sanctorum millia, vel dicuntur omnes sancti. i. totus populus Israel, qui erat multitudo sanctorum, sicut dicitur Num. 16. c. sufficiat nobis q omnis multitudo sanctorum est, & q in ipsis est dñs: & sunt isti in manu eius in gubernatione sua, quia eos generaliter, & specialiter gubernabat. *Et qui appropinquat pedibus eius accipiant se doctrina illius.* Populus hebræorum appropinquavit pedibus domini, qñ apparuit super montem Synai ardentem, & fumantem stante populo in valle apud montem, & ibi recepit doctrinam legis ut patet Exo. 19. & 20. c. figuratur autem Deus hic tanquam quidam hō existens super montem. nam stans conuenit corporibus & eis que sunt aliquid in corpore, tanquam extremitas vel continuatio corporum sicut sunt puncta, ideo dicuntur sicut philosophum puncta hñe positionem in linea, intelligitur ergo q Deus vel angelus, qui erat loco eius, erat magne stature, & pedes eius super montē, populus autē qui erat in ualle circa radices montis, dicebatur appropinquare pedibus Dei, & iste modus loquendi hñ Exo. 24. c. qñ Moyses ascendit in montē cum Iosue, quia dicitur uiderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi celi cum Ieremum est. *Legem præcepit nobis Moyses.* Ista sunt uerba posteriorum recolentium legem datam a Deo per Moysen, & ponit ea Moyses in persona illorum. Et hoc fuit quantum ad cæremonialia, & iudicialia, q dicta fuerunt populo per Moysen. decalogus autem immediate a deo per angelum representantem eum sine aliquo humano ministerio datus est. Et possunt esse ista uerba Moysi loquentis de se ad populum tanquam de altero quia ipse cōputabitur unus de populo, quia obligabatur ad custodiam præceptorum sicut ceteri. *Hæreditatem Iacob.* Id est q istam legem suscepit Israel pro hæreditate quia seruando eam hæreditarentur in terra promissionis, uel quia sicut hæreditas trāsit ad posterios iure successionis, ita lex debebat obseruari in æternum a tota posteritate Israelitarum, ut dicitur sup. 6. ca. docebis ea filios tuos. *Et erit apud rectissimum rex.* i. apud Israel erunt reges, ut postea paruit, & uocatur Israel rectissimus, quia ubi nos dicimus rectissimum hebrei habent ierurum, & significat rectum, uel Israel: uel dñ hic rex Deus, qui regnabat super Israel regens eos, ut nullo alio rege indigerent, & hoc erat propter legem, quia cum Deus dedisset eis leges, ipse erat eorum dominus & rex, iō qñ populus Israel perit regem, Deus dixit Samueli non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos, ut habetur primo Reg. 8. ca. *Congregatis principibus populi cum tribus Israel.* i. ista dicta fuerunt per Moysen congregato toto Israel, s. principibus tribuum, & ipsis tribubus. *Uinat Ruben.* Hic ponitur secundum benedictionis executio, & ponuntur tot benedictiones, quot tribus sunt hic. s. i. quia non benedicuntur trib. Simeon Et dicunt q rō est, quia primo tractauit de uenditione Ioseph, & durius se habuit q eum quam alij fratres, iō Ioseph tenuit eum in uinculis in terra Aegypti redefibus ceteris fratribus cum alimentis ad patrem, ut patet Gen. 42. c. sed alia ratio est potior. s. quia paulo ante in eadem māsione ubi tunc erat Israel, tribus Simeon fornicata fuerat cum Moabitibus, & Madianitis, & princeps tribus illius coram toto populo hoc fecit ad iniuriam Moysi ut patet Num. 25. c. *Uinat Ruben.* Incipit ab isto quia erat primogenitus s. in carnem, licet iura primogenituræ ei ablata fuerit, & translata partim ad Iudam, partim ad Ioseph, de quo diximus Gen. 49. ca. u-

Benedictio executio.

Benedictio Ruben.

uat Ruben uita natura. *Et non moriatur.* Morte eterna ut aliqui uolūt, sed magis uideatur q sit eadē snia repliata ad maiorem expressionem ut hñ. 4. Reg. 20. ca. dispone domui tuæ quia morieris, & non uiues, q solū de morte corporis dicitur. *Et sit paruus in numero.* Hoc dixit Moyses consonans dicto Iacob Gen. 49. effusus es sicut aqua non crescas, quia maculasti & c. in hebreo dicitur *Sint pauci numero mortui eius.* Et potest reduci ad intentionem litterę nostre, quia ideo. s. dicitur *Uinat Ruben & non moriatur.* Ideo sequitur sint pauci numero mortui eius. s. ne tota tribus destruat. *Uel quia dicitur sit paruus numero.* Ideo mortui de tribu illius non poterant esse tot sicut de alijs tribubus ceteris paribus: quia de paucis uiuentibus non possunt esse multi mortui. *Hæc est benedictio iuda.* Post Ruben ponitur iudas pp dignitatem regalem translata ad illum in iuribus primogenitura, ideo ponebatur primus in uexillis castrametationis, ut patet Num. 2. & 10. c. *Audi domine uocem Iuda.* i. deprecationem, quia de eo reges venturi erant qui in bellis clamarent adiuuari a dño. Et hoc dicit propheticę, & non deprecativę, & est sensus: tu domine audies uocē Iuda: te deprecantis, sicut patet de Rege Dauid, & Salomone, qui sape a dño exauditi sunt, siue quantum ad bella siue ad alia, sic etiam exauditus fuit Afa rex Iuda q Zaran arthiopem ut patet. 2. Para. 14. c. & Iosaphat q Ammonitas. 2. Paral. 20. & Ezechias pro Sennacherib. 4. Reg. 19. cap. *Ad populum suum introduc eum.* i. da ei robur ut intret in terram promissionis, quæ est populus suus. i. locus in quo habitare debet, ut destruat hostes. Et patet hoc quia supra dicebatur de exauditione in bellis, & infra etiam de bello. Nicolaus exponit de introductione ad limbum: in quo erant sancti patres, quia de quolibet iusto moriente dicit scriptura, & appositus est ad populum suum. sed prima magis consonat littera: nam si intelligeretur de introductione ad limbum esset littera nugatoria. s. q inculcatur id quod petebatur. nam nullus petit quod habet, sed dicendo, q limbus erat locus populi sui innuebatur, q ipse erat de uitis illis, & q ipse est cū eis, qui ibi erant. ergo non oportebat rogari pro illo, ut esset in populo suo, & sic non intelligitur isto modo. Item si rogaretur ut introduceretur in limbum, q ritur an rogaretur pro ipomet Iuda filio Iacob, an pro tota tribu eius. non est dicendum q rogaretur pro eo, quia Iudas mortuus erat iam a multis annis, de quo cū fuisset uir iustus non dubitatur, quin staret in limbo, maxime ipse Moyses qui erat uir propheta, & Dei secretarius, non igitur rogaret ut introduceretur in limbum, & si forte diceretur, q esset in inferno inferiori non oportebat rogari, q introduceretur in limbum. Si autem dicatur q rogabatur pro tota tribu, nō multum uidetur, q rogaretur magis pro tota illa tribu, quam ad ea, quæ pertinebant ad bonum statum animarū quam pro alijs, non ergo de hoc exponi debet. Itē non consonat ista particula litteræ alicui parti s. exponendo s. m. istum sensum, exponendo aut ut supra exponebatur. s. de introductione in terram Chanaan, quæ erat populus suus id est terra promissa ipsi, quæ in troductio fiebat uiribus armorum, consonat ista littera præcedenti, & subsequenti. de littera præcedenti patet, quia dicitur s. *Audi domine uocem Iuda.* Quod intelligebatur de exauditione in bellis etiam secundum sententiā Nicolai: de littera sequenti q intelligatur de armorum exercitatione bellica ad introducendum in terram promissionis, patet cum dicitur. *Manus eius pugnabit pro eo.* Id est ipse fortiter pugnabit uiribus manuum suarum in hostes, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. Reducenda est ergo littera ad istam expositionem.

Benedictio Iuda.

Vera expositio litteræ.

Benedictio Leui.

Manus

Manus eius pugnabit pro eo. i. pro se ita q Iudas non indigebat alijs adiutoribus, quia uiri fortissimi ad pugnam erant: uel. *Pugnabit pro eo.* i. pro populo Israel, quia usque ad eleuationem regum in Israel Iudas erat princeps bellorum, ut patet Iudic. primo, ubi quæsitus populus a domino quis ascendet ante nos contra Chananeum, & erit dux belli? dixit dñs Iudas ascendet, & Iudic. 20. quando quæsiuerunt quis esset dux contra filios Beniamin in gaba: respondit dñs Iudas sit dux uester. *Et adiutor illius contra aduersarios eius erit.* Est mutatio personę & refertur ad Deum. i. Deus adiuuabit eū q hostes suos. Et hoc siue ante tempora regum siue tē pore regum, quia ipsi reges de iuda erant præter Saul, qui fuit de tribu Beniamin, ut patet primo Reg. 9. cap. Rabbi Salomon specialiter intelligit hoc de Iosaphat rege iuda, qui clamauit ad dominum uoce magna, cñ ingratureretur bellum super eum in Ramoth galaad ut patet. 3. Reg. 22. c. & liberatus est. Sed idem dicendum est de omnibus alijs de tribu Iuda, qui clamauerunt ad dñm. Et additur hoc de adiutorio Dei, quia dictū fuerat. s. q. *Manus eius pugnabit pro eo.* i. q manus inde erant ita fortes q sufficiebant ad delendum hostes, nec requirebantur aliqui alijs adiutores.

Occasio erroris aliquorum ex hac littera. Quæst. III.

ALIIQVIS autē ex hoc acciperet occasionē errandi putans q tantum erat robur manū inde q etiā sine speciali adiutorio Dei posset delere hostes: ad quod dicitur. *Et adiutor illius contra aduersarios eius erit.* i. dato q uiri de tribu iuda essent fortissimi pugnatōres, rñ omnia, quæ faciebant operabantur adiuui a Deo. sic dicitur. s. 3. c. nē diceret in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meę hæc mihi oīa præstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, q ipse tibi vires præbuerit ut impleret pactum suum, debuit igitur hoc ad declarationem superioris dicti subiungi. *Leui quoq; ait.* Descripta benedictione iudę ponitur benedictio leui pp dignitatem sacerdotalem, & ideo iste dūc tribus sociatę erant quantum ad connubia, ut magis diximus Leu. 21. c. ista ratio vñ esse satis colorata, sed non est multum existens, quia si attendatur dignitas sacerdotalis cum illa sit potior, quam dignitas regalis deberet præponi, sed nō pponitur, ergo non attenditur hoc: sed dicendum est q magis attendatur ordo in natiuitate. nam primus inter filios Iacob s. m. carnem fuit Ruben, ideo primo benedictus fuit post hūc sequebatur Symeon in ordine natiuitatis, & iste consequenter benedicendus erat. Sed non fit mentio de eo in toto isto catalogo benedictionum ex causa supra assignata: post hunc in ordine natiuitatis erat leui, & iste præponendus erat, sed considerata dignitate tribus iuda fuit præpositus, deinde rediit leui ut poneretur in ordine natiuitatis sue ante alios sequentes, & dato q nulla conjunctio esset harum duarum tribuum in connubijs aut dignitas aliqua sacerdotalis in tribu leui poneretur post iuda ne quantum ad omnia fieret ordinis transmutatio.

Perfectio tua. Ista uerba diriguntur ad Deum. *Perfectio tua.* i. uir sanctitas. *Et doctrina tua.* i. doctrina legis. *Viro sancto.* i. ista dedisti Moysi, qui ē uir sanctus. Et erat de tribu leui. Et dicebat ista Moyses de se tanquam de alio humilians se. Et sic Ioannes euangelista loquitur de seipso in suo euangelio. c. ultimo in 3. persona dicens, uidi discipulum illum quem diligebat: & ipse erat ille discipulus, uel quia Moyses dicebat ista propheticę compellebatur dicere quęcunque ei Deus inspiraret, siue de se siue de alio in laudem, uel uituperium: & sic ipse scripsit ea quæ habentur Num. 12. ca. Alph. Tost. super Deuter.

quæ multum faciunt ad laudem Moysi. Et potest intelligi hoc de sacerdotibus quibus dūc fuerunt lamine aureę, in quibus erat doctrina, & ueritas posite intra rationale in pectore sacerdotis magni ut patet Exo. 28. c. Et ista doctrina, & ueritas uocantur hebraice tum in & uiri id est perfectio, & doctrina sicut hic ponitur unde in hebreo eadem uerba ponuntur hic & Exod. 28. c. quomodo autem uocetur illa doctrina, & ueritas super eodem c. Exo. dictum fuit late. Alio modo potest hoc intelligi referendo eodem modo ad Deum scilicet q loquatur Moyses ad Deum de tota tribu leuitica: potissime quantum ad partem sacerdotum.

Perfectio tua & doctrina tua uiro sancto. Id est Deus tu potuisti doctrinam tuam, & perfectionem tuam in uiro sancto scilicet in tribu leuitica quæ erat sancta, & habens doctrinam Dei. de perfectione patet quia perfectio nihil aliud est quam quidam gradus magnus puritatis, & incontaminationis, & hoc erat in sacerdotibus præcipue, quia tractabāt ministeria domini in xta illud Esa. mundamini, qui fertis uasa domini. dicitur ergo perfectio Dei uiro sancto id est. *O Deus tu dedisti perfectionem tuam.* id est perfectionem magnam in puritate uitę quam tu diligis & obseruare iubes. *Viro sancto.* Id est tribu leui in qua sunt uiri sancti, quia istis iussisti specialiter uirę puritatem.

Et doctrina tua. Id est tu dedisti doctrinam tuam uiro sancto. doctrina Dei uocatur doctrina legis, quia Deus legē dedit, ideo doctrina eius doctrina dicitur, & hanc tradidit uiro sancto, quia tradidit eam dispensandam leuitis. nam leuitę erant doctores legis inuigilantes circa studium eius, sic dicitur Mala. 2. ca. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est. hæc autem doctrina non fuit commissa alicui alteri tribui, quia reliquę occupationibus agriculturę, & bellicis exercitationibus laborabant: solam autem leuiticam tribuum Deus ad obsequium suum specialiter elegit, & ad dispensandum doctrinam ut patet Num. 3. c. iste sensus est accipiendus q littera intelligatur tota de tribu leui potissime in parte sacerdotali, & sic alias partes litterę prosequi possemus: alio modo intelligi posset de Moyse scilicet.

Perfectio tua & doctrina tua uiro sancto. Id est tu dedisti perfectionem uitę, & sinceritatem Moysi qui erat uir sanctus, quia fecit eum Deus ualde purum atque immaculatum uirum.

Et doctrina tua. Id est Deus dedit ei doctrinam suam id est dedit ei legem dispensandam, & gubernandam. nam per ipsum data est, cum enim Deus dedisset in clangore buccinarum decem præcepta super montem synai audiente cuncto populo: dedit deinde præcepta cæremonialia, & iudicialia ipsi Moysi stante cum eo in monte ut patet Exo. 20. c. & 35. c. & ipse postea coram toto populo recitauit ea ut patet Exo. 24. c. competeat etiam Moysi q esset doctor legis, quia exponere coram eis legem quando in aliquo dubitabant. Et secundum hoc applicabitur tota sequens littera. Sed ut melius partes conueniant expositioni necessarii est assignare hic vnam de septem regulis Ticonij scilicet quando fit transitus de parte ad totum, uel interdum de toto ad partem, & fit perturbatio magna pro his qui ad talia non aduertit. nam putabit aliquis totam litterę expositionem continuam esse ita, quod si prima pars expositionis sit de parte, q tota littera sit de parte, uel si principium litteræ est de toto, quod tota expositio sit de toto, secundum istam regulam sit transitus interdum de parte ad totum interdum de toto ad partem, ita ut una pars litteræ exponatur de toto, & alia de parte, hic autem totum est tribus leuitica, pars sua est Moyses, uel quilibet de illa tribu.

Notandi de benedictione.

Clute grauatis impositis manibus super duos nepotes Ephraim, & Manassen volens bñdicere eis ait: angelus qui eripuit me de malis omnibus benedicat pueris istis, vt patet Gen. 48. c.

Pro quo sciendum q̄ benedicere est facere q̄ alicui bona eueniant. hoc autem a Deo solo est: quia Deus pudentia sua omnia disponit singulis aduersitates, prosperitatesve, aut alternantia facta distribuens: nec enim bonum aut malum aliquis recipere potest nisi Deus disposuerit: benedicendi ergo auctoritas a Deo solo est: id tamen quod Deus disposuerit interdum p̄ angelos, interdum per homines operatur, quantum er go ad hoc angeli nobis benedicere possunt, quia benedictionem a Deo dispositam tanquam ministri Dei in nobis efficere possunt: & secundum q̄ aliqua res perfectior est perfectiores effectus producit: ideo cum angeli inter omnes creaturas teneant principatum ipsi nos magis quam alia creatura benedicere possunt. Et quia illa res, quę minoris perfectionis est nunquam agit in eam, quę maioris perfectionis est: ideo, vt dicit Apostolus ad Hebr. 7. c. sine contradictione quod minus est nunquam id quod maius est benedicit, nisi accipiatur benedictio pro imprecatione benedictionis, Et isto modo homines minoris potentie benedicunt hominibus maioris status, sic enim Iacob Pharaoni regi Aegypti benedixit, vt patet Gen. 47. cap. cum dicitur: post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regē, & statuit eum ante ipsum, qui benedicens illi, & interrogatus &c. Et post hoc dicitur iterum, & benedictio rege egressus est foras: hoc etiam modo nos Deum benedicimus imprecantes ei laudem gloriam, & honorem sicut sepe patet in sacra scriptura. *Veni super caput Ioseph.* Vt enim in bonis confirmet sup. verticem Nazarei i. separatus ab aliis fratribus in sanctitate, & cōicatione iō alios accusabat apud patrē de criminibus pessimis, ut patet Gen. 37. capitulo. *Nazareus inter fratres suos* id est Ioseph erat nazareus inter fratres suos.

Quare Ioseph vocatur nazareus. Quasi. V.

NON vocatur Ioseph Nazareus simpliciter sed nazareus inter fratres suos, quia nazareus si simpliciter poneretur, signaret eum, qui obseruabat uotum nazareorum. Ioseph autem nihil tale vnquam obseruauit, quia uotum nazareorum non fuit ante legem Moysi, quia in libro numerorum ponitur totus ritus nazareorum scilicet a quibus obseruari debebant tempore quo essent nazareus, & quid offerre debebant tempore quo finirebatur uotum, sed uocatur Ioseph nazareus inter fratres suos id est separatus a fratribus suis: quia cum uiuere apud patrem separatus erat ab eis, quia oderant eum fratres sui, nec poterant quicquam pacifice loqui vt patet Gen. 37. capitulo postea uero anno 16. siue in principio: 17. inuuit littera hebraica uenditus atque in Aegyptum deportatus vsque anno 39. uitæ sue, qui erat annus secundus stetitatis magna: separatus ab eis fuit vel potest uocari nazareus siue separatus inter fratres id est effectus inter eos, quia inter omnes ipse erat excellentior. In littera hebraica non est aliqua difficultas, sed in littera nostra propter istud nomen nazareus, quod latini non perfecte cognoscunt, nazareus namque hebraica lingua separatus dicitur, & est nomen appellatum nec signat magis separationem illam, quam habebant obseruantes uotum illud, quam quamcunque aliam separationem: unde si deberemus dicere, quod iste est separatus ab illis, in hebreo poneretur iste est nazir & nos uertentes in formam nominum latinorum pro nazir dicimus nazareus. tantum est ergo quod dicitur in vertice nazarei inter fratres suos id est in vertice

Nazareus q̄ d sibi uel.

F separati, & si poneretur in uertice separati a fratribus suis, nullus latinorum dubitaret, sed idem est. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.* Id est sicut primogenitus tauri est fortis, & magnus corpore, quia ibi est robur patris, ita Ioseph. Et potest hoc referri ad tribum Ephraim, quia ibi erant uiri fortes ad pugnam. *Cornua rhinocerotis cornua eius.* Id est cornua bellica siue acies erunt ita fortia, sicut cornua rhinocerotis id est unicornis. unicornis dicitur animal ferocissimum cuius cornu ita durum est, ut ligna quoque & arbores transfordiar impetu suo, quem omnia animalia fugiunt, & cum leonem fugientem persequatur, leo post magnas arbores absconditur, quod rhinoceros cornu impetere uolens per arborem transigit, vt postea cornu educere nequeat, quod leo inspiciens in eum insilit, & vnguibus totum dilacerat. si autem leo arborem post quam iaceat, non inuenit a rhinocero occiditur. *In ipsis uentibus labis gentes.* Id est per ista cornua uentilare id est dispergere in uentum debebat gentes, & per hoc notatur potestas regalis in Ephraim. fuerunt enim de semine eius reges Israel scilicet Ieroboam, & sequentes ut predixerat Iacob Gen. 49. inde egressus est pastor lapis Israel.

Potestas regalis in Ephraim.

G *Hæc sunt multitudines Ephraim.* Id est gentes multæ ortæ de Ephraim. *Et millia Manasse.* Vtrique promittitur multiplicatio, ut patet Gen. 48. capitulo. ubi dicitur quod Ephraim multiplicabitur in gentes & Manasse in populos. vna gens multos populos continet, unde multiplicatio Ephraim valde maior est quam multiplicatio Manasse: ideo comparantur hic multitudines, quia una multitudo multa millia continet, vel potest demonstrari p̄ ly. hæc sunt multitudines. & millia hostium occisorum a Manasse, & Ephraim. *Et Zabulon.* Benedictione Ioseph posita, ponitur benedictio Zabulon, & Isachar, qui simul benedicuntur, quia fortes suas simul habebant. *Letare Zabulon in exitu.* Zabulon habuit sortem in littore maris Mediterranei iuxta Tyrū & Sydonem. & multum lucrabatur de mercimonijs, quia per mare poterat emere, & vendere, quicquid uellet, ut dicitur Gen. 49. Zabulon in litore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens vsque ad Sydonem.

Zabulon bñdictio.

H *In exitu tuo.* Dicitur exitus maris portus in quo naues quiescere possunt, & accedere, vel plaga quæ non tam quieta est. *Et Isachar in tabernaculis suis.* Tribus Isachar quieta fuit, nec uoluit nauigare sicut tribus Zabulon: sed instabat studio legis, quod fiebat statim in tabernaculis, & non discurrendo hinc inde, & alii dabant istis tributa, vt addicerent, & docerent, & id est fuerunt multi doctores de tribu Isachar, vt patet in Paral. vel dicitur quiescens in tabernaculis, quia licet fors Isachar tangeret mare mediterraneum ex una parte, & ex alia fluxu Iordanis, noluerunt nauigare in terras longinquas ad emendū, & uedēdū, sed manere in tabernaculis suis in terra sua uacantes agriculturę: de quo magis Gen. 49. c. *Populus uocabunt ad montem.* Id est ad montem Syon uel Hierusalem in qua erat templum super montem, & illic conueniebant iudæi omnes in tribus anni festiuitatibus, & erudiebantur per doctores de tribu Isachar, ut aliqui uolunt, sed doctores Isachar, magis erant doctores bellicarum rerum, quam legis, vt declaratum fuit Gen. 49. capitulo. *Et ibi immolabant uictimas iustitia.* Quia in istis festiuitatibus immolabant coram domino uictimas suas, & epulabantur cum letitia. Et patet sup. 12. & 14. & 16. c. *Uictimas iustitia.* Id est cum recta intentione, & deuota, ut Deo placerent. *Qui inundationem maris quasi lac fugent.* Id est abundantiam rerum uenialium apponatarum per mare recipient

Qui sunt thesauri arenarum i forte iusticia.

Thesauri ubi inueniantur.

A recipient cum dulcedine quasi lac fugentes. *Et thesauri absconditos arenarum i.* thesauri quos Chananaei qui in terra illa habitauerant absconderant in arena prope maris littora. sicut nunc homines thesauri alios quos inueniunt, quos antiquorum timor, vel auaritia in terra uisceribus occultauerat. Vel thesauri inter arenas erant in quibusdam domibus magnis, & pulchris, quæ sub arena occultæ erant, sicut fit in multis maris littoribus, in quibus arene uento commotæ domos cooperiunt, & uidentur quod nihil infra sit. Et sic Agareni domos thesaurorum construunt, vel dicuntur thesauri arenarum lapides quidam pretiosi, qui inueniuntur in littoribus maris, sicut in mari rubro reperitur lapilli pretiosi quos Boetius. 3. de consola. uochar vocat. Et in mari tyrio inueniuntur, quod mare alluit littora fortis terrę Zabulon, patet Gen. 49. de Zabulon pertingensque ad Sydonem. Sydon autem, & Tyrus coniunctæ ciuitates super mare mediterraneum. Et Gad ait: benedictio Gad subiugitur, unde positis octo filijs dominarum ponuntur quatuor filij ancillarum: & primo ponuntur filij Zelphæ ancillæ Liæ. f. Gad, & Aser: deinde filij Balæ, scilicet Neptalim & Dan, sed mutat eos, vt patet. *Benedictus in latitudine Gad.* Id est fors Gad benediceretur in hoc, quod lata erit, vt patet di uisio eius Iosue. cap. 13. *Quasi leo requiescit.* i. sicut quædo requiescit, nulla bestia, audeat eum a sua quære excitare, vt patet Num. 24. cap. ita uiri de tribu Gad robustissimi erant ad bellum: ideo nullus contra eos contendere audebat, & sic laudatur de bellis Gen. 49. Gad accinctus præliabitur. *Cepit que brachium Es uerticem.* i. q̄ ita fortes erant gladiatores, vt vno ictu caput cum humero simul absconderent, vel potest intelligi per uerticem princeps, vel capitaneus belli, per brachium fortes bellatores, & omnia ista abscondebant Gadite, quia nec capitanei, nec pugnatore in petum eorum forte poterant: unde cum in bellis terra promissionis duæ tribus, & dimidia pugnarent contra hostes adiuuantibus alijs tribubus, quæ nondum receperat sortes suas, Gadite præcedebant omnem exercitum pugnantium, vt dicitur aliquo loco Num. 31. c. *Et dicit principatum suum.* Id est cognouit se esse principem, vel excellentem. *Quia in parte sua doctor esset repositus.* Id est, quod in forte sua esset sepulchrum Moysi, quia omnes cognouerunt quod Moyses sepultus fuerit in monte Nebo, sed locum sepulturae determinate nullus homo cognouit, vt patet cap. sequen. Et ex hoc patet, quod dicebamus præcedenti capitulo, quod Moyses fuit sepultus in terra Moab, id est in monte qui est cōiunctus terrę Moab: sed est in terra regum Amorrhæorum. f. Gog, & Seon qui cecidit in forte duarum tribuum, & dimidię, quæ tamen non habuerunt de terra Moab nec unum uestigium pedis, vt patet supra 2. c.

Dan benedictio.

A ad eum loquebatur Moyses, & sic Zabulon, & Gad, & Neptalim, & Aser: licet uideretur esse nominatius, quia indeclinabilia nomina sunt. *Dan catulus leonis.* Id est fortis, sicut catulus leonis, & dicitur propter Sampsonē, qui fuit de illa tribu, vt patet Iudic. 13. c. *Fluet largiter de Basan.* Id est fluuius Iordanis qui oritur circa montem Basan fluit largiter per terram: est enim Basan ad partem aquilonarem terrę promissionis inter plagā orientalem & aquilonarem: circa quem reuoluitur Iordanis, qui oritur ad radices libani, & deinde fluit per terram Dan, quæ aquilonaris aequaliter est. *Et Neptalim dixit.* Hic ponitur benedictio Neptalim qui fuit filius Balæ. *Neptalim abundantia perficitur.* Id est, quod fors sua erat valde fertilis in omnibus terrę nascensibus.

Neptalim benedictio.

B *Plenus erit benedictionibus domini.* Id est, quod in terra Neptalim, quę uertissima erat citius perueniebāt fructus ad maturitatem, & deporiabantur inde primitiæ immediate in templum, & offerebantur sacerdotibus, qui orabant Deum pro tribu Neptalim, & benedicebant illos multis benedictionibus secundum formā positam Num. 6. cap. & hoc est, quod dicitur Gen. 49. Neptalim ceruus emissus. i. sicut ceruus uelociter currit, ita fructus in forte Neptalim cito maturantur *Dans eloquia pulchritudinis.* Id est pro primitiis quas offerebat: sacerdotes benedicebant eum dantes eloquia pulchra. *Mare & meridiam possidebis.* i. a parte meridiana habet mare Galilee, uel aliquid de mare mediterraneo, quia contra meridiem fors Neptalim iugit terram Zabulon, quę habet littora maris, vt patet Iosue. 19. cap. *Aser quoque ait benedictus in filiis Aser.* i. multiplicabitur in filiis, & erunt decori. *Sit placens fratribus suis.* i. quod filii Aser erant ita decori, quod placebant uitis aliarum tribuum. f. regibus, & sacerdotibus, vt eas ducerent in uxores, vt uult Ra. Sa. vel potest dici, quod fors Aser erat valde abundans in segetibus, & inde afferrebantur pro aliquibus alijs tribubus, quæ non abundabant tantum: sic dicitur Gen. 49. Aser pinguis panis, & præbebit delicias regibus. *Tingat in oleo pedem suum.* Hoc dicitur ad notandum abundantiam oliuari, quę erant in forte Aser, ex quibus oleum nimie multitudinis effluebat: sic habetur Iob 29. c. lauabam butyro pedes meos, & petra fundebat mihi riuos olei. *Ferrum & es calciamentum eius.* Quia in forte Aser minerae multæ ferri, & eris erant, de quibus fiebant armaturæ, pro toto corpore etiam pro pedibus: uel dicitur ferri calciamentum, quia calciamentis fodientium numerias calcabatur, sic patet supra 8. cap. cuius lapides ferrum sunt, & de eius montibus aris metalla fodiantur.

Duplex litæ expō.

D *Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectutis tuæ.* i. sicut dies iuuentutis tuæ fuerunt placidi, ita dies senectutis, uel sicut in iuuentute fuisti fortis, ita in senectute sis fortis, vt patet de Moyse sequenti cap. qui erat 120. annorum, & nō caligauerat oculus, nec motus fuerat dens: sic etiam Caleb qui ita fortis erat in 85. anno, sicut in 40. vt patet Iosue. c. 14. *Non est Deus alius.* Hic ponitur tertium principale, scilicet benedictionis conclusio, quæ est populos, uel tribus iam benedictos ad amorem, & Dei reuerentiam attrahere. Et ponitur magnitudo potentie Dei, quia non est alius Deus. f. filius in potentia, & benignitate. *Vt Deus rectissimus.* i. ut Deus Israel, quia hic uocatur Israel rectissimus secundum æquiuocationem nominis hebraici hic positi. f. *Iessurum.* Quod significat iustum, uel Israel. Alia littera habet hic. *Vt Deus rectissimus.* Et utraque littera uera est, sed non facit eundem sensum. Nā si ponatur Deus rectissimus, est sensus, quod nullus est alius Deus talis, sicut Deus rectissimus. i. sicut Deus Israel, qui erat filius Zelphæ ante duos filios Balæ, nec e contrario: ne aliqui illorum intelligerent se totaliter esse contēptos. *Dan quoque ait.* Dan ponitur in datiuo, quia

Bñdictio nis concludit ac Dei potentia magnitudo.

diligit iniquitatem, vt patet Pfalm. 5. quia Deus nō volens iniquitatem tu es: nec habitabit iuxta te malignus, nec permancbunt iniusti ante oculos tuos. Accipiendo autem aliam litterā. s. vt dicitur. *Vt Deus rectissimus.* Refertur ad Israel, quia Israel vocatur rectissimus cū ponatur in hebreo. *Isurum.* Quod signat Israel, vel rectissimum, & littera nostra vocat eum rectissimū: sic patet supra in principio huius cap. cum dicitur, & erit apud rectissimum rex. i. erit in Israel rex, & ista littera melior est, quam præcedens, quia magis limitat naturam cum dicitur, q̄ nullus alius Deus est talis, sicut Deus rectissimus, verum est, quia quod per excellentiam dicitur, vni soli conuenit, sed non scitur an iste Deus rectissimus esset Deus gentilium, vel Deus hebræorum. Item quia hoc de se notum erat, q̄ nō erat aliquis alius talis Deus, sicut Deus rectissimus: ideo non oportebat poni. Tenendo autem aliam litteram limitatur, quis esset iste Deus. s. q̄ non sit aliquis alius Deus talis, sicut Deus rectissimus. i. sicut Deus Israel, dii autem gentilium non sunt tales. Item secundum istam litteram nihil ponitur superfluum. Nam limitatur id quod non erat notum; quia licet notum eēt, q̄ nullus Deus erat talis, sicut Deus rectissimus, nō tamen sciebatur cuius erat iste Deus rectissimus an hebræorum, vel gentilium. Cum autem dicitur, q̄ nullus erat talis, sicut Deus Israel limitatur: ideo ista littera tenenda est. Vocatur autem Deus rectissimus Deus Israel: quia populus Israel inter ceteras gentes erat rectissimus, cum coleret Deum verum: ceteræ autē gentes ad idola declinabant: etiam quia Israel rectissimas leges acceperat per quas regebatur: gentes autem leges iudiciales iniquas habebant, & ceremonias turpissimas, sic patet supra 4. c. cum dicitur: hæc est sapientia nostra, & intellectus coram populis, quæ est enim alia gens sic incluta, vt habeat ceremonias iustas; iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos tuos: iuste igitur rectissimus. i. regularissimus vocatur Israel inter ceteras gentes. *Ascensor cali.* i. qui est exaltatus super celos, quia celi celorum eum capere non possunt, vt patet 3. Reg. 8. c. vel dicitur ascensor celi, quia celi motus ad suam voluntatem disponit, vnde quidam Iudæi astrologi dicunt, q̄ secundū cursum stellarum Iudæi in Aegypto maiori tempore captiui teneri debebant, & maiori deprimi seruitute: sed Deus ascendit super celum, s. disponens illud, vt ipse voluit contra communem naturam cursum in auxiliando eis. *Auxiliator tuus.* Hic est mutatio personæ, quia supra loquebatur de Israel in tertia persona, & hic redit ad loquendum de eo in secunda: patet quia supra dicebatur, non est alius Deus, vt Deus rectissimus, id est vt Deus Israel: cum autem subiungitur auxiliator tuus, loquitur ad Israel. s. q̄ Deus esset adiutor eius. Et talis personæ mutatio sæpe in sacra Scriptura reperit, sic patet Pfalm. 3. domini est salus, & super populum tuum benedictio tua, primo posuit Deum in tertia persona, deinde per apostrophem rediit ad ponendum in secunda, dicendo & super populum tuum benedictio tua, quia istud possessiuum tuus est pronomen denotans possessionem secunde personæ, & intelligitur ibi necessarius vocatiuus. Vocatur Deus auxiliator Israel quia in omnibus aduersitatibus suis cum toto animo, ad Deum redibant, veniam merebantur, vt patet supra 30. e. & Leui. 26. & ad hoc non operabatur aliquis, nisi Deus Israel, sic patet supra præcedenti cap. dominus Deus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. *Magnificencia eius discurrunt nubes.* i. per Dei magnam potentiam, & sapientem ordinationem mouentur nubes ab vno extremo terre in aliud, vt patet Pfalm. 34. Et celi habent ordinationes cursus suos, vt nullo tempore aliquid deficiant in ordine motus. *Habitacula eius*

sursum. Quia Deus habitans in seipso super omnia est, non exclusus, sed a nulla re conclusus. *Et subter brachia sempiterna, vel brachia seculi.* Vt habetur in littera hebraica describitur hic ordo vniuersi quantum ad regimen, & actuale gubernationem, in qua Deus caput est, & non est coniunctus alicui orbi nec secundum compositionem, nec vt motor mobili, sed supra omnem motum existens omnia mobilia disponit, vt patet 3. de consola. Metro. equi perpetua: ideo dicuntur habitacula eius sursum. i. super omnem conditionem mundi, quia nec mouetur, nec mouet tali modo. angeli autem dicuntur stare subter, quia sunt regentes subordinati Deo: sunt enim certi angeli certis orbibus celestibus adaptati, vt illos moueant ad dei iuandam virtutem in ista inferiora, & continuandum esse, & isti angeli participant aliquam conditionem mundi, quia licet non moueantur aliquo modo, quod pertinet ad naturalia: mouent tamen corpus celeste per applicationem virtutis ad mobile, & ideo vocantur brachia seculi, quia brachijs test robur, & eis debetur tota operatio, sic angelis illis debetur totus motus mundi, per quem omnia gignuntur, & corrumpuntur, & in esse conseruantur: vel vocantur brachia sempiterna, quia indeficientes sunt: & semper sic mouebunt vsq; ad finem mundi. Et huic modo posito in littera satis videtur consonare Arist. in 12. Metaph. vbi agit de ordine secundarum intelligentiarum ad primam. Et dicit, q̄ prima intellectiua, quam nos Deum vocamus, non mouet aliquem orbem, sed solum mouet inferiores intellectiuas in ratione amati, & desiderati. Et sic ista intellectiua sic mota mouent orbem: ita q̄ illa intellectiua in quantum summum bonum, summe actus, & summe gaudiosa, quæ cognoscitur ab alijs inferioribus intelligentijs sub rationibus supradictis moueri: ideo amant illam, & desiderant: amantes autem illam desiderant participare esse diuinum, quod non possunt habere, nisi communicando virtutes superiores rebus inferioribus per motum: ideo mouent. Et quia prima intelligentia amata, & desiderata mouet alias intelligentias, vt moueant orbem, ideo dicitur mouere in ratione amati & desiderati. Intelligentiæ autem inferiores mouent orbem desiderantes participare esse diuinum: ideo dicuntur mouere in ratione amantis, & desiderantis. Aliter potest intelligi ista littera: s. *Habitacula eius sursum & subter brachia sempiterna.* i. q̄ Deus habitat super omnia. s. in celo empyreo, & subter est sursum brachia sempiterna. i. celi qui mouentur, & insuunt. Deus namque cū vbique sit, & extra omnem locum, non magis est in celo, quam supra celum, quā sub celo, sed dicitur esse in aliquo loco specialiter, quia aliquam rationem principalitatis magis habet ad illum locum, quam ad alia. Dicimus autem substantias ibi esse vbi operantur, vbi agi Dei operationem manifestius competimus, ibi eum esse asserimus: cum igitur sint aliqua loca, in quibus magis operatio Dei manifestatur quantum ad aliud, ibi eum specialius esse dicemus. est autē vnus locus vbi Deum dicimus dare gloriam sanctis angelis, & animabus beatis: & iste est celum empyreum sectum q̄ omnes sancti doctores asserunt. Idem etiam quidam sapientissimorum poetarum tenuerūt, vt patet per Martianum felicem capellam lib. 2. de nuptijs mercurij, & phisilogie prosa penult. vult. n. q̄ sit celum empyreum, & q̄ in hoc sit Deus cum dicit: totius operis tantæq; rationis patrem non nesciens ab ipsa et Deorum notitia secessisse, qui extra mundanas beatitudines eum transcendisse empyreo quodam intellectu, sed mundo gaudentem: de isto celo empyreo quomodo sit immediate sup omnes celos, & de beatitudine eius multa dicit. s. dicto loco. Deus igitur qui vbique est, non vbiq; dat gloriam animabus, sed animabus

Littera hebraica.

Abundantia roris ad terram Israel secundam.

Deus quare dicitur esse in celo.

mabus in empyreo existentibus: est igitur ibi habitaculum eius, quod est sursum. i. super omnia, quia empyreum super omnes celos est: deorsum autem sunt brachia sempiterna. i. omnes celi moti, quia isti pertinent ad substantiam mundialem, cum insuuant in ista inferiora, & moueantur super illa, & vocantur brachia seculi siue sempiterna, quia isti celi sunt fundamentum omnium rerum naturalium, vel vocantur brachia sempiterna, quia ista sunt solida, & fortiter manentia, sicut si essent brachia in animalibus, quæ fortia sunt de soliditate celorum habetur Iob. 37. c. nunquam cum eo fabricatus es celos qui solidissimi sunt quasi ere fusi. *Et eiciet a facie tua inimicum.* i. omnes septem gentes de genere Chanaan. Et vocantur singulariter inimicus, quia vno animo pugnant contra Israel, tanquam vnus vir, vt patet Iosue. 11. & in multis locis, vel accipitur singulare pro plurali: sicut dicit Exo. 8. venit musca grauidissima. i. multæ muscæ. *Dicitque.* s. Deus hostibus Iudæorum. *Conuertere.* i. destruaris: sine labore Israelitarum, vt saepe factum fuit, & patet de Madianitis, & Amalechitis venientibus contra Israel, qui seipso inuicem gladijs trucidabant, vt patet Iud. 7. c. *Habitabitq; Israel confidenter.* i. confidens in dño, & sine timore hostium. *Et solus.* i. non indigens adiutorio, vel confederatione alicuius alterius gentis, vel solus. i. separatim, vel singulariter, quia protecti a Deo non indigebunt, q̄ congregentur oēs ad ferendum impetum hostiū, sed quilibet habitabit pacifice in domo sua, & agro suo. *Oculus Iacob in terra frumenti.* i. videbit in terra sua vbertatem frumenti. *Et aliorum victualium cali caligabunt.* i. obscurabuntur rore. Notatur abundantia roris ad secundationem terræ Israel, & hoc celum caligat, quia pars ista aeris nobis coniuncta condensata imbribus, vel rore, radios solis limpide transire non sinit: id caligare dicitur celum non apparere. *Beatus es tu Israel.* Quia talis Deū habes, qui oīa bona tibi tribuat. *Quis similis tui populus nullus.* Quia non est alius Deus, nec in celo, nec in terra, sicut Deus Israel. *Qui saluauit in domino.* i. cuius auxilium est a Deo, & non ab homine. *Scutum auxilij tui.* i. quod recipit, & obstat malis, quæ hostes infligere volunt. Et gladius gloriæ tuæ: i. gladius per quem vincis hostes, & de victoria ab alijs populis laudaris, vt glorificaris. *Negabunt te inimici tui.* i. Gabaonitæ qui erant de hostibus Israel. s. de Eugis, vt patet Iosue. 11. c. & venerunt ad filios Israel negantes se esse de terra hostium Israel, vt faceret pacem cum eis, & hoc timore vrgente, de quo Iosue. 9. c. *Et tu eorum colla calcabis.* Quia cognito, q̄ hostes essent, non occiderunt eos propter pacem factam, sed subiecerunt seruituti, vt patet Iosue 9. c. sed magis proprie potest intelligi ista littera de regibus terræ promissionis, qui negauerunt introitū terræ promissionis Iudæis, & omnes congregati occurrerunt eis in bello, vt patet Iosue. 11. *Et tu eorum colla calcabis.* Quia cum pugnasset Iosue 3. quinque reges, & cepisset eos in spelunca, eduxit eos, & fecit q̄ duces exercitus ponerent pedes super colla eorum, vt patet Iosue 10. c. & suspendit eos.

C A P. XXXIII.

2. Mach. 5.



SCENDIT ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo in verticem Phasga contra hierico: ostenditque ei dominus omnem terram Galaad vsque Dan. &c.

Ascendit. Dicitur benedictione ad populum ponitur mors Moysi, & eius sepulchrum. Et tanguntur tria. Primum dicitur consummatio. Secundo successoris confortatio. ibi. *Iosue uero.* Tertio Moysi mortui commendatio. ibi. *Non surrexit.* Ascendit ergo Moyses. In hoc Moyses obediens fuit, q̄ Deus mandauerat ei, q̄ ascenderet in montem Abarin, vt moreretur ibi, & prompto animo hoc fecit: licet præceptum de moriendo valde durum est, de quo supra 32. c. *De campestribus Moab.* Quia vallis contra phanum Phegor in qua tunc manebant, vt patet supra tertio cap. erat in terra campestri descendenti a montibus Moab.

Qualis erat ista terra in qua erat Israel. Quæst. I.

ERAT ista terra in qua tunc erat Israel terra plana circa Iordanem, in descensu de montibus Moab, versus terram Chanaan. Et vocatur hic campestris Moab non faciendo differentiationem de terra campestri ad terram planam, vocat terra campestris terra, quæ licet non sit montuosa aliquatiter, tamen est eleuata, atque prærupta, terra plana vocatur terra vallium, quæ totaliter est plana, & sic est descendendo de montibus Moabitarum versus Iordanem, quia primo est quedam terra, quæ non est totaliter plana, & ista vocatur terra campestris Moab, siue campestris Moab: deinde cum magis descendatur versus Iordanem, est terra plana, & ista vocatur planiora Moab. Hic autem non fit distinctio aliqua inter loca campestris, & loca planiora: sic tamen Num. 33. capit. vbi ponuntur mansiones Israelitarum distincte cum dicitur: profectique de montibus Abarin transierunt ad campestris Moab super Iordanem 3. Hierico ibi castrametati sunt de Bethsifmon, vsq; Bethsathin in planioribus locis Moabitarum: ecce qualiter distinguuntur campestris Moab, & planiora loca Moab. ascensus ergo Moysi magis debuisset dici de planioribus locis Moab, quam de campestribus, sed interdū scriptura circa quedam non curat multam facere distinctionem.

Super montem Nebo. Supra 32. c. mandatum fuerat ei, q̄ ascenderet super montem Abarin, sed iste est quidam mons valde magnus, in quo est quedam pars, quæ dicitur mons Nebo, & in hoc fuit mortuus.

In vertice Phasga. Phasga nomen appellatiuum est Phasga quæ significans collem, & innuitur, q̄ Moyses ascendit super verticem montis Nebo, qui habet Phasga. i. collem, quia altus est, & hoc, vt melius contempleretur terram promissionis.

Contra Hierico. Quia iste mons est super Iordanem tendens versus hierico. Dicitur hic, q̄ Moyses ascendit super verticem Phasga. Sed aliquis forte arguet ex hoc, q̄ sepulchrum Moysi cognitum est, quod est contra litteram in qua dicitur, & non cognouit homo sepulchrum eius, vsque in presentem diem.

Respondetur, q̄ Moyses non ascendit in verticem Phasga ad moriendum ibi, sed vt de ipso loco specularetur totam terram Chanaan trans Iordanem, ideo non sciretur ibi sepulchrum eius. Item dato, q̄ ascendisset Moyses ad verticem Phasga, vt moreretur ibi, tamen non ex hoc cognoscere sepulchrum eius, quia in vertice Phasga erant multa loca in quibus poterat Deus sepelire Moysen, ita q̄ nō inueniret. Sed dicendum est, q̄ Moyses nō ascendit in verticem Phasga ad moriendum, & vt ibidem sepeliret, sed Iosue ad videndum terram Chanaan ultra Iordanem, & postea descendit ibi in vallē terræ Moab, & ibi mortuus est, & licet dicat q̄ fuit sepulchrum in valle, nescit tñ i qua parte vallis, sic patet. j. cū dicitur:

dicunt: mortuus est Moyses in terra Moab iubente dño & sepeliuit eum in valle terræ Moab p̄ Phegor, & nō cognouit homo sepulchrum eius. Cum autem dicitur hic, q̄ ascendit Moyses in verticem Phasga, nam accipitur Phasga pro aliquo speciali nomine loci, sed est nomen appellatiuum significans collem: unde tantū est dicere in verticem Phasga, sicut super altitudinem montis, vel collis: & est sensus, q̄ Moyses ascendit super montem Nebo super quendam verticem collis altissimam, vt inde specularetur terram Chanaan. *Contra hierico.* L. iste collis super quem Moyses ascendit, erat p̄ hierico, quia erat fluminis Iordanis intermedius, & erat hierico a fronte, & patet hoc. Nā montes Moab pertenuit vsque ad Iordanem, quia planiora loca descendentiā ab illis montibus dicuntur planiora loca Moab super Iordanem, & cum ultra Iordanem immedie sit hierico, quia primus locus ad quem pertransito Iordane venerunt, fuit hierico, vt patet primo & secundo capitu. Iosue, dicebatur esse iste mons Nebo, siue vertex Phasga contra hierico. i. frons illius montis, qui terminatur super ripas Iordanis, est directā contra hierico. *Ostenditque ei dominus omnem terram.* Et in hoc fuit consolatus magis Moyses, q̄ Aaron, quia nihil vidit: mortuus n. fuit in mōte Hor, vt patet Nu. 20. & 33. c. Et visio ista fuit distincta, vt Moyses delectaretur videre. n. solum partes collium eminentiam, & non ciuitates, & valles Memorosas, & flumina interlabentia delectabile non est: fuit ergo potentia visua Moysi supernaturaliter eleuata, vt videret distincte totam terrā promissionis: sicut beatus Benedictus vidit totum mundum, vt patet in 2. dialog. de quo magis diximus. s. 3. c. & 32. *Terram Galaad.* Quæ est aī Iordanem in possessione tribus Gad, vt h̄ Iosue. 13. cap. vsque Dan, sors tribus Dan est ultra Iordanem p̄ partem aquilonarem, vt h̄ Iosue 19. c. Aliqui errant circa hoc putantes terram, quæ hic vocatur Dan esse terrā tribus Dan. Sed vt quidam alij volunt magis accipiendum est, q̄ significet Dan quendam locum q̄ est vna extremitas terræ promissionis: de quo d̄ 1. Reg. 3. c. cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, q̄ fidelis propheta dñi esset Samuel, & sepe fit cōmemoratio de his duobus terminis in libris Regum, sed nō obstante dicto istorum, v̄ primum dictum stare in veritate. s. q̄ fiet hic Dan pro tota tribu Dan, ita q̄ vsque ad illā terram in qua erat tribus Dan monstrasset dñs Moysi: & hoc quia ista terra tribus Dan erat de illis, quæ erant vltimæ p̄ aquilonem. Et patet hoc adhuc magis, quia hic ponuntur alia teræ, quæ denotant diuersas tribus. s. terram tribus Ephraim, & tribus Manasse, & tribum Neptalim, vt patet immediate in lra, *Et vniuersum Neptalim.* Cuius sors est p̄ occidentem, & meridiem, vt patet Iosue 19. c. *Terram Ephraim.* Cuius sors est magis occidentalis circa hierico, & mare salissimum. i. mare sodoma: de quo Iosue 16. ca. & Manasse cuius sors est duplex: quedam dimidiæ tribus Manasse ante Iordanem pars terræ Galaad, & Basan: alia dimidia tribus accepit sortem ultra Iordanem clausā mari coniunctam sortis Ephraim, vt patet Iosue. 17. c. *vsque ad mare nouissimum.* i. mare mediterraneum, quod est ad occidentalem partem terræ promissionis, i. quo sunt ciuitates Philistinorum, & Tyrus, & Sydon.

Quare mare mediterraneum appellatur mare nouissimum: Quæstio. I. I.

ET vocatur mare nouissimum, quia Moyses qñ ista videbat stabat in parte orientali terræ promissionis, quia terra illarum duarū tribuū & dimidiæ erat orientalis respectu aliarū tribuū vt patet Nu. 32. ca. alia autē maria sunt in terra promissionis, q̄ non vocant nouissima.

Nicolaus dicit, q̄ hoc est mare mortuum, sed non multum vs, quia mare mortuum est in latere coniungente orientalem, & australem plagam terræ promissionis, vt patet Nu. 34. c. Moyses autē erat in parte orientali: ideo non poterat vocari illud mare nouissimum respectu eius, sed mare occidentale mediterraneum, quod est in parte opposita. s. occidentis, vt patet prædicto c. *Omnem terram Iuda.* Cuius sors meridiana est, vt patet Iosue 15. c. & incipit pars eius orientalis a mari mortuo, vt ibidē patet. *Et latitudinem campū hierico.* Quia ultra Iordanē circa hierico magna campestria sunt, in quibus habitat Chanaanæus. *Ciuitatis palmarum.* Ipsi hierico ciuitas palmarum dicebatur, quia palmae ibi abundant, nunc autē Segor ciuitas palmae d̄, vt patet i libro diuisionis terræ sanctæ. *vsque Segor.* Quæ est supra mare mortuū in ascensu montis ad quē iuit Loth cū filiabus, & aī portā Segor prope demonstrat vxor Loth vxoria in statuā salis. Et cū dicitur hic, q̄ Moyses vidit totā terrā promissionis, non ponit sors oīum tribuū. Rñdetur, q̄ rō est, quia Zabulon, & Isachar sunt occidentales habitates in littore maris mediterranei, vt s. dictū fuit: ideo noīando mare nouissimū noīauit eos Dan, & Neptalin septentrionales sunt: ideo noīauit eos Iudas, Ephraim, & Manasse australes sunt, vt s. patet de tribus & dimidia in quarū terra Moyses nunc erat, orientales erant, vt dictū fuit, tres ergo tribus q̄ manēt. s. Aser, Symeon, & Benjamin inter medias sortes aliarum tribuū acceperunt, vt patet Iosue. 18. c. & 19. ideo nominatis extremitatibus totius terræ promissionis nō fuit necesse noīari sortes intermedias istarum tribuū. *Hæc est terra quam vides oculis tuis.* Et ex hoc aequaliter cōiicitur, q̄ Deus eum supernaturaliter eleuauerit, q̄ aī stebat ei cum videbat, & post visionem dixit ei ista, & ista visio Moysi non fuit subita, sed aliqualis morē, vt Moyses delectaretur videndo illam terram, q̄ valde videre desiderabat, vt patet s. 3. c. *Pro qua iurauit Abraham.* Quā Deus iurauit Abraham dare terram illam, ipse morabatur in ea, vt patet Ge. 13. c. vbi d̄: leua oculos tuos in directum, & vide a loco in quo nunc es, ad aquilonem, & meridiem, ad orientem, & occidentem, oēm terram quam conspicias tibi dabo, & sequitur post q̄ habitauit circa Ebron, Sed Ebron in sortē Iudæ est, vt patet Iosue. c. 15, sed Abraham habitabat tunc in terra illa non vt indigena, sed vt peregrinus: ideo semper d̄ de eo in Genesi, q̄ peregrinatus est in tali, vel tali loco, & nō fuit data illa terra immediate Abraham, q̄ data fuerat Amorrhais, & alijs populis: ideo nunquā eam Abraham, vel semen suum possiderent, donec illi demerentur perdere illam terram: ideo Gen. 15. c. qñ Deus Abraham prædixit captiuitatem feminis sui in Aegypto, & deinde possessionem terræ illius d̄ generatione quarta reuertet huc, & subditur ratio. necdum. n. complete sunt iniquitates Amorrhæorū, vsq; in pñs tps. & sic d̄. s. 7. c. femini tuo dabo eā, ad Abraham refertur, non autem ad Moysen: *Mortuusque est ibi Moyses.* Nulla aegritudine præcedente, sed Dei volūta re animam de corpore educente, & vt creditur cum paruo, vel nullo dolore. *Et sepeliuit eum in valle terræ Moab.* Non. n. fuit sepulchrum eius in vertice montis Nebo, sed in descensu ad vallem.

Contra Phegor. In valle contra Phegor manebant filij Israel, quando Moyses predicauit eis ista, & postea in eadem valle p̄ aliquam distantiam in descensu montis Nebo sepultus fuit, d̄. *Contra Phegor.* Quia Phegor nomen idoli est, qd̄ colebatur in altissima parte montis Moabitari ad quam Balac deduxit Balaam ad maledicendū filijs Israel, vt patet Nu. 24. c. duxit eum ad excelsum montis Phegor p̄ ostiū dñi. & in descensu illius montis est qd̄ spelunca, q̄ Canayn d̄, & loc⁹ ille pro

Hierico quare palmarum ciuitas dicebatur.

Contentio inter Michaelē archangelū, & diabolu de Moyses: cuius sepulchrum fuit Hiericonia reuelatum. pro vehementi prærupto excisus d̄. *Et non cognouit homo sepulchrum eius.* Ne Iudæi inuenientes colerent eū pro Deo, quia tanta mirabilia Deus per eum fecerat, & in hoc idolatrarent. Et pp hoc magna contentio fuit inter Michaelē archangelum, & diabolum: volebat. n. diabolus corpus Moysi reuelare Iudæis, vt eū colerent: Michael mandato Dei qui eum sepeliuerat volebat occultare, & tñ Michael diabolo repugnāti maledictionis iudicium inferre non ausus est. Sed dixit imperet Deus in te Sathan. *vsque in præsentem diem.* vsque ad tps quo liber iste scriptus est: sed post reuelatum fuit Hieremias propheta, qui tpe irruptionis Chaldehyū in Hierlm sub Nabuzardan principe coquorū tulit arcā federis, & tabernaculū, & altare in cēdā, & posuit in spelunca in qua Moyses sepultus fuerat, & clausit ostium, vt patet 2. Mach. 2. c. Ex hac lra patet q̄ Moyses non scripsit istam partem libri, quia dicit. *vsque in præsentem diem.* Nam hoc refertur ad aliquod tempus post mortem Moysi, in quo Moyses non cognosceretur, vbi sepultus foret.

An Moyses potuerit scribere prophetice in verbis suis: ista que habentur hic, vel scripserit litteram istam Esdras, aut Iosue. Quæst. III.

SE d̄ dicit aliquis, q̄ Moyses potuerit hoc ppheticè scribere, quia Moyses fuit maximus pphetarum, vt d̄ hic in littera: propheta aī ea que futura sunt potissime cognoscebant: ergo scire poterat Moyses spiritu sancto reuelante, quid futurū esset post mortem suam, sicut in libris istis quinque in multis locis dixit Moyses aliqua que ad futurum referantur, & solum cognoscebantur lumine prophetico, & maxime patet in c. præced. in quo ponunt benedictiones tribuum quarum completiones ad futurum expectabant: nec in hoc aliquod admirādum, aut insolitum est, cum ipse Moyses continue cū Deo loqueretur, q̄ ergo difficultas erat, vt posset futura cognoscere cum ei illa summa sapientia reuelaret? Sed ad huc non p̄ hoc stare: nam licet Moyses prophetice potuerit cognoscere, q̄ sepulchrum eius incognitum oībus hoībus maneret, & dato q̄ realiter cognouisset, & qd̄ plus est, q̄ scripsisset: includit tñ quedam modū falsitatis Moysen istam lram scripsisse: poterat nāq; Moyses scribere. Mortuus est autē Moyses, & nō cognosceret hō sepulchrum eius, ita q̄ referatur ad futurum, vel si forte vellet ponere p̄teritum pro futuro, sicut ppheta sapissime facere soliti sunt ad notandum certitudinē prophetiæ diceret. Mortuus est autē Moyses, & nō cognouit hō sepulchrum eius, quia licet aī mortē suam Moyses ista scriberet, vera sunt verba ista. s. q̄ mortuus fuit Moyses, & q̄ non cognouit hō sepulchrum eius: illa tñ lra q̄ sequitur repugnat. *vsque ad præsentem diem.* Quia ista lra necessarium est, q̄ referatur ad illud tps, in quo ista verba dicebantur, vel scribebantur, q̄ alias nec dici, nec intelligi p̄: ergo si Moyses ista scribebat, necessario referēbatur ad diem in qua ipse scribebat, sed in die qua ipse ista diceret, si poterat esse mortuus: ergo q̄ diceret mortuus est autem Moyses, & sepeliuit eum Deus in valle terræ Moab, falsum esset, & includeret lra manifestam cōtradictionem, & quia d̄. *Et non cognouit homo sepulchrum eius vsque ad præsentem diem.* Ista littera est superflua, & includens falsitatem. nā ante mortem Moysi non erat sepulchrum Moysi, qd̄ cognosci, aut ignorari posset, ad quid ergo diceretur? *Et non cognouit homo sepulchrum eius vsq; in præsentem diem.* Item quia falsitatem includit: nam cum d̄, q̄ vsq; scripsit hæc præsupponitur viuens, cum autē d̄, q̄ vsq; ad diem qua scripta sunt ista, nullum hoīum cognouit sepulchrum Moysi præsupponitur Moyses mortuus esset, vel vtrum dominus tulisset ad se defertēs in paradysum, quia de alijs sic factū est, vt patet de Enoch quem dominus transfuit in paradysum: quia ambulauit coram eo, vt patet Gene. 5. cap. & Ecclesiastici. 45. idem patet de Elia qui fuit propheta domini, & transfuit eum Deus in curru igneo in paradysum, vt patet 3. Reg. 1. c. non poterat autem hoc maxime arbitrari de Moyses, quia magis acceptus erat Moyses Deo, quā aliquis istorum, sicut patet infra cum d̄, & non surrexit ultra propheta in Israel, quem nosset dñs facie ad faciem.

tuus: ergo est vera contradictio. Dicendum igitur necessario, q̄ alius post mortem Moysi scripserit istā litteram, & licet aliqui dicant eam scriptam fuisse ab Esdra, verisimilius tñ est eam scriptam fuisse a Iosue qui erat propheta, & cui Deus loquebatur, vt patet Iosue. 1. c. & in multis locis eiusdem libri, & est hoc verisimile, quia Iosue fuit successor Moysi in prophetis, & in directione populi, & fuerat minister eius, vt patet Exodi 33. c. ex quo diligebat eū nimis: quam obrem curauit finem eius, & sepulchrum scribere, & licet satis cōueniret dici esse totū istud. c. quod in heb. 12. versus continet scriptum fuisse a Iosue: tñ cōius d̄ sm hebreos, q̄ solum octo versus eius scripti fuerint. *Tab hoc loco.* Mortuus est autem Moyses. Et rō huius est, quia nunq̄ est ponenda pluralitas, siue necessitate: nos. n. Moysen totius istius libri scriptorem poneremus, nisi lra nos cogeret alium quoque in aliqua parte eius, vt declaratū est ponere scriptorem, sed cogimur ab hoc loco mortuus est autē dicere, q̄ alius scripserit, sed litteram illam que a principio. c. vsque ad istum locum est. s. 4. versus præcedentes non cogimur dicere ab alio scripto fore, quia nullam contradictionem, aut quodlibet alterum includit inconueniens, dicere eos a Moyses scriptos fuisse. Sed arguet aliquis, q̄ eodem mō totam litteram sequentem, vsque ad finem c. præter scripto verba, & non cognouit homo sepulchrum eius, vsque in p̄sentem diem, potuerit Moyses scribere, quia non inducitur inconueniens aliquod, q̄ ipse scripserit, vt patet examinando quamlibet particulam litteræ si vellemus. & sic nō ponentur octo versus scripti a Iosue. Rñdetur, q̄ hoc non cōuenit, quia si Moyses scripsisset totum principium. c. vsque ad istum locū. *Mortuus est.* Et totam litteram sequentem præter hoc modicū, scilicet, mortuus est autē Moyses, & sepeliuit eū dñs in valle terræ Moab, & non cognouit homo sepulchrum eius, vsque in p̄sentem diem, relinqueret Moyses aliquid interruptionem in lra, quod non est concedendū. Et si respondeas, q̄ nulla interruptio fieret, quia verba, q̄ immediate post hoc sequuntur, nullo modo dependant ex his verbis. s. *Mortuus est autem Moyses ibi & sepeliuit, &c.* Vt patet cuiuslibet intuenti: ideo q̄ bene posset stare snā continuata ē non positis istis verbis in medio, Rñdetur, q̄ non d̄ conuenienter: nam dato q̄ cōtinuata esset lra, & Moyses totam scripsisset præter illa pauca. s. mortuus est, & c. nō posuisset Iosue aliquid in medio, sed apposuisset finem huius libri, cum modicum finis distaret: magis ergo dicendum est, q̄ totam istā lram octo supra nominatorum versuū Iosue scripserit. *Et sepeliuit eum dominus.* Ad hoc, q̄ aliquis scripserit ista verba non oportebat, vt esset solum historicus gestorum enarrator, sed vt esset propheta, qui hæc a domino accepisset reuelante: nam licet sciri posset sine aliqua speciali reuelatione, q̄ Moyses mortuus fuit, sepultus a Deo, tamen in qua parte sepultus fuerit, nō videtur quod posset sciri sine diuina reuelatione. Moyses autem ascendit in montem Nebo super verticem Phasga, & iam non vidit eum aliquis de Israelitis, quia nullus ascendit cum eo, & postea nusquam comparuit.

Poterat autem aliquis dubitare de illo vtrum mortuus esset, vel vtrum dominus tulisset ad se defertēs in paradysum, quia de alijs sic factū est, vt patet de Enoch quem dominus transfuit in paradysum: quia ambulauit coram eo, vt patet Gene. 5. cap. & Ecclesiastici. 45. idem patet de Elia qui fuit propheta domini, & transfuit eum Deus in curru igneo in paradysum, vt patet 3. Reg. 1. c. non poterat autem hoc maxime arbitrari de Moyses, quia magis acceptus erat Moyses Deo, quā aliquis istorum, sicut patet infra cum d̄, & non surrexit ultra propheta in Israel, quem nosset dñs facie ad faciem.

Determinatio auctoris.

An Moyses scripsit principium, & finem huius cap. & Iosue scripserit iter media.

faciem, in omnibus signis atq; portentis. Sed de hoc poteraat certificari ex verbis Moysi, quia sepe ipse dixerat, qd Deus praeceperat eum moriturum an transitu Iordanis, vt patet Nu. 27. c. cum dicitur: ascende montem istum Abarim, & contemplantur terram, qd dicitur Deus datus est filiis Israel, cumq; videris eam ibis ad populum tuum, sicut iuit Aaron frater tuus, quia offendisti me in deserto Synidim patet s. 3. c. cum precaretur Moyses, vt transiret ultra Iordanem, rñ dicit dñs dicens: sufficit tibi, nequaq; loquaris ad me ultra de hac re: non a. transibis Iordanem hunc, & s. 4. ca. cum ipse laudaret terram Chanaan ad qua transituri erant, ait, Ecce morior in hac humo, & non transibo Iordanem, vos transibitis, & possidebitis terram egregiam, idem patet in pra. 31. & 32. cap. nullo modo ergo dubitare poterant Israelita Moysen mortuum esse. *Et sepelivit eum dominus.* Hoc aliquo modo propheticè cognosci debebat quantum ad certitudinem: rñ poterat quoda alio modo cognosci probabiliter sine prophetia: nam cū esset Moysen mortuum esse, vt patet ex superioribus testimoniis, & esset eum fuisse valde amicum Dei super omnes qui praeceperunt ipsum, satis inuicē, qd non reuocaret eum inhumatum, quia inhumatum esse est vniu. de infortunij, qd hoi euenire pñt: sicut apparet ex verbis Senecę in lib. de remedijs fortuitorū: p certitudinem tñ isti scire non poterant, quia licet arguerent iustificenter, qd Deus non relinqueret illi inhumatum ferocium alitū moribus laniandum, quod ad pnam quādam pertinet: nescirent tñ an Deus alicui viro Moabitum corpus illius demonstraret, & poneret ei in mentem, vt sepeliret illud: cum igitur ista certificat, qd Deus sepelivit illum, est intelligēdū qd Iosue qui ista scripsit, propheticè cognouit Deum sepelivisse corpus illius. s. qd Deus parauit quendam locum honorabilem p legislatore suo, atque ministro, quem ad tantam dignitatem eleuauerat, vt eū tanta gēris principem faceret, & adhuc dicebat se facturum, vel pstiturum illum in gentem maiorem, & fortiorum populo hebraico, vt patet Num. 14. c. & quod his oibus quasi in infinitum maius est, eleuauerat eum ad tantū gradum, vt esset secretarius eius, & ei qñcunq; veller loqueretur ei, vt patet Nu. 7. ca. & in multis alijs locis. in hoc loco cū magna quiete positus est Moyses non tanq; moriens, sed tanq; dormiens. *Et non cognouit homo sepulchrum eius.* Posuit hoc Iosue, quia cū Moyses non comparuit, putauit eum oīs Israel mortuum, quia ipse dixerat, qd mandauerat ei dñs, vt moreretur, & sciebat hoc populus, & cum viderunt eum ascendentem sciebant locum in quem ascendebat, quia ipse dixerat qd mandauerat ei dñs ascendere in montem Nebo super uerticem Phasga, & cum viderunt non venientem iuerunt aliqui de illis ad inquirendum in montem, vt eum honorifice sepelirent, & cum eum diligenter sine quaerissent, nullatenus inuenire potuerunt. de quo dicit Iosue scriptor huius litterae, qd nō cognouit homo sepulchrum eius. i. qd nullus de inquirentibus potuit eum inuenire, quia Deus occultauerat eū, ne eo reperto ad idolatriam moueretur: hoc ē propheticè cognitum est: quia cum constaret toti populo, qd nullus inueniebat corpus Moysi, nullus sciter vbi eēt sepulchrum, nec generaliter, nec specialiter, sed ista ponit de loco sepulchri Moysi saltem in generali dicēs, & sepelivit eū dñs in valle terre Moab, qd ergo sepulchrum esset in valle terre Moab qd Phegor erat aliqua cognitio propheticā: quia forte aliq; existimaret, quod Deus transiisset illud cadaver Moysi ad terram longinquam ad sepeliendum, determinare ergo qd fuit in terra Moab in valle qd phanum Phegor erat aliqua cognitio pphetica: determinare ergo quod fuit in terra Moab in valle qd phanum Phegor propheticè cogni-

Esse debet
maximam
infortunij

tionis est. Sed adhuc obijcies, qd ad hoc non indigebamus cognitione pphetica, cū pateret ex dictis Moysi in praeced. c. vbi dixit, qd ipse sepeliri debebat in terra illa, vt patet in benedictione Gad cum dicitur: vidit principatum suū, qd in parte sua doctor esset repositus, qd fuit in principibus populi, & fecit iustitias dñi, & iudicium cum Israel: & expositū fuit hoc ab oibus de Moysē qd sepeliendus erat in tribu Gad, qd habebat illa confinia Moab. Rñ dicitur, qd licet constaret ex illis verbis, quod Moyses sepeliendus erat in sorte Gad: tñ non pstabat in qua parte, quia pars montis Galaad in qd Moyses ascendit, pertinebat ad Gag, & valles contermina: nesciebat igit an in collibus, an in vallibus sepeliendus foret, qd aut dicitur sepultus in valle terre Moab determinatio est ad solum pphetam pertinens. *Vsq; in praesentem diem.* s. vsq; ad diem in qua ista scripsit Iosue. *Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est.* Ita qd in ea die qua mortuus est cōpleuit istos annos, vt diximus. s. 31. c. *Non caligauit oculus eius.* Sed temper acute vidit quod mirabile est in senibus: in quib; pp distemperiem complexionis perditur oīam sensuum viuacitas. *Et dentes eius non sunt moti.* In senibus tñ dentes, & molares cadūt, vt describit Salomon in miserijs senectutis Ecclesi. c. vlt. qñ commouebunt custodes domus, & mutabunt viri fortissimi, & ociosi erūt molentes in minuto numero: hec oīa proueniebāt Moysi ex praesentia Dei, quia moratus fuit cum Deo p 40 dies, vel sm aliquos per 120. & non comedit, nec bibit sola Dei praesentia sustentatus, vt patet 9. c. & meli; Exod. c. 34. Ex inde habuit candorem, & cornutationem in facie, vt patet Exo. 34. c. Et habuit vires in omnibus membris, ita qd eo anno quo mortuus est ad bellum processisset qd duos reges. s. Og, & Seon, vt patet Num. 21. & 22. & 23. c. *Fluerunt enim in campis Moab.* i. in eo loco in quo ipse praedicauerat. s. in Belfethin qd phanum Phegor, quia non mutati fuerunt de loco illo, donec planxerunt Moysen, & post locutus fuit dñs ad Iosue, vt patet Iosue. cap. 1. *Triginta diebus.* Quia tanto tempore mos erat apud Iudaeos lugere viros honoratos: sic fuit de planctu super Aaron, vt patet Nu. 20. c. super Iacob fluerunt 79. diebus, vt patet Gen. vlt. c. quia conditus fuit aromatibus, & in conditione transferunt 40. dies, vt patet ibidem, & manserunt 30. dies quibus fluerunt eum post conditionē corpora aut Aaron, & Moysi non fuerunt aromatib; pdira, sed simpit sepulta. *Et completi sunt dies planctus lugentium.* i. in tpe illo non tractauerunt aliquid de populi ducatu, sed vacauerunt planctui: pletis aut dieb; planctus acceperunt Iosue in ducem. Et sic fit nunc sm consuetudinē ecclesie, quia qñ platus morit, pri; subditi complent exequias eius: deinde eligūt successorem. *Iosue vero.* Hic ponitur sm. s. successoris constitutio, & fuit confortatus a Deo, cum dicitur. *Repletus est spiritu sapientia.* Sapientia est donum Dei, vt hic accipit ad gubernationem populi subiecti. Et sic petiuit Salomon sapientiam a Deo ad populi reginam, vt patet 2. Paralip. c. 1. *Quia Moyses posuit super eum manus suas.* Mandauerat, n. dominus Moysi, qd poneret manum suā super Iosue, & daret ei partem gloriae suae. i. partē auctoritatis suae, vel partem sapientiae suae ad regimē populi, vt patet Nu. 27. c. & ly, quia non dicit causalitatem, quia impositio manuum Moysi super Iosue, non fuit causa, vt Iosue impleteretur sapientia, quia voluntas Dei fuit cā, & an illā impositionē manuum erat spūs sapientiae Iosue, vt patet Nu. 27. vbi dicitur: tolle Iosue filiu Nā virū in quo est spūs dñi, & pone manū tuā sup eū: illa aut impositio fiebat principaliter ad manifestationem, vt patet eum ex voluntate Dei eligi, & potuit illa gratia data ante per manuum impositionem augmentari, quemadmodum in recipientibus sacramēta gratia pexistens

Quare dē-
tes Moysi
integri ma-
nebant.

existens recipit augmentum. *Et obediunt ei filii Israel.* Ista fuit confortatio ex parte subditorū: non. n. est modica confortatio, & laboris solamen, qd subditi prelato bñ obediunt. *Fecerunt sicut praeceperat dominus Moysi.* Mandauerat, n. qd post mortē Moysi Iosue esset princeps populi. *Et non surrexit ultra.* Hic ponitur tertium. s. Moysi mortui commendatio. *Et non surrexit ultra.* Quia dictū fuerat, qd Iosue repletus fuerat spiritu sapientiae: crede ret aliquis, qd esset equalis Moysi, ideo dicit qd non surrexit ultra maior propheta in Israel: vtrum aut Moyses fuerit maximus prophetarum, vel David diximus satis late Nu. 12. c. hoc a quocunq; dictum fuerit, siue a Moysē, siue a quocunq; alio propheticè dictū est, quia ad futuros prophetas extenditur. *Sicut Moyses.* Dato qd dicamus Moysen fuisse maiorem oibus prophetis, tñ nō patet ex hoc textu, quia hic dicitur sicut Moyses, & est sensus qd Moyses habuit quandam excellentiam in faciendo opera mirabilia, & cognoscēdo Deū facie ad faciem, quae non fuit tantum cōicata alicui aliorum prophetarum in eodem gradu, sed non tollit quin alteri prophetarum plura, & maiora mysteria reuelata fuerint, & sic vocat cōiter maximus prophetarū David. *Quem nosset dominus facie ad faciem.* i. cui dñs se facie ad faciem videnter ostenderet. dñs. n. quantum in se est oēs hoies equaliter cognoscit, sed nō cognoscunt equaliter Deum oēs hoies: ideo licet ponatur dñs in recto, debet tñ intelligi in obliquo, & potest fieri hypallage. i. qui nosset Deum facie ad faciem. *In omnibus signis atque portentis.* i. cui Deus daret facere tot signa, & portenta, quia licet alij prophetae aliqua miracula fecerint, nullus tamen tot & tanta sicut Moyses.

An istud capitulum Esdras, tanquam historiographus potuerit scribere sine prophetica reuelatione. Quasi. IIII.

ALIIQVI volunt, qd istud. c. fuerit scriptū ab Esdra, alij aut volunt, qd fuerit scriptum per Iosue, & non per Moysen, qd hic fit mētio de morte, & sepulchro Moysi historice, quod non poterat ipse mortuus scribere. Sed ista rō non valet, quia quicunq; ista scriberet necesse erat eū propheticè scribere, quia nemo poterat cognoscere vtrum maior, vel minor propheta aliquis postea surrecturus esset, nisi ex Deo reuelatū haberet. Et si hoc dicitur, ē Moyses cognoscēs ista propheticè, sicut plura alia futura praedixit, ita ista praedicere potuit, & tanquam iam facta, anteq; ascenderet in montem ad moriendū. Possēt aut aliquis dicere, qd Esdras potuit hoc scribere non per spiritum propheticum, sed tanquam rem iam gestam, qd ipse viderat, quia licet nō potuerit constare ipsi Iosue de prophetis futuris, nisi spū propheticō: potuit tñ constare Esdrae, qui fuit post capti-

uitatem Babylonicam, & ultra tempus eius nō fuerit propheta. Respondetur, qd adhuc non stat hoc, quia licet verum sit, qd non legamus prophetas de Iudaeis post tempora Esdrae: tñ ipsi constare non poterat, nisi propheticè, vtrum post eum maiores prophetae futuri essent. Item quia dicitur, qd Deus sepeliuit Moysen in valle terre Moab, hoc autem sciri non pōt, nisi propheticè, quia nullus hoīum cognouit sepulchrum eius: ideo non poterat aliquis scire vtrum Deus eum sepeliuerit in vertice Phasga, vel in valle, vel abstulerit inde corp; eius in regiones longinquas: ideo concluditur, quod Moyses hoc scribere potuisset, sed communiter dicitur qd Iosue scripsit illud cased dic, vt s. dictum est. Secundum litteram hebraicam in isto c. ponitur 12. versus, & dicitur qd 4. versus primos scripsit Moyses, vsq; vbi dicitur mortuus ē; & 8. sequentes scripsit Iosue. Sed nō vī maior ratio de primis 4. quam de 8. seq. quia si Moyses primos 4. scripsit, oportet qd eos scriberet, anteq; fieret, quod in eis dicitur: patet, quia postquam ascendit in montem nullus homo vidit eum, sed in istis continet de ascensu in montem, & locatione cum dño: si aut dicas, qd scripsit eos, anteq; fierent, idem dici poterit de alijs 8. seq. Sed dicendum, qd ista consequentia non valet, quia de primis 4. versibus non est aliqua ratio quare scripsit Iosue: de alijs autem sic, vt probatum fuit supra.

Opia. hebraeorum.

Qui fuerant auctores sacri canonis secundum Hebraeos. Quae. I.

SE C U N D U M Hebraeos isti fuerunt auctores sacri canonis. s. Moyses scripsit. 5. libros. i. Pentateuchum, siue Thorat. Et librum Iob, quia Iob fuit ante tempora Moysi, sm cōem positionē. Iosue scripsit istud vltimum cap. Deute. & librum qui vocatur a nomine suo Iosue. Et Samuel qui successit iudicibus, scripsit librum Iudicū, & Ruth, & duos primos libros Regū. Hieremias scripsit tertium & quartum libros Regū, & librum suum, qui dicitur propheticū Hieremie, & lamentationes. Esaias librum suum scripsit, & Parabolas, Ecclesiasten, & Cantica canticorū. Librum Sapientie quidam dicunt Salomonis esse, sed Hieronymus in prologo eiusdem, & in libro de illustribus viris dicit esse factum a Philone. Psalmos David, & decem Seniores scripserunt. Ezechielē, Danielem, & 12. minores prophetas, & Paralip. Esdras scripsit. Ecclesiasticum Iesus Sirach nepos Iesu Iosedech. Esdrā & Neemīā Esdras scripsit. Hesther auctor nō reperitur, sed creditur fuisse Esdras. Tobias & Iudith solum apud Chaldaeos habentur: ideo de Chaldaeo sermone assumpti sunt. Libri Machab. magis Graeci, quā Hebraei sunt, sed primus apud Hebraeos inuenitur.

Expositionis litteralis Alphonsi Tostati in Deuteron. Finis.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes sunt Quaterniones.

V E N E T I I S, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.